Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
28 L
33

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8.3.36.
8 f 36
8 f 20

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8,28.L.03

HOMILIÆ

SIVE

TRACTATVS AMPLISSIMI IN OCTAVAM Sanctiſſimi Sacramenti, & Feſta propria Sanctorum, quæ Catholica celebrat Eccleſia, à Feſto S. Barnabæ Apoſtoli & deinceps vſque ad Feſtum SS. Omnium.

OMNES PORRO HOMILIÆ,

SIVE

TRACTATVS, DIVIDVNTVR IN DVAS PARTES, Doctrinalem, & Moralem, & vtramque ad imitationem S. Bernardi. ex continua S. Scriptura, ſelectiorum Patrum, Conceptuum Theologicorum, & Humanioris Litteraturæ ratiocinatione contextam.

Cum Duplici Indice. 1. Scripturæ Sanctæ expoſitæ & illuſtratæ. 2. Rerum notabilium.

TOMI PRIMI PARS SECVNDA.

Authore F. CAROLO MOREAV, *Auguſtiniano Communit. Bituric. Conuentus Reginæ Margaritæ.*

PARISIIS,

Apud { IOANNEM HANOCQVE, &
IACOBVM LAISNÉ, propè Conuentum maiorem S. Auguſt. ſub ſigno Lilij.

M. DC. LXI.

Cum Approbatione Doctorum, Priuilegio Regis, & Superiorum Licentia.

Digitized by Google

INDEX HOMILIARVM SIVE TRACTATVVM II. Partis Tomi primi.

Octaua Sanctiſsimi Sacramenti.
In Feſto ſancti Barnabæ Apoſtoli.
Natiuitatis ſancti Ioannis *Baptiſtæ.*
SS. *Apoſtolorum* Petri *&* Pauli.
In *Viſitatione* B. *Mariæ Virginis.*
S. Mariæ *Magdalenæ.*
S. Iacobi *Maioris.*
S. *Annæ matris* B. *Mariæ Virg.*
S. Laurentij *Martyris.*
In *Aſſumptione* B. *Mariæ Virginis.*
In *Feſto ſancti* Rochi.
S. *Bartholomæi Apoſtoli.*
S. *Auguſtini* Patris *noſtri.*
In *Natiuitate* B. *Mariæ Virginis.*
In *Feſto ſancti* Nicolai *de Tolent. Ord. Noſtri.*
In *Exaltatione* S. *Crucis.*
In *Feſto ſancti Thomæ Archiep. Valent. Ordinis Noſtri.*
S. Matthæi *Apoſtoli & Euangeliſtæ.*
In *Dedicatione* S. *Michaëlis Archangeli.*
In *Feſto ſancti Angeli Cuſtodis.*
De ſancto Raphaele *Archangelo.*
In *Feſto ſancti Dionyſij* Pariſ. *Apoſt.*
S. *Lucæ Euangeliſtæ.*
SS. *Apoſtolorum Simonis & Iudæ.*

Feſta cætera, & quàmplurima variis locis, Ordinibus, & Confraternitatibus addicta, cum argumentis communibus, proximè eodem ſtylo & abundantia edentur in lucem, duobus pariter Tomis diuidenda, quæ primo Tomo non potuere concludi, ex quo & tria Feſta decerpta ſunt primæ Parte. *Sancti Antonij Abbatis, ſancti Benedicti, Dominæ noſtræ* Pietatis, *ſecundo Tomo cum aliis edenda; ſi tamen hic primus fuerit acceptus.*

Abſoluta fuit hæc Editio in Typographia ANTONII CHRESTIEN, in vico Septem Viarum anno Dom. 1661. menſe Septemb. die 22.

Digitized by Google

IN OCTAVAM SANCTISSIMI SACRAMENTI TRACTATVS.

Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam. Prouerb. 23. 1.

DE ABSCONDITO MYSTERIO FIDEI in sanctissimo Sacramento.

« VIGILANTI verbo vsus est. » Sapiens, Aug.
dum monuit assidentes mensæ Principis, tract.
vt « diligenter attendant, quæ apposita 120. in
sunt ante faciem suam. » Regiæ quippe dapes oper- Ioan.
tæ inferuntur; vnde & magnâ diligentiâ obseruan- Prou 23 1.
dum est, quid in hoc conuiuio Eucharistico nobis Habâc.
ministretur. « Ibi abscondita est fortitudo eius. » 3. 7.
Panis enim Angelorum, panis ex Hebræo « robu- Psalm.
storum & fortium. » Sed simul « ex forti, egressa est Iud c. 14.14.
dulcedo. » Sic quæ « attingit à fine ad finem forti- Sap. 8. 1
ter, & disponit omnia suauiter, » incarnata Patris
Sapientia, magnam dulcedinis suæ, & fortitudinis Prou. 9. 2.
multitudinem, in mensâ quam posuit, & escâ quam Matth.
apposuit, prudenter abscondit. Thesaurus quidem hic 13. 44.

Coloss. 2. 3. magnus, « sed absconditus in agro; in quo reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Manna omnem suauitatem continens, sed manna absconditum. » Hunc thesaurum pandere, temerarium, nisi te mediante totius thesauri depositariâ, & clauigerâ. Tu vrna aurea in quâ nostrum manna reconditum fuit. Tu virgo Hebræis Almach, id est, abscondita, quam occultam & clausam, gratiâ plenam Angelus salutauit, dicens, Aue.

Apoc. 2. 17.

EXORDIVM.

Theobaldus Vrsinus S. R. E. Cardinalis Presbyter S. Sabinæ, de sanctissimi Sacramenti augustissimo mysterio, quâ par est, pietate sentiens, absconditum eius mysterium, vnicæ fidei venerabile demonstrauit, & simul rationem attigit quâ Ecclesia Spiritu sancto illustrata consecrationi calicis, duo hæc verba addenda censuit: « Mysterium fidei: » Cùm in Emblemate descripsit, matronam aspectu venerabilem, calicem vnà cum hostiâ superpositâ, manu tenentem; inscripto in nube nomine Iehouah, & Epigraphe: « sola fides: » Quænam est ista matrona nisi mater Ecclesia, quæ nos pascit & potat pretiosissimâ, in mensâ Regis sponsi sui, carne & sanguine? Quid Iehouah in nube? Hebræi quidem Deum? « Aleph tenebrosum » vocitant: « Posuit enim tenebras latibulum suum: » nec inuestigari potest rerum omnium principium. « Qui credit in Deum, Deum discutere non præsumat. Deus quod sit, sufficit scire, qui requirit vnde sit, quantus sit Deus, quid sit, hic nescit: solùm importunum tenebrat aspectum. » Et quidem, licet « Deus lux sit: » attamen, « lucem inhabitat inaccessibilem, » quamuis, « tenebræ in eo non sint vllæ. Quod quamquam diuinis omnibus arcanis sit commune, huic

Typotius in Hierograph. Cardinalium

Psal. 17. 12.

Chrysol. ser. 61.

1 Ioan. 1. 5.

1. Tim. 6. 16.

tamen singulariter dicto fidei mysterio conuenit, vt nullus humanus, vel Angelicus intellectus, nulla sapientia vel scientia, sed « sola fides » possit penetrare; quæ Regiâ Dauidis voce exultans canit: « trãsibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. » In sancto enim tabernaculo « sapientia ædificauit sibi domum: » de quâ dicitur: « Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse eius cum eis erit eorum Deus. » Et Christus: « qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & egò in eo. » Hodie igitur nobis primò attendendum, & probandum est, mysterium hoc fidei esse, absconditum: secundò reflexiones congruæ de fide exercendâ, & vitâ absconditâ ducendâ, colligendæ.

Ps. 41. 4. Prou. 9. 1. Apoc. 21. 3. Ioan. 6. 57. DIVISIO TRACTATVS.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Miror 70. Interpretes hoc Prouerbiorum loco, à nobis toto Octauæ huius excursu discutiendo transtulisse: « si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi. Et mitte manum tuam, sciens quòd oportet te talia præparare. » Quomodo enim sapientiam exigit, cùm supra Rex ipse dominusque conuiuii: « Insipientibus locutus sit venite, & comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. » Cui & translatio Pagnini quadrat: « Quisquis est simplex, declinet huc, deficienti corde dixit, venite, &c. » Respondent & 70. « qui est insipiens, declinet ad me: Et egentibus sensu dixit, venite. » Si sapienter intelligit qui assidet principi, quomodo corde deficit, & eget sensu, & insipiens est? Certè & ipse Dauid in hoc figura Christi, quòd « ad ostium procidens, & seipsum ferens manibus, » stultitiam simulauit. Vel hinc mysterium fidei abscõditum, intellige; quod nec sen-

Prou. 9. 4. Aug. in tit. Psal. 33.

Digitized by Google

sibus, nec humanâ ratione, sed simplici fide supra omnem humani sensus, & cordis sapientiã eleuatâ, tractandum sit: de quo specialiter intelligendum est illud Euangelii. « Nisi credideritis, non intelligetis. »
Esa. 7. 9 Vbi Vulgata: « Non permanebitis: Pagninus, non eritis stabiles: » quia sola fides, omni vento doctrinæ fluctuantibus sola potest stabilem & permanentem præstare intellectum. Hæc est illa solitudo, in quam ducit sponsus noster fidelem suam: « Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Vbi Sanct. Pagn. & 70. « Ecce ego seducam eam. Vatablus « pelliciam eam. » Syrus: « decipiam eam: » Alii: « inescabo eam. » Quid hocce rerum est? Aduerto sapientem & sanctam, in hac escâ mensæ Regis appositâ, Verbi diuini fallaciam, velut aues & pisces, sic fideles animas allicit, & inescat; vt præter auditum, ex quo iuxta Paulum est fides, sensus omnes hoc lacte decipiat. Solitudo porro, eadem est sola fides, quâ intus ad cor loquitur, quæ sola non fallitur. Interroga oculos, percontare nares, gustum & tactum consule, & panem & vinum commune renuntiabunt. Quid miraris? seducti, decepti sunt, errant, vt & legit Arabicus: « Errare faciam eam. » Sed vt præcisè hæream in Vulgata: « Ecce ego lactabo eam. » Memini eiusdem vnicæ columbæ Ecclesiæ, cuius oculi columbini; quæ lacte lota dicitur. In quibus omnibus, fidei eius solitudo, & simplicitas designatur. Accipe Gregorium Nyss. sic idipsum exponentem. « Præclara (inquit) in huiusmodi oculis laus est, expers malitiæ simplicitas, &c. Etenim spiritalis, & immunis à rebus crassis vita, per columbæ speciem exprimitur, cùm sanctus etiam Spiritus hac specie conspectus ab Ioanne sit de cœlis super aquam volare, &c. Quanquam verò ad aquarum copias sint illi oculi ab omni vitiosâ lip-

Osee 2. 14.

Greg. Nyss. Homil. 13. in Cant.

Digitized by Google

pitudine repurgati; (resídere quippe dicuntur ad fluenta plenissima, quæ ibidem Gregorius dicit esse temperantiam, humilitatem, veritatem, iustitiam, fortitudinem, boni cupiditatem, mali aduersationem: (ob integritatem ac simplicitatem columbis comparantur; nihilominus lauacrum eorum lac esse dicitur: atque verbis hisce: ablutæ lacte. Conueniens autem laus huiusmodi oculis tribuitur, cùm lacte columba talis ablui, venustaque reddi commemoratur. Nam verè hoc in lacte obseruatum est, solum inter humida proprietatem hanc habere, quòd in eo nullius rei simulacrum ac similitudo conspiciatur. Etenim res omnes quæ humidæ naturæ sunt, ad similitudinem speculorum, ob leuitatem superficiei, faciunt, vt inspicientium in eas vicissim ex ipsis imagines reluceant. In solo autem lacte huiusmodi simulacrorum expressio locum non habet. Quò fit, vt hæc oculorum Ecclesiæ sit laus perfectissima, quòd nihil non subsistens in rerum naturâ, nihil erroneum, nihil vanum, præter ipsam rerum veritatem, velut vmbraculi quodam simulacro fraudulenter repræsentent: sed ipsissimam veritatem intueantur, erroneis huius vitæ spectris, & imaginationibus, nequaquam admissis. » Quid ad fidem Sacramenti excellentius? « meliora sunt vbera tua vino? » His nos lactas, & ab omnis humanæ consolationis vbere prudenter ablactas. His oculos abluis, ne rerum specie decepti, & solâ panis, & vini imagine seducti, aliam quàm corporis, & sanguinis tui substantiam hìc esse putemus: vnde & « velut infantes rationabiles sine dolo lac concupiscimus, » & clausis rationis oculis, cæterisque deceptis sensibus, noctu, id est, obscuritate fidei, vtramque mammam sugimus, vt lacte « crescamus in salutem » de verbi tui veritate securi: « Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè

Cant. 1. 1.

1. Pet. 2. 2.

Ibid.

Io. 6. 56.

est potus. » Vt de veritate corporis & sanguinis non sit relictus dubitandi locus.

[Clem. Alex. 4. Strom. c. 7.] Porrò in rem nostram facit, quod de prudentiâ scripsit Clemens Alexandrinus. « Mihi, inquit, videntur noctem vocasse εὐφρόνην, quoniam anima tunc cessans à sensibus, conuertitur ad seipsam, & est magis prudentiæ particeps. (ἀπὸ τοῦ φρονεῖν quod est esse prudentem.) Propterea ergo sacra quoque mysteria maximè noctu fiunt, significantia eam quæ noctu fit, animæ à corpore contractionem. » [Theod. in Rom. 11.] Mysteria autem dicta sunt, ἀπὸ τοῦ μυεῖν, quod est celare. Nostra quidem, quòd ineffabilia sint, nec mente concipi, nec linguâ exprimi possint. Gentilium autem, ob turpitudinem & dedecus aperienda non erant, sed celanda: Definiuit Theodoretus: « Mysterium, quod notum non est omnibus, sed solis amicis creditur. » [Chrys. in 2. Cor. 2.] Chrysostomus: « in quo non id quod credimus intuemur, sed aliud videmus, aliud credimus. » [Clem. Alex. Strom. 2.] Præcesserat Clemens Alexandrinus: « Traduntur etiam mysticè mysteria, vt sit etiam in ore loquentis, id quod loquitur, potius autem in voce, sed intelligentiâ: « Multò scilicet amplius. Et quibus, nisi amicis, & Apostolis; & quando, nisi « in [1. Cor. 11 23.] quâ nocte tradebatur, » tradidit augustissima corporis & sanguinis sui mysteria? Quia nimirum, secundùm [Aug. 1. de Trini.] Augustinum « mentis humanæ acies inualida, in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. » Nec aliis manibus alioue tactu, quàm fidei, in hac nocte quærendus, & tangendus est Christus; [Ps. 76. 2] de quo Psaltes: « Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. » [D. Aug. ibid.] Vbi S. Augustinus « & si nocte quærimus, quem manibus quærimus, non decipimur, quia coram ipso quærimus. » [Ber. ser. 20. in Cant.] Cui Bernardus accinit: « Christus (inquit) tangi potest, sed affectu, non manu:

voto, non oculo: fide, non sensibus.»

Ad hæc mysterium fidei Doctor Angelicus hoc maximè censuit, quòd « in hoc Sacramento totum salutis humanæ mysterium comprehendatur.» Quia videlicet vt eminentissimum omnium, cætera continet, vt de eo iure cantetur: «Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus.» Miramur in tribus personis, vnitatem essentiæ diuinæ; & obstupescimus, in tribus, quid dico ter millenis, & quotquot consecrentur, hostiis, vnicum & indiuisum, cum totâ Diuinitatis & Trinitatis plenitudine Christum, per quem nobis in minimâ panis, & vini specie, tota fit communicatio deitatis. Omnipotens cuncta de nihilo creauit: Et in Canone, sancta profitetur Ecclesia, quod sicut per Verbum facta sunt omnia: sic per Christum, inquit, per quem nobis hæc omnia semper bona creas, viuificas, benedicis, & præstas nobis. Accessit Verbum, & omne creatum est, cum suâ supellectile, & animâ viuente elementum, & cum cultu syderum firmamentum: « Accedit Verbum ad » panis, & vini « elementum, & fit » corporis, & sanguinis Christi « Sacramentum » quod nobis cum omnibus virtutum Christi syderibus, fit « in terrâ firmamentum, & panis fortium ad fidelium alimentum? « Semel ex Virgineo, in Bethelehem processit vtero, noctu, ante luciferum genitus, qui de substantiâ Patris in splendoribus sanctorum est vnigenitus: & quotidie ex virgineis speciebus panis, & vini « panis viuus è terrâ educitur,« & in Bethelehem, id est, domo panis, licet in nocte fidei, totâ cum gloriæ vnigeniti claritate, plenus gratiæ & veritatis producitur, impleta prophetia: « vt educas panem de terrâ, & vinum lætificet cor hominis.» Semel in stabulo adoratus à Magis: manducatur & adoratur

D.Tho. 3. p.

Ps. 110. 4.

Canon Missæ.

Aug. tract. 80. in Io. 15.

Psal. 71 16.

Psal. 103 15.

Psal 21. 30. à pinguibus terræ, & paruis & magnis. « Mãducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ; edẽt pau-
Ps. 103. 18. peres & saturabuntur : saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit: animalia pusilla cũ ma-
Ib. d. 26 gnis. » An non tota panis & vini substantia circumciditur, solis ac simplicibus sine proprio subiecto acci-
Luc. 9. 29. dentibus manentibus? « Facta est species vultus eius altera, dum excessum diceret, quem erat in Ierusalem
Psal 67 28. completurus : » hic vt « Beniamin adolescentulus in mentis excessu, in finem diligens : » Omnem obe-
Io. 13. 1. dientiæ, humilitatis, largitatis, virtutis omnis finem
1. Reg. 21. 13. excedit, cum Dauide. « Vultum suum immutans, » & nil præter panis, & vini speciem obtendens, gladio verbi, & formæ Sacramentalis, ex vtraque parte acuto immolatur: factâ vi verborum diuisione animæ, & carnis à sanguine, & sangu nis, ab animâ, & carne, & in statu mortui collocatur: & simul in tabernaculo velut sepulcro deponitur: vnde & ad animæ, & corporis nostri resurrectionem & vitam educitur & sumitur, vt corda sursum rapiat, ne quæ deorsum sunt sapiat. Quid dicam de Ascensione Dominicâ, quam Christus ipse institutioni futuræ Sacramenti composuit: dum Capharnaïtis eius incre-
Io. 6. 63 dulis : « quid ergo, cùm videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius? » Stupentibus & aspicientibus in cœlum Discipulis dixerunt Angeli:
Act. 1. 11. « Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet. » Quid facturus? Iudicaturus viuos & mortuos. Et hic « Fundamentum Dei stat, nouit Dominus qui sunt eius, » & electos discernit à reprobis: vt enim qui dignè sumit, haurit salutem & vitam à Domino; & à pane viuo qui de cœlo descendit: sic « qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. » Quid restat ad mysterii fidei totius complementum,

nisi vt impleatur in nobis quod à Christo promissum est: « qui manducat hunc panem, viuet in æternum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die? » Io. 6. 59 Et 40. supra.

Eadem denique veritas, quâ sanctissimum altaris Sacramentum, mysterium fidei nostræ antonomasticè prædicamus, ex ipsâ fidei definitione comprobamus. « Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. » Hebr. 11. 1. Quod paulò clariùs enuntiat Syriaca translatio: « Est autem fides certitudo de iis rebus quæ sunt in spe; ac si existerent actu, & reuelatio earum quæ non videntur. » Substantiam dixit, siue hypostasim, quia fides per se ex solo Deo subsistit in primâ veritate fundata nullo rationis humanæ fulcimento indigens: vel quia tota substantia futuræ gloriæ, in fide comprehenditur: Et quid enim nisi Deum videre, amare, possidere speramus? Argumentum dicitur, & quidem à priori, & proinde insolubile: cuius principium infallibile, est veritas reuelata Ecclesiæ, quæ « firmamentum est, & columna veritatis. » Addidit Paulus, « non apparentium: » quæ enim quis videt, quis sperat? Hæc est enim, (inquit D. Augustinus,) laus fidei, si quod creditur, non videtur. Nam quid magnum est si creditur, quod videtur? Secundùm Domini sententiam, quando Discipulum arguit, dicens: quia vidisti me, credidisti: Beati qui non vident, & credent. Et nescio vtrum credere dicendus est quisque, quod videt. Nam ipsa fides, in Epistolâ quæ scribitur ad Hebræos, ita est definita: Est autem fides sperandarum substantia, & conuictio rerum quæ non videntur: Quapropter si fides est rerum quæ creduntur, eademque fides earum rerum est quæ non videntur; quid sibi vult, quod Dominus ait, & nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cùm factum fuerit, credatis? Nonne potius dicendum fuit,

Aug. 79 tract. in Ioan. 14.

Digitized by Google

& nuuc dixi vobis priuſquam fiat, vt credatis; quod cùm factum fuerit, videatis? Nam & ille, cui dictum eſt, quia vidiſti, credidiſti: non hoc credidit, quod vidit, ſed aliud vidit, aliud credidit. Vidit enim hominem, credidit Deum: cernebat quippe atque tangebat carnem viuentem, quam viderat morientem. Et credebat Deum in carne ipsâ latentem credebat ergo mente quod non videbat, per hoc quod ſenſibus corporeis apparebat.» Idem D. Auguſt.
Aug. tract. 40. in Ioan. 8. « Quid eſt (inquit) fides, niſi credere quod non vides? Fides ergo eſt, quod non vides, credere, veritas quod credidiſti videre: &c. Si mandatur in eo quod creditur, peruenitur ad id quod videatur.» O myſterium verè fidei argumentum non apparentium! Quid enim hic non iam deitatis, ſed vel ipſius humanitatis apparet? Deus ex naturâ ſuâ, « Rex ſæculorum immortalis, & inuiſibilis:» Homo Chriſtus latens imperceptibilis; & tamen per ſpeciem viſibilem panis, & vini, argumento inuincibili conuincor, & credo quod non video, corpus & ſanguinem Chriſti, Deum pariter, & hominem: & per id quod video, credens quod non video, & in eo permanens, peruenire ſpero, vt videam aliquãdo, « quod
1. Cor. 2 9. nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.» In cæteris myſteriis, & quidem occultioribus, vtpote Trinitatis, & reſurrectionis relicta ſunt nobis quædam in Sole veſtigia; in motu, luce, calore, tria diſcreta: vna in Sole ſubſtantia, & ad veritatem Dominicę carnis ſuſcitatæ, oculi, & ma-
Luc. 24 39. nus Apoſtolorum vocantur in teſtes: « Palpate & videte quoniam ſpiritus carnem & oſſa non ha-
Rom. 10. 17. bet, ſicut me videtis habere.» Hîc ſola « fides ex auditu » aſſeritur, « auditus autem per verbum
Ioh. 6. 52. Chriſti,» dicentis: « Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.» Argumentum, & conui-

ctio non apparentium. Et quidem quæ apparentia, si humanum consulis sensum, si ad rationale prouocas iudicium; quæ apparentia Deum « qui dat escam omni carni: » carnem fieri, & verè cibum humanæ vniri carni? Confractum vitulum, & redactum in puluerem, dat populo Moyses edendum, & bibendum; vt probet non esse Deum: Et quia Hebręi Ægyptiorum exemplo, agnum circumdatum flammis adorantium, in idololatriam proni, ab eâ deterrendi erant: idcirco eos voluit agnum in Pascâ, & transitu ex Ægypto comedere, ne agnum, aut aliud animal pro Deo colerent: & tamen nos Agnum, in Paschali figuratum, & adoramus, & edimus; « nec nisi priùs adoratum, manducamus. »

Ps.135.24. Exod.32.20. Galatinus. Aug. in Psal.98.

An non hîc maximè cum Prophetâ nobis exclamandum est, « verè tu es Deus absconditus. (Pagninus abscondens te) Deus Israel, Saluator. » siue quia, vt sensit Vatablus, « notus in Iudęâ Deus, in Israël magnum nomen eius: « siue quia, & iam apud Hebręos, tabernaculum erat opertum velamine: siue quia in nube, & caligine, apparebat; & figuris & vmbris omnia illis contingebant. Sed de ineffabili Incarnationis mysterio Paulus: « absconditum à sæculis, Verbum scilicet se sub carnis nostræ nube occultauit. Tota quidem vita triginta annis occultus, donec se per miracula reuelauit. In passione autem, sapientiam in stultitiâ crucis, immortalitatem in mortalitate carnis, gloriam maiestatis sub ignominiâ contriti vermis abscondit. « Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum & nouissimum virorum. Virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. » Et magnâ quidem sapientiâ Verbi latentis, decepta est astutia serpentis. « Hoc magnæ pietatis Sacra-

Isa. 45.15. Psalm. 75.1. Num.4 6. 1 Cor. 10. 11. Coloss. 1.26. Isa.53.2 & seq. S. Leo serm. 18 de passione

mētum, dilectiſſimi, ſicut Iudaïca impietas, ita diabolica ſuperbia neſciebat? Si enim cognouiſſent, num-
1. Cor. 2. 8. quam Dominũ gloriæ crucifixiſſent. Sed quia hoſtem generis humani, latebat conſilium miſericordiæ Dei: & oppoſito carnis velamine, Deus in Chriſto mundũ
2. Cor. 5 19. ſibi reconcilians, tegebatur; perſtitit in eum furere, in quo nihil ſuum poterat inuenire. Nã & malignitati
Ioan. 14 30. eius hoc, magis potuiſſet prodeſſe, ſi parceret, & ſe ab effuſione eius ſanguinis abſtineret, per quem omnium erat ſoluenda captiuitas, & reparanda liber-
Ioan. 1. 5. tas. Sed lucem tenebræ non comprehenderunt, nec mendax cæcitas ſapientiam potuit veritatis inſpicere. « Sed quidquid de toto vitæ eius, paſſionis, & mortis contextu dicatur, abſcondito, nullibi ſic latuit, quàm in ſanctiſſimo Sacramento, ibi inſcri-
Pſal. 9. tit. bendus eſt pſalmi noni titulus: « In finem pro occultis filij. Quid enim bonum eius, & quid pulchrum
Zach. 9 17. eius » non occultum? in paſſione licet ſputis, colaphis, aliiſque ludibriis obuelatus ſit vultus eius: di-
Pſ. 21. 6. xerit licet: « Ego vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: » Pilatus tamen flagellatum & ſpinis coronatum indigitans, dicere po-
Ioan. 19 5. tuit, « Ecce homo. » Dixit ei Ioannes: « Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. » Nos quid hîc digito, præter panis, & vini ſpeciem poſſumus demonſtrare, licet oculo & tactu fidei indubitanter
Ioan. 1. 29. aſſeramus: « Ecce panis Angelorum, &c. » ſtupentes cum Eſaiâ exclamemus, occultatâ nobis diuinitate, humanitate, Verbo, carne nec ſolâ immenſitate deïtatis, ſed extenſâ magnitudine corporis: « Verè tu es Deus abſconditus. » Et hoſtiæ conſecratæ adgratulamur, dicentes verba immediatè præcedentia:
Eſa. 45. 14. « Labor Ægypti, & negotiatio Æthyopiæ, & Sa-
Ibid. verſ. 14. baim viri ſublimes (id eſt Gentiles conuerſi) ad te tranſibunt, & tui erunt: poſt te ambulabunt, vincti

manicis pergent (captiuum ducentes intellectum in obſequium Chriſti, qui prius ſub ſeruitute diaboli laborabant) & te adorabunt, teque deprecabuntur ; » quid ita ? Vnde tanta reuerentia ? « Tantum in te eſt Deus; Et non eſt abſque te Deus. » Non hîc panis, & vini ſubſtantia ? Nulla hîc eſt amplius, niſi fidei cenſus, & tota ſubſtantia ; in te hoſtia ſancta, tantùm eſt Deus ; præter quem alius non eſt Deus. Sed « Deus Iſrael Saluator, Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. « Germanè ac propriè Sacramentum, « Manna eſt abſconditum. » In lege, figuris, Prophetis, dulcedine latente, quam « nemo nouit niſi qui accipit, qui guſtat, & videt quam ſuauis eſt Dominus. » Nam ſi credimus Sapienti, « panis abſconditus, ſuauior. » De quo & Doctor Angelicus. « Sacramentum Regis abſconderem bonum eſt: operãtem Dei reuelare & confiteri honorificum eſt. » In hac menſâ ſummi principis Sacramentum Regis nobis apponitur, & qui voluerit opera Dei mirabilia cõtemplari, & honorificè confiteri, cum Pſalte dicat : « Circumdabo altare tuum Domine, vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua. » Sed cur dixit Raphaël, bonum eſſe, Sacramentum Regis abſcondere ipſe quidem de propriis Angelicæ naturæ epulis: « Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere: ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor. » Et quo tandem, niſi quo & nos fideles vtimur, Manna abſcondito : « panem enim Angelorum manducauit homo. » De quo D. Auguſtinus : « Laudant (inquit) eum condignè omnes Angeli eius, quorum cibus æternus eſt, incorruptibili eos ſaginâ viuificans, quia Verbum Dei eſt, cuius vitâ viuunt, cuius æternitate ſemper viuunt, cuius bonitate ſemper beatè viuunt, &c. Laudant illi competenter, laudemus & nos

2. Cor. 10. 5.
Eſa. 45. 15.
1. Tim. 2. 5.
Apoc. 2. 17. & 18.
Pſ. 33. 8.
Prou. 9. 17.
D. Th. opuſc. 58 de ſacr. alt. cap. 7.
Tob. 12 7.
Pſ. 25. 6.
Tob. 12 19.
Aug. ſerm. 23 de tẽp.

Digitized by Google

obedienter. Sunt illi nuntij eius, nos ſumus pecora eius. Impleuit in cœlo menſam ipſorum, impleuit in terrâ præſepe noſtrum. Plenitudo menſæ ipſorum eſt, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat
Ioan. 1. 1. apud Deum, & Deus erat Verbum. Plenitudo præſepis noſtri eſt, quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Vt enim panem Angelorum man-
Ioan. 1. 14. ducaret homo, creator Angelorum factus eſt homo. Illi fruendo, nos petendo. Illi capiendo, nos quærendo.) Illi intrando, nos pulſando. Ad oſtium Chriſtum, petentes vt per panem quotidianum corporis eius, veniamus ad videndum Verbum æternum.)
Coloſſ. 3. 2. Quis enim hominum omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ nouerit, in Chriſto occultos, atque in pau-
2. Cor. 8. 9. pertate carnis eius abſconditos? quia propter nos pauper factus eſt cùm diues eſſet, vt illius paupertate ditaremur. Cùm enim mortalitatem aſſumeret, mortemque conſumeret, in paupertate oſtendit, ſed diuitias dilatas promiſit, non ablatas amiſit, &c. »

Cur autem tot diuitias delitiaſque paradiſi in Sacramento abſconderit, reuelare nobis honorificum
Opuſc. 58. cap. 8. erit. Primò quidem ſecundùm D. Thomam, « datur velatum, ratione imbecillitatis noſtræ. Hoc enim exigebat imbecillitas hominum: quod probatur tribus modis. Primò à figura legali. Videntes enim fi-
Exod. 34. 29. lij Iſraël ex conſortio Domini cornutam faciem Moyſi, timuerunt propè accedere, vnde poſuit velamen ſuper faciem ſuam, quando loquebatur ad eos. Facies enim Moyſi tam magnam recepit radioſitatem, ex frequenti, & familiari appropinquatione ad diuinum lumen, quòd videbatur humanis oculis quaſi cornuta: vnde non poterant claritatem vultus eius ſuſtinere, niſi velatam: ſic nimirum imò multo magis corpus Chriſti in reſurrectione eius glorificatum, & ſpeciale, ac deiforme factum, nul-

lus poteſt mortalibus inſpicere oculis,niſi aliâ ſpecie velatum. Secundò probatur ex hoc quod accidit matri Dei Mariæ, quæ non potuit ſuſtinere claritatem præſentiæ filij & gloriam, niſi eſſet obumbrata. Carne autem Virginis obumbrata maieſtas, Spiritus operatione, facta eſt paſſibilis à Virgine, & etiam à nobis videri potuit, vnde Verbum caro factum eſt. Sed carne illâ poſt paſſionem, per reſurrectionem glorificatâ; & ad ſimilitudinem Dei clarificatâ, ſecundùm illud Ioannis; Clarifica me Pater claritate quàm habui apud te, priuſquam mundus fieret, facta eſt impaſſibilis ab oculis mortalium in propriâ formâ videri,niſi eſſet velata aliquâ ſpecie viſibili. » Vnde Sapiens, « mirabilia Altiſſimi, & glorioſa & abſconſa, & immenſa. » Et Moyſi faciem eius videre petenti, « non videbit me (inquit) homo & viuet » ſcilicet in ſpecie propriâ. Ideò & tabernaculum velari cenſetur. Aaron, & filij eius intrabunt, ipſique diſponent opera, id eſt, operient Sacramenta, nullâ curioſitate videant quæ ſunt in ſanctuario priuſquam inuoluantur, alioquin morientur. Percuſſit quoque Dominus multos, eo quod vidiſſent Arcam Domini,quia ſcil. non licebat eis videre eam detectam. Arca ſignificat corpus Chriſti. De quo Sapiens: « In pluribus operibus Dei non fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. Cum ergo ratione imbecillitatis noſtræ, tanta claritas, & maieſtas videri non poſſit in propriâ ſpecie, ſapienter, & benè Sacramentum hoc Regis abſconditum eſt. Vnde & Paulus iuxta D. Thomam; « Videmus nunc per ſpeculum, ſcilicet rationis, & in ænigmate, id eſt figurâ panis. » Tertiam ibidem abſconditi Sacramenti profert rationem, depromptam ex diſſimilitudine luminis oculi noſtri, cum claritate corporis Chriſti.

Ioan 17 5.
Eccli. 11 4.
Exod. 33. 20.
D. Tho. ſupra c. 7.
Num. 4 5. & ſeq.
1. Reg. 6
Eccli. 3. 22.
D. Tho ibidem cap. 8.
1. Cor. 13. 12.

Digitized by Google

« Debet enim esse proportio videntis ad visum. Sed oculus noster angustus, & æger, & corruptibilis est; illius verò claritas incorruptibilis, & quodammodo immensa & deiformis, vt dictum est. Hæc est enim ratio visibilitatis omnis luminis, similitudo aliqua videntis ad lumen. Et quantò maior similitudo ad lumen maximum, tantò limpidior & dulcior est visio. Hinc est quòd sanus oculus potest aliquatenus videre nudum corpus Solis, & non corpus Christi: quia cum illo habet aliqualem similitudinem luminis & corruptibilitatis, quam non habet corpus Christi. Nisi enim oculus ex aliquâ parte cœlesti lumini similis esset, nequaquam illud videre posset, sicut nec auris, aut digitus, aut etiam oculus cæcus, scilicet propter nimiam dissimilitudinem. Ob nostram ergo imbecillitatem: & nimium corporis Christi splendorem, & vsque ad incorruptionem roboratum, non possumus videre oculo corporeo Dominici corporis claritatem. »

Tob. 12. 7. Sed & bonum fuit, mysterium fidei, & Sacramentum Regis abscondi, propter horrorem humanæ carnis, & sanguinis esus, vtraque lege prohibiti: Leuit. 17. 14. « Carnem cum sanguine non comedetis. » Vnde sicut Medicus Hispanus, cuidam ægroto, solo testitudinum esu sanabili, quos horrebat, pullorum cibo, quos testitudinibus pauit, sanauit ægrotum: sic Christus summus Medicus, suâ nos carne, & sanguine, sub speciebus panis, & vini, curauit ægrotos.

Vultis & aliam vobis suggeram rationem ex eiusdem Doctoris Angelici Opusculo deprómptam? D. Th. supra cap. 7. « Infidelitatis (inquit) remedium exigit, vt veletur corpus Christi, quatenus culpæ infidelitatis, respondeat modus congruus satisfactionis. Vnde sicut primorum parentum incredulitas incœpit ex auditu verbi diaboli, suadentis cibum, habentem mortem

mortem velatam, & in eo ſunt ſenſus eorum. Vanè delectati: ſic congruit, vt fides ſaluandorum incipiat ex auditu verbi Saluatoris, ſuadentis cibum habentem veram vitam abſconditam, & in quo noſtri ſenſus piè ſunt decepti, præter auditum; vt ſit fides ex auditu tantùm, & non ex viſu, vel aliis ſenſibus: auditus autem per verbum Chriſti: Hoc pulchrè figuratur in benedictione Iacob, vbi ſenſus Iſaac ſunt decepti putantis ſentire Eſaü, dum ſentit ſimilitudinem eius qui velatus erat Iacob. Vnde ſciendum quòd in illâ figurâ Dominici Corporis duæ erant perſonæ ſcilicet Iſaac, & Rebecca, ſignificans duas naturas in nobis, corpus, & animam. Maſculus qui ſolet eſſe manifeſtus, & exterioribus plus intendit, ſignificat exteriorem hominem, id eſt corpus, cum ſuis ſenſibus: fœmina quæ domi reſidet, & familiam regit, interiorem hominem, id eſt animam, quæ ſalutis ſuæ, & aliorum gerit curam. Iacob bonus, & formoſus, habitans in tabernaculis, quem Rebecca, id eſt, fidelis anima diligit, ſignificat verum corpus Chriſti. Eſaü ſignificat ſubſtantiam panis cum ſuis accidentibus, quem corpus ſignificatum per Iſaac diligit, eò quòd libenter hoc cibo veſcitur. Dum itaque homo ille exterior, id eſt, Sacerdos, benedicit Eſaü, ſubſtantiâ panis recedente, eius ſola ſimilitudo, veſtes piloſæ, cum odore, id eſt accidentia panis, color, ſapor, odor, durities, manent circa Iacob, & ſenſus noſtri falluntur. Ibi fallitur viſus debilis corporis noſtri, vt Iſaac caliginoſus: quia putat præ oculis habere Eſaü, id eſt panem: & tantùm veſtes eius, ſcilicet ſpeciem panis habet, & ſub illâ Iacob velatus latet, id eſt corpus Chriſti. Ibi fallitur guſtus, quia putat comedere cibum Eſaü, id eſt panem, & guſtat tantùm ſimilitudinem eius. Ibi fallitur olfactus, quia putat ſentire odorem Eſaü, id eſt panis,

Gen. 3. 5
Gen. 27. 22.
Gen. 25. 27.
Verſu 28.
Gen. 27 1. & ſeq.
Et verſu 27. & ſeq.

qui verè non eſt ibi, &c. Sapiens erat Iſaac, ſed in iudicio cognoſcendi Eſaü fallebatur: ſic homo noſter exterior in iudicio panis altaris fallitur, præterquàm auditu; vnde ait, Vox quidem, vox Iacob, manus autem, manus ſunt Eſaü. Manus quas tango, ſunt Eſaü, nihil falſius: ſed vox quam audio dicentem, Ego ſum, vox eſt Iacob, nihil verius. Similiter, Sacramentum quod tango, ſubſtantia panis eſt, nihil falſius. Vox Chriſti dicentis: Hoc eſt Corpus meum, nihil verius. Infidelitatis ergo remedium exigit, quòd corpus Chriſti velatum detur: vt quia ſenſus primi hominis in cibo perditionis vanè delectabantur, ſenſus noſtri corporis in cibo benedictionis, ad inſtar Iſaac, decipiantur: ita tamen quòd Rebecca, id eſt anima, in fide ſuâ non fallatur. Credit enim verè in benedictione ſacrâ eſſe Iacob, id eſt corpus Chriſti velatum ſimilitudine Eſaü, id eſt, ſpecie panis.» Hactenus D. Thomas. Ex quibus apertè conſtat, hoc Sacramentum, eſſe abſconditum fidei myſterium.

Luc. 22. 19.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Cùm ſit hoc præcipuum myſterium fidei, & cætera omnia continens, vt omnium eminentiſſimum, cum omni proinde fide Sacerdos tremendum hoc ſacrificium oblaturus, & fidelis quilibet ad communionem acceſſurus debet huic menſæ accumbere. «Sapienter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, ſciens quoniam talia te oportet preparare.» Attendiſti hîc ſumi myſterium fidei; cum fide firmâ & viuâ accede. Sumat igitur pia & fidelis anima Pij quinti Summi Pontificis emblema, qui calicem cum eminente hoſtiâ ſuper Altare poſuit, cum Symbolo: «Scio cui credidi.»

Prou. 23. 70. tranſl.

Toporius in Hierograph. Pontif.

Quaſi diceret,« de cætero nemo mihi moleſtus ſit,» ex genere Capharnaïtarum Sacramentarius, interrogans: « quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Scio enim cui credidi: propter quod locutus ſum.» Quid & locutus? Credo in Deum Patrem omnipotentem.» Legunt etiam hîc alij: « Sediſti ad menſam potentis.» Hinc & D. Thomas huius myſterij fidem redigit ad primum articulum Symboli. Vnde & Ioannes hoc myſterium compendioſè decerpens:« Sciens (inquit) quia omnia dedit ei Pater in manus,» & Sacerdos conſecraturus: « Eleuatis (inquit) oculis ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit ac fregit.» Percontanti ergo, & moleſtè, ac importunè ſciſcitanti, quomodo poteſt,&c? Reſpondeamus cum Bernardo referente Auguſt.« Hoc fides credat,intelligentia non requirat,ne aut non inuentũ putet incredibile,aut repertum non credat ſingulare. Hæc ſunt, fratres, quæ fidem neceſſariò exigunt, rationem omnino non admittunt. Expetunt ſimplicem creditorem, arguunt impium diſcuſſorem. Et ideò credi oportet ſimpliciter, quod inueſtigari non poteſt vtiliter. Hîc eſt ille torrens quem tranſuadere non potuit Ezechiel. Nolite itaque, nolite quærere quomodo fiat, nolite dubitare vtrum fiat: nolite irreuerenter accedere, ne vobis ad mortem fiat, &c. Deus & homo eſt qui teſtatur, panem veraciter fieri carnem ſuam: Vas electionis eſt, qui minatur iudicium,non diiudicanti tam ſanctam carnem.» Reſpondeamus & cum Pſalte: quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet laudes eius? « Interrogemus & nos, quomodo poteſt omnipotentia diuina, in hoc vno deficere? quomodo ſapientia, & veritas, & fidelitas ipſa, quod promiſit

Ioan. 13. 3.

Ber. ſer. ſpeciali in cœna Domini ex Auguſt. contra Felicianum.

Ezech. 47. 5.

1. Cor. 11. 29.

Pſal. 70. 15.

Pſ. 105. 2.

Ioan.6. 52. non implere? Promisit certè & sponsionem suam firmauit effectu: « Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vitâ: » An mendacia Sybillarum oracula? falsa Prophetica scriptura? figuræ fallaces? septem Rabini de carne & substantiâ Messiæ immolandâ decepti? Liturgiæ Iacobi, Basilij, Chrysostomi superuacuæ? Patres omnes, cum totâ Ecclesiâ, tot sæculis vacuâ fide illusi? tam matura & grauis
Hebr.8. 6. æterni Patris sapientia, filios suos in nouo, & meliori testamento, pro verâ carnis & sanguinis sui substantiâ, nos solâ figurâ, picturâ, calculis, vmbrâ multo leuiore quàm manna, panes propositionis, Agnus Paschalis, nudi ac simplicis panis ac vini hæreditate pascit & ditat? Scio ego cui credidi, & indubitatâ fide certus sum, in hoc mysterio abscondito, verum Christi corpus, & sanguinem confici, &
Hebr.13 10. verè ac realiter à fidelibus sumi. « Habemus enim altare, de quo non habent edere, qui tabernaculo deseruiunt. » Credant Alcorano Mahumetani, à columbâ cicure in eius auribus frumenti grana assueta sumere, legem suam à Spiritu sancto impostoris au-
Cedrenus de Mahometh. riculæ suggestam. Quinquennium silentia suis Pythagoras Discipulis indixerit, quibus sine contradictione disciplinæ suæ principia exciperent. Minerua primas præ oculis auribus dederit: Inscripserit Ari-
Psal. 17 44. stoteles Alexandro discipulo, de Physico auditu. Dicat Deus de populo Christiano, vero Israël: « In au-
2. Tim. 1. 12. ditu auris obediuit mihi. » Dicat & Christianus cum
Rom. 10. 17. Pio & Paulo: « Scio cui credidi, fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. » Et cum Psalte: « Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri an-
Ps. 43 1. nuntiauerunt nobis. » Hæretici cum Æthiopico ca-
Ps. 147. ne vmbram signi captent, conuersi ad vesperam vt
Ps. 58. 7 noctis filij, extra Ierusalem positi, adipe frumenti
Ps. 64. 5 satiatam, famem patiantur vt canes, & circumeant

Digitized by

ciuitatem, nec ſaturati murmurent: nos replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum mirabile in æquitate.

Secvnda Reflexio. O « ſi fidem haberemus, ſicut granum ſinapis,» & ſub minori ſpecie panis, totum Chriſtum abſconditum crederemus, ab omni peccati vt ſanguinis fluxu, vel extremæ veſtimenti eius fimbriæ tactu; ſanaremur. « Hæmoroïſſa furto idei ſummam rapuit de fimbriæ ſummitate virtutem. Fœlix fraus, quæ & lucrum ſalutis contulit, & lamna ſuſtinuit mox pudoris, &c. Per dorſum peruenit ad faciem (vt Moyſes per poſteriora) per veſtimentum, penetrauit interna, & per fimbriam, capitis tetigit ſummitatem. Nec hoc ſine myſterio. Audite Prophetam dicentem: ſicut vnguentum quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Videtis, fratres, in fimbriã veſtimenti eius, totã plenitudinem diuini chriſmatis, totam diuini capitis tranſiſſe virtutem. Scienter ergo mulier ſacram Chriſti fimbriam geſtiuit attingere, vt e occulto myſterio, vulneris poſſet ſumere medicinam. » Quid plura? « Mulier inter comprimentes, t neſciretur, accedit, & præſumpſit furari ſe poſſe uram fide ſolâ. Vt habitu lateret & corpore, retro ccedit, & ad videndum ſe iudicabat indignam. Curauit fides intra ictum temporis, quod duodecim annis ars humana curare non potuit. Poſt hoc exemplum, ſuo vitio longa trahit in languoribus tempora, ſuâ negligentiâ diu laborat, qui ſolâ fide neſcit curari, ſed aromatum diſpendiis onerari. Tetigit veſtimentum mulier, & curata eſt, & ab antiquo eſt abluta languore. Miſeri qui quotidie corpus Domini tractamus, & ſumimus, & à noſtris vulneribus non curamur. Non Chriſtus infirmantibus, ſed fides deeſt: nam multò magis modo in nobis manens poterit vulneratos curare, qui latentem mulierem præteriens ſic curauit.»

Chryſol. ſermone 33.

Exod. 33. 23.

Pſ. 132. 2.

Chryſol. ſer. 33.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

D. Th. opuſc. 58. cap. 8. TERTIA REFLEXIO. « Quoniam ob noſtram imbecillitatem, & nimiam corporis Chriſti claritatem, corporeis oculis eum videre non poſſumus, oculo ſaltem mentis, & purâ cordis intentione ac ſimplici, eum reſpicere debemus: ſecundùm illud Euangelij: ſi oculus tuus ſimplex fuerit, id eſt intentio cordis pura, totum corpus tuum, (ad literam, in reſurrectione,) iudicium erit, ad videndam claritatem Chriſti, (nunc in Sacramento abſconditi.) Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles illi erimus, & videbimus eum ſicuti eſt. Dignum quidem videtur per ſuperiores oculorum feneſtras, veritatem intrare debere ad animam; ſed hoc nobis, ô anima, ſeruatur in poſterum, cùm videbimus eum facie ad faciem. Et hæc viſio erit vita æterna. » Interea verò fruere, Chriſtiane, regno cœlorum, & theſauro abſcondito in agro Eccleſiæ. Gentiles quidem, « Saturnum ſuos filios deuoraſſe, ita nonnulli interpretantur, quòd longinquitas temporis, quæ Saturni nomine ſignificatur, quidquid gignit, ipſa conſumat. » Nos verò Deum verum, & Patrem noſtrum inconſumptibilem, à ſexdecim ſæculis; & vſque ad finem ſæculi deuoramus. Latium ab eo dictum garriunt, quòd his tutus latuiſſet in oris, Deus abſconditus. De quo Tertullianus vt deorum primo; « ante Saturnum, inquit, Deus penes vos, nemo eſt. Ab illo cenſus (origo, ex quâ dij poſtea recenſeri potuerunt:) totius vel potioris, vel notioris diuinitatis, &c. Ab ipſo primùm tabulæ, & imagine ſignatus nummus, & inde ærario præſidet. » Nos verè à Chriſto in filios Dei, & cohæredes eius adoptati, qui nos ſuâ ſignauit imagine, & totius theſauri, & ærarij gratiarum eius in Sacramento fruimur, in quo ipſe abſconditur, donec clarâ eius viſione in gloriâ perfruamur. Dicamus interea cum D. Auguſtino poſt Pſaltem;

Luc. 11. 34.

1. Ioan. 3. 2.

Aug. 6. de ciuit. cap. 8.

Tertul. Apol. cap. 10.

Pſalm. 30. 20.

D. Aug. ſer. 23. de tēp.

« quàm multa multitudo dulcedinis eius, quam abſcondit timentibus ſe, perfecit autem ſperantibus in ſe. Ex parte enim ſcimus, donec veniat quod perfectum eſt; cui capiendo vt idonei præſtaremur, ille æqualis Patri in formâ Dei, in formâ ſerui factus ſimilis nobis, reformat nos ad ſimilitudinem Dei: & factus filius hominis vnicus filius Dei, multos filios hominum, facit filios Dei: & nutritos ſeruos per viſibilem formam ſerui (quam tamen abſçondit in Sacramento timentibus ſe, qui dedit eſcam timentibus ſe,) perficit liberos ad videndam formam Dei. Filij enim Dei ſumus, & nondum apparuit quod erimus? Et ſcimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Nam qui ſunt illi ſapientiæ ſcientiæque theſauri, quæ illæ diuitiæ diuinæ, niſi quæ ſufficiunt nobis? Et quæ illa multitudo dulcedinis, niſi quæ ſatiat nos? Oſtendet ergo Patrem, & ſufficiet nobis, & in quodam Pſalmo, quidam ex nobis, vel in nobis, vel pro nobis, ait illi: ſatiabor, dum manifeſtabitur gloria tua. Ipſe autem, & Pater vnum ſunt, & qui ipſum videt, videt & Patrem. Ergo Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ. (Ipſe Princeps in menſâ regiâ abſconditus, cui aſſidemus, quo paſcimur,) conuertens nos, oſtendet faciem ſuam, & ſalui erimus, & ſatiabimur, & ſufficiet nobis? Dicat illi itaque cor noſtrum; quæſiui vultum tuum (abſconditum ſub ſpeciebus, & velo panis, & vini;) vultum tuum Domine requiram, ne auertas vultum tuum à me: Et reſpondeat ipſe cordi noſtro: qui diligit me mandata mea cuſtodit; & qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & oſtendam meipſum illi, &c. quod donec fiat, donec oſtendat nobis quod ſufficiat nobis, donec eum fontem vitæ potemus, & ſatiemur; interim dum ambulantes per fidem pere-

1. Cor. 13. 9.
1. Ioan. 3. 2.
Coloſſ. 2. 3.
Ioan. 14. 8.
Pſalm. 16. 17.
Pſalm. 23. 10.
Pſalm. 79. 4.
Ioan. 14. 21.
2. Cor. 5. 6.

Aug. in Pſalm. 103. grinamur ab eo, dum eſurimus, & ſitimus juſtitiam formæ Dei pulchritudinem ineffabili ardore deſideremus, formæ ſerui natalem, (quo panis quotidianus de terrâ educitur, dum ex eodem Auguſtino, ore Aug. in Pſalm. 30. noſtro manibuſque terrenis in altari producitur,) deuoto obſequio celebremus.» Hic tota, quamuis abſcondita eſt, multitudo dulcedinis. Sed « hic homo impius ſi dicat, Vbi eſt iſta multitudo dulcedinis? Reſpondebo, quomodo tibi oſtendam multitudinem huius dulcedinis, qui palatum de febre iniquitatis perdidiſti: Mel ſi non noſſes, quam benè, ſaperet, non clamares, niſi guſtaſſes: palatum cordis non habes ad hæc bona guſtanda. Quid tibi faciam? quomodo oſtendam? non eſt cui dicam guſtate & videte, quo- Pſ. 33. 9. niam ſuauis eſt Dominus, &c.» Bonum eſt enim quod iuſtis & impiis, non poteſt eſſe commune, vt timendo perueniant, &c. Nihil dulcius eſt immor- Pſ. 110. 10. talitate ſapientiæ, ſed initium ſapientiæ timor Domini, quam abſcondiſti timentibus te.»

D. Th. opuſc. 58. cap. 8. Qvarta Reflexio. « Tria in hoc Sacramento occultantur, in quibus mores inſtruuntur, ſcilicet perſona Saluatoris, pulchritudo magnæ claritatis, mirum opus omnipotentis, &c. In his diſcimus in nobis tria virtuosè abſcondi poſſe, noſtram perſonam, pulchritudinem corporalem, bonorum operum intentionem. Primum à perſecutorum furore, ſecundum à ſtultorum inſpectione, tertium ab humano fauore.» Sic cùm fugeret Dauid à facie Saül, abſconditus eſt in colle Achillæ, quod eſt interpreta- Pſ. 53. 4. tum, « eum ſuſpiciens; & Dominus ſuſceptor eſt S. Aug. in tit. Pſal. 53. animæ meæ.» Et S. Auguſtinus, pulcherrimè de abſcondito Dauid inter Zyphæos, titulum exponens 4. Reg. 26. 1. Pſalmi 53. « In finem in hymnis intellectus ipſi Dauid, cùm venerunt Zyphæi, & dixerunt ad Saül; nonne ecce Dauid abſconditus eſt apud nos? Da-

uid (inquit) figuram gerebat, Christi, vel corporis Christi, &c. Si quæramus ergo quid interpretentur Zyphæi, inuenimus, florentes. Florentes ergo nescio qui, inimici erant sancto Dauid, florentes latenti. Attende Dauid latentem: Mortui enim estis, dicit Apostolus membris Christi, (quæ docet latenti capiti conformari,) & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. (Vt sicut esca quâ viuimus latet, sic & nos quantum possumus lateamus.) Isti ergo latentes, quando erunt florentes? Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloriâ. Quando erunt isti florentes, tunc erunt illi Zyphæi arescentes. Cui namque flori illorum comparetur gloria, attendite. Omnis caro fœnum, & omnis honor carnis vt flos fœni. Quis finis? fœnum aruit, & flos decidit. Vbi tunc erit Dauid? Vide quid sequitur; Verbum autem Domini manet in æternum. Illa ergo duo genera hominum sunt, quæ & distinguere debetis, & eorum alterum eligere. (Intelligit florere volentes, & apparere in hoc sæculo malos & iustos latere cum Christo conantes. (Tum tentatis de aliorum flore sic loquitur) quid enim, & tu Zyphæus vis esse? Florent in sæculo, arescent in iudicio, & post ariditatem in ignem æternum mittentur: hoc velis & tu? Ignoras quid tibi promiserit, qui ad te venit, quid in seipso hîc ostenderit? Si flos Zyphæorum appetendus esset, nonne & in hoc sæculo floruisset? An verò deerat illi, vt hîc posset florere? sed hîc maluit inter Zyphæos latere, & dicere Pontio Pilato interrogāti, tanquam & ipsi flori Zyphæorum, & suspecto de regno eius, Regnum meum non est de hoc mundo. Ergo hic latebat, & omnes boni latent hîc, quia bonum eorum intus est, absconditum est, in corde est, vbi fides, vbi charitas, vbi spes, vbi thesaurus illorum.

Coloss. 3. 3.

Esa. 40. 6.

Ioan. 18. 36.

Numquid hæc bona apparent in sæculo? Et hæc bona latent, & horum bonorum merces latet, &c. vbi est flos eorum qui iam ad sinistram stabunt? Nonne tunc ingemiscent? nonne tunc serâ pœnitentiâ torquebuntur, & dicent: quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. O Zyphæi ad sinistram stantes, serò pœnitet vos in vmbrâ floruisse; &c. Elige potiùs Christi opprobrium, quàm florem Zyphęorum. Elige potiùs inter illos humilitatem, vt habeas apud Deum absconditam claritatem.»

Sap. 5. 8

D. Th. Opusc. 58. cap. 8.

QVINTA REFLEXIO. « Discit iustus abscondere pulchritudinem corporalem ab omnium inspectione, quia exterior pulchritudo, & ornatus multis fuit occasio ruinæ. Absconditur autem tribus modis, per habitus vilitatem, per ieiuniorum austeritatem, per boni operis assiduitatem:» Et de veste quidem Sapiens: « In vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui, (cùm celebras Pascha, ad nuptias Agni vocatus, vt sedeas, & comedas cum Principe;) extollaris. Quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.» Solius eius est, mutare substantias, immensum sub particulâ abscondere. Gloriosa dixit opera, quæ cœlum & terram, Angelus, & homo veneratur & stupet. Sed & absconsa, quia vt sub vilibus pannis, Rex gloriæ in Bethelehem natus, est occultatus; sic simplicibus hîc speciebus est velatus. Transeunte Archidynasta Turcarum, omnes oculos & capita summittunt. Et quid Pascha, nisi transitus Domini est, memoriale transitus Regis Regum, & Domini dominantium, ex hoc mundo ad Patrem? Cum Eliâ stante in monte coram Domino, transeunte in sibilo auræ lenis, vultum nostrum operiamus; & rationis oculos fidei nube obuelemus. In Christum enim,

Eccl. 11. 4.

Guillel. Postellus de moribus Turcarum.

3. Reg. 19. 13.

« non videntes credimus : credentes autem exultabi- 1.Pet.1.
mus lætitiâ inenarrabili & glorificatâ : reportantes 8.
finem (Syr. retributionem) fidei noſtræ, ſalutem
animarum.» Vel ergo cum Rebecca conſpecto Iſaac. Gen.24
tollente pallium & operiente ſe, ad præſentiam Sa- 65.
cramenti, diſcat mulier ab Apoſtolo, debere habe- D. Th. ſupra.
re velamen ſuper caput, propter Angelos, inuiſibi- 1. Cor.
liter aſſiſtentes, miniſtros altaris, & fideles, bonos 11.
& malos, formæ periculo laborantes, Vel ſi maritus,
aut conditio, ornatum inuitæ extorqueat; Audiat
quid ſupra D. Auguſtinus, moneat. « Sic mulier
quædam S. Heſter in ipsâ oratione confeſſa eſt, illa S. Aug. in tit.
omnia inſignia Regalia ſic ſibi eſſe, velut pannum Pſal. 55.
menſtruatæ. Si hæc mulieres poſſunt ? Et ſi hæc po- Heſter.
tuit mulier Iudæa, non poterit Eccleſia Chriſtiana ? » 14. 16.
Audiant & Petrum commendantem, « abſcondi-
tum cordis hominem, in incorruptibilitate quieti, & 1. Pet. 3.
modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples; » 4.
cùm exteriùs compti, ſimiles ſint templis Ægypti,
quorum veſtibula ornata, & vela idola tegentia ſpe-
cioſa, quibus ſubductis, crocodili, & alia monſtra Clem.
apparebant. Subducito veſtes, & fucos, quid præ- Alex 3.
ter ſtercora in carne, & in animo vitiorum monſtra pædag.
inuenies ? ô Chriſte, tu lates, & ego apparebo ? Ad cap. 2.
myſterium abſconditum, reuelatus accedam ? flore-
te Zyphæi, apparete in ſæculo; ego cum Chriſto vi-
ta mea abſcondar, vt cum ipſo appaream in gloriâ.
Amen.

Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum gutturi tuo. Prouerb. 23. 1.

Christum in mensa altaris sacrificium esse perfectissimum; cui debemus conformari.

Aug. tract. 84. in Ioan. 15 & tract. 47. in Ioan. 10 Aug. in Psal. 138

« QVæ est mensa potentis, nisi vnde sumitur corpus & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est ad eam sedere, nisi humiliter accedere? (qui enim sedet, de staturâ suâ & proceritate multum minuit, inde & per Psaltem, sessionem suam, crucis humilitatem intelligit: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Qui enim sedet, humiliat se. Sedit ergo Dominus in passione.) Et quid est considerare, & intelligere quæ apponuntur tibi, nisi dignè tantam gratiam cogitare? Et quid est, sic mittere manum, vt scias quia talia te oportet præparare, nisi quia sicut pro nobis Christus animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere? sic enim etiã Apostolus Petrus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Hoc est talia præparare. Hoc beati Martyres ardenti dilectione fecerunt; quorum si non inaniter memorias celebramus, atque in conuiuio, quo & ipsi saturati sunt, ad mensam Domini accedimus, oportet, vt quemadmodum ipsi, & nos talia præparemus. Ideò quippe ad ipsam mensam, (cui etiam reliquiæ Martyrum inseruntur modico tumulo,) non sic eos commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace

1. Pet. 2. 21.

Digitized by Google

:equiescunt, vt etiam pro eis oremus, sed magis vt
›rent ipsi pro nobis, vt eorum vestigiis adhærea-
nus; quia impleuerunt ipsi charitatem quâ Domi- Ioan. 15
ıus dixit non posse esse maiorem. Talia enim suis fra- 13.
ribus exhibuerunt, (exempla moriendi pro Christo)
ıualia de Domini mensâ pariter acceperunt.» Cùm
nim iuxta Paulum mortem Domini toties annun- 1. Cor.
iemus, quoties memoriam passionis eius in sacrifi- 11. 26.
io incruento repræsentatæ recolimus; toties talia
ræparare, & pro ipso nos immolare discimus. Pri-
nò ergo diligenter attendamus verum esse, & om-
ium sacrificiorum maximum celebrari in hac men- DIVI-
â; secundò, quas inde reflexiones deducere debea- SIO.
nus. O Virgo tu primum altare, tu vitis, & ager,
nde non iam Aaronis sorore, vt Mariâ, sed Mel-
ısedech matre verâ, panem & vinum, carnem &
:nguinem sumpsit, quem pro nobis obtulit, quem
cet sine Patre in terrâ, in cœlo sine matre creda-
us; te tamen in terrâ matrem eius cum Angelo Hebr.
lutamus; dicentes, Aue Maria. 7. 3.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Sicut « Agnus occisus est ab origine mundi, » siue Apoc. 13
Abel innocente; siue ipso Lucifero, « dracone 8.
agno, & rufo » inuidente, & « ab initio homicidâ » Apoc.
ıguinem eius pro hominibus incarnandi sitiente; 12. 3.
ıe Deo Patre ab æterno eum pro humani generis Ioan. 8.
ute immolare decernente; victimæ quoque in- 44.
ıentè mactandæ, Aram, & sanguini eius in vino
nsecrando calicem, ab exordio mundi, « secundo
lam, de cœlo cœlesti, » descripsit in cœlo. Peri-
ıres siquidem, & sagaciores Astronomi delinea-
n in firmamento notant, in plagâ Australi Zodia- Hippar
respondente, constellationem, in modum Aræ cus lib.

Digitized by Google

3. enarrat. in Arati Phænomena. conformatam, in quâ ignis in culmen erigitur: & non longè ab Arâ, alium asterismum, in figuram calicis efformatum, cui nomen Crateris imponunt. Vident vt ab origine mundi, Agno, « propter nimiam charitatem, quâ dilexit nos Deus, » non tantum in Arâ crucis, semel in holocaustum charitatis igne assando, sed iugi sacrificio incruento in Ecclesiæ firmamento, & Altari mactando, Aram Deus illi præparauit; vt iam tum eius, « qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat, cœli enarrarent gloriam, & opera manuum eius firmamentum annuntiaret. » Et in Austro quidem: quia fuerat prædicatum: « Deus ab Austro veniet, cuius viâ lux spargitur & diuiditur æstus super terram. Cùm enim dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos; » & duodecim mysticis sui Zodiaci circumstantibus signis, « sapientia posuit mensam, & Aram, & miscuit in Cratere vinum suum, suamque (iuxta Hebræum) victimam immolauit. » Verùm vt iidem Astrologi referunt, & altiùs Theologi contemplantur; sicut Oriente Cratere, statim Leo exoritur; & cum ascendente Arâ, sagittarius pariter ascendit; ita vix Christus de carnis & sanguinis sui Sacramento & sacrificio instituendo præfatus est dicens. « Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vitâ: » Cùm ecce iam Leo rugiens, & Capharnaïtarum linguis & dentibus fremens, hæc eis murmuris verba suggessit: « quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum? » Vix Crater apparet, & « ecce peccatores intenderunt arcum; parauerunt sagittas suas in pharetrâ, vt sagittent in obscurâ lunâ rectos corde. » In quem locum D. Augustinus, « Luna (inquit) intelligitur Ecclesia, quòd

Margin notes: Ephes. 2. 4. — Ps. 146. 4. — Ps. 18. 1. — Habac. 3. 3. — Iob. 38. 24. — Ioan. 13. 1. — Prou. 9. 2. — Hipparcus supra. — Ioan. 6. 51. — Psal. 10. 2. — Aug. iuxta 70.

Digitized by Google

ſuum lumen non habeat, ſed ab vnigenito Dei filio, qui multis locis in ſanctis Scripturis allegoricè Sol appellatus eſt, illuſtratur: quem neſcientes, & cernere non valentes hæretici quidam ad illum Solem corporeum & viſibilem, quod commune lumen eſt carnis hominum, atque muſcarum, ſenſus ſimplicium conantur auertere; qui quandiu non poſſunt interiorem lucem veritatis mente contueri, ſimplici fide Catholicâ contenti eſſe nolunt: quæ vna paruulis ſalus eſt, & quo vno lacte, ad firmitatem ſolidioris cibi, certo robore perueniunt. » Sed quidquid hæretici in huius myſterii quaſi Lunæ obſcuritate caligantes, ſagittent contra nos, ad Deum cum Pſalte conuerſi, & ſcuto fidei muniti ignea inimici tela retundentes, dicant: « Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt. Et hoc dicant, non contra iſtos ſolos, ſed contra omnes hæreticos. Omnes enim, quantum in ipſis eſt, deſtruxerunt laudem, quam ex ore infantium & lactentium perfecit Deus, dum quæſtionibus vanis & ſcrupuloſis exagitant paruulos, & eos nutriri lacte non ſinunt, &c. Vbi? niſi in conuenticulis ſuis, vbi paruulos & interioris lucis ignaros, non lacte nutriunt, ſed venenis necant. » Appoſitè Pſaltes addidit, & congruè D. Auguſtinus expoſuit: « Iuſtus autem quid fecit? Chriſtus quid vobis fecit, qui traditorem ſuum tantâ patientiâ pertulit, vt ei primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis, & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet? quid vobis fecit Chriſtus, qui eumdem traditorem ſuum quem diabolum nominauit, qui ante traditionem Domini, nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris diſcipulis ad prædicandum regnum cœlorum miſit; vt demonſtraret dona Dei peruenire ad eos qui cùm fide accipiunt, etiam, ſi talis ſit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit? »

Pſal. 10. 2. & 3.

Aug. ibid.

Aug. ſuprà.

Io. 6. 71.

Io. 12. 6.

Pſ.10.4 Quid ita? rationem inſinuat Pſaltes, immediatè ſubdendo: « Dominus in templo ſancto ſuo. Dominus in cœlo ſedes eius: » vt qui in principio creauit cœlum, & in firmamento aram, & Craterem collocauit, qui in plenitudine temporum ſibi domum, & templum in Eccleſiâ ædificauit; & in ſtrato magno cœnaculo menſam poſuit, in quâ panem, & vinum in calice, in corpus & ſanguinem ſuum conſecratum, in ſacrificium obtulit Patri: à ſexdecim ſæculis, &
Pſ. 109. 5. etiamnum hodie vſque ad conſummationem ſæculi.
Pſal. 10 3. « Sacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech, » per ſuos miniſtros Sacerdotes, idipſum iuge ſacrificium offerat. « Iuſtus autem quid fecit? Ac-
Luc.22. 19. cepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Syr. effunditur. » An panis pro mundi vitâ traditus eſt: an vinum pro nobis effuſum? Et quid præſenti vſus eſt, dicens, « datur, effunditur, » niſi quia hodie & ſemper, & vſque in ſæculum, vt primo inſtitutionis ſacrificij incruenti momento, etiam ante cruenti conſummationem; corpus eius verè traditur, & ſanguis effuſus offertur pro nobis, Domino in cœlo à dextris Patris ſedente, & in templo ſuo nobiſcum, & per nos conſecrante in templo Eccleſiæ. Neque enim fruſtra dixit Apoſtolis, & in ipſis, futuris poſtea Sacerdotibus, ſuam eis conferens po-
Canon Miſſæ ex Euang. & Paulo. teſtatem; « hęc quotieſcumque feceritis: Iuſtus enim quid fecit? » quid perfecit? fecit quod dixit: « dixit, & facta ſunt. Sermo Dei viuus & efficax & poteſtate plenus » dixit: hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus. Si quod dixit fecit, panem in corpus, vi-
Pſ.148. num in ſanguinem mutans ſacrificauit, & Sacerdo-

tij Melchiſedech figuram impleuit. Sacrificij huius Hebr. 4
non tantùm veritatem, ſed & præ cunctis, eminen- 11.
tiam proſequamur, & leonem fremere, & ſagitta- Eccl. 8
rium iacula ſua in aërem iactare ſinamus. 4.

Iuxta Theologos, & idioma Scripturæ, « facere, & ſacrificare » idem ſunt. « Hoc eſt quod facies in Altari: agnos anniculos duos.» Et rurſum: « facietis & hircum pro peccato, duoſque agnos anniculos. » Et ipſe Chriſtus, de agno Paſchali immolando: « ſcitis quia poſt biduum Paſcha fiet.» Et apud Marcum: « Primo die Azymorum quando Paſcha immolabant. » Vbi Syriaca: « quo ſacrificant. » Et Lucas: « Venit dies Azymorum in quâ neceſſe erat occidi Paſcha. » Vt iam intelligas, facere Paſcha idem eſſe quod occidere, immolare, ſacrificare victimam Paſchalem. Vnde & in Exodo: « Immolate Phaſe, &c. Cùm dixerint vobis filij veſtri, quæ eſt iſta Religio? dicetis eis, victima tranſitus Domini eſt, &c. Si quis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illius de populis ſuis, quia ſacrificium Domino non obtulit tempore ſuo. » Cùm ergo Chriſtus id fecerit, & figuram impleuerit, poſt agnum typicum & legalem, ſeipſum verum Agnum ſub ſpeciebus panis, & vini immolauit; & dicens ſuis Sacerdotibus, « hoc facite, » illos verè ſacrificare præcepit.

Exod. 29. Leuit. 23. Matth 26. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7. Exod. 12. 11.

Nec ex meo, ſed veterum Patrum ſenſu depromitur huius ſacrificij argumentum, ſic enim primus omnium ratiocinatus eſt B. Petri diſcipulus, ſanctus Clemens Romanus Pōtifex Maximus. « Primus (inquit) naturâ Pontifex, vnigenitus Chriſtus, non ſibi honorem rapuit, ſed à Patre conſtitutus eſt, qui factus pro nobis homo, hoſtiam ſpiritualem Deo ſuo, eidemque Pātri, ante paſſionem offerens, conſtituit nobis ſolus, vt hoc faceremus. » Idem Pontifex in-

Clemēs lib. 8. conſt. Apoſt. cap. 36.

ducit Apoſtolos cęteris Sacerdotibus ordinatis ſic loquentes: « Excitato Domino à mortuis, facite ſacrificium veſtrũ, de quo vobis per nos cõſtituit, inquiens: Hoc facite in meam commemorationem, &c. » Dehinc commemorato agno Paſchali, concludit: « Et ſit (inquit) hoc vobis legitimum, ſempiternum vſque ad conſummationem ſæculi, donec veniat Dominus. » Et agens de ordinatione Epiſcopi, inter cætera precatur: « Da (inquit) ipſi Domine omnipotens, participationem Spiritus ſancti, vt habeat poteſtatem remittendi peccata, &c. Placendique tibi in manſuetudine, & corde mundo, offerendo tibi ſine culpâ ſemper, & ſine crimine, ſacrificium mundum, & incruentum quod per Chriſtum conſtituiſti, myſterium noui teſtamenti, in odorem ſuauitatis. » Idipſum quoque teſtatus eſt D. Dionyſius Areopagita: « Laudans (inquit) Sacerdos cultum diuinarum actionum, & inuiſibilem contemplationem intellectualibus oculis inſpiciens, in Symbolicam ſacrificationem venit. Et hoc Deo tradente, &c. ſacrè ad ipſum reboans: tu dixiſti Luc. 22. hoc facite in meam recordationem. » Vbi per Symbolicam intelligit cruentæ ſignificatiuam Liturgiam. Quid Iuſtinum referam, quid Irenæum quorum prior: « A nemine (inquit) Deus hoſtias accipit, niſi à Sacerdotibus ſuis: vniuerſos igitur, qui per nomen iſtius offerunt ſacrificia, quæ Ieſus Chriſtus fieri tradidit in Euchariſtiâ panis & poculi, quæ in omni loco à Chriſtianis fiunt, Deus præuertens, ſibi grata eſſe teſtatur. Quæ autem à vobis (Iudæis) offeruntur renuendo abiicit, inquiens; ſacrificia veſtra non ſuſcipiam de manibus veſtris. » Irenæus autem: « Noui Teſtamenti, (ait,) nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in vniuerſo mundo offert Deo. »

Idem lib. 5. conſtit. Apoſt. cap. 18.

Idem lib. 8. conſtit. Apoſt. cap. 5.

Dion. Areop. de Eccl. Hierarch. cap 3. circa f.

Iuſtinus in Dial. cũ Triph.

Iren. lib. 4. aduerſ. hæreſ. c. 32.

S. Cyprianum ſubiicio : « Ieſus Chriſtus (inquit) Dominus & Deus noſter , ipſe eſt ſummus Sacerdos Dei Patris , & ſacrificium Deo Patri ipſe primus obtulit;& hoc fieri in ſui cõmemorationem præcipit : » S. Ambr. quoque:« Pontifex (inquit) noſter ille eſt, qui obtulit hoſtiam nos mundãtem; ipſam offerimus nunc, quæ tunc oblata quidem , conſumi non poteſt. Hoc autem quod nos facimus , in commemorationem fit eius quod factũ eſt.Hoc enim facite, inquit, in meam commemorationem.» Quid S.Auguſtinum referam , qui de ritu huius ſacrificij contra Fauſtum agens : « Dixi (inquit) ſacrificari Deo in memoriis Martyrum, quod frequentiſſimè facimus, illo dumtaxat ritu , quo ſibi ſacrificari , noui teſtamenti manifeſtatione præcepit. » Et ad Marcellinũ,de mutato veteri in nouum. « Aptum fuit primis tẽporibus Sacrificium quod præceperat Deus ; nunc autem non ita eſt ; aliud enim præcepit , quod huic tempori aptum eſſet. » Hanc aptitudinem reſpexit Pſaltes pro Chriſto præloquens : « Holocauſtomata & pro peccato non poſtulaſti : corpus autem aptaſti mihi.» In quo aptus eſſem immolari , & pridie quàm paterer, in pane & vino hoſtia incruenta conſecrari.

Cypr. lib. 2. epiſt. 3.
Ambr. in cap. 10. ad Hebr.
Luc. 22.
S. lib. 4 de Sacr. cap. 6.
Aug. lib. 20. contrà Fauſtũ c. 21.
Ep. 5. ad Marcellinũ.
Hebr. 10. 5.

Et cum dixerit Chriſtus , « oportere impleri omnia quæ in Prophetis,& Pſalmis de ipſo ſcripta ſunt,» nuſquam in alio quàm in Miſſæ Sacrificio, Malachiæ, & Dauidis Prophetia impleta comperitur. De primâ Chryſoſtomus : « Vide quàm luculenter , quàmque dilucidè , myſticam interpretatur menſam , quæ eſt hoſtia incruenta. » Et D. Auguſtinus exertiſſimè : « Malachias (inquit) prophetans Eccleſiam , quam per Chriſtum iam cernimus propagatam , Iudæis apertiſſimè dicit ex perſonâ Dei: non eſt mihi voluntas in vobis , & munus non ſuſcipiam de manu veſtrâ, &c. In omni loco ſacrificabitur , &

Luc. 24 44.
Chryſ. hom. 95 in pſal. ex Malach. 1.
& Iren. lib. 4. cap. 32.
Iuſtin. dial. cũ

Triph. offeretur nomini meo oblatio munda; (incruenta,)
Hieron. hoc ſacrificium, per Sacerdotium Chriſti ſecundùm
in Malach. ordinem Melchiſedech, cum in omni loco, ab oriente vſque ad occaſum, Deo iam videamus offerri; ſa-
Aug. 18 de ciuit. crificium autem Iudæorum, quibus dictum eſt, non
cap. 35. eſt voluntas mea in vobis, & munus non accipiam
& 19. 23 de manibus veſtris, ceſſaſſe negare non poſſunt.»
& lib. 1. Et quidem, cùm Malachias prædixerit, « ab ortu
contra Aduerſ. Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum
leg. ca. in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur
20. nomini meo oblatio munda:» Vbi hoc factitatum
Malac. fuerit, quæro. Non in gentibus idololatris, immun-
1. 11. das, & ſacrilegas, pro diuerſo cultu, non Deo, ſed dæmonibus victimas offerentibus. Non in Iudæis, in vnico templo Salomonis ſacrificare iuſſis, cruentas
Tertul. hoſtias. Reſtat ergo, vt iuxta Tertullianum, « apud
3. cont. Catholicum Dei templum, » iugis hoſtia munda, à
Marc. Solis ortu vſque ad occaſum offeratur, in Eccleſiâ
c. 21. gentium toto orbe diſperſa.

Ne pluribus immorer; oportuit impleri Prophetiam Dauidis Patrem filio loquentem inducentis:
Pſ. 109. «Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem
5. Melchiſedech.» Quàm in Sacrificio noſtro comple-
Cypr. tam Patres omnes conteſtantur. Cæteris miſſis, vni-
lib. 3. co Tertulliano contentus, & noſtro Auguſtino.
ep. 2. Prior quidem: « quod (inquit) & in ipſo (Pſalte,
Hiero. ep. ad quem magnâ ex parte decurrebat) hîc accedit; (pro-
Euagrium ximè tangit inſtitutum noſtrum) tu es Sacerdos in
referēs æuum. Nec Sacerdos autem Ezechias, (cui ſtultè
Hypo- Marcion cum Iudæis hunc Pſalmum applicat, qui
litum nec incircunciſus fuit, nec Sacerdos.) Nec in æuum,
Iren. v- & ſi fuiſſet. Secundùm ordinem (inquit) Melchiſe-
trumq; dech. Quid Ezechias, ad Melchiſedech Altiſſimi Sa-
Euſeb. &c. cerdotem, & quidem non circunciſum, qui Abra-
Ambr. ham circunciſum iam, acceptâ decimarum oblatio-

ne benedixit? At in Christum conueniet ordo Melchisedech: quoniam quidem Christus proprius & legitimus Dei Antistes, præputiati Sacerdotij Pontifex, tum in nationibus constitutus, à quibus magis suscipi habebat, (quàm à Iudæis in primo aduentu reprobatus,) cogniturum se quandoque circumcisionem, (populum Israël, cuius dispersiones in fine congregabit.) Et Abrahæ gentem, cùm vltimò venerit, acceptatione, & benedictione dignabitur. » Sicut Melchisedech Abrahæ benedixit, & decimas ab eo suscepit. D. autem Aug. « Ex eo (inquit) quòd iam nusquam est Sacerdotium & Sacrificium secundùm ordinem Aaron, & vbique offertur sub Sacerdote Christo quod protulit Melchisedech, quando Gen. 14. benedixit Abraham, quis ambigere permittitur, de quo ista dicantur? « Et rursum: « dictum est (inquit) Iurauit Dominus, & non pœnitebit &c. nouerint qui legunt, quid obtulerit Melchisedech, quando benedixit Abraham, & iam sunt participes eius. Vident tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Dei autem iuratio, incredulorum est increpatio. Et quòd Deum non pœnitebit, significatio est, quòd hoc Sacerdotium non mutabit. Mutauit quippe Sacerdotium secundùm ordinem Aaron. » Pro quo certè non iurauit. Translato autem Sacerdotio, facta est quoque legis translatio. Nulla autem lex vspiam fuit, vel apud Gentiles, absque Sacrificio. Et quis audeat summam omnium & præcipuam legem Christianam asserere sine sacrificio, cùm & Paulus sciens Altare necessarium ad victimam, & Sacerdotem habere haditudinem, dicat: « « habemus Altare de quo edere non habent, qui tabernaculo deseruiunt. »

lib. 5. de sacr. cap 1. & alij. Tertul. lib. 5. contra Marc. cap. 9. Ps. 146. 2. Aug. in Ps. 109. lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 19. & 20. & in tit. Ps. 33. tandem li. 17. de ciuit. c. 17. Aug. lib. 1. contra aduers. leg. c. 20. Hebr. 13. 10.

Attendamus ergo diligenter quid nobis in mensâ Principis apponatur, & Theologico ratiocinio, ve-

rum & maximum omnium sacrificium in eâ, vero Deo offerri conuincemus. Quid enim est Sacrificium propriè dictum, nisi cùm res aliqua externa, per ministrum specialiter electum, ita diuinæ Majestati offertur, vt in eius honorem, & testimonium immutabilitatis eius, ab eoque dependentiæ, immutetur. Sed in Missæ Sacrificio, per ministrum ad id muneris consecratum, & deputatum, certo ritu, hoc est benedictione, consecratione, fractione, mixtione, sumptione, conficitur & immutatur res, quam panis vinique species externa continet, nempe corpus, & sanguis Domini; qui ibi immutatur quatenus præsens ibi Sacramentali modo sistitur, vt ore sumi possit, & comedi, quin & species consumi, iisque corruptis, tota Christi Sacramentalis præsentia destrui: ex quibus omnibus apertè concluditur, verum in altaris mensâ offerri Deo sacrificium.

Ad excellentiam eius quod attinet, supremæ vir intelligentiæ Afer eminentissimus, vnâ velut specie vniuersali, quidquid cæteri multiplici conceptu vix efferunt, compendiosè collegit, cùm de Christo Pontifice loquens, « Catholicum eum Sacerdotem » appellauit, vbi de leproso mundato tractabat, & Christum non destructorem legis sed consummatorem, contra Marcionem defendebat. « Offer munus quod præcepit Moyses: argumenta enim figurata, vtputa Prophetatæ legis, adhuc in suis imaginibus tuebatur, quæ significabant, hominem quondam peccatorem, verbo mox Dei emaculatum, offerre debere munus Deo, apud templum; orationem scilicet, & actionem gratiarum, apud Ecclesiam, per Christum Iesum Catholicum Patris Sacerdotem. » Catholicum supra dixit Templum, Ecclesiam, hîc Sacerdotem; mensam etiam, victimamque rectissimè dicam Catholicam. Et quidem secundùm Salo-

Tertul. 4. cont. Marc. cap. 9. Luc. 5. 14.

Digitized by

monem, Sapientia, poſitâ menſâ ſuâ, in domo ædificatâ ſibi, « immolauit victimas ſuas » ſiue quòd Chriſtus, incruentam primò, dehinc cruentam obtulerit; ſiue quòd vniuerſaliter omnes hoſtias hæc vna veteres complectatur. « Oportebat enim vt manifeſto implerentur effectu, quæ diu fuerãt figurato promiſſa myſterio: vt ouem ſignificatiuam, ouis vera remoueret, & vt vno expleretur ſacrificio variarum differentia victimarum. Nam omnia illa quæ de immolatione agni diuinitus per Moyſen fuerant præſtituta, Chriſtũ prophetarant, & Chriſti occiſionẽ propriè nuntiarant. Vt ergo vmbræ cederent corpori, & ceſſarẽt imagines ſub præſentiâ veritatis; antiqua obſeruantia, (Agni Paſchalis,) nouo tollitur Sacramento; hoſtia in hoſtiam trãſit, (Paſcha quippe tranſitus Domini eſt, panis in carnem, vini in ſanguinem; & nutritor omnium, tranſit in hominis alimentum,) ſanguinem ſanguis excludit; & legalis feſtiuitas dum mutatur, impletur, &c. Ieſus conſilij ſui certus, & in opere paternæ diſpoſitionis intrepidus, vetus Teſtamentum conſummabat, & nouum Paſcha condebat. Diſcumbentibus enim Diſcipulis ad edendam myſticam cœnam, cùm in Caiphæ atrio tractaretur, quomodo Chriſtus poſſet occidi: ille corporis & ſanguinis ſui ordinans Sacramentum, docebat qualis Deo hoſtia deberet offerri: nec ab hoc quidem myſterio traditore ſubmoto: vt oſtenderetur nullâ iniuriâ exaſperatus, qui in voluntariâ erat impietate præſcitus. »

Prou. 9. 2.

D. Leo. ſer. 7. de paſſione.

Attende diligenter & Catholicam hoſtiam, omnes ſpecies vniuerſaliter continentem. Vel enim quod offerebatur, animatum erat, vel inanime: vel ſolidum, vt far, & hoc tritum immolatum dicebatur; vel frangebatur, vt panis; vel incendebatur, vt thus; vel liquidum effundebatur, aut bibebatur, vt

Digitized by Google

vinum, & libatio vocabatur. Quod autem animatum erat, in honorem Dei viuentis mactabatur; & quidem pro pugnaturis contra hoſtes, hoſtia: vel pro partâ victoriâ, victima; vel totum ſine vllâ ipſius offerentis portione ſeruatâ, holocauſtum incendebatur. O Patris æterni Sapientia, « poſuiſti menſam, & immolaſti victimas tuas, attritus » & confractus, & conciſus « propter ſcelera noſtra, » occiſus, effuſus, & amore noſtri totus incenſus.

Prou. 9. 2. Eſa. 53. 5.

Narrant Pythagoram inuentâ nouâ Mathematices Regulâ, ſummo Ioui feciſſe hecatumben: & ſapientiſſimus Salomon, in ſolemni dedicatione templi viginti duo millia boum,& centum viginti millia arietum immolauit, vt de eo dicatur ad literam: « Sapientia ædificauit ſibi domum, propoſuit menſam, immolauit victimas ſuas. » Quantò magis « omnium artifex Sapientia » ædificatâ ſibi domo, templo Eccleſiæ Catholico, Catholicus Sacerdos Patris, Catholicam hoſtiam omnes alias eminenter continentem, omnes hoſtes ſuperaturus, « & palam confidenter traducturus principatus & poteſtates, triumphans illas in ſemetipſo, » placationis, propitiationis, pacis, & ſi quod aliud nomen hoſtiæ vocitatur, obtulit Patri; vt « vnâ oblatione conſummaret in ſempiternum ſanctificatos? » Huius quippe victimæ immolatio, « & effuſio pro iniuſtis ſanguinis iuſti, tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas captiuorum in Redemptorem ſuum crederet, (non credit autem, quia iuxta Paulum, non omnium eſt fides) nullum tyrannica vincula retinerent, &c. Et cùm ſub peccati præiudicio nati poteſtatem acceperint ad iuſtitiam renaſcendi, validius donum factum eſt libertatis, quàm debitum ſeruitutis. »

2. Paral. cap. 7. 5. Prou. 9. 1. Sap. 7. 21. Coloſſ. 2. 15. Hebr. 10. 14. D. Leo. ſer. 12. de paſſione. 2. Theſ. 3. 2.

1. Ioan. 2. 2. Catholicus item Sacerdos, & victima, « non pro

nostris peccatis (qui Iudæi sumus,) sed & pro totius mundi;» Gentilibus toto orbe dispersis; Catholicus, «in quo posuit Deus iniquitates omnium nostrûm. Omnes enim mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, siue in originalibus, siue etiam voluntate additis, vel ignorando, vel sciendo, nec faciendo quod iustũ est; & pro omnibus mortuis viuus mortuus est vnus.» Catholicus, ratione temporis, Sacerdos in æternum. « Et quod ad magnitudinem & potentiam pretij, & quod ad vnam causam pertinet generis humani, sanguis Christi, redemptio est totius mundi. » Et quanquam ad omnes efficacia eius non se extenderit, id non prouenit ex defectu meriti victimæ, & Sacerdotis, qui mille mundos ex se redimere sufficeret, « apud quem copiosa est redemptio :» sed ex applicationis defectu : siue Deo, alto, sed iusto iudicio, per gratiam efficacem applicare nolente; siue homine, per peccatum, eius sufficientiam non merente. Cæterùm Catholicus est Sacerdos, qui quotidie in altari, pro vniuersis gentibus, conditionibus, peccatis, omnibus locis, & temporibus offertur. « Vnde legitur quia Agnus occisus est ab initio sæculi. His videlicet, qui fuerunt ab initio. Itaut per hoc quod dicitur, ab initio, determines non tempus occisionis, sed salutis; priùs enim mors eius profuit, quàm fuit; priùs promissio, ac deinde exhibitio. »

Esa. 53. 6. Aug. lib. 20. de ciuit. cap. 6. Prosper in resp. ad primã obiectio. Vincẽtianam. Ps. 129. 7. Ber. ser. in cœna Do. Apoc. 13

Catholicum tandem Sacerdotem, & sacrificium excellentissimum appello; quòd cùm cætera, ad placandum Deum, & gratias ei referendas, summumque eius in nos, resque nostras testificandum imperium, instituta sint: & in his distincta sint oblatum, offerens, cui offertur, & pro quibus: in hoc vno Catholico verè vniuersaliter hæc omnia simul collecta habeamus. « Attende diligenter quæ apposita

Prou. 23. 1.

Aug.4. deTrin. cap.14. ſunt ante faciem tuam. » Hæc omnium ſapientiſſimus, oculo perſpicaci aduertit Auguſtinus. « Quis (inquit) tam iuſtus & ſanctus Sacerdos, quàm vnicus filius Dei, qui non opus haberet per ſacrificium ſua purgare peccata, nec originalia, nec ex humanâ vitâ quæ adduntur? Et quid tam congruenter ab hominibus ſumeretur, quod pro eis offerretur, quàm humana caro? Et quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis vitiis mortalium, quàm ſine vllâ contagione carnalis concupiſcentiæ, caro nata in vtero, & ex vtero virginali? Et quid tam gratè offerri poſſet, ſuſcipi poſſet, quàm caro ſacrificij noſtri, corpus effectum Sacerdotis noſtri? vt quoniam quatuor conſiderantur in omni ſacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur; idem ipſe vnus veruſque mediator, per ſacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebat; vnum in ſe faceret, pro quibus offerebat: vnus ipſe eſſet qui offerebat, & quod offerebat. »

Iam ſi lubet excellentiam huius Sacrificij ſuper omnes hoſtias eminentem aduertere; « Notatur, noſtri ſacrificij ſcilicet corporis Chriſti excellentia, quæ præcellit omnia legis ſacrificia triplici ratione: ſcilicet honeſtatis, quo ad ſæculum: dignitatis, quoad Deum: virtutis, quoad ſuæ bonitatis effectum, &c. Probatur honeſtas ab exteriori ſpecie, quia ſub nullâ aliâ qualitate cibi, poſſet tam mundè, tam pulchrè, tam honeſtè miniſtrari, ſicut ſub ſpecie, panis, & vini. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. Et quid bonum & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Secundò probatur honeſtas eius, quòd à nullâ corruptione, ſed à virginali flore ſumpſit exordium. Flores mei fructus honoris, &

D.Tho. opuſc. de Sacram. alt. 88. cap.4.

Prou. 14. 1.

Zach.9. 17.

Eccli. 21. 23.

honeſtatis; quaſi diceret flores pudicitiæ & virginitatis, verſi ſunt in fructus nobiliſſimæ & honeſtiſſimæ prolis. Nobilitas enim matris, eſt ex deitate prolis, nobilitas prolis ex virginitate matris, &c. Tertiò probatur honeſtas à ſpirituali dulcedine pietatis, quâ cunctos Chriſtianos ad ſe attrahit. Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris, facta opus pigmentarij. Memoria Ioſiæ eſt ſacrificium altaris, memoriale Saluatoris. Hoc factum eſt opere pigmentarij, ſcilicet ex pretioſis operibus diuinitatis, & humanitatis ſuæ; vt ſuauiſſimo honeſtatis, & pietatis odore, ad ſe trahat fideles Eccleſiæ. Oleum effuſum nomen tuum, trahe nos poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Excellit prætérea ratione dignitatis. Conſiſtit enim ex carne Chriſti mundiſſimâ, animâ iuſtiſſimâ, deitate altiſſimâ. Hæc tria in agno Paſchali figurata ſunt: in noſtro ſacrificio verè perfecta ſunt. Caput agni cum pedibus, & inteſtinis vorabitis. Caput agni ſignificat deitatem: (caput Chriſti Deus. Et caput eius aurum optimum.) Inteſtina animam, pedes carnem.»

D. Aug. Eccli. 49. 1. Cant. 1. 2. 3. Exod. 12. 9. Cant. 5. 11.

Rurſum, propter tantæ dignitatis excellentiam, habet ſacrificium noſtrum præ aliis triplicem prærogatiuam. Deo namque ſecundùm ſe acceptum eſt, Angelis reuerendum, hominibus adorandum. De primo, Malachias, « placebit Deo ſacrificium Iuda.» Id eſt Chriſti Regis. « Sacrificium iuſti acceptum eſt, & odor ſuauitatis in conſpectu Altiſſimi. » Nec Angelus vel homo carnem Chriſti immolatam in altari adorare detrectet, « quia à diuinitate ſuſcepta, & diuinitati in vnitate perſonæ vnita eſt. Si hominem ſeparaueris à Deo, illi non credo, nec ſeruio. Velut ſi quis purpuram vel diadema Regis per ſe iacens inueniat, nunquam adorabit; cùm verò eâ fuerit indutus, periculum mortis incurrit, ſi eam

Malac. 3. 4. Eccli. 35. 8. 9. D. Th. ſupra.

cum Rege adorare contempserit. Sic etiam in Christo humanitatem non solam vel nudam, sed diuinitati vnitam, scilicet vnum Filium Dei, verum Deum, & verum hominem si quis adorare contempserit, æternaliter morietur. Vnde Alexander Papa; Nihil (inquit) in sacrificiis maius esse potest, quàm corpus, & sanguis Christi.»

Tertia eius excellentia petitur ex triplici effectu bonitatis eius, omnibus sacrificiis incomparabiliter
D. Th. ibid. meliori: « habet enim triplicem bonum actum, in triplici statu fidelium, in mundo, in Purgatorio, in cœlo. In primo statu peccata relaxat, in secundo pœnam grauem alleuiat, in tertio gaudium magnum generat. Hinc est quod tripliciter Missæ celebrari solent, pro salute viuorum, pro requie defunctorum, pro gloriâ beatorum. Vnde & hostia in tres partes frangitur, vt virtus sacrificij corporis Domini in prædicto triplici statu demonstretur.»

D. Th. ibid. supra. Ex D. Gregor. « Dominus enim dedit nobis Sacramentum salutis, vt quia quotidie peccamus, & ille iam pro nobis mori non potest, per hoc Sacramentum, remissionem consequamur.» De animabus autem purga-
Leuit. 17. 11. torij. « Dedi vobis sanguinem, vt super Altare meum expietis pro animabus vestris: & sanguis pro animæ
Aug. piaculo fit.» Quod expressiùs Augustinus, « orationibus & eleemosynis sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, non est dubium defunctorum animas releuari, vt cum eis misericordiùs agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt in hoc mundo.» Quantum porro gaudij ex hoc sacrificio hauriant Cœlites omnes, & Beati, vel hinc patet, quòd
Ps. 144. 7. « memoriam abundantiæ suauitatis eius eructant,» recolentes Redemptorem, & bonitatem toties in se
Leuit. 10. 14. effusam admirantes: impletur enim in eis illud Leuitici: « pectusculum sacrificij quod oblatum est, ede-

Digitized by Google

tis in loco mundiſſimo, tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum.» Comeditur enim in loco mundiſſimo, in quantum delectat Beatos in cœlo. Quia dulcedine corporis Domini, quâ hîc paſcimur in velamine & Sacramento, eâ fruuntur Beati, viſione manifeſta in cœlo (inquit) Doctor Angelicus. Atqui nihil tale Scriptura diuina de ſacrificiis legis antiquæ teſtatur: per conſequens, illis omnibus, Altaris ſacrificium incruentum iure meritiſſimo præfertur.

Supereſt, vt illud ipſum cum ſacrificio crucis componamus, & pręcellentiam in menſâ principis aduertamus. Fulgentium noſtrum audiamus. « Firmiſſimè (inquit) tene, & nullatenus dubites, ipſum vnigenitum Verbum carnem factum, ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis: cui cum Patre, & Spiritu ſancto, à Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus, tempore veteris Teſtamenti animalia ſacrificabantur: & cui nunc, id eſt tempore noui Teſtamenti, cum Patre, & Spiritu ſancto, cum quibus illi eſt vna diuinitas, Sacrificium panis, & vini, in fide, & charitate, ſancta Eccleſia Catholica per vniuerſum orbem terræ offerre non ceſſat. In illis enim carnalibus victimis, figuratio fuit carnis Chriſti, quam pro peccatis noſtris, ipſe ſine peccato fuerat oblaturus; & ſanguinis quem erat effuſurus in remiſſionem peccatorum noſtrorum. In iſto autem ſacrificio, gratiarum actio, atque commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idem Deus effudit, &c. In illis ſacrificiis, quid nobis eſſet donandum, figuratè ſignificabatur: in hoc autem ſacrificio, quid iam nobis donatum ſit, euidenter oſtenditur. In illis ſacrificiis prænuntiabatur Filius Dei pro impiis occidendus: in hoc autem pro impiis annuntiatur occiſus.» Dominicæ paſſionis ſacrificio,

D. Fulgent. li. de fide ad Pet. cap. 18.

respondere sacrificium Altaris, testis est Cyprianus: « Inuenimus (inquit) calicem mixtum fuisse quem Dominus obtulit, & vinum fuisse quod sanguinem suum dixit. Vnde apparet sanguinem Christi non offerri, si desit vinum calici; nec sacrificiũ Dominicum legitimâ sanctificatione celebrari, nisi oblatio & sacrificium nostrum responderit passioni. » Supra dixerat, « mactauit suas hostias, miscuit in Cratere vinum suum, & parauit mensam suam, &c. vinum mixtum declarat, id est calicem Domini aquâ, & vino mixtum, Propheticâ voce prænuntiat; vt appareat in passione Dominicâ id esse gestum, quod fuerat ante prædictum. » Et quidem de Christi latere percusso lanceâ, exiuit sanguis & aqua; & debuit hoc in Altaris sacrificio repræsentari: vt sicut de latere Adæ dormientis educta est Eua, sic de latere Christi mortui egressa significetur Ecclesia. Sed « & signo crucis corpus Domini consecratur. » Vt Ieremiæ Prophetia impleatur. « Mittamus lignum in panem eius, vtique in corpore eius lignum missum est. Sic enim Christus reuelauit, panem corpus suum appellans, cuius retro (olim) corpus, in panem, Prophetes nuntiauit. »

Cypr. lib. 2. ep. 3. ad Ceciliũ fratrem

Ex Pro. 9. 2.

D. Aug. ser. 181. de tẽp.

Tertul. cont. Iud. ca. 10. ex Ierem. 11.

Quamuis autem misceatur aqua calici, nihil tamen habet cruenti sacrificij crudelitatis admixtum; impleri enim in hoc mysterio debuit Esaiæ vaticinium: « Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum; vindemiæ defæcatæ. » Nihil enim proditionis Iudæ, iniustitiæ Pilati, negationis Petri, tortorum & tormentorum feritatis habet admixtum. Actione tantummodo naturali occisus est Christus; hîc transsubstantiatione supernaturali factâ, mactatur. Illic horrendo cœlis & elementis deicidio immolatur; hîc maximo Sacerdotis merito sacrificatur:

Esa. 25. 6.

Digitized by Google

illic adſtantium, & approbantium crimine, hîc copioſæ redemptionis ineffabili munere: illic ſemel, vno Caluariæ loco, trium tantùm horarum ſpatio, pependit in cruce, hîc toto mundo iugis oblatio à ſolis ortu vſque ad occaſum offertur in panis & vini ſpecie: illic flagellis, ſpinis, clauis, lanceâ, ſanguis exprimitur & anima educitur ex corpore: hîc myrrha prima & probatiſſima, & non inciſus balſamus ſpõte ſtillat ex calice. Sed gladius anceps & bis acutus ex ore Verbi Incarnati procedens, hinc accidẽtia diuidit à propriâ ſubſtãtiâ, inde animã à corpore, ſanguinem à carne, humanitatem à diuinitate. Niſi enim inſeparabilis concomitantiæ virtus obſtaret, vi verborum, non integer Chriſtus Deus homo vtrinque perfectus, ſed hîc ſola caro, illic ſanguis ſolus, cuius tantummodò in conſecratione fit mentio, poneretur. «Sermo enim Dei viuus & efficax pertingit vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus. Deus enim ſpiritus eſt,» & anima vita, quod vtrumque vi verborum formæ ſeparatum, vt ſingillatim, & ſeparatim panis & vinum conſecratur, vt verum ſacrificium offeratur; in ipſo ſigno viſibili, mors Chriſti myſticè figuratur. Et quod diligenter in hac menſâ nobis aduertendum eſt; ſicut animâ per veram mortem in ſacrificio crucis, à corpore diuiſâ, ſenſuum omnium, & animæ ſenſitiuæ vſu Chriſti caro priuata eſt, & proprio motu deſtituta: ſic in hac menſâ per ſe immobilis Chriſtus, omni ſenſu priuatus, nec oculis videt, nec audit auribus, nec palpat manibus, &c. ſed velut exanimis iacet. In cruce pars inferior animæ Verbi quidem conſolatione caruit, ſed in hac menſâ, vi verborum prorſus caro à Verbo ſeparatur. Et quod ſtupendum magis, hîc video cum Ioanne, « Agnum ſtantem tanquam occiſum.« Stat viuus, ſed tanquam occiſus. Viuus panis, ſermone Dei viuo, & Spiritu

Cant. 5. 5.
Apoc. 19. 15.
Hebr. 4. 12.
Ioan. 4. 24.
Apoc. 5. 6.

viuificante conficitur; sed quia efficax est, quod per eum significatur, efficitur; & gladio bis acuto, tanquam mortuus iugulatur. Quid plura? vt nihil ad sacrificium desit, etiam supra crucem eminente altari: Quanquam in cruce, vita eius in honorem Dei viuentis fuerit immolata, compositumque naturale destructum: anima tamen immortalis in limbo, caro mortua visibilis iacuit in sepulcro: hîc autem, licet diuisâ specie panis, & in os Sacerdotis effuso per vices vini liquore sensibili, tota Christi substantia inuisibilis manet: illic condignè pro reuerentiâ, patriâ voce, Patrem æternum exorat: « non dabis sanctum tuum videre corruptionem: » hîc corruptis speciebus, sub quibus panis Angelorum factus est cibus hominum, quoad esse sacramentale, & realem humanitatis suæ præsentiam, prorsus corrumpitur. « O mutatio dexteræ excelsi! » O verum, & mirabile super omnia veteris & nouæ legis sacrificia, sacrosanctum, & reuerendum Angelis & hominibus sacrificium; in quo non tantùm signa sensibilia, sed & inuisibilis maiestas « Sacerdotis, secundùm ordinem Melchisedech, » in victimam inconsumptibiliter consumptibilem, eo modo, quo potest, mirabiliter, in honorem vnius, & summę deitatis immutatur!

Hebr. 5. 7. Ps. 15. 9. Ps. 76. 11.

SECVNDA PARS MORALIS.

Fulbertus Carnot. ep. 1.

PRIMA REFLEXIO. « Exere palatum fidei, dilata fauces spei, viscera charitatis extende; & sume panem vitæ, interioris hominis alimentum, non arte pistoriâ fermentatum, sed incarnatæ deitatis vitale pulmentum. Sume nihilominus vinum non sordido cultore calcatum, (dixit enim per Prophetam: » Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum. Solus enim inter mortuos liber, oblatus est torculari crucis, quia ipse voluit. Nec humana, sed diuina

Digitized by Google

diuina ſapientia talem domum extruxit, talem menſam poſuit, talem panem & vinum mixtum appoſuit, talem victimam immolauit.) Sume igitur vinum, non ſordido cultore calcatum, ſed de torculari crucis expreſſum. Guſta, inquam, cœleſtis ferculi ſuauitatem, ſed ne nauſees terreni germinis ſaporem.» Audi quid moneat Sapiens. « Attende diligenter quæ apposita ſunt ante faciem tuam.» Prou 23. 1. ex Hebr.
Vel vt Sanctes Pagninus ex Hebræo tranſtulit. « Cùm ſederis ad comedendum cum Domino, te conſiderando, conſidera quod erit coram te,&c. Ne concupiſcas pulmenta eius, quæ ſunt cibus fallax.» Vulgata vero, « ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacij.» 70. autem: « noli concupiſcere eſcas eius: hæc enim obtinent vitam falſam:» Et quæ in ſæculo voluptas, ſiue gulæ, ſiue luxuriæ, quis honor, aut lucrum, veram ac ſolidam humano cordi præbet dulcedinem? « Filij hominum vſquequo Pſ. 4. 3.
graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?» An non cibus fallax, vita falſa, panis mendacij in menſâ hæreticorum apponitur? Nudum ſignum capiunt, & corporis ac ſanguinis ſunt Chriſti figurâ decepti. « Ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacij.» Noſter autem panis eſt viuus,& verus qui de cœlo deſcẽdit. « Caro mea (inquit) verè eſt cibus,& sãguis meus verè eſt potus» &c. Nec potuit mentiri veritas, nec decipi fidelis qui credidit veritati.« Cœleſtis Pater, cœleſtem panem, cœleſtes filij vt poſtulemus, hortatur. Ipſe dixit: Ego ſum panis viuus,&c. ipſe eſt panis qui ſatus in Virgine, fermentatus in carne, in paſſione cõfectus, in fornace coctus ſepulcri, in Eccleſiis conditus, illatus altaribus, cœleſtem cibum quotidie fidelibus ſubminiſtrat.» Chryſol. ſer. 67. Ioan. 6. 51.

SECVNDA REFLEXIO. Quanta ſit veſtra, Sacerdotes, dignitas, ex miniſterij, & Sacerdotij veſtri ex-

Digitized by Google

cellentiâ penſate; & vobis emblema Ioannis Medicei, Preſbyteri Cardinalis quatuor Coronatorum, aſſumite, in quo cernitur Aaron manibus eleuatis offerens thymiama, iuxta altare, cum Symbolo: « quò ſum vocatus? »cui miniſterio deputatus? quo honore inſignitus? Attende quoties ad menſam principis ſacrificaturus accedis, ne quid in te reprehenſione dignum & culpabile inueniatur. Bernardum accipite ſic exclamantem:« O ſacrum, ô cœleſte miniſterium veſtrum, laudabile deſiderium, inſigne ſpectaculum, ſolemne miraculum! Deus qui mirabilis eſt in omnibus, ſeipſo certè mirabilior, quantùm ad vos oſtenditur, dum mirabiliora per vos operatur.» Et rurſum ibidem: « O præclara, & reuerenda poteſtas veſtra! certè non eſt poteſtas poſt Deum, ſicut poteſtas veſtra. Forſitan ſcire vultis, & audire delectat apertiùs, quænam ſit iſta tanta poteſtas, cui nihil in cœlo, vel terrâ valeat comparari. Ad quod ego; conſecrare videlicet corpus, & ſanguinem Domini. Super poteſtate veſtrâ, ſuper tam inſigni ſpectaculo, ſuper tam ſolemni dignitatis veſtræ priuilegio, ſtupet cœlum, miratur terra, contremiſcit homo, reueretur plurimum Angelica celſitudo. Sed vnde hoc nobis, piiſſime Ieſu, vt nos vermiculi reptantes ſuper faciem terræ, nos, inquam, qui puluis, & cinis ſumus, te præſentem habere mereamur præ manibus, præ oculis, qui totus & integer ſedes ad dexteram Patris? Hæc eſt verè indulgentia cœleſtis, hæc eſt verè cumulata gratia, hæc eſt verè ſuperexcellens gloria; Sacerdotem Deum ſuum tenere, & aliis dando porrigere. O nouam, & diuinam poteſtatem, cuius miniſterio, panis Angelorum, & vitæ, mortalibus quotidie præparatur!» Et idem?« Quantam (inquit) dignitatē contulit vobis Deus? Quanta eſt prærogatiua vobis ordinis veſtri? Prætulit vos Deus Regibus, &

Tipotius in Hierograph. Cardinalium.

Ber. in cœna Domini.

Bern. ibid.

Ber. ſer. ad Paſtores in Synodo congr.

Imperatoribus, prætulit ordinem veſtrum omnibus ordinibus. Imò, vt altiùs loquar, prætulit vos Angelis & Archangelis, Thronis & Dominationibus. Sicut enim non Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit ad faciendam redemptionem: ſic non Angelis ſed hominibus, ſoliſque Sacerdotibus, Dominici corporis & ſanguinis commiſit conſecrationem. Omnes enim, ſicut ait Apoſtolus, ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Sed longè excellentius eſt officium veſtrum quod admirabile eſt, & non ſolum in oculis veſtris, ſed etiam Angelorum.» Tabernacula Dei ſpecialia, & membra Chriſti ſpecialiſſima ſanctus Leo appellauit. «Cum hanc (inquit) venerabilium cõſacerdotum meorum ſplendidiſſimam frequentiam video, Angelicum nobis in tot ſanctis ſentio intereſſe conuentum. Nec dubito nos abundantiore hodie diuinæ præſentiæ gratiâ viſitari, quando ſimul adſunt, & vno lumine micant, tot ſpecioſiſſima tabernacula Dei, tot mẽbra excellentiſſima corporis Chriſti.» Et proh pudor, quos ſummus & ſanctus Põtifex tanto dignatur honore, multi hodie etiam viliſſimæ ſortis homines vilipendunt. Quos hortatur S. Cypr. «Tempus eſt, vt agant delicti ſui pœnitentiam, vt probent lapſus ſui dolorem, vt oſtendant verecundiam, vt monſtrent humilitatem, vt exhibeant modeſtiam; vt de ſubmiſſione prouocent in ſe Dei clementiam, & de honore debito in Dei Sacerdotem, eliciant in ſe diuinam miſericordiam.» Sed ex miniſterij ſui ſplendore, attendant diligenter Sacerdotes, quâ feruere debeant charitate. «Deliciari, & gaudere debemus in Sacramento Altaris, in cuius confectione fidelis miniſter inuenit ſeipſum in medio Patris, & Spiritus ſancti, aſtantibus etiam ex omni latere ſupernis ordinibus, &c. Quidquid de aſcen-

Hebr. 2. 16.

Hebr. 1. 14.

S. Leo ſer. 1. in Anniuerſ. ſuæ aſſumptionis.

Cypr. lib. 5. ep. 13.

Bern. ſerm. in cœna Domini.

ſu Sacerdotis in illâ horâ ſeu profectu cogitari poteſt, vel dici, longè infra dignitatem veritatis eſt. Ibi deliciatus animus boni Sacerdotis, ſeipſo altior effectus, conatur, feſtinat, aſcendit, creſcit deſiderio, & quanto magis ſurſum tollitur, tantò ampliùs extenuatur, itaut omnem terrenæ concupiſcentiæ nebulam euaporans, totus ſpiritualis, hominem in homine exurat, & in abſcondito faciei Domini glorietur, &c. Penſa igitur iugiter, repone fideliter, amplectere ſuauiter quod vides, quod agis, quòd tenes; amplectere, inquam, piæ recordationis affectu, & piæ imitationis effectu, ſciens quoniam talia oportet te præparare. Apparatus menſæ iſtius, non hominis eſt, ſed fidei, non facinoris ((vt in cruce,) ſed myſterij: non temporalis alimenti, ſed æterni. Qui ſum author muneris, ipſe ſum teſtis veritatis. Altare cui aſſiſtis, quam pro te ſuſtinui, repræſentat crucem; & calix ſepulcrum, in quo mortuus quieui; patena lapidem ſuperpoſitum; corporale ſudarium; ſubſtratoria corporalis, linteamina quibus inuolutus fui. Hoſtia quam vides, iam non eſt panis, ſed caro mea, quæ pependit in cruce pro mundi vitâ. Sanè mutatio iſta benedictionis opus eſt, non originis. Virtus hoc facit, non vſus: effectus eſt potentiæ, non vſus naturæ, &c. non commune, ſed ſolum: diuinum eſt, non humanum: pietatis Sacramentum, non deitatis detrimentum, &c. Similiter liquor iſte quem vides, iam non vinum, ſed ſanguis meus, quem pro te fudi in pretium, tibi reſeruans in Altari poculum, in peregrinatione tuâ præſidium, in exitu de Ægypto conductum, in cœlo viaticum. Ego botrus pro ſalute tuâ portatus ſum ad torcular crucis: inde eliquatum eſt muſtum tuæ redemptionis. Illuc reducit hominem, vnde traxit imaginem. »

Prou. 23. 1.

Num. 13. 24. Eſa. 63. 3.

Tertia Reflexio. Attendant & mali, quàm

Digitized by Google

tantâ menſâ coram Deo cenſeantur indigni. « Heu quanti Iudæ, qui panem Domini manducant, & Dominum in operibus ſuis calce percutiunt. Quanti de Altari viuunt, qui Altari non ſeruiunt, imo Dominum Altaris pro nihilo ducunt! Heu, quod magis dolendum eſt, quanti Sacerdotes, ſed falſi Sacerdotes, qui panem Chriſti, corpus Chriſti ſumunt ore, & Chriſtum conculcant pede, putidi fœtore luxuriæ, infecti veneno nequitiæ! Iſti ſunt Iudæ Iſcharioth, qui niſi ſe in melius commutauerint, vtinam nati non eſſent. » Quid dicam? « Sunt lotis manibus, tamen illotis operibus: cruentâ conſcientiâ ad diuina accedunt Sacrificia: comedunt ſine timore, & ſine reuerentiâ carnes Agni, qui præſidet in cœlo, ſicut carnes quæ venduntur in foro. Non ſicut Sacerdotes aſſiſtunt in Altario: ſed ſicut carnifices in macello. » Corpus Chriſti offerunt, & idolis mundi thurificant. « Proh ſcelus! ſemel Iudæi Chriſto manus intulerunt: iſti quotidie corpus Chriſti laceſſunt: ô manus præcidendæ! » Contra eoſdem ſic inuehitur Chryſologus: « Diſpenſator diuini verbi, & cœleſtis doctrinæ prorogator, qui ante Dominum ſtat iugiter, verſatur inter altaria ſemper, neque à Dei oculis recedit vnquam, qui peccatorum cauſas, dolores populi ſuſcipit, offert, ingerit preces; accipit, refert, reſtituit impetrata, ex homine totus in Angelum ſubſtitutus, non poteſt niſi in ipsâ Dei facie inter ſanctorum ſancta peccare; vt inde ſibi ſumat crimen, vnde aliis veniam conſueuerat reportare. » Nec mirum ſi aperto etiam aliquando iudicio, Sacerdotes indignos cenſurâ diuinâ mulctauit. Presbyter quidam Germanus, indignè ſacroſancta myſteria celebrans, poſt conſecrationem, hoſtiam ſanctam & ſanguinem diſparuiſſe tribus vicibus, cum peccatis contritus & Epiſcopo confeſſus; quartò ce-

Bern. ſer. 2. in cœna Domini.

Matth. 26. 24.

Bern. ſer. ſeparato de cœna Domini.

Tertul. de idol. cap. 7.

Chryſol. ſer. 26.

Petrus Clun. refert ab Epiſcop. Claromont. ſe accepiſſe.

lebrans, ſpecies omnes ſibi diuinitus reſtitutas, cum lacrymis exultationis accepit. « Vos ergo fratres mei, Diſcipuli Chriſti, cogitate quid Iſcharioth fecit, & videte ne conſimilia faciatis. Iudas contra Chriſtum leuauit calcaneum, vos autem illi proſternite corpus & animum. Iudas ab illo receſſit, vos autem ſequimini illum. Iudas vendidit illum Iudæis, vos autem vendite quæ habetis, vt poſſitis comparare eum. Non ſolum autem quæ habetis, ſed etiam voſmetipſos pro amore tantæ pulchritudinis Margaritæ, pro nihilo reputetis, & illi ſoli placere, quantùm poteſtis contendite. » Mementote partem Sacerdotis armum fuiſſe & pectuſculum eleuationis, vt onera proximi cum dilectione tollatis. « Hinc diuinâ lege armum Sacerdos dextrum in ſacrificium accipit, & ſeparatum; vt non ſolùm ſit eius operatio vtilis, ſed etiam ſingularis: nec inter malos tantummodo quæ recta ſunt faciat, ſed benè quoque operantes ſubditos, ſicut honore ordinis ſuperat, ita etiam morum virtute tranſcendat. Cui in eſu quoque pectuſculum cum armo tribuitur: vt quod de ſacrificio præcipitur ſumere, hoc de ſemetipſo authori diſcat immolare. Et non ſolùm pectore quæ recta ſunt, cogitet, ſed ſpectatores ſuos ad ſublimia, armo operis inuitet, nulla proſpera præſentis vitæ appetat, nulla aduerſa pertimeſcat. »

Ber. ſer. ſing. de cœna Dom. — Matth. 26. 14. — Matth. 13. 46. — Exod. 29. 26. — Greg. parte 2. paſtoralis curæ c. 3.

QVARTA REFLEXIO. Et vos fideles, quantâ reuerentiâ huic tremendo Angelis myſterio, & Miſſæ ſacrificio, & veri Melchiſedech Regis ac Pontificis menſæ aſſiſtere, aſſidere, participare debetis? « Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & Aquilæ. » Et vbicumque Chriſti corpus fuerit conſecratum, illuc cœli volucres Angeli aduolant. « Circa corpus Domini Aquilæ ſunt, quæ ſpiritualibus alis circumuolant, videlicet Angeli ſancti, ſpiritus mun-

Matth. 24. 28 — D. Th. opuſc. 58. cap. 4. iuxta D. Leonem & Greg.

di, munditiam amantes, mundum corpus Domini venerantes, & præſentes fideles protegentes. Quis enim fidelium dubium habere poſſit in ipsâ horâ immolationis, cœlos aperiri, & in illo Chriſti myſterio Angelorum adeſſe choros, ſumma & ima ſociari? »

Et quâ pietate Agnum Paſchalem edere nos conuenit: « Cuius ſanguis (ſi diligenter ante faciem poſita attendamus) ſuper vtrumque poſtem ponitur, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur, &c. Nam qui ſic Redemptoris ſui ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem illius, necdum velit; in vno poſte ſanguinem poſuit, qui etiam in ſuperliminaribus domorum ponendus eſt, &c. domus ſuperliminare, eſt ipſa intentio, quæ præeminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis ſuæ, ad imitationem Dominicæ paſſionis dirigit; in ſuperliminari domus Agni ſanguinem ponit, &c. In nocte agnum comedimus, quia in Sacramento modo Dominicum corpus accipimus, &c. Caput agni vorare, eſt diuinitatem illius fide percipere. Pedes verò agni vorare, eſt veſtigia humanitatis eius amando & imitando perquirere. Quid verò ſunt inteſtina? niſi verborum illius occulta & myſtica mandata? quæ tunc voramus cùm verba vitæ cum auiditate ſumimus. »

Greg. hom 22. in Euangel.

Exo. 12. 22.

QVINTA REFLEXIO. « Debitores nos fecit, qui primus exhibuit. Ideò quodam loco ſcriptum eſt: ſi ſederis cœnare ad menſam potentis, ſapienter intellige quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, ſciens quia talia te oportet præparare. Menſa potentis quæ ſit, noſtis, vbi eſt corpus, & ſanguis Chriſti. Qui accedit ad talem menſam, præparet talia. Et quid eſt præparare talia? quomodo ipſe pro nobis animam ſuam poſuit, ſic nos debemus, ad ædifi-

Aug. tract. 47. in Io. 10.

Prou. 23. 1.

1. Io. 3. 16.

candam plebem, ad aſſerendam fidem, animas pro fratribus ponere.» Chriſtus hìc ſe totum immolat: talia præpara, & iugis, ac viua hoſtia, dic cum Pau-
1. Cor. 15. 31. lo: « quotidie morior.» Et iterum: « Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes,
2. Cor. 4. 10. vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.»
2. Cor. 6. 9. Et rurſum: « quaſi morientes, & ecce viuimus.» Quod pulchrè expreſſit S. Leo, & vitam nouam,
S. Leo ſer. 14. de paſſione. cum carnalium concupiſcentiarum morte, ſanctiſſimæ menſæ virtuti tribuit. « Dum in nouitatem à vetuſtate tranſitur, dum terreni hominis imago deponitur; & cœleſtis forma ſuſcipitur, quædam ſpecies mortis, & quædam ſimilitudo reſurrectionis interuenit: vt ſuſceptus à Chriſto, (ad menſam potentis admiſſus,(Chriſtumque ſuſcipiens, non idem ſit poſt
Pſal. 76 11. lauacrum, (multominus poſt Altaris Sacramen-
1. Cor. 11. 6. tum) qui ante Baptiſmum fuit; ſed corpus regenerati, (dicam ego, Chriſti Agni immolati carne refecti,) fiat caro crucifixi: Hæc commutatio, dilectiſſimi, dextræ eſt Excelſi, qui operatur omnia in omnibus: vt ſingulis fidelibus, per bonæ conuerſationis qualitatem, ipſum piorum operum intelligamus authorem; gratias agentes miſericordiæ Dei, qui innumeris chariſmatum donis, ita vniuerſum Eccleſiæ corpus exornat; vt per multos vnius luminis radios idem vbique ſplendor appareat, nec poſſit niſi gloria eſſe Chriſti, cuiuſlibet meritum Chriſtia-
Io. 1. Coloſſ. 1. 13. ni. Hoc eſt illud verum lumen, quod omnem hominem iuſtificat, & illuſtrat. Hoc eſt illud quod eruit de poteſtate tenebrarum, & transfert in regnum Filij Dei. Hoc eſt quod per nouitatem vitæ, deſideria animi prouehit, & concupiſcentias carnis extin-
1. Cor. 5. 7. guit. Hoc eſt quod Paſcha Domini in azymis ſinceritatis & veritatis, legitimè celebratur, dum fermento malitiæ abiecto, noua creatura de ipſo Domino

inebriatur & paſcitur. Non enim aliud agit participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quàm vt in id quod ſumimus, tranſeamus: & in quo mortui & conſepulti & conreſuſcitati ſumus, ipſum per omnia, & ſpiritu, & carne geſtemus, dicente Apoſtolo: mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. » Spiritu dixit, vt ſuperbiam & vanam gloriam humiliter pro nobis immolato, de omnibus bonis, ſacrificium ei laudis immolemus: carne dixit, vt ei ſenſus omnes, quibus hîc non vtitur, quaſi mortuus; & carnis concupiſcentias iugulemus, « vtentes hoc mundo, tanquam non vtentes. » « Tu Domine Sacerdos ſancte, qui in tempore iracundiæ, factus es reconciliatio, ſancti huius ſanguinis plenitudinem reliquiſti, & beneficium huius ſancti liquoris in perpetuum tradidiſti, & conſtituiſti nobis inconſumptibiliter potum viuificum, crucis ſignum, & mortificationis exemplum. » Hinc thema noſtrum nos admonet, vt « cultrum gutturi noſtro ſtatuamus. » Et D. Bernardus: « Tertium (inquit) ferculum eſt mors Chriſti reuerenda: præ omnibus Sacramentis affectuoſa, &c. Tu itaque qui ſedes ad menſam diuitis, ferculis quæ præmiſimus appoſitis teipſum ſubiiciens, & humilians Incarnationis Dominicæ Sacramento, non negligenter, ſed diligenter attende quæ apponantur tibi, &c. Attende, inquam, vt nulla Dei munera, debitâ gratiarum actione fruſtrentur, non grandia, non mediocria, non modica. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant, id eſt nec minima beneficia obliuiſci. Numquam non perit quod datur ingrato. Terribile eſt quod ſequitur, quia oneroſum, & quaſi impoſſibile videtur? Sed quibus? mollibus, effœminatis, ignauis. In quibus libertate pernicioſâ, ruptis habenis continentiæ eunt quò volunt ebriæ concupiſcen-

Coloſſ. 2. 12.

Coloſſ. 3. 3.

Cypr. de paſſ. Chri.

Ber. ſer. 2. in cœna Domini.

Io. 6. 12.

tiæ temulentiquę affectus, dum poſt carnem carnaliùs euagantur; dum mundum ſupra modum ambiunt, & ſequuntur. Sed quid eſt illud quod terribile iudicant? Hoc eſt, quoniam talia oportet te præparare: Nota, QVONIAM, compatiendo, commoriendo,& conſepeliendo teipſum. Dignum eſt enim, & tibi multum expedit, compati, commori, conſepeliri paſſo, mortuo, & ſepulto. Ad hoc enim facta ſunt huiuſmodi,vt his omnibus configuretur & conformetur vita Chriſtiani. Qui enim tanquam membrorum Chriſti, dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Nam propter crucem piis dictum eſt; qui ſunt Chriſti Ieſu,carnem ſuam crucifixerunt, cum vitiis & concupiſcentiis. » Dic ergo cum viduâ Sareptanâ, de pugillo farinæ placentam facere paratâ: « En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus & moriamur. » Duo ligna crucis mente piâ colligo, & diligenter attendo, & placentam triticeam ſub humilitatis cinere excoctam, buccellam Dominicam eſurus in menſâ, mihi & mundo emori propono; & qualia apponuntur mihi,in menſâ principis aſſidenti, & gladio verbi immolato offero,cultrum ſtatuo gutturi meo, & eleuans manus in ſacrificio veſpertino, interficio omnes peccatores terræ, omnes,inquam,affectus terrenos in matutino. Commoriere ſuperbia humiliato, iugulabere luxuria agno immaculato, extinguere tenax auaritia, largiſſimo, &c. Nec commortuo deerit reſurrectio glorioſa, nec ad ianuam paradiſi pulſanti obſtabit Cherub. ignitâ Romphæâ. « Accepiſti Chriſte ex me egeſtatem pulueris, ſumpſiſti de me mortem carnis, fudiſti pro me pretium redemptionis. O pretioſum pretium perditorum! Dicant nunc qui redempti ſunt à Domino quos liberauit de manu hoſtis: confi-

Gal. 5. 24.

3. Reg. 17. 12.

Pſ.140. 2.

Pſ.100. 8.

Gen. 3. 24.

Aug. ſer. 122. de tẽp.

Pſ. 106.

temini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicat ei terra redempta, terra irrigata; redempta ſanguine, irrigata baptiſmate, (refecta pretioſâ Redemptoris carne) magna iniquitas mea, ſed maior eſt redemptio tua. (Non ſicut delictum ita & donum. Dicat & Patri, reſpice Rom. 5. 15.
faciem Chriſti tui.) Audiat vocem Domini mei humani generis aduerſarius, & nihil iam ſibi adplaudat elatus, &c. Vt qui ſupra ſydera ſuperbus erigebaris, nunc à carne ſupereris. Ille igitur ſanguis quem effudiſti, te vicit, me redemit. Denique illum bibo, & veneni tui perniciem ſaluatus vltra non timeo. Præualuiſti in Paradiſo, ſed victus es in patibulo. Quid mihi circumiectam Paradiſo igneam romphæam opponis? Ecce exaltati crucifixi profluens vnda reſtinxit verſatilem flammam. Iam-iam patet humano generi paradiſus, in quo latronem confitentem reduxit Dominus Ieſus Chriſtus. O quàm grande myſterium! Paradiſus qui clauſus fuerat præuaricatori, iam reſeratur latroni, &c. O ampla Domini miſeratio! obliuiſcentis iniuſti crimen, ſuſcipientis pœnitentis fidem, pro ſcelere damnatum facientis electum, mortis debitorem reddentis æternæ vitæ participem.» Amen.

Pſ. 83. 9

Luc. 23. 43

Quando ſederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, &c. Prouerb. 23. 1.

De Tranſſubſtantiatione Euchariſticâ, & mutatione vitæ in melius.

DVas longè ab inuicem diſſitas, in homine mutationes, fecere duo cibi; prohibiti, & iuſſi;

Gen. 2. eſca ſiquidem interdicti ligni ſcientiæ boni & mali
17. vetita, hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei
Pſ. 48. factum, mutauit in pecus; dicente Prophetâ; « ho-
13. mo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus
eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. »
Eſca pretioſiſſimi corporis, & ſanguinis Chriſti,
iuſſa, & mandata, ex pecoribus, in homines refor-
matos; & cœleſtis curiæ Principibus conformatos,
regiæ menſæ ſodales, quaſi ſimul edales, transfor-
D. Th. mat in Deos. « Vox Domini in virtute, cuius verbo
opuſc. cœli firmati, qui ex puriſſimo ſanguine Virginis ſe
59. c. 2. hominem fecit, potuit panem & vinum, corpus &
Pſ. 28. ſanguinem ſuum efficere. » O Virgo in te primum
4. Pſ. 32. 6. mutatus eſt Chriſtus! in te velut Thabor « facta eſt
Luc. 9. ſpecies vultus eius altera. Qui cùm in formâ Dei
29. eſſet, in ſimilitudinem hominum factus, habitu in-
Phil. 2. uentus vt homo » ſanguinem tuum in carnem ſuam,
6. & te ancillam mutauit in matrem; cùm te Archan-
gelus Gabriel, humanam transfiguratus in formam,
gratiâ plenam ſalutauit, dicens; Aue Maria.

EXORDIVM.

Quanquam Regiam maieſtatem plurimùm deceat idem tenor, & conſtans vtrobique grauitas; non tamen aliquando dedecet aptabilis, & optabilis ſubditis, quædam, vt ita dicam, maieſtatis nimium venerandæ, ac tremendæ relaxatio; ne plus timoris extorqueat, quàm amoris, & beneuolentiæ obtineat. Chriſtus Rex omnium ſapientiſſimus, vtrumque in ſanctiſſimo Sacramento, arte mirabili contemperauit; hinc Maieſtatem ſuam, inacceſſibilem præ nimiâ claritate, ſub ſpeciebus Euchariſticis obuelans; inde pluſquàm humanâ condeſcendentiâ, ſe ad cibum vſque vilium ſubditorum; eſcamque depo-

nens; Paſtor ouium ſimul & paſcua. Vt cum Iob ſeruulis, Chriſtiani exultantes, Dominum ſuum, ac Regem audiant proloquentem: « ſi non dixerint viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt ſaturemur?» Alexandrum narrant, ſubigendorum populorum gratiâ, ſe eorum veſtibus conformaſſe. « Vicerat Medicam gentem; victus eſt Medicâ veſte. Triumphalem cataphracten amolitus, in captiua Sarabara deceſſit: Pectus ſquamarum ſignaculis diſculptum, textu pellucido tegendo nudauit, & anhelum adhuc ab opere belli, vt mollius, ventilante ſerico extinxit.» Philo eruditiſſimus Hebræorum, tunicâ polymitam Ioſeph, futuri poſt multa pericula Ægypti Principis, ſingulis ſubditorum votis propitij, & charitate multimodâ conformabilis, auſpicium ſumpſit. « Nec alienum eſt à propoſito, quòd tunicâ variâ veſtitus dicitur. Nam rerum ciuilium adminiſtratio res eſt multimoda, & varia, multas mutationes recipiens, &c. Sicut gubernator pro ratione ventorum mutat nauigationis ſubſidia, non vno modo nauem dirigens: Et Medicus non vno ad omnes morbos vtitur remedio: ac ne in vno quidem morbo, ſi is variet, &c. ſic opinor & Reipublicæ moderator debet eſſe multiformis & multiplex, &c.» Sic Paulus, non politicâ hypocriſi, aut animi leuitate volubili, ſed charitate multiformi « omnia omnibus factum ſe » profeſſus eſt, gentili gentilem, Iudæoque Iudæũ. Id Eccleſiæ Princeps à ſummo Paſtorũ Principe hauſerat, de quo Chryſol. « Tibi (inquit) Rex, tibi Sacerdos, tibi Paſtor, tibi ſacrificium, tibi ouis, tibi agnus, tibi totum factus eſt, qui fecerat totum: & qui ſibi numquam, tibi toties immutatur; propter te varias mutatur in formas, qui manet vnicâ ſuæ Majeſtatis in formâ. Et quid plura? Dat ſe tibi Deus homo, vt ferre potes, quia vt eſt, tu non potes ſu-

Iob. 31. 31.

Tertul de Pall. c. 4.

Philo Iud. lib. de Ioſ. à p.

Phil. 3. 8

Chryſol. ſer. 23.

Chry-ſol. ſer. 170. ſtinere. » Rurſum varias ex amoris plenitudine, & ſapientiæ artificis omnium, adinuentione, formas induentem inducit. « Propter te (inquit,) homo, Deus patitur, quia te nimis diligit, nimis amat. Habitus ſuſcipit, formas variat, commutat officia: & nunc igneus tibi reſplendet in rubo, vt perfidiâ te frigidum, fidei calore ſuccendat: nunc eluceſcit cœleſti flammeus in columnâ, vt remotis ignorantiæ tuæ tenebris, per ſolitudinem mundi huius, viam poſſis ſcientiæ percurrere ſalutaris: nunc idem tibi nubis vertitur in columnam, vt ardentes tuorum temperet æſtus animorum: nunc te, vt aquila, protegit pennis ſapientiæ, vt cœleſtem prouocet ad volatum: Nunc ſicut gallina, educit, ducit, vocat, præcipit, protegit, portat, fouet, ambit, amplectitur: & ſui volatus oblita, ſuæ temporaliter oblita libertatis, tuis in penetralibus, tuo verſatur in puluere, vt te vernaculis, familiaribus, domeſticis, alat, erudiat, inſtituat nutrimentis. Nunc vt paſtor bonus altiſſimis errantem ſolus requirit in montibus, ſolus inuenit, ſolus humeris ſuis imponit, & ne ampliùs in terrena paſcua luporum morſibus peruadaris, cœleſtes euehit, & perducit ad caulas. » Vt oui Vriæ non impar, « in ſinu eius dormias, de pane eius comedas, & de calice eius bibas, & ſis ei quaſi filia. Quorſum hæc? « Sic, ſicut diximus, habitus ſuſcipit, formas variat: & vt te mutet in melius ipſe ſua toties mutat, & commutat officia. »

Deut. 32. 11.

2. Reg. 12. 3.

Chry-ſol. ſupra.

Divisio. Tria hoc tractatu præſtabimus. Ac primò quidem, quàm excellens & diuina ſit hæc mutatio. Secundò, quomodo fiat. Tertiò, quo fine; nempe vt nos mutet in melius. « Attende ergo diligenter quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, quando ſederis vt cum Principe comedas.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Quantùm ad primum, fatendum eſt, vt nulla dubietas eſt, ſolius diuinæ potentiæ eſſe, tranſmutare, cuius vnius eſt, de nihilo creare naturas. Quod & ipſe Satan, licet de perſonâ dubius, de diuinâ tamen poteſtate certiſſimus, agnouit, cùm Chriſtum aggreſſus primò tentauit, dicens: « Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant: » Quod & Auguſtinus parum Chriſto fuiſſe conuincit, qui non iam lapides in panes, ſed & in homines & Abrahæ filios potuit transformare. Siue autem rerum qualitates alteret, ſiue ſubſtantias mutet, ſiue producat ex nihilo naturas; nullibi mirabilior elucet quàm in ſanctiſſimo Altari, de quo Pſaltes: « circumdabo Altare tuum Domine, vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua. » Ibi ſiquidem: « Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. » Mirabile fuit, ſolem immobilem ſtare ſub Ioſue: ad Ezechiæ vota decem lineis, in horologio Achaz retroceſſe; Chriſto Domino patiente, trium horarum ſpatio deficere: ignem fornacis Babylonicæ non corporibus tantùm, ſed & veſtibus lineis trium puerorum abſtinere: aquas Iordanis, & maris rubri, ſuſpendi, & retrò flecti. Sed in his omnibus ſola facta eſt immutatio, vel ſuſpenſio qualitatis. Et hîc quidem, ſecundùm Habacuc; « Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, » humana ſimul ac diuina Chriſti natura, ad Sacerdotis, Chriſtum ipſum propriâ voce agentis, vocem, immobilis hærens in ſanctiſſimo Sacramento: ad cibum vſque hominis retrocedit, qui in cœlo panis eſt Angelorum; prorſus deficit, & ſpecierum ſub nube latens, noſtris oculis ſubducitur. Hîc Ior-

Mat. 4. 3.

Pſ. 25. 7.

Pſ. 110. 4.

Ioſue 10. 12.
Eſa. 38. 8.
Math. 27. 45.
Dan. 3. 50.
Pſ. 113. 5
Habac. 3. 11.

danis, id eſt iudicij fluuius, aquam torrentis vltionis
diuinæ, ad arcæ teſtamenti, & hoſtiæ pacificæ præ-
ſentiam cohibet, vt pateat nobis iter ad cœlum, &
bona ſuis cohæredibus à Patre promiſſa. Mare ſtat
inſuper omnium gratiarum, ex eiuſdem ſanguine
rubens; « ſtatuit aquas quaſi in vtre. Stetit vnda
fluens, congregatæ ſunt aquæ in medio mari. » Quid
hoc prodigij? Cùm alia Sacramenta, in eſſe fluenti à
Theologis referantur, quod in ipſo actu trāſeant: ſtat
tamen & manet, quādiu ſpecies incorruptæ perſeue-
rant, corporis Dominici vera & realis præſentia, cum
omni gratiarum plenitudine, in Euchariſtiâ. Hîc tan-
Pſal.77 dem « Deus noſter ignis conſumens » omnē peccati
13. rubiginem, ſordeſque conſumit; & medium forna-
cis ardentiſſimæ charitatis, rori flanti diuini Spiri-
tus, tribus animæ potentiis, admixtum aſpergit.

In cæteris mutationibus, etiam ſubſtantialibus,
ſola forma mutatur; Vnde transformatio magis,
Exod. quàm tranſubſtantiatio appellatur. Aquæ Nili mu-
15. 8. tantur in ſanguinem; hydriæ nuptiarum Cana de-
Leut. 4 mutantur in vinum: virga Moyſis in ſerpentem,
24.
Exo. 4. corpus vxoris Loth, anima ſiquidem immortalis
6. mutari non poterat, in ſtatuam ſalis: hîc autem tota
Io. 2. 9. tranſmutatur panis & vini ſubſtantia.

Exo. 7. Ad creationem quod attinet, tota ex nihilo, ad ma-
10.
Gen. 19. teriam & formam mutatio nuncupatur; tantæque
26. eſt creandi actio excellentiæ, propter nimiam ex-
tremorum, nihili, & eſſe, diſtantiam, vt ne Angelus
quidem, ad vnius atomi creationem, propriis na-
turæ viribus, niſi vt inſtrumentum diuinæ potentiæ
Inno- eleuatum, ad id operis poſſit attingere. Innocentius
centius. autem Pontifex Maximus, actionem quâ Chriſti
corpus & ſanguis in Euchariſtiâ producitur, crea-
tionis nomine inſigniuit; quòd per verba conſecra-
tionis nihil prorſus de ſubſtantiâ panis & vini rema-
nente,

Digitized by Google

niente, tota tranſeat in Chriſti ſubſtantiam. Et in ſancto Canone: « Per quem hæc omnia ſemper bona creas, ſanctificas, & præſtas nobis. »

Sed cùm præcipua cuiuſlibet actionis dignitas, ſumatur à termino; nihil in creatione vniuerſi, comparabile, nihil æquale productioni venerabilis Sacramenti. Quid enim lux iſta viſibilis, nubi ex parte abyſſi tenebroſâ inducta, ſi « luci veræ, omnem hominem illuminanti » comparetur? quid firmamentum, cum omni ſyderum pompâ & choro? « Firmamentum eſt Dominus timentibus eum: & erit firmamentum in terrâ: ſiue, vt alij legunt: « Placentula tritici in capitibus Sacerdotum. » An non « firmamentum hoc diuidit aquas ab aquis » fideles populos, ab infidelibus, & hæreticis? De quo Paulus: « Firmum fundamentum Dei ſtat, nouit Dominus qui ſunt eius. Ego cognoſco oues meas, & vitam æternam do eis. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. » Quid aquarum congregatio? cùm hîc omnia continens, & « concludens pugillo aquas, » totus lateat ſub contento, & mare mirabilium, « vt mirabilis eſt in altis Dominus, » ſub vnius hoſtiæ fragmento? Quid ſol, luna, ſtellæ? Quid piſces, & aues? Quid homo de luto, ſi cum ſole iuſtitiæ, « lunâ perfectâ in æternum » carnis Dominicæ, ſtellis virtutum omnium, « Domini virtutum, & Regis gloriæ, » Delphino Paradiſi, & Phœnice, « ſcabello pedum Domini, » facto de terrâ Virgine, ad imaginem & ſimilitudinem Dei aſſumpto, in vnitate perſonæ, componantur? Hic verè Sabbatum, requies, & terminus diuinæ potentiæ. « Vacate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Omnipotens nomen eius: Attingit à fine ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. » Vnde conuincitur, ſi quidem actio nobilitatur à termino; ſi in eo requies, & finis actionis;

Io. 1. 9. Pſal. 24 15. Pſal. 71. 16. Gen. 1. 6. 2. Tim. 2. 19. Ioan. 10 27. Ioan. 6. 59. Pſ. 40. 12. Pſal. 92. 6. Pſal. 88. 38. Pſal. 23. 10. Pſ. 98. 5. Pſal. 45 11. Exod. 15. 3. Sap. 8. 1

verè in hoc Sacramento, finem, & terminum mirabilium Christi collocandum. Quid enim sunt cœli, elementa, homo, Angelus, omnia, respectu corporis, sanguinis, animæ, personæ Christi ac per consequens, totius diuinæ Trinitatis ? Quæcumque præterea, Deo volente, & agente mutata sunt, Verbo, vel di-
Prou. 8. gito facta sunt : Et qui « ludit in orbe terrarum, cœ-
31. los fecit opera digitorum. » Cætera semel facta legi-
Ps. 8. 4. mus ; hoc autem, quod semel & simul, verbo, &
Matt. manu potenti operatus est, « accipiens panem, &
26. 26. calicem in manus suas » quotidie, toto orbe Christiano renouatur. Psaltem accipite, Christo præluden-
Ps. 76. tem : « Et dixi, nunc cœpi ; hæc mutatio dexteræ Ex-
11. celsi. » Vix dixi, hoc est corpus meum, &c. Et tunc,
Hebr. 1. extremâ syllabâ pronunciatâ, « qui sedeo ad dexte-
3. Ps. 109. ram Maiestatis in excelsis, Sacerdos in æternum se-
3. cundùm ordinem Melchisedech, » incipio esse in
Ps. 117. manibus Sacerdotis. « Dextera Domini fecit virtu-
16. tem : Hæc mutatio dexteræ Excelsi. »

Transsubstantiationis mysterium, non hac ætate nouissimâ, vt garriunt nouatores, sed à Christo primùm institutum, ab Apostolis traditum, à Patribus cuiusque sæculi contestatum ad nostra vsque tempora perseuerat, & ad finem vsque sæculi perdurabit.
Iustin. Pauca de singulis delibabo. Iustinus dicit « cibum ex
Apol. 2. quo nostræ carnes aluntur (id est panem) prece Ver-
circa f. bi Dei sanctificatum esse carnem Domini. Non vt vulgarem panem, & vulgare poculum hæc sumimus, sed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Iesus Christus Seruator noster, carnem & sanguinem pro salute nostrâ habuit, sic etiam per verbum precationis & gratiarum actionis, sacratam ab ipso alimoniam quæ mutata nutrit nostras carnes & sanguinem, illius incarnati Iesu carnem & sanguinem esse didicimus. » Irenæus, cùm ex Malachiâ

priùs tractaſſet de iugi ſacrificio. « Igitur (inquit) Eccleſiæ oblatio quam Dominus docuit offerri in vniuerſo mundo, purum ſacrificium reputatum eſt apud Deum, & acceptum eſt ei, &c. Quomodò autem conſtabit eis (hæreticis Filii Diuinitatem, & carnis reſurrectionem negantibus, Euchariſtiæ veritatem tenentibus) eum panem in quo gratiæ actæ ſunt, Corpus eſſe Domini ſui, & Calicem ſanguinis eius, ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt Verbum eius, per quod lignum fructificat, & defluunt fontes? &c. Quomodo autem rurſus dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Ergo aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſententia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rurſus confirmat ſententiam noſtram, &c. Quemadmodum enim qui eſt à terra panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, (quia mutatus eſt in superſubſtantialem,) ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans (id eſt ſigno viſibili, & Corpore Chriſti inuiſibili) terrenâ & cœleſti, ſic &. corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. » Quod & inculcat alibi. « Quãdo mixtus Calix & fractus panis percipit Verbum Dei, fit Euchariſtia Corporis & Sanguinis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia, (quod fiet in ſuperindumento & augmento vitæ immortalis, dicente Chriſto, veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant.) Quomodo carnem negant capacem eſſe donationis Dei qui eſt vita æterna, quæ Sanguine & Corpore Chriſti nutritur vt membrum eius? Quemadmodum & beatus Apoſtolus ait in eâ quæ eſt ad Epheſios epiſtolâ. Quoniam membra ſumus corporis eius, de carne

Iren. l. 4 contra hæreſ. cap. 34 circa 1.

Iren. l. 5 cap. 2.

Tertul. l.4.cōt. Marc.

eius & de oſſibus eius;non de ſpiritali aliquo,& inuiſibili homine dicens hæc. » Tertullianus « acceptum (inquit) panem Corpus ſuum fecit dicens, hoc eſt Corpus meum.» Cyrillus Ieroſol. « Aquam (inquit) aliquando mutauit in vinum, & non erit dignus cui credamus, quod vinum in ſanguinem tranſmutarit, &c. ſub ſpecie panis datur tibi Corpus, & ſub ſpecie vini datur tibi ſanguis. &c. Hoc ſciens & pro certiſſimo habens, panem hunc qui videtur à nobis, non eſſe panem, etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat. » Alter item Cyrillus.« Ne horreremus Carnem & Sanguinem appoſita ſacris altaribus, condeſcendens Deus noſtris fragilitatibus, influit oblatis vim vitæ, conuertens ea in veritatem propriæ carnis, vt Corpus vitæ quaſi quoddam ſemen inueniatur in nobis.» Gregorius Nyſſenus. « Rectè (inquit) Dei Verbo ſanctificatum panem in Dei Verbi Corpus credimus immutari, &c. Hæc autem tribuit virtute benedictionis in illud rerum quæ videntur panis & vini naturam mutans. » Chryſoſtomus : « Non ſunt (inquit) humanæ virtutis opera propoſita : nos miniſtrorum locum tenemus, qui vero ſanctificat ea, & immutat, ipſe eſt. » Et iterùm. « Nùm vides panem? num vinum? num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? Abſit, ne ſic cogites. Sicut enim ſicera igni adhibita illi aſſimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet : ſic & hîc puta myſteria conſumi Corporis ſubſtantiâ. » Auguſtinus. « Non (inquit) omnis panis, ſed accipiens benedictionem, fit corpus Chriſti : » id eſt mutatur in Corpus Chriſti : Et rurſum : « Dixi vobis, quòd ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur : vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominicâ ait, Panem noſtrū? Panem quidem dixit,ſed ἐπιούσιον, hoc eſt ſuperſubſtantialem:

Cyrill. Ieroſol. catech. 4. Myſtag.

Cyrill. Alex. in ep. ad Caloſyrium.

Greg. Nyſſ. in orat. magna Catechiſt. cap. 37.

Chryſoſt. homil. 83. in Mat. & hom. de Euchar.

Aug. citatus à Beda in 1. Corint. 10. & ſer. 28. de Verbis Domini.

non iſte panis qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit.

Remigius Remenſis: « Caro (inquit) quam Verbum Dei Patris aſſumpſit de vtero virginali, in vnitate ſuæ perſonæ, & panis qui conſecratur in altari: vnum Corpus Chriſti ſunt. Sicut enim illa Caro Corpus Chriſti eſt, ita iſte panis tranſit in Corpus Chriſti, nec ſunt duo corpora, ſed vnum Corpus. » Alter item Remigius Antiſiodorenſis. « Panis & vinum à Chriſtianâ veritate dicuntur, non quòd naturam panis & vini poſt conſecrationem in ſe retineant, niſi quantùm ad ſpeciem, & ſaporem, & odorem, &c. » Damaſcenum libro quarto de fide capite decimo quarto, Strabum in 1. Cor. 11. Alcuinum libro de diuin. Offic. cap. de Miſſa. Bedam ſermone de Epiphaniâ & libro de myſteriis Miſſæ. Paſchaſium libro de Corpore & Sanguine Domini capite 1. Fulbertum Carnotenſem in ep. ad Adeodatum, Anſelmum libro de Corpore Domini, Algerum item ibidem capite 7. conſules, & alios. Concilium item Romanum ſub Nicolao II. item aliud ſub Gregorio VII. Ad hæc Concilium 3. generale Lateranenſe ſub Innocentio III. 5. generale Romanum, Conſtantienſe, Florentinum, denique Tridentinum, in quibus mutatio, tranſubſtantiatio, & realitas Corporis Chriſti apertiſſimè definitur.

Remig. Rem. in cap. 10. 1. Cor.

Remig. Antiſiod. in Pſ. 21.

Vnum hîc mihi diſcutiendum venit, ad tutandam viri doctiſſimi & piiſſimi, & realis præſentiæ Corporis Chriſti in hoc Sacramento aſſertoris fideliſſimi famam. Et quidem neſcio quomodo Eminentiſſimus Cardinalis Baronius hac cenſurâ Rupertum tam inſignem Patrem & de fide benè meritum inuſſerit. « Fœlix (inquit) progreſſus, ſed non inoffenſo penitus pede, dum in errorem illum impegit, quo aſſeruit in Euchariſtiâ ita verè ineſſe ipſum integrum

Baro. anno Chriſti 1111. nu. 7.

Rup. in Exod. l. 2. cap. 10. inſ.

Corpus & Sanguinem Chriſti, vt tamen ſubſtantia ipſa panis & vini etiam integra remaneret. » Sed vereor ne non ſatis accuratè totum à ſe Ruperti citatum locum perpenderit, & quid iuxta præcitatos Patres ibidem ſcripſerit, & alibi mentem ſuam expreſſiùs declararit, quod mihi nunc ſupereſt euoluendum. Pręmitto itaque locum ex quo Baronius ſumpſit offendiculum ex libro 2. in Exod. cap.10.vbi de agno Paſchali.« Virtus (inquit) humanitatis eius

Pſ. 21. velut teſta exaruit, quia ab igne paſſionis ad virtutem incorruptionis creuit. Ampliùs autem, quia de Spiritu ſancto qui æternus eſt ignis, virgo illum concepit, & ipſe per eundem Spiritum ſanctum, vt Apoſtolus

Epheſ.5 ait, obtulit ſemetipſum hoſtiam viuam Deo viuenti: eodem igne aſſatur in altari; operatione namque Spiritus ſancti panis Corpus, vinum fit Sanguis Chriſti. (An aliis terminis probat Bellarminus ex Auguſtino tranſſubſtantiationem?) Sed illud non capit humana ſapientia. Repellitur ergo illa, non tam ſapientia quàm curioſitas, dum repetendo dicit: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, ſed tantùm aſſum igni. Crudum namque comedere, nihil aliud eſt niſi quod videtur, æſtimare: & coctum aquâ comedere, eſt, quomodo ſit, velle carnaliter diiudicare. Sed comedetis, inquit, aſſum tantùm igni, id eſt totum attribuetis operationi Spiritus ſancti, cuius affectus non eſt, deſtruere, vel corrumpere ſubſtantiam quamcumque ſuos in vſus aſſumit, ſed ſubſtantiæ bono permanenti quod erat, inuiſibiliter adiicere quod non erat. » Hæc maximè ſunt quæ & Baronio, & Compilatori operum eius in huius loci margine cenſuræ occaſionem dederunt. Quaſi verò Spiritus ſanctus deſtruat, corrumpat, annihilet panis & vini ſubſtantiam, quam in longè nobiliorem conſecratione conuertit. Per ſubſtantiæ bonum perma-

nens, non ipſam ſubſtantiam magiſtralem, hoc eſt materiam & formam ſubſtantialem panis & vini, ſed quantitatem aliáque accidentia permanentia poſt conſecrationem, quæ vtique propriè ſunt ſubſtantiæ bona. Nec eſt quòd dicant ſubiectam à Ruperto comparationem, errorem ſuum confirmare, quia omnis comparatio claudicat vno pede, quin etiam in allatâ, ſuam mentem expoſuit & per ſubſtantiam panis & vini, ſpecies exteriores ſiue accidentia intellexit. Et per panem & vinum, hîc & vbique ſecundùm ſcripturam & omnes Patres tranſſubſtantiationem vtriuſque in Corpus & Sanguinem Chriſti ſignificauit. Quod quiuis æquus arbiter iudicabit. « Sicut (inquit) naturam humanam non deſtruxit, cùm illam operatione ſuâ ex vtero Virginis Deus Verbo in vnitatem perſonæ coniunxit: ſic ſubſtantiam panis & vini, SECVNDVM EXTERIOREM SPECIEM, VIDELICET SENSIBVS SVBACTAM, non mutat & deſtruit, cùm eidem Verbo in vnitatem Corporis eiuſdem, (non quòd ſubſtantia corporis, panis & vini, Corpori coniungatur, ſed in illud idem & vnum conuertatur,) quod in cruce pependit, & Sanguinis eiuſdem quem de latere ſuo fudit iſta coniungit, item quomodo Verbum à ſummo demiſſum, caro factum eſt, non mutatum in carnem, ſed aſſumendo carnem: ſic panis & vinum vtrumque ab imo ſubleuatum, (ſcilicet per tranſſubſtantiationem, iiſdem cum Auguſtino cæteriſque Patribus verbis expreſſam,) fit Corpus Chriſti & Sanguis; (non quòd viſibiliter in Carnem viſibilem & Sanguinem tranſmutetur horrori parcens,) non mutatum in Carnis ſaporem, ſiue in Sanguinis horrorem, ſed aſſumendo inuiſibiliter vtriuſque, diuinæ ſcilicet, & humanæ quæ in Chriſto eſt, immortalis ſubſtantiæ veritatem. Proinde ſicut hominem qui de Virgine

ſumptus in cruce pependit, rectè & Catholicè Deum confitemur: ſic veraciter hoc quod ſumimus de ſancto altari, Chriſtum dicimus, Agnum Dei prædicamus.» Quid expreſſius? quid clarius? Aut Irenæum arguant ſuprà dicentem Euchariſtiam conſtare ex duabus rebus, terrenâ & cœleſti; aut Rupertum cenſurâ notare deſiſtant. Ego verò Baronium exiſtimo nunquam legiſſe epiſtolam Ruperti ad Cunonem, quam ex Bibliothecâ ſancti Germani tranſcripſi, & eiuſdem Ruperti in Ioannem Commentario præfixi, licet legerit aliam eiuſdem ad Cunonem iam creatum Epiſcopum Ratiſponenſem, cuius loco præfato meminit, ſicut & perſecutionis inuidorum fratrum. Nam mentem eius clariùs explicatam in hoc poſteriori opere didiciſſet. In hac enim circa medium ſic profitetur. « Ego autem verum Corpus Chriſti quod pro nobis traditum eſt, & verum eſſe decerto ſanguinem qui pro nobis fuſus eſt, SICVT ECCLESIA CATHOLICA TENET.» Quæris, quid de modo teneat, an per impanationem, an verò per tranſſubſtantiationem? Liquidò reſpondet: « SICVT ECCLESIA CATHOLICA TENET.» Et poſt mediũ rurſum. « Breuiter nunc tibi pando quid vel quo modo ſentiens de viuifico Corporis & Sanguinis Domini Sacramento tractauerim, illa eiuſdem Domini verba, quibus Sacramentum illud commendat, quoniam cauſarum ſupradictarum (ſcilicet inuidiæ fratrum) prima hæc erat: tribus eſſentiæ modis Corpus Chriſti & Sanguis eſt, quartò autem differt. Eſt etenim nomine, re, atque effectu: differt autem ſpecie. Eſt, inquam, nomine, quia ſummus cœlorum Pontifex, qui cum ſit ipſa veritas, non vana nomina rebus ponere ſolet, adeò fortiter nomen hoc impreſſit, vt non ſaltem diceret, hoc vocetur Corpus meum: hoc vocetur Sanguis meus; ſed hoc eſt, inquit, Corpus meum;

hic eſt Sanguis meus. Eſt etiam re, quia nimirum Sanctum Sanctorum eſt. Quam verè in illa ſpecie quâ traditus & lanceatus eſt, ipſe Sanctus Sanctorum eſt. Eſt nihilominus effectu: quia quàm verè in illâ ſpecie quâ pependit in Cruce, remiſſionem peccatorum operatus eſt omnibus qui illum expectauerant ab origine mundi cum fide, ſiue legalibus Sacramentis fidei, omnibus à iuſto Abel, vſque ad latronem quem in Cruce confitentem ſuſcepit: tam verè IN ISTIS SPECIEBVS PANIS ET VINI, (non dicit in ſubſtantiâ, ſed ſpeciebus) eandem operatur remiſſionem peccatorum, omnibus qui ingreſſi ſunt, vel ingrediuntur ad eandem fidem, poſtquam illa ſpecies (id eſt humana natura viſibilis) hinc tranſiuit, & ſeſe in cœlum recepit. Quartò idem ſpecie differt: quod & plurimum prodeſt, non modò ne color aut ſapor ſanguinis humani, horrorem ſumentibus illum faciat; ſed vt competenti antidoto nimia parentum noſtrorum curetur credulitas. Crediderunt enim deceptori diabolo in eo quod non videbant, ſcilicet quòd illi ligno conſequendæ Diuinitatis effectiua virtus ineſſet, & comedentes mortui ſunt. Credamus è contra fideli Saluatori Deo, in eo quod non videmus ſcilicet PANEM ET VINVM IN VERAM CORPORIS ET SANGVINIS TRANSISSE SVBSTANTIAM.» Quid pro tranſſubſtantiatione expreſſius? Veritatem eiuſdem Epiſtolæ confirmat quòd ſicut in eâ meminit tam ſententiæ Auguſtini de Sacramento à Iudâ participato, quam non ſequitur, quòd eius auctoritas licet maxima, æquanda non ſit Libris Scripturæ canonicis, quàm quòd eundem Auguſtinum mirificè commendet, & ſuprà ſe in expoſitione Ioannis ſuprà modum extollat. Ita enim ibi: « Nam quia vox Chriſtianæ legis & organum Catholicæ fidei Pater Auguſtinus vocali atque dulci

Euangelium Ioannis tractatu declamauit, reprehenſionem vel derogationem illius eſſe ſomniant, quòd idem Euangelium poſt tantum Doctorem ruminare præſumpſi, &c. Poſt talem tantumque Catholicæ pacis adiutorem, &c. Aliud eſt quod pro magno criminis argumento in me iactitant, quia dubitare auſus fui de Iudâ proditore, vtrùm eiuſdem Sacramenti communioni interfuiſſet, ſicut idem Pater Auguſtinus aſſerit, an non interfuiſſe, ſed iam exiſſe putandus ſit, ſicut ſanctus Hilarius conſtanter affirmat. » Hæc enim ipſa retexit tomo 2. circa finem libri primi in Regulam ſancti Benedicti. Item ſicut hac in epiſtolâ, ſic tomo 2. libro de omnipotentia Dei cap. 20. & ſequentibus Auguſtinum tuetur à calumniâ voluntati Dei mala imputantem. Et capite 26. « Tanti (inquit) tamque Eccleſiaſtici Doctoris ſermo bonus, humano ſenſui & nitori gloriæ popularis ſeruire compellitur, tanquam dedita balneis aqua puri fontis ſordibus inquinatur. » Tandem in Prologo ſuo in Ioannem circà fin. ſe reptanti circa litteram Auguſtinum aquilæ præuolanti pulchrè comparauit. Et tomo 1. de oper. Spiritus S. cap. 19. totum impendit in eius laudem & præconium, & ſic concludit. « Hoc eſt in quo iure ſanctum ſcientiæ ſpiritum laudamus, quia virum talem, & ſic foris præparatum reddidit, & ſic intus eo dignatus eſt vti, vt contra omnes hæreſes totâ vitâ ſuâ depugnans voce, & litteris tanta ſcriberet, quanta nemo in vitâ ſuâ legere ſufficiet. Vnde & quidam non inaniter dixiſſe fertur, mentitur qui te totum legiſſe fatetur.

Rup. to. 1. l. 3. de oper. Spiritus S. cap. 21.

Sed quoniam hæc epiſtola ex editione Colonienſi primâ anno 1526. non habetur in Moguntinâ, Louanienſi, & Pariſienſi: ne cui dubia videatur, eadem ipſa ex altero eius loco confirmo. « Cœnantibus id eſt ſedentibus adhuc in cœnâ quâ manducauerant

carnes agni,carnes Paſchæ veteris,accepit panem,& benedixit.Panem cõmunem accepit,ſed benedicendo LONGE IN ALIVD QVAM FVERAT, TRANSMVTAVIT, vt veraciter diceret ſic : hoc eſt Corpus meum.Item vini ſubſtantiam accepit, ſed itidem gratias agendo, vel benedicẽdo,SIC IN ALIVD VERTIT,vt diceretVeritas quæ non mentitur : hic eſt Sanguis meus , &c. Hoc, inquit, id eſt , hic panis eſt corpus meum ; ſiue caro mea:Nam & alibi dicit,& panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vitâ. Sed non videtur oculis carnis,nõ ſentitur guſtu oris,quòd PANIS ILLE CARO CHRISTI FACTVS SIT,QVÒD VINVM ILLVD IN SANGVINEM VERSVM SIT:nimirum ſi videretur color aut ſentiretur ſapor , carnis & ſanguinis humani , non plus afferret ſalutis , ſed plurimum afferret horroris. Sic ergo eſt Corpus , vel Caro & Sanguis Chriſti , quomodo eſſe vel ad vſum noſtrum conuenit , vel ad ſalutem noſtram ſufficit. Quomodo ? vel quibus eſſentiæ modis ? nimirum nomine , re , atque effectu. Nomine videlicet eſſe intelligimus , in eo quod dicit hoc eſt, &c. hic eſt, &c. ſicut nuſquam, ita nec in iſto , imò maximè nec in iſto (in quo teſtamentum condebat Veritas Deus de quo iurauerat , Amen, amen dico vobis niſi manducaueritis,&c. Caro mea verè eſt cibus, &c.) nomen Domini vanum accipere debemus. Si enim in cunctis ſanctificationibus, quæ per miniſtros Domini ad inuocationem nominis eius aguntur , nequaquam nomen Domini in vanum accipere audemus, quantò magis in iſtâ ſanctificatione , in quâ nomen Corporis & Sanguinis ſui ore proprio poſuit Dominus , nequaquam in vanum idipſum nomen accipere debemus ? Re quoque Corpus Chriſti & Sanguinem eſſe intelligimus , in eo quod ait , quod Corpus tradetur , qui Sanguis effundetur. Effectu eſſe intelligimus , in eo quòd cùm

dixiſſet, quod tradetur, qui effundetur, addidit in remiſſionem peccatorum, itaque ſicut illâ ſpecie quâ pependit in Cruce (id eſt formâ viſibili) Sanctus Sanctorum eſt: & in illâ ſpecie præteritis omnibus electis remiſſionem peccatorum operatus eſt, ſic IN ISTA SPECIE PANIS ET VINI (id eſt formâ accidentali, viſibili,) nihilominus Sanctus Sanctorum eſt, & omnibus electis, qui poſt eandem paſſionem ad fidem eius veniunt, id eſt remiſſionem peccatorum, & vitam æternam conferre non dubium eſt. Nam & alibi dicit, qui manducat meam carnem, & bibit ſanguinem meum habet vitam æternam, & protinus addidit, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.» EOſdẽ tres eſſendi modos repetit to. 1. l.1. in Leu. c.16. « De fimo & pelle vituli, id eſt viſibili atque corruptibili ſpecie Corporis & Sanguinis Domini neminem ſcrupulus moueat infidelitatis. Nam totam adipem, totam pinguedinem vituli, id eſt totã gratiam & veritatẽ Verbi Incarnati, quâ indiget vt repleatur anima fidelis, illic ſe habere fides Chriſtiana conſentit. Nominẽ, re, atque effectu Caro vera eſt & Sãguis eius.»

Rupert. tom. 1. lib.1. in Leuitic. c.16.

Nec eſt quod præter locum à Baronio ſuprà cenſurâ notatum quis adiiciat illud eiuſdem Ruperti lib. 2. de diuinis Officiis, cap. 9. « Eſt (inquit) tam in Pontifice, quàm in ſacrificio diuina ſubſtantia, eſt & terrena. (Irenæus enim ſuprà dixit, duabus rebus conſtare hoc Sacramentum & ſacrificium, terrenâ, & cœleſti. Præterea ſeipſum explicat ſubiiciens:) Terrena in vtroque eſt, id quod corporaliter, vel localiter videri poteſt. (Id eſt quantitas & qualitas, cæteræque ſpecies: ſubſtantia enim magiſtralis videri non poteſt:) Diuina in vtroque, Verbum inuiſibile eſt quod in principio erat Deus apud Deum. Nam cùm diceret idem magnus Pontifex panem & vinum tenens, hoc eſt Corpus meum, hic

Rupert. tom. 2. lib.2. de diuin. offic. c. 9.

est Sanguis meus, vox erat Verbi Incarnati, vox æterni principij, Verbum antiqui consilij, Verbum quod humanam acceperat naturam, id est in carne manens panis & vini accipiebat substantiam, (haud dubiè substantiam dixit, quia materia sacrificij, panis & vini substantia est, sed forma id est verbum Christi effectiuum faciens quod significabat de pane Corpus, & de vino Sanguinem, in vero sacrificio, per transsubstantiationem vtrumque mutauit, quod propter priores substantias transeuntes & mutatas, easdemque species sensibiles remanentes, idem nomen panis & vini retinent, quo sensu iuxta præmissa intelligendus est Rupertus) vitâ mediâ, (id est verbis quæ erant spiritus & vita,) panem cum suâ Carne, vinum cum suo iungebat Sanguine. (Non per impanationem, sed quia de facto pronuntians formam siue verba viuifica super substantiam panis & vini, & vtrumque coniungens, hoc est dicens de pane & super panem, hoc est Corpus meum: & super vinum, hic est Sanguis meus, vitâ, vt ait, mediâ, hoc est verbis vitæ æternæ quæ in ore habebat, verum sacrificium peragens, vtrumque transsubstantiauit. Dehinc subiicit similitudinem quâ probet tam substantiam panis & vini transire in consecratione sacrificij, quàm species ipsas in sumptione, remanente tamen ipsâ Diuinitate & fructu Sacramenti.) Quemadmodum (inquit) in corporeis sensibus, menti, & corpulento aëri media lingua interuenit, & vtrumque coniungens vnum sermonem efficit, quo in aures dimisso, id quòd audibile est citò absumitur & transit; sensus autem sermonis, & in dicente, & in eo qui audit, integer permahet, & inconsumptus: sic Verbum Patris, Carni & Sanguini quem de vtero Virginis assumpserat, & pani ac vino quod de altari assumpsit, medium interueniens, vnum sacrificium efficit. Quod cùm in ora fidelium Sacerdos distri-

buit, panis & vinum absumitur, & transit: (non quòd in vsu solo velit esse Sacramentum: antequam enim à quoquam sumatur, verbo consecratorio panis & vinum transit in carnem & sanguinem: sed in ipsa sumptione panis & vinum, id est vtriusque species absumitur & transit.) Partus autem Virginis cum vnito sibi Verbo Patris, & in cœlo, & in hominibus integer permanet, & inconsumptus. (quandiu scilicet species integræ & inconsumptæ manent.) Sed in illum in quo fides non est, præter VISIBILES SPECIES PANIS ET VINI, nihil de sacrificio peruenit. (scilicet effectus gratiæ, nam cum speciebus Christum integrum recipit.) Quemadmodum asinus ad lyram cùm irrationales aures arrigit, sonum quidem audit, sed sensum cantilenæ non percipit.»

Iam, si quæratur quomodo prodigium hoc eueniat; secretum Domini, & mysterium Sacramenti, intentos facere debet, non aduersos. Quæsierunt & murmurantes Capharnaïtæ: « Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? » Sed superbâ duritiâ quæsierunt. De his Augustinus, in titulum Psalm. 33. cuius hæc Epigraphe: « Psalmus Dauid, cùm mutauit vultum suum coram Abimelech. » Vbi miratur, non sine causâ mutatum esse nomen huius Regis; cùm in libro Regum, coram Achis vultum mutasse, narretur. « Consulentes (inquit) nomina ista, inuenimus interpretari Abimelech, patris mei regnum; & interpretari Achis, quomodo est? &c. Quomodo est, verbum est admirantis, & non intelligentis, &c. » Tum multis interjectis de mutatione sacrificij Aaronici, in Melchisedech sacrificium: « mutauit (inquit) nescio quis vultum suum. Quis est iste? &c. notus est Dominus noster Iesus Christus: in corpore & sanguine suo, voluit esse salutem nostram, &c. Sed semetipsum exinaniuit, vt manducaret panem Angelorum ho-

Io. 6. 53.

Aug. in Psal. 33.

1. Reg. 21. 13.

Phil. 2. 7.

Ps. 77. 25.

Digitized by Google

mo, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, &c. Nouum sacrificium, quia mutauit vultum suum coram Abimelech, id est coram regno Patris; Regnum enim Patris, regnum erat Iudæorum, &c. Et dimisit eum, & abiit. Quem dimisit? ipsum populum Iudæorum dimisit, & abiit. Quæris modò Christum apud Iudæos, & non inuenis. Vnde dimisit & abiit? quia mutauit vultum suum. Hærentes enim illi sacrificio secundùm ordinem Aaron, non tenuerunt sacrificium secundùm ordinem Melchisedech, & amiserunt Christum, & cœperunt eum habere gentes, quò non miserat ante præcones, &c. Quò ergo dimisit Achis Regem? attendite fratres: Achis dixi interpretari, Quomodo est. Recordamini Euangelium; quando loquebatur Dominus noster Iesus Christus de Io.6.54
corpore suo, ait, nisi quis manducauerit carnem meam, &c. Et discipuli eius qui eum sequebantur, expauerunt, & exhorruerunt sermonem, & non intelligentes, putauerunt nescio quid durum dicere Dominum nostrum Iesum Christum, quòd carnem eius, quam videbant, (visibiliter dentibus concidendam) manducaturi erant, & sanguinem (vi exprimendum ex venis) bibituri & non potuerunt tolerare, quasi dicentes, quomodo est? Error enim & ignoranria, & stultitia in personâ Regis Achis, (non 1. Reg.
in Dauid, sapienter stultum agente, vt euaderet:) vbi 21.13.
enim dicitur, quomodo est? non intelligitur: vbi non intelligitur, tenebræ ignorantiæ sunt. Erat ergo in illis regnum ignorantiæ, quasi Rex Achis: id est regnum erroris eis dominabatur. Ille autem dicebat, nisi quis manducauerit, &c. quia mutauerat vultum suum. Quasi furor iste & insania videbatur, dare carnem suam manducandam hominibus, & bibendum sanguinem. Ideo quasi insanus putatus est Da-

uid, quando dixit ipſe Achis, arreptitium hunc mihi adduxiſtis,&c. Sed Regi Achis inſanire videbatur, id eſt ſtultis & ignorantibus. Ideo dimiſit eos, & abiit. Fugit corde eorum intellectus, ne eum poſſent comprehendere,&c. Arreptitium putabant Dominum,& neſcire quid loqueretur, & inſanire. Ille autem qui nouerat quod dicebat, in illâ mutatione vultus ſui,& quaſi furore, & inſaniâ, Sacramenta prædicabat.» Quod autem « ferebatur in manibus ſuis » dicit tunc impletum propriè à Chriſto, quandó acceptum in manibus panem conſecrauit corpus

1.Cor. 5 7. ſuum. In his vtique,ſicut immutat panis & vini ſubſtantiam in corpus ſuum, & ſanguinem; ſic eadem

Exod. 12. 11. nobis conuertit in cibum. « Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: » Et « Paſcha tranſitus Domini eſt: » In quo Dominus Angelorum, tranſit in pabulum iumentorum. Quód ſi rurſum interroges huius tranſitus, & mutationis modum, nos Latini, tranſubſtantiationem, quam Græci μεταστοιχείωσιν, id eſt trans-

Greg. Nyſſ. elementationem; & μεταποίησιν, id eſt, creaturæ in creaturam mutationem appellant. Vnde & Gregorius Nyſſenus, orationem ſcripſit, ὅτι ἁγιασμένος ἄρτος ἐς τὸ σῶμα τοῦ Θεοῦ μεταποιεῖται. Quód panis

Concil. Later. conſecratus, in corpus Dei conuertatur. Et quandó aliæ authoritates deficerent, Concilium Lateranenſe ſufficeret; in quo præſentes fuere Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus Patriarchæ; ſeptuaginta Metropolitæ; quadringenti Epiſcopi; duodecim Abbates; octingenti Priores Conuentuales; Legati vtriuſque Imperatoris, Græci,& Romani; Oratores Regum Hieruſalem, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Cypr. Quo in cœtu celeberrimo, hic tranſubſtantiationis articulus ſingulariter excuſſus eſt & approbatus.

Huius myſterij veritatem ad amuſſim Euangelij penſitauit

penſitauit Theophilactus: « Non dixit (inquit) panis quem ego dabo, figura eſt carnis, ſed caro mea eſt. Transformatur enim arcanis verbis, & per acceſſionem ſpiritus, in carnem Domini. Panis ille qui manducabatur à Chriſto, in carnem eius mutabatur, &c. Et quomodò? non enim apparet nobis caro: ſed non abhorreamus ab eius eſu, condeſcendente Domino noſtræ infirmitati, panis apparet, cui aſſueti ſumus. » Expreſſiùs Cyprianus; « Panis (inquit) iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie (id eſt accidentalibus & viſibilibus formis, quæ integræ remanent,) ſed naturâ mutatus, omnipotentiâ Verbi factus eſt caro. » Subſcripſit eidem veritati Ambroſius: « Quantis vtimur exemplis, vt probemus non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit: maioremque vim eſſe benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam ipſa natura mutatur. Virgam tenebat Moyſes; proiecit eam, & facta eſt ſerpens; rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam reuertitur, &c. Currebant Ægypti flumina puro meatu aquarum; ſubitò de fontium venis ſanguis cœpit erumpere, nec erat potus in fluuiis. Rurſus ad Prophetæ preces, cruor fluminum ceſſauit, & aquarum natura remeauit, &c. Virgam leuauit Moyſes, ſeparauit ſe aqua, & in murorum ſpeciem congelauit, atque inter vndas via pedeſtris apparuit. Iordanis retrorſum conuerſus, contra naturam in ſui fontis reuertitur exordium, &c. Sitiebat populus Patrum, tetigit Moyſes petram, & aqua de petra fluxit. Numquid non præter naturam operata eſt gratia, vt aquam vomeret, quam non habebat naturâ? » Proſequitur & de ligno aquas Marath amariſſimas dulcorante, & ſecuri Elizei merito ſupernatante; & concludit: « Quòd ſi tantum valuit humana bene-

Theop. in c 6. Ioan.

Cypr. de cœna Domini.

Ambr. ep. de his qui init. myſt. c. 9.

Vide eundem lib. 4. de Sacr. cap 4.

nedictio, vt naturam conuerteret; quid dicemus de ipsâ consecratione diuinâ, vbi ipsa verba Domini Saluatoris operantur? Nam Sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur.» Concludat hanc probationem Augustinus: «Hîc (inquit) si ratio quæritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus, tota ratio facti, est potentia facientis.» Sed & quod fecit, & facit semper, licet inuisibiliter in Altari, omnipotenti verbo, nonnumquam visibili confirmauit exemplo. Geminum hîc referam ex Doctore Angelico. Quidam Iudæus in Paschate vidit in manibus sancti Basilij puerum formosissimum, singulis fidelibus in sacrâ mensâ porrigentis, quem & ipse cum cæteris curiosus excepit, sacramque hostiam, in carnem immutatam; cuius reliquias domum retulit, & quæ viderat, stupens vxori narrauit; verè admirabile fidelium prædicans Sacramentum; quo viso conuersus, postero die ad Basilium accessit, à quo cum totâ familia sanctum Baptisma suscepit. Narrat præterea, Presbyterum deuotissimum, Ægydium nomine, post multiplices ad Deum preces, queis puerum Iesum, qualem Virgo sanctissima lactauerat, in Altari cernere mereretur, votis eius propitius Deus annuit, dum enim mysteria sancta perageret, & ter de more recitato, Agnus Dei, &c. Dum genua flecteret, Angelum sibi in aurem susurrantem audiuit, surge, & vide. Surrexit, & puerum sedentem vidit. Cui rursum Angelus: Aspice nunc, & manibus tracta, &c. Accepit, exosculatus est, Pectori affixit, tum reposuit in Altari, suppliciter rogans vt se rursum sub velum specierum subduceret. Genuflexus, deinde surrexit, species vt ante solas inuenit, & sumpsit. Vbi conclusit Diuus Thomas:

Aug. epist. 3. ad Volusian.

D. Th. opusc. 58. c. 11.

Digitized by Google

Id Deum præstitisse: « vt quod latebat in mysterio, patesceret in miraculo. » Gilbertus quoque iuxta Esaïam nouitatem huius tremendi ponderat mysterij. « Nouum (inquit) & supra reliquorum vsum Sacramentorum, quod non modò sanctificationis noua gratia datur, sed substantia naturalis mutatur. Nam per Sacramenti benedictionem accipit oblatus panis hanc ineffabilem mutationem ex mysticâ consecratione & Verbi viuentis copulatione hæc viuificatrix gratia in carne Christi redundat. »

D. Th. sup. Gilbertus ser. 8. in Cant. Esa. 42. 9.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Superest, vt quo fine sacro-sancta mysteria conuersionis panis & vini, in corpus & sanguinem suum, instituerit, videamus. Stupendum planè, quòd cùm hoc Sacramentum, finis sit & consummatio cæterorum, vt secundùm Paulum « finis legis Christus est » voluit tamen illud ipsum medium fieri nostræ mutationis in melius: Quod & B. P. Augustino intimauit, cùm diceret: « Cibus sum grandium: Cresce & manducabis me. Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. » Et Doctor Angelicus, de dignè & fructuosè communicantibus: « Tales (inquit) manducant, & manducantur. Et ratio est, quia Corpus Christi, non vt alij cibi, in manducantem conuertitur, sed manducans verè spiritaliter mutatur, & manducatione, Dominus eum sui corporis membrum facit. » Sic fit vt impleta figura terræ promissæ, « Terra Dominicæ carnis deuoret habitatores suos: » De quibus Augustinus, in verba Ioannis: « Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: hoc est (inquit) illum manducare panem, & bibere Calicem Domini, in illo manere, & illum manen-

Rom. 10. 4.

Aug. 7. Conf. cap. 10.

D. Th. opusc. 58. c. 20

Num. 13. 33.

Aug. tract. 27. in Io. in p.

Digitized by Google

tem in ſe habere. Si manet, & manetur, ſi habitat, & inhabitatur.» Aliàs Ponticolis peiores, qui «parentum cadauera cum pecudibus cæſa conuiuio conuorant. Qui non ita deceſſerint, vt eſcatiles fuerint, maledicta mors eſt.»

Tertul. lib. 1. cont. Marc. cap. 1.

Secvnda Reflexio. Apuleius, ſe ex homine, mutatum in aſinum, multo roſarum eſu, vſuque non modico, tandem in hominem reuerſum fabulatur: Quid non Chriſto toties manducato, qui ſe in Canticis «roſam Saron» hoc eſt ſaturitatis & abundantiæ florem eſſe dixit, ex iumentis, equis, & aſinis, quibus non eſt intellectus, non reuertemur ad homines? «Sepulcrum Memnonis prope fluuiolum Beleum, iuxta quod eſt ſpatium centum ferè cubitorum admiratione digniſſimum. Eſt enim ſpecie vallis rotundæ vitream emittens arenam, quam cum exhauſerint multæ naues pariter accedentes, locus idem rurſus impletur: venti ſi quidem quaſi data opera conuehunt illud de circunſtantibus ſuperciliis arenam iſtam, vtique communem: locus autem metalli, ſtatim in vitrum quod ſuſceperit mutat. Mirabilius quoque mihi illud videtur, quod iam conuerſæ arenæ in vitrum, quæcumque pars ſuper margines loci ipſius fuerit iacta, in communem arenam, denuò conuertitur.» Et fieri poteſt, vt è ſepulcro Domini, memoriali, dico, & monumento Paſſionis eius, puritatem carnis & mentis, non ſumamus? Ex vili puluere, & cinere, vno flatu vitrifices vaſa cryſtallina, varias transfigurant in formas. Et non poterit diuina gratia Sacramenti, quod præſtat induſtria artificis humani? Impleatur vtinam in nobis Zachariæ prophetia. «Et erunt lebetes in domo Domini, quaſi phialæ coram altari.» Et folia legimus in lacum labentia petreſcere; «Quaſi folium ex arbore cecidimus vniuerſi, iniquitates noſtræ quaſi ventus ab-

Cant. 2. 1.

Ioſeph. lib. 10. de Bello Iud. c. 9

Zach. 14. 29.

Eſa. 64. 6.

ſtulerunt nos. » Quem etiam locum Gregorius ſimi- Greg.
li in cauſâ protulit. « Quid eſt (inquit) homo niſi lib. 11.
folium, qui videlicet in Paradiſo ab arbore cecidit? Mor.
Quid eſt niſi folium, qui tentationis vento rapitur,& c. 22.
deſideriorum flatibus leuatur? &c. hunc plerumque ira perturbat, cùm recedit ira, ſuccedit inepta lætitia. Luxuriæ ſtimulis vrgetur, æſtu auaritiæ longè latéque ad ambienda quæ terrena ſunt, tenditur,&c. Vnde benè quoque per Iſaïam dicitur: Cecidimus quaſi folium vniuerſi, &c. Quaſi ventus quippe nos iniquitas abſtulit: quia nullo fixos virtutis pondere, in vanam elationem leuauit. » Sed leuitatem foliorum noſtrorum, « qui fecit ventis pondus, » aquis gratiæ in Euchariſtiâ contentis, ſolidauit. « In ſimilitudinem chryſtalli, durantur aquæ: » id eſt gratiæ diuini Sacramenti; cui aptè concinit illud Pſaltis: Pſ. 147.
« mittit chryſtallum ſuam, ſicut buccellas. » Pater 6.
enim miſit Filium, quem chryſtallo genuit puriorem, vt buccellas nobis in cibum porrigeret. Quæ foliorum noſtrorum leuitas, in hunc gratiæ lacum demiſſa, ſolidum robur & firmitatem, ac perſeuerantiam in virtute non hauriat!

Tertia Reflexio. Titulum Pſalmi 59. mirabi- Aug. in
liter in rem noſtram expoſuit Auguſtinus: qui ſic ha- Pſ. 59.
bet: « in finem pro his qui immutabuntur, in tituli inſcriptionem, ipſi Dauid, in doctrinam, cùm ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal; & conuertit Ioab, & percuſſit Edom in valle ſalinarum, duodecim millia: » In quem locum; ſic ratiocinatur. « Quid ſit, noſtis: finis enim legis Chriſtus Rom.
eſt. Et qui immutabuntur noſtis. Qui enim, niſi quia 10. 4.
veteri vitâ in nouam tranſeunt? Abſit enim vt ſit hîc culpanda immutatio. (Leuitatis, quâ à gratiâ in peccatum mutamur, vt folia, venti ludibrium.) Non quomodo immutatus eſt Adam, à iuſtitiâ ad iniqui-

Epheſ. 5. 8. tatem, & à deliciis ad laborem: ſed quomodo mutantur illi, quibus dictum eſt, fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Immutātur autem iſti, in tituli inſcriptionem. Noſtis tituli inſcriptionem? Titulus infixus eſt ſuper crucem Domini ſcriptus: Hic eſt Rex Iudæorum. Mutantur in huius
Matt. 27. 37. tituli inſcriptionem, qui in regnum Chriſti trāſeunt à
Iob. 19. regno diaboli, &c. Mutantur autem ſicut ſequitur, in doctrinam ipſi Dauid. Id eſt mutantur, non ſibi, ſed ipſi Dauid: (figuram Chriſti agenti,) & mutantur in doctrinam; non enim ita Rex Chriſtus, quaſi ſæ-
Ioān. 18. 36. culo regnaturus, cùm apertè dixerit, Regnum meum non eſt de hoc mundo. Ergo in eius gratiam & doctrinam tranſeamus, ſi volumus in conſcriptionem tituli commutari: Non nobis, ſed ipſi Dauid; vt qui
2. Cor. 5. 15. viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Quando ergo nos mutaret Chriſtus niſi feciſſet quod dixit, ignem veni mittere
Luc. 12. 49. in mundum? &c. quoniam ergo venit ignem mittere in mundum, quæramus iam quid ſit Meſopotamia, quæ ſuccenſa eſt, &c. Meſopotomiam dicunt interpretari, eleuatam vocationem. Iam totus mundus vocatione eleuatus eſt. Syria interpretatur ſublimis. Sed illa quæ erat ſublimis, incenſa eſt, & humiliata: & quemadmodum humiliata eſt quæ fuerat exaltata, ſic exaltetur quæ fuerat humiliata. Sobal interpretatur vana vetuſtas. Gratias Chriſto, qui eam ſuccēdit. Quando vetera virgulta ſuccenduntur, vireta ſuccedunt, & alacriùs, & vberiùs, & viridiùs noua naſcuntur, cùm ea ignis in vetuſtorum ſuccenſione præceſ-
Eſa. 40. 6 ſerit. Non ergo timeatur ignis Chriſti, ſi fœnum combuſſerit. Omnis enim caro fœnum, & omnis claritas
Pſ. 9. 3. hominis, ſicut flos fœni. Succendit ergo iſta igne, & conuertit Ioab. Ioab interpretatur inimicus. Conuerſus eſt inimicus. (In cōuertendo inimicum meum

retrorſum: vt aquæ Iordanis, & impetus paſſionis labens in mare damnationis, in caput, & originem, omnium principium Deum, amor, ſpes, timor, omnis denique paſſio animi inimica reflectatur.) Quoduis intellige: ſi conuerſus in fugam, diabolus eſt: ſi conuerſus ad fidem, (caſtitatem, manſuetudinem, &c.) Chriſtianus eſt, &c. Percuſſit Edom. Interpretatur Edom terrenus. Debuit percuti terrenus iſte. Vt quid enim viueret terrenus, (qui de Adam cœleſti viuit,) qui cœleſtis debet viuere? Interfecta eſt ergo vita terrena, viuat cœleſtis. Sicut enim portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui in cœlis eſt. Vide illum interfici; mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Cum autem percuſſiſſet Edom, percuſſit duodecim millia in valle ſalinarum. Duodecim millia perfectus eſt numerus, &c. Totus mundus percuſſus eſt: de toto enim mundo electa eſt Eccleſia, mortificata à terrenâ vitâ. Quare in valle ſalinarum? Vallis humilitas eſt, ſalinæ ſaporem ſignificant. Multi enim humiliantur, ſed vanè, & fatuè, in vanâ vetuſtate humiliantur. Patitur quis tribulationem pro pecuniâ, &c. pro honore temporali, pro commodis huius vitæ, paſſurus eſt tribulationem, & humiliandus. Quare non propter Deum? Quare non propter Chriſtum? Quare non propter ſaporem ſalis? &c. Bonum eſt ergo ſapienter humiliari, &c. Ecce humiliantur, ecce fugantur, ecce perſecutionem patiuntur hæretici: ſed ſine ſapore, pro fatuitate, pro vanitate. Dicant ergo mutati in melius, mutati in tituli inſcriptionem, immutâti in doctrinam, ipſi Dauid, dicant: Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos, vt ædificares nos, &c. Deſtruxiſti vanam vetuſtatem, vt ſit ædificatio in nouum hominem, ædificatio manſura in æternum. Meritò iratus es, & miſertus es noſtri. Non misereris,

1. Cor. 15. 49. Coloſſ. 3. 5.

Pſ. 59. 1.

Digitized by Google

niſi iraſcaris. Sed ira tua, in vetuſtatē noſtram fuit vt deſtrueretur vetuſtas. Sed miſertus es noſtri, propter nouitatem: propter eos qui immutantur in tituli inſcriptionem. Quia etſi exterior homo noſter corrumpitur, interior renouatur de die in diem. » Sapienter itaque in petram ſalis conuerſi, quam quotidie lambimus, eius exemplo humiliemur; qui pridem in ſtatuam ſalis, inſipientes cum vxore Loth retrouerſi, mundi Sodomam inſpeximus. « Primogenitum aſini mutemus oue. » Hoc eſt, primordia ante-actæ vitæ, inſulſa & ſtulta, agninâ Chriſti ſimplicitate commutemus. An non vitem zelabimur, aquam, pluuiam in vinum mutantem? Non poterit ſummitas cedri Libani, ſylueſtri trunco noſtro inſita, in ſui fructus ſuauitatem; euictâ naturalis oleaſtri acerbitate, transferre? An non pudebit, irrationalis panis ſubſtantiam, vno Dei verbo, in carnem eius tranſmutari; nos verò poſt tot verba, tot diuina eloquia, peruersè conſtantes, & immobiles permanere?

2. Cor. 4. 16. — Exod. 13. 13. — Rom. 11. 24. — D. Th. opuſc. 58. c. 11.

Qvarta Reflexio. Quid de frequenti cum Chriſto ſocietate loquar? An non « cum bono bonus eris? & cum electo electus eris? » Quid Saülem referam? « Numquid & Saül inter Prophetas? » Vt quid intrante in ſancta Pontifice, nullus hominum in tabernaculo eſſe, iubetur? An non ipſe Aaron erat homo? vel quia cum Deo in ſancto acturus, totus in Deum tranſire debebat? « Nullus hominum ſit in tabernaculo quando Pontifex ſanctuarium ingreditur. » Quod & de Moyſe cum Deo conuerſante in monte, aduertit Chryſologus. « Moyſes (inquit) dierum quadraginta ieiunio, ita humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam; & adhuc in noſtri corporis obſcuro, toto fulgeret lumine Deitatis: Neque intueri eum

Pſ. 17. 27. — 1. Reg. 10. 11. — Leuit. 16. 17. — Chryſol. ſer. 10.

mortalium viſus poſſet, qui ſubſtantiâ Dei diu paſtus, tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta,&c. Et re verâ, fratres, neſcit laſſari, mori non poteſt,cui panis, cui vita Deus eſt.» Quòd ſi ſola collocutio cum Deo, Moyſem potuit lucis diuinæ participem, Deo ſimilem, obtutibus humanis inacceſſibilem facere: quid de homine verè ſubſtantiæ Chriſti & hominis Dei, perſonæ communicante dicemus?

Qvinta Reflexio. Sed proh dolor! communicantes Agno, plurimi transformantur in lupos, & per puriſſimi fluuium ſanguinis baptizati, & loti, velut in Arcadum lacu, ab Auguſtino, iuxta Varronem memorato, ferinos mores induunt. « Sorte (inquit) ducti tranſnabant quoddam ſtagnum atque ibi conuertebantur in lupos, & cum ſimilibus feris, per illius regionis deſerta viuebant. Si verò carne non veſcerentur humanâ, rurſus poſt nouem annos, eodem renato ſtagno, reformabantur in homines. Denique etiam nominatim expreſſit quemdam Demænetum, cùm guſtaſſet de ſacrificio, quod Arcades, immolato puero, Deo ſuo Lycæo (id eſt luporum Deo,) facere ſolerent, in lupum fuiſſe mutatum; & anno decimo,in figuram propriam reſtitutum,ad pugillatum ſeſe exercuiſſe, & Olympiaco viciſſe certamine.» Nos autem ſi ab Agno pro mundi peccatis occiſo abſtinuerimus, vel ipſum indignè ſumpſerimus, belluinos mores,& lupinos induemus. « Agnus occiſus à lupis,facere ſolet(dignè comedentes) agnos,de lupis.» Sed heu,flens dico, multos nouit Chriſtus Iudæ traditori ſimiles; quorum durities tantâ dignatione, & beneficentiâ non mollitur, planè dignos inuectiuâ Chryſoſtomi. « O cæcitatem proditoris! qui cùm ineffabilibus myſteriis communicaſſet, idem permanſit. Et diuinâ menſâ ſuſceptus, in melius commutari noluit, &c. Nec timore, nec beneficio, nec honore

Aug. li. 18. de Ciuit. c. 17.

Aug. ſer. 14. de Sanctis. in p.

Chryſoſtom. hom. 83 in Mat. 26.

Digitized by Go

melior factus.» Pari priùs zelo in Iudæ compares
Pſa. 54. 20. exarſerat Pſaltes. « Non eſt illis commutatio, &
non timuerunt Deum, extendit manum ſuam, in
retribuendo. (Toties enim eadem Sacramenta, licet
indignè ſumentibus, & accumbentibus menſæ ſuæ,
retribuit; manum ſuam munificam extendens.)
Ibid. 21. Contaminauerunt teſtamentum eius. (Et quod iſtud?
1. Cor. 11. 25. niſi de quo ipſe; hic calix nouum teſtamentum eſt in
Hebr. 10. 29. meo ſanguine. Contaminauerunt tamen, & ſanguinem
teſtamenti pollutum duxerunt. Nec impunè.)
Pſ. 54. 23. Diuiſi ſunt ab irâ vultus eius; appropinquauit cor
Eccli. 3. 27. illius. (O cor durum malè habebis in nouiſſimo!
Cor Chriſti igneum charitate, cordi tuo duro appropinquat,
Pſ. 54. 24. & non flectitur? Molliti ſunt ſermones
eius ſuper oleum. (Nec penetrant.) Et ipſi ſunt iacula
» quæ indignè communicantem, iuſto iudicio,
Aug. ſer. 1. de temp. à p. anathemate feriant. « Mutet vitam qui vult accipere
vitam: Nam ſi non mutet vitam, ad iudicium accipiet
vitam: ea magis ex ipſo corrumpitur, quàm
ſanetur, magis occiditur, quàm viuificetur.» O dextera
Excelſi, hoc tuum opus: hoc tuæ oſtentum prodigiumque
Pſ. 117. 16. potentiæ! « Dextera Domini fecit virtutem
» in mutatione panis & vini: « Dexteram tuam
Pſ. 89. 12. ſic notam fac, & eruditos corde in ſapientiâ. Conuerte
Pſ. 84. 4 nos Deus ſalutaris noſter: Conuerte rupem in
Pſ. 113. 8 ſtagna aquarum, Iordanem conuerte retrorſum:»
vt totus impetus dilectionis, tota affluentia charitatis,
non deorſum in perditionem, ſed ſurſum feratur
Pſ. 20. 14. in ſalutem. « Exaltare Domine in virtute tuâ » vt vi
prædominante tibi tui, ex iumentis in homines reformati,
regiæ tuæ menſæ, cum Angelis ſodales aſſidere
mereamur. Amen.

Digitized by Google

Quando ſederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, &c. Prouerb. 23. 1.

De puriſſimo Euchariſtiæ cibo, cum omni carnis & mentis puritate, & caſtitate ſumendo.

SApientiſſimus Mortalium Salomon, Patris æterni ſapientiam meritiſſimè cum ligno vitæ in medio Paradiſi plantato comparauit. « Beatus homo qui inuenit ſapientiam, &c. lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam; & qui tenuerit eam, beatus. » Et rurſum: Fructus Iuſti, lignum vitæ. » Quis juſtus, niſi Chriſtus, niſi Dei Filius? « Dominus juſtus noſter, Dominus Legifer noſter. » Legem in Paradiſo præſcripſerat homini, ſub mortis pœnâ, ne de ligno ſcientiæ boni & mali comederet: quo deguſtato, diuinæ ſe legi ſubtrahens « ſenſit continuò legem in membris repugnantem legi mentis » & concupiſcentiæ motus, aduersùs rationem inſurgentes: adeò vt cibus iſte fuerit primum libidinis incentiuum. Sed diuina Sapientia in medio Eccleſiæ Paradiſo, lignum vitæ plantauit, mortis, & carnalis concupiſcentiæ pharmacum; vt qui diligenti attentione in hac Principis menſâ, appoſitam totius caſtitatis & puritatis eſcam, religiosè ac piè guſtauerit; lignum vitæ, & fructum eius ac effectum ſentiat; & vſu frequenti, lilio conuallium paſtus, ex hœdo mutetur in agnum. O Virgo « venter tuus aceruus tritici, vallatus liliis: » Ex frequenti communione tritici, aceruum gratiæ collegiſti, Vir-

Prou. 3. 13. & 18

Prou. 11 30.

Iſa. 33. 22.

Rom. 7 23.

Cant. 7. 2.

Exod. 25.23. ginitatis succincta liliis. Hunc cibum mensâ vteri tui de Sethim incorruptâ, suscepisti, cùm te primò Angelus, lilium præferens manibus, Reginam Virginum, salutauit, dicens: Aue Maria.

EXORDIVM.

Vt nullus Princeps, expressiùs Assuero, Regis Regum maiestatem adumbrauit; sic nulla mensa, conuiuium eius opiparũ pulchriùs delineauit. « Quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno Imperij sui, fecit grande conuiuium cunctis Principibus, &c. Multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus, cùmque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan, à maximo, vsque ad minimum. » Et quidem si de nomine Assueri, significationem interroges; iuxta glossam, Christum dignitate & nomine significat: Sonat enim idipsum quod « atrium, & ostium meum. » Christus quippe de seipso dixit; « Ego sum ostium. Per me si quis intrauerit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. » Si anni pro legibus computentur: Tertio anno, hoc est in lege gratiæ, conuiuium Eucharisticum instituit. Et Susan ciuitas Regni eius metropolis fuit. Susan autem, « lilium siue ciuitas liliorum » interpretatur. Et licet prima sit Metropolis eius MARIA, de quâ dicit in Canticis; « Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: » De quâ & Psaltes sub nomine Sion: « Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in eâ, & ipse fundauit eam Altissimus? » Idem condens Sion, qui nasci dignatus est in Sion. Vt exponit Augustinus: Et ante eum Ambrosius: « Matrem Sion dixit genitus in Iudæa, susceptus ex Virgine. Matrem autem, secundùm diuini-

[Margin notes: Esther. 1.2. — Versu 5 — Ioan. 10. 9. — Cant. 2. 2. — Ps. 86. 5. — Ambr. lib. de obitu fratris sui Satyri.]

Digitized by Google

tatem habere non potuit, qui author eſt matris. Ille factus eſt, non diuinâ generatione, ſed humanâ: quia homo factus eſt, Deus natus eſt. Sic & alibi habes: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. In puero Eſa. 9.
enim nomen ætatis, in filio plenitudo diuinitatis eſt. Factus ex matre, natus ex patre: idem tamen & natus, & datus: non diuerſum ſed vnum putes. Vnus enim Dei Filius, & natus ex patre, & ortus eſt Virgine. Diſtanti ordine, ſed in vnum concurrente nomine, ſicut & præſens lectio docet: quia & homo factus in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus: homo vtique corpore, altiſſimus poteſtate. Et ſi Deus, & homo diuerſitate naturæ, idem tamen, non alter in vtroque, &c. » Suſan igitur myſtica Virgo Mater ciuitas liliorum, & facta eſt ab Altiſſimo, & Altiſſimus in ea factus eſt minimus. Eccleſia tamen, & ipſa Virgo; Suſan quoque, & lilium, inter tot aculeatas hæreſeon & ſchiſmatum ſpinas effloreſcit. In hac, magnus ille noſter Aſſuerus, oſtium, & atrium, « per quem acceſſum habemus ad Deum, » qui pri- Rom. 5. 2.
mò inter lilia paſcitur, quos, ſecundùm Ambroſium, Angelos, cœleſtis aulæ Principes, « liliis non labo- Luc. 12. 27.
rantibus, nec nentibus » puriores, clarâ ſuâ reficit ac paſcit viſione: Homines tamen fideles, à maximo, vſque ad minimum, abſque vllâ acceptione perſonarum, ad regiam ſuam menſam excipere non dedignatur. Vnum, hoc Salomonis monito à conuiuantibus exigit; vt qui ſedent ad menſam Principis, « attendant diligenter quæ appoſita ſunt ante fa- Prou. 23. 1.
ciem ſuam; ſcientes quoniam talia oportet eos præparare. » Primò itaque videamus, quàm pura ſit & Divisio.
caſta hæc Sacramentalis eſca: Secundò quâ puritate Sacerdos celebrare, & fidelis hunc cibum ſumere debeat.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Si lilium in Scripturâ, ſymbolum eſt caſtitatis, & vt cum Bernardo loquar; « lilia virginitatis decus, humilitatis inſigne, ſupereminentia charitatis; » Appoſitè in rem noſtram, titulus, ſiue epigraphe epithalamij, Pſalmi 44. inſcribit: « In finem pro his qui commutabuntur: » ſiue vt alij Codices legunt: « Pro liliis: » Futurum enim eſt, vt qui in Sponſum, & Sponſam, Chriſtum, & Eccleſiam « fide per dilectionem operante » crediderint; & qui purè, & caſtè, in ciuitate liliorum, in mensâ Aſſueri conſederint; & panem Angelorum caſtè & Angelicè comederint; in reſurrectione commutentur in lilia; inter Angelos deputentur, incorruptionis ſtola induendi. « Diſpono vobis (inquit) regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meã, in regno meo. » In cõtextu porrò Pſalmi, de « domibus eburneis, deque virginibus, poſt ſponſam virginum Principem, Regi adducendis, de veſtimentorum eius fragrantiâ » nares ſponſi ſuauiter afflante pertractatur; nec prætermittitur « gratia in labiis eius diffuſa » copiosè: de quibus & in Canticis dicitur: « Labia eius ſicut lilia: vt, qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habeat amicum regem. » Audite verò ſponſam, dulcedine conuiuij, quaſi mente raptam, cum dilecto colloquentem: « Dilectus meus mihi; & ego illi. Non plus? Pendet oratio. Imò non pendet, ſed deficit. Suſpenditur Auditor, nec eruditur, ſed eripitur. Quid eſt hoc quod dicit, ille mihi, & ego illi? Neſcimus quid loquitur, quia non ſentimus quod ſentit. O ſancta Anima, quid tuus ille tibi? Quid tu illi? Quænam, quæſo, hæc inter vos tam familiariter, fauorabiliterque diſcurrens exhibitio,

Ber. ſer. de nat. Virg. — Pſ. 44. — Gal. 5. 6 — Luc. 22. 29. — Pſ. 44. 10. — Gen. 27. 27. — Pſ. 44. 3. — Cant. 5. 13. — Ex 70. Prou. 22. 11. — Ber. ſer. 67 in Cant. — Cant. 2. 16.

& redhibitio! Tibi ille, tûque viciſſim illi? Sed quid? Idipſum ei tu, quod tibi ille; an aliud? &c. Quouſque animas noſtras tollis? An ſecundùm Prophetam, ſecretum tuum tibi eſt? &c. Sponſa ſancto amore flagrans, idque incredibili modo, ſanè pro captandâ quantulâcumque euaporatione ardoris quem patitur, non conſiderat quid qualiter eloquatur; ſed quidquid in buccam venerit, amore vrgente non enuntiat, ſed eructat. Quidni eructet, ſic refecta, & ſic repleta? Reuolue textum epithalamij huius, ab exordio, &c. » Ego verò retexens titulum Pſalmi « pro dilecto » inſcriptum, nec non « pro liliis: » ſubtexens primum cantici nuptialis verſiculum, lego: « Eructauit cor meum verbum bonum. » Hinc ſubiecit Bernardus: « Quæ ergo repleuerat in bonis deſiderium ſuum, quid mirum ſi ructum potiùs, quàm verbum fecit? &c. Nec enim Sponſa rapinam arbitratur, aptare ſibi Prophetæ dictum, eructauit cor meum verbum bonum. Quippe repleta eodem ſpiritu: Dilectus meus mihi, inquit, & ego illi. Nihil conſequentiæ habet: deeſt orationi. Quid inde? Ructus eſt. Quid tu in ructu quæris orationum iuncturas, ſolemnia dictionum? &c. Tamen odorem portat ructus, &c. denique bonus homo, de bono ſuo theſauro profert bonum. Bonum vas Sponſa Domini mei, & bonus mihi odor ex illâ, &c. » Et quid ex domibus eburneis? Quid ex « fimbriis aureis? Quid ex myrrhâ & guttâ & caſiâ à veſtimentis? » Quid demũ ex liliis, niſi bonus odor caſtitatis exhaletur? « Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructat mihi, & neſcio quid ineffabile tuæ dignationis, & amoris, Domine Ieſu, odoratus ſum in voce iſtâ, Dilectus meus mihi, & ego illi. Ipſa vt dignũ eſt, epuletur, & exultet in cõſpectu tuo, & delectetur in lætitiâ. » Videre mihi videor vocatam ad menſam Principis & cum eo

Io. 10. 24. Iſai. 24. 16. Pſ. 44. 1. Bern. ibid. Pſ. 102. Luc. 6. 45. 44. 10. Pſ. 145. 7. & 15. Pſ. 67. 4.

pariter accumbentem, dicentemque iuxta mentem Aponij ſapientiſſimi Canticorum Interpretis: Dilectus meus natus ex Virgine, exhibet mihi exemplum caſtitatis; & ego illi rependo imitationem puritatis.
Ber. ſer. 70. in Cant. Vnde meritò addidit ad elogium ſponſi: « Qui paſcitur inter lilia. Lilia ſunt orta de terrâ virgineâ, nitentia ſuper terram, eminentia in floribus terræ, fragrantia ſuper odorem aromatum. » Et quæ ſunt dilecti paſcua niſi corporis & ſanguinis eius ſanctiſſima
Ambr. ſer. 14. in Pſal. 118. Sacramenta? « Bona paſcua diuina ſunt Sacramenta. Carpis illic nouum florem, qui bonum odorem dedit reſurrectionis; (in quâ immutabimur cum liliis.) Carpis lilium, in quo ſit ſplendor æternitatis; carpis roſam, hoc eſt Dominici corporis ſanguinem. » O verè Paſtorum Principem! Qui oues ſuas
Greg. Nyſſen. in Cãt. hom. 5. in f. tantis reficit Sacramentis. « Hic eſt Paſtor bonus, qui non fœno paſcit gregem, ſed puro lilio paſcit oues. »

Quócumque oculos verto nihil in hac menſâ niſi
Ber. ſer. 70. in Cant. lilia caſtitatis odorem ſpirantia ſentio. « Bonum lilium veritas, candore conſpicuum & odore præcipuum. Denique candor eſt lucis æternæ, ſplendor,
ſanè cū olim de celebr. Miſſ. & figura ſubſtantiæ Dei. » Quæ verba Honorius tertius de Euchariſtiâ vult intelligi. Eſt & qui propterea, Euchariſtiam vocauerit « cœnam lucis. »
2. Cor. 6. 15. Nihil hîc commercij cum tenebris. « Quæ enim ſocietas luci & tenebris? » Quid cum liliis nigredini? Siue figuras, ſiue materiam, ſiue formam, ſiue terminum, ſiue vaſa, ſiue miniſtros, ſiue effectum cibi
Hezic. hom. 2. de Virg. attendas; « quid horum non candidum, & non ſuauiſſimè redolens? Quot virtutes, tot lilia; & fortaſſis ipſe lilium ideo ſe appellauit, quòd totus verſetur in liliis, & omnia quæ ipſius ſunt, lilia ſunt. » Figura
1. Cor. 10. 4. quidem eius fuit manna, eſca ſpiritalis, ab Apoſtolo dictum: « Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt,

cauerunt, & potum ſpiritalem biberunt: bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petrâ, Petra autem erat Chriſtus.» Quid autem purius Angelo, & ſpiritu? Et quid aliud menſa panum propoſitionis, de ligno Sethim imputribili, auro veſtita præfigurabat? Quid panes azymi? Quid agnus paſchalis abſque maculâ? Materia Sacramenti, panis abſque fermento « adeps frumenti, calix vini meri » & Pſ.80.
ſi miſcetur aqua, ſicut ſapientia miſcuit in Cratere 17.
vinum ſuum » conuiuium tamen « conuiuium eſt Pſ. 74.
pinguium, conuiuium medullatorum, & vindemiæ 9.
Prou.9.
defæcatæ. » Forma huius Sacramenti: « Eloquia 2.
Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, Ex 70.
probatum terræ, purgatum ſeptuplum. » Verbis Iſa. 25.
enim Chriſti puriſſimis conficitur Sacramentum, de 6.
Pſ.11.7.
quibus ipſe teſtatur: « Verba quæ ego locutus ſum Io.6.64
vobis, ſpiritus & vita ſunt. » Quæ & ſpirant odo- Cant.5.
rem lilij: cùm teſte ſponsâ; « Labia eius ſint ſicut 13.
lilia, diſtillantia myrrham primam. » Quid ita? Myrrha prima non vi exprimitur, ſed ſponte ſtillat ex arbore. Et cùm myrrha, mortis Chriſti ſignificet amaritudinem, & corporis eius incorrupti ſepulturam:
« Hoc eſt (inquit) Corpus meum, quod pro vobis 1. Cor.
tradetur; Hic eſt calix ſanguinis mei qui pro vobis 11.24.
effundetur: » Hæc proinde labia, & verba, myrrham primam ſtillauerunt, ſecundæ prænunciam, quæ flagellis, ſpinâ, clauis, & lanceâ, & toto crucis tormento debebat extorqueri. Hinc & Paulus:
« Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & ca- 1. Cor.
licem bibetis, mortem Domini annunciabitis. » 11. 26.

Porro cùm « ſermo Dei ſit viuus & efficax » vt & Heb. 4.
« verba eius ſpiritus & vita ſint, & quæ procedunt 12.
de labiis eius, non faciat irrita: » Terminus qui vi Io.6.64
verborum producitur, eſt Corpus Chriſti, & San- Pſ.88.35
guis Domini. Quid autem illis purius, & ſanctius

excogitari poteſt? Cùm prænuncius ineffabilis myſterij Angelus, omnium Virginum Reginæ percon-
Luc. 1. 35. tanti, quomodo fiet iſtud? « Spiritus (inquit) ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei. » Corpus non exanime, vt nec exangue, ſed omni ſanctitate ſanctiore animâ « im-
Hebr. 7 26. pollutâ, innocente, ſegregatâ à peccatoribus, informatam; cui Verbum Patris, quod ſolum non reliquit, cum Spiritu ſancto, propter indiuiduam, & inſeparabilem Trinitatis ſocietatem vnitur, plenum, ac conſummatum terminum ſanctitatis efficiunt.
Greg. Naz. carm. 2. de Virg. à p. Cùm iuxta Gregorium Naziãzenum: « Prima Trias, ſit Virgo; » In quâ Pater « ex vtero, ante luciferum, in ſplendoribus ſanctorum, Filium generat lucis æternæ candorem, ſpeculum ſine maculâ, ſuæ bonita-
Pſ. 109. 4. Sap. 7. tis imaginem: » Cum quo, & Spiritum indiuiſim ſimulque producit, ineffabilem ac mundiſſimum genitoris genitique complexum; Hoc tandem corpus, hic ſanguis diuinus, hæc cœna lucis incorruptæ, ſi-
Aug. li. 2. de liber. arbit. c 14 cut lux ſolis, ſingulis diuiditur oculis: « Et omnibus communis eſt, & ſingulis caſta eſt. Mittit enim chryſtallum ſuam ſicut buccellas: » Sed integrum ma-
Pſ. 147. 17. net, quod communicantes ſatiat, & lætificat.

Quid vaſa ipſa, vltimæ cœnæ miniſterio impenſa loquar? Agnum paſchalem referunt, in diſco ſmaragdino, Chriſto appoſitum, qui etiamnum Genuæ magnâ veneratione ſeruatur. Smaragdus autem inter gemmas pretioſiſſima, non vile ſumitur ſymbolum caſtitatis; cùm & Ioannis Luſitaniæ Regis experimento conſtiterit, etiam in honeſto, & legitimo actu matrimonij fuiſſe diſruptam. Acathes item in calicem conformata, quæ & bullientem aquam refrigerat, exultanteſque æſtu latices comprimere dicitur, primum à Chriſto ſanguinem conſecratum

Digitized by Google

excepiſſe refertur. O menſam verè Angelicam! ô Principem inter lilia recumbentem! Supereſt, vt & effectum eius proprium, concupiſcentiæ videlicet ardores compeſcentem ediſſeram. Diximus in Exordio, longè diuerſum à ligno ſcientiæ boni & mali, ligni vitæ fructum. Vt primùm edit Adam illicitum, continuò concupiuit; ſed qui fructum ligni ſapientiæ, & vitæ, frequenter & religioſè comederit, ſenſim experietur, ſi non prorſus extingui fomitem, quem electis, vt Paulo, ad virtutis, & coronæ augmentum relinquit, imminui certè, & temperari non modicùm. Longè diſpar hic cibus « à regio, qui Vriam ſequutus eſt » quo excitaretur ad libidinem: cùm ad menſam Principis, Angelorum eſcâ ſaginati, compoſitis carnis priùs indomitæ motibus, ad omnem caſtimoniam prouocentur. Auguſtinum accipite, vim Sacramenti caſtificam expertum. « Quàm ſuaue mihi ſubitò factum eſt, carere ſuauitatibus nugarum iſtarum: Et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Tu enim intrabas pro eis: intrabas, & eiiciebas eas à me omni voluptate dulcior, &c. » Zacharias quoque, energiam caſtitatis huius cibi exaggerat, ſic interrogans: « Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Paulò aliter ex Hebræo tranſtulit Sanctes Pagninus: « Frumentum iuuenes, & vinum nouum cantare faciet Virgines. » Expreſſiùs autem 70. « Si quid optimum illius, & ſi quid bonum eius, frumentum iuuenibus, & vinum boni odoris ad Virgines. » Quantum, Paule, diſtat hoc vinum, ab eo, de quo dixiſti « Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria; » Cùm hoc germinet, & cantare faciat boni odoris virgines, & iuuenes; vt etiam inueterati priùs dierum malorum, virginali integritate iuueneſcant.

Gen. 3. 12.

2. Reg. 11. 8.

Aug. 9. Conf. cap. 1.

Zach. 9 17.

Epheſ. 5. 18.

Pauſan. in Cor.

Procul hinc, fons ille prodigioſus Argiuis, quo lota Iuno refloreſcebat in Virginem. Hîc frumentum editur Electorum: de quorum ſingulis, vt de Moyſe verè dici poteſt: « elegit eum ex omni carne. » Abſtrahitur enim à carnalibus, per ingenitam Sacramento virtutem, mens piè & deuotè communicantis, & in ſe proprietates Agni caſti probat. Odorata planta eſt, in aſperis, & calidis locis, necnon etiam in fluminum ripis naſcitur, purpureis ac regiis floribus: cuius & flores, & folia, animalium venenatos morſus, & virulentarum ſagittarum vulnera medicantur; phantaſmata venerea nocturna coercent: In puluerem ſoluta, & pota, vel ſtrata in lecto, libidinis motus, feruoreſque compeſcunt. Hæc proinde Athenienſes mulieres, ſacris Theſmophoriis Cereris, per caſtitatem, & continentiam vacaturæ, ſpargebant in ſtratis. Si hæc inſitâ à naturâ proprietate præſtat hæc planta: quid de effectu Euchariſtiæ, & verè Agni caſti, ſentiendum eſt? Natura gratiæ præpollebit? Phœnicem credent, ideò tam longæuum, & poſt multa ſæcula, de cineribus rediuiuum, quòd rore cœli, radiiſque ſolis viuere narretur? Nos verò, vero ſolis iuſtitiæ, & gratiæ cœleſtis rore, & luce toties paſti, carnis corruptioni ſubiacebimus. Primæuæ vſum futurum Eccleſiæ præſenſerat Pſaltes, quò ſanctiſſimi Sacramenti reliquias fidelium paruuli collecturi erant ſaturatis indefectibili cibo parentibus, cum diceret Chriſto abſcondito & latenti ſub ſpeciebus conſecratis: « de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum: ſaturati ſunt filii: (id eſt ſic ſatiati ſunt, vt eandem ſatietatem in relictis particulis filiis ſuis dimitterent:) & dimiſerunt reliquias paruulis ſuis. » Puerum Conſtantinopolitanum nouimus, de more, particulas ex ſanctiſſimo Sacramento reſiduas, ſumpſiſſe, ideoque à parente

Eccli. 45. 1.

Dioſcorid.

Pſ. 16. 4

Euagr. Nicep. Calixt.

inſideli mediam in fornacem proiectum, virtute Euchariſticâ, illæſum ab ignibus euaſiſſe; Angelorum nimirum Principe comite, vt tribus pueris medios æſtus, in mollem Zephyrum, & ventum roris conuertente. Quantò magis feruentes concupiſcentiæ globos, corpus & ſanguis Chriſti reſtinguet? Greg. Tur. Dan. 3. 50.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Attendat diligenter Sacerdos, quæ appoſita ſunt ante faciem. « Mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini. » Viuat Angelicè, qui quotidie Angelorum panem, non tantùm comedit, ſed & conficit. Purus ſit corpore, caſtus ſit mente, mundus intentione; « vt nec ſit turpis lucri cupidus, » nec vento vanæ gloriæ tumidus; nec iam vt homo viuat, ſed vt Deus; qui cum Patre æterno, quotidie, ore ſuo & mente, dicit, & verbo generat Dei Verbum; & quem ſemel Virgo peperit impollutum, toties in Altari producit incorruptùm; & ipſe quoque, propter indelebilem caracterem, « ſecundùm ordinem Melchiſedech, Sacerdos in æternum. » Obſtrictus cœlibatui, cœlibem vitam agat in terris, qui maiori fulget honore, & claret poteſtate, quam Angelus in cœlis. « Pontifex Maximus, & Flaminica nubunt ſemel. Cereris Sacerdotes, viuentibus etiam viris, & conſentientibus, amicâ ſeparatione viduantur. Sunt & quæ de totâ continentiâ iudicent nos, Virgines Veſtæ & Iunonis Achaïcæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythij. Etiam bouis illius Ægyptij Antiſtites de continentiâ infirmitatem Chriſtianorum iudicabunt. » Quid plura? « Cùm Dei Sacramenta Satanas adfectat, prouocatio eſt noſtra, imò ſuffuſio, ſi pigri ſumus ad continentiam Deo exhi-

Iſa. 52. 11. Tit. 1. 7. Pſ. 109. 5. Tertul. de Monog. c. 17. Tertul. de Exhort. caſt. c. 13.

bendam; quam diabolo quidam præſtant, nunc virginitate, nunc viduitate perpetuâ, &c. Inuenit ſcilicet diabolus, poſt luxuriam, etiam caſtitatem perditricem; Quò magis reus ſit Chriſtianus, qui caſtitatem recuſauerit conſeruatricem.» Sic in cauſâ ſimili, reflectit Auguſtinus.» Si virtutes, quarum iſtæ vtcumque ſunt ſimiles, quas iſti pro ciuitatis terrenæ gloriâ tenuerunt, pro Dei glorioſiſſimâ ciuitate non tenuerimus, pudore pungamur: ſi tenuerimus, ſuperbiâ non extollamur. Quoniam, ſicut dixit Apoſtolus, indignæ ſunt paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ad humanam verò gloriam, præſentiſque temporis, ſatis digna vita exiſtimabatur illorum.» Quantam in Sacerdotibus Deus exigat ſanctitatem, docuit Damianus, cùm de puritatis amatore Chriſto, & Virgine Matre dixiſſet: « Ne (inquit) hoc ſufficere videatur, vt tantummodò Virgo ſit Mater; Eccleſiæ fides eſt, vt Virgo fuerit & is, qui ſimulatus eſt Pater. Si igitur Redemptor, tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero naſceretur, ſed etiam à nutritio Virgine tractaretur, & hoc cùm adhuc puerulus vagiret in cunis; à quibus nunc, obſecro, tractari vult corpus ſuum, cùm iam immenſus regnat in cœlis?» Et tamen, proh pudor! quàm indignè à multis ſacrilegiis cœlibatus violatoribus prophanatur. Sacerdotem recolo quendam, de quo nuper, libidinis & concubinatus mancipem, bis in Altari, vacuato ſacris ſpeciebus calice, territum; pœnitentiâ correctum, in ſequenti ſacrificio, reſtitutis omnibus ſpeciebus conſolatum. Aquam Virginem miræ proprietatis Caſſiodorus aduertit: « Currit aqua virgo ſub delectatione puriſſimâ, quæ ideo ſic appellata creditur, quòd nullis ſordibus pollua-

Aug. li. 5. de ciuit. c. 18

Dam. l. 1. ep. 6.

Petrus Cluni. lib. 1. mirac. c. 2.

Caſſ. l. 7 var. for. 6.

tur. Nam cùm aliæ, pluuiarum nimietate, terrenâ commixtione violentur, hæc aërem perpetuò ſerenum, puriſſimè labẽs vnda mentitur. Quis poſſit talia ſermonibus idoneis explicare? » Sed quis dignè eloqui valeat, quomodo, etſi refuga ſit omnis inquinamenti carnalis, mundiſſimi Sacramenti, vt præcitato exemplo patet, aqua virgo: nullis tamen, vel ſordium ſtomachi, vel inquinatæ etiam conſcientiæ maculis, polluatur. Non minus tamen reatus contrahit indignè ſacrificans. Scio quidem neminem mundum à ſorde; nec ignoro, quòd ſuperbè Parmenianus inſultans Auguſtino, Sacerdotum Eccleſiæ Romanæ flagitia obiectabat. « In Exodo, inquiunt, ſcriptum eſt; Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum, ſanctificentur, ne fortè derelinquat eos Dominus. Et iterum; cùm miniſtri ad altare accedunt, non adducant in ſe delictum, ne moriantur. Et illud in Leuitico; homo qui habuerit maculam & vitium, non accedat dona offerre Deo, &c. Omitto dicere, quàm ſceleratâ ſuperbiâ dicant, neminem eſſe inter collegas ſuos, vel ſeipſos, cum aliquâ maculâ, & vitio, non membrorum, ſed quod peius eſt, morum, &c. Euigilemus igitur aliquando, atque videamus, in Sacerdotibus illius temporis, cùm corporalia vitia vitabantur, illum præfigurari, qui cùm eſſet Deus, factus eſt propter nos homo, ſolus verus Agnus immaculatus, & Sacerdos ſine vitio. Præcedenti capite dixerat; nihil piè communicantibus officere indignitatem Sacerdotum. « Sacrificia (inquit) impiorum, eis ipſis oberunt qui offerunt impiè. Nam vnum atque idem ſacrificium, propter nomen Domini quod inuocatur, & ſemper ſanctum eſt, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit. Qui enim manducat, & bibit indignè, iu-

Aug. l. 2 contra ep. Parmen. c. 7. Exo. 19. 22. Exo. 30. 19. 20. Leuit. 21. 17.

Aug. ibid. c. 6

1. Cor. 11. 29.

dicium ſibi manducat, & bibit; non ait, aliis,ſed ſibi. Qui ergo manducat dignè, & bibit, gratiam ſibi manducat & bibit.»

Secvnda Reflexio Moralis. Aduertat etiam anima fidelis ſedens ad mēſam Principis, paſci illum inter lilia. « Apud Mariam vtique paſcebatur,idque copioſiùs, pro multitudine liliorum, &c. Cæterùm etſi iuſtus germinat ſicut lilium, ſed non ad lilium Spōſus paſcitur,nec in ſingularitate complacet ſibi.» Vult animam, & corpus, ſenſus, & affectus habere puros, menſæ ſuæ conſeſſores? « Sponſus cùm ſit Virtus, in virtutibus complacet ſibi, & cùm ſit lilium, libenter inter lilia commoratur; & cùm ſit candor, delectatur candidis; &c. Et quidem paſcebatur olim corporaliter apud Mariam,& Martham, & recumbens etiam corpore inter lilia.» Rem dictu mirabilem hoc loco ſubnecto, quâ liquet mundiſſimum, hanc Virgineam eſcam, ſibi depoſcere habitaculum. Mulier, ex conſilio,ſumptam hoſtiam conſecratam tulit apibus, ad ſeruanda, & implenda aluearia. Apiculæ,& auiculæ Virgines, Virginalem eſcam, confecto ſtatim mirabili ſacello, muris, feneſtris, ianuâ, tympanili, altari inſtructo concluſerunt, eamque ſuper aram, cereis ſuis ornatam impoſuerunt. Vt primum ad aluearia regreſſa eſt mulier, vt conſpexit ædiculam, vt Hoſtiam in altari repoſitam inſpexit, ſtupens ac tremens rem totam Parocho confeſſa, Virginum Regem ac Dominum, in Eccleſiæ tabernaculum ſolemni pompâ referri curauit. Et nos puritatis amantiſſimum Principem, ab fidelibus & caſtis eiuſdem familiæ cohabitatoribus recipi, cum eiſque veluti cum liliis libenter paſci, nouimus & verſari. Hinc Hugo Cardinalis; « Talia (inquit) te oportet præparare, Agnus immaculatus appo-

Ber.ſer. de nat. Virg.

Oſe. 14 6.

Ber.ſer. 71. in Cant.

Cæſar l. 9.c.8.

Hug. Card.in Pro. 23.

nitur; eſto & tu immaculatus. Caue ne ſit in domo tuâ fermentatum. » Et quid cauſæ fuit, cur Sacerdotem de panibus propoſitionis ſacris, & non Laïcis audiuit Dauid reſpondentem: « Si mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus? » Hieronymus panes, quaſi corpus Chriſti, munditiem corpus exegiſſe teſtatur, quos de vxorum cubilibus ſurgentes comedere non poterant. Gloſſa autem notat, hoc loco ſignificari, nullum peccatum, ſicut carnis, magis repugnare reuerentiæ, & honeſtati huius Sacramenti. Procopius ſubtiliter animaduertit, Chriſtum vt lilium & florem campi, communem ſe eſcam præbuiſſe. Et caſtitatem, parem in hoc Sacramento, acceſſum præbere Laïcis, & Sacerdotibus. Licet enim magna ſit in conſecrante auctoritatis diſparitas; eſt tamen eadem, & par, ſumentis, & communicantis dignitas, modo ſit æqua vtrique caſtitas. Audiſtis aliquando, coram Beato Henrico Imperatore, Chriſto noctu Miſſam celebrante, adſtantem Virginem, Angelo iuſſiſſe, oſculum ipſi prælibare; ob cognatum Virginitatis meritum. In cuius fidem, morti proximus, accerſitis ſanctæ Cunegondis vxoris ſuæ parentibus; Filiam, inquit, veſtram Virginem accepi à vobis; ecce eam vobis Virginem illibatam, cum immarceſſibili Virginitatis lilio reſtituo. Sic nempe ille Virginum Sponſus, inter lilia paſci, ſic cum filiis hominum delitiari, ſic cum æmulatoribus Angelorum, diuerſari delectatur. Foris canes, procul immundi. « Vnuſquiſque conſideret conſcientiam ſuam, & quando ſe aliquo crimine (maximè impudicitiæ) vulneratum eſſe cognouerit, prius orationibus, ieiuniis, vel eleemoſynis ſtudeat mundare conſcientiam ſuam, & ſic Euchariſtiam præſumat accipere, &c. Qui enim agnoſcens reatum ſuum ipſe ſe

1. Reg. 21. 4.

Hiero. 1. cont. Iou.

Aug. ſer. 151.

Digitized by Google

humiliter ab Altari Eccleſiæ, pro emendatione vitæ remouere voluerit, ab æterno illo & cœleſti conuiuio excommunicari penitus non timebit. Rogo vos fratres, diligenter attendite, ſi ad menſam cuiuſcumque potentis nemo præſumit cum veſtibus conſciſſis, & inquinatis accedere; quanto magis à conuiuio æterni Regis, id eſt, ab Altari Domini debet ſe vnuſquiſque inuidiæ, vel odij veneno percuſſus, iracundiæ furore repletus, cum reuerentiâ & humilitate ſubtrahere? &c. Propter illud quod ſcriptum eſt; Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? &c. Ecce qualem ſententiam merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale, id eſt, ad Altare Domini, aut ebrioſus, aut adulter, aut odium in corde retinens, præſumit accedere, &c. Ne fortè ſi cum peccatorum vulneribus, ante tribunal æterni Iudicis venerimus, ab illâ æternâ Eccleſiâ, & ab illâ cœleſti Hieruſalem, perpetuâ excommunicatione ſeparemur, &c. Cui nec hoc ſolùm ſufficiet ad pœnam, quòd foris projicitur, ſed inſuper in tenebras exteriores, æterno incendio concremandus excluditur, &c. Qui autem ad iſtud Altare caſto corpore, & mundo corde, cum mundâ & ſecurâ conſcientiâ venit, ad illud altare quod in cœlis eſt fœlici transmigratione perueniet, &c. Non eſt graue quod dico, fratres, quomodo viri lauant aquâ manus ſuas, ſic eleemoſynis lauent conſcientias ſuas. Similiter & mulieres, quomodo nitidum exhibent linteolum, vbi Corpus Chriſti accipiant, ſic corpus caſtum, & cor mundum exhibeant, vt cum bonâ conſcientiâ Chriſti Sacramenta ſuſcipiant, &c. Et ſi in arcâ ſordibus plenâ, veſtis non mittitur pretioſa; quâ fronte in animâ, quæ peccatorum ſordibus inquinatur, Chri-

Matt. 22.12.

Luc. 11. 41.

Google

ſti Euchariſtia ſuſcipitur ? »

Tertia Reflexio. Dagon idolum Veneris, iuxta arcam poſitum, figura vtique Sacramenti, primò quidem ſternitur, dehinc reſtitutum, ſecundò corruit, truncato capite, manibuſque præciſis. Quid ergo, ſtabit cum frequenti & iteratâ communione luxuria ? Sternatur primò, deinde cogitatione, affectu, & actu truncetur. Iuxta Bethleem « Domum panis » mortua Rachel perhibetur ; & viuent in nobis carnales & terreſtres amores ? Dicamus planè cum ſponsâ : « Dilectus meus mihi, & ego illi : Ille mihi, quia benignus & miſericors eſt : Ego illi, quia non ſum ingrata. Ille mihi gratiam ex gratiâ : Ego illi gratiam pro gratiâ. Ille meæ liberationi ; ego illius honori. Ille ſaluti meæ, ego illius voluntati : Ille mihi & non alteri ; quoniam vna ſum columba eius : Ego illi & non alteri, &c. » Ille mihi totius caſtitatis eſcam porrigit, & ego illi qui paſcitur inter lilia, puras cogitationes, affectus, verba, opera, lilia & caſtitatem ſpirantia, appono, & præparo. Signum Virginis manu ſpicam præferre iactatur. O « frumentum electorum ! O vinum germinans virgines ! » O agnum caſtum ! quis det te mihi, inter lilia paſcentem, in medio corde meo plantari, vt hic caſtè ſumens : panem Angelorum in Sacramento, cum liliis transplantatus, inter Angelos paſci merear in cœlo? Amen.

1. Reg. 5. 2.

Gen. 48 7.

Ber. ſer. 68. in Cant.

Zach. 9 17.

Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam, &c. Prouerb. 23. 1.

De humilitate Christi in Eucharistiâ, & eiusdem humili receptione.

PSaltes Regius, Regis Regum, & Domini Dominantium personam induens, aptè calicem Eucharisticum, cùm nimiâ, & excessum omnem superante eiusdem humilitate coniunxit. Si enim sedens ad mensam huius Principis, totâ fidei perspicacitate diligenter attendas, quæ apposita sunt ante faciem
Ps. 84. 8. tuam, « audiens quid loquatur in te Dominus » aduertes exclamantem: « Ego autem humiliatus sum
Ps. 115. 1. & 4. nimis: Ego dixi in excessu meo, &c. Calicem salutaris accipiam. » Et quidem, « verba præcedentia sua-
Ber. ser. 2. in cœna Domini Iuxta 70. uiter sonant, affectum mulcent, & de sensuum vbertate mentem impinguant. Quæ autem sequuntur, id est, scito, quoniam paria oportet te præparare: dum intellectum quò plùs exercent, plùs terrent, de altitudine mysteriorum, miro modo nos humiliant; siue propter indignitatem nostram, siue propter incapacitatem. Diues itaque, & potentissimus ille Dominus est virtutum, & ipse Rex gloriæ, cui
Ps. 62. 3. dicitur per Prophetam, sic in sancto apparui tibi: (sancto, inquam, Altari:) vt viderem virtutem tuam, (humilitatem scilicet eximiam & nimiam) & gloriam tuam: (cùm excessu, ad cibum vsque vilium seruulorum humiliatam.) Ipse est qui aufert spiri-
Psalm. 75. 13. tum Principum; » spiritum inflationis, & tumoris, spiritum superbiæ, quo vult secum accumbentes

Digitized by Google

pauperes; hos nempe « ſuſcitat de puluere, vt cum Principibus » id eſt Angelis, Regiæ menſæ ſuæ aſſideant. Et tua, virgo, nardus, humilis planta, ſed fragrantiſſima, dedit odorem ſuum, & ex diuino Patris æterni accubitu, in ſinum tuum Regem attraxit; cùm te Angelus, tantò gratiâ pleniorem, quò humilitate capaciorem ſalutauit, dicens; Aue. 1. Reg. 2.8.

EXORDIVM.

Verbum abbreuiatum, non facto tantùm, ſed & verbo, compendioſâ ſemper humilitate, Majeſtatem ſuam immenſam, ad tumorem humani cordis comprimendum, voluit coarctare. Hinc & parabolis frequenter vſus eſt vilibus & abiectis, quibus ſplendorem regni ſui obumbrare, placitâ ſibi præ cunctis virtutibus humilitate, dignatus eſt. « Audiſtis, quemadmodum grano ſinapis tota regni cœleſtis comparata eſt magnitudo, &c. Cui, inquit, ſimile eſt regnũ Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Cùm dicit, cui eſt ſimile? quaſi quærentis indicat, & producit affectum. Et ille ſolus Verbum, ſcientiæ fons, dicendi flumen, qui omnium corda rigat, ſenſus aperit, ingenium dilatat, in inueniendâ ſimilitudine nunc laborat? Sed quid inuenerit audiamus. Simile eſt, inquit, regnum cœlorum grano ſinapis. Quærens in cœlo & in terrâ, nihil inuenit niſi granum ſinapis, in quo potentiam totam ſupernæ dominationis includat. Et illud regnum ſingularitate potens, (quià Monarchiæ virtus indiuiſa, longè fortior eſt diſperſâ.) Æternitate fœlix, Diuinitate fulgens, diffuſum toto cœlo, totâ terrâ dilatatum, in grani ſinapis coarctat, & concludit anguſtias. Spes iſta eſt credentium tota. Exſpectatio iſta eſt fidelium ſumma. Iſta eſt fœlicitas Virginum, longis continentiæ laboribus

Chryſol. ſer. 98.

Matth. 13.31.

Digitized by Google

comparata. Iſta eſt gloria Martyrum totius effuſio-
1. Cor. 2. 9. ne ſanguinis conquiſita. Hoc eſt quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Hoc eſt quod ineffabili Sacramento diligentibus Deum promittit Apoſtolus eſſe præparatum.» Dicam amplius, non iam regnum ſed ipſius cœli terræque Regem, cum omni Majeſtate, minimo grano ſinapis, minor hoſtiæ conſecratæ particula concludit, quâ humiliter & deuotè ſuſceptâ, ſi diligenter attendas quæ ante faciem fidei tuæ appoſita ſunt, in menſâ Principis, ipſum Regem audias dicentem ti-
Luc. 12. 32. bi, «nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum» & rurſum: «Re-
Luc. 17. 21. gnum Dei intra vos eſt.» Hîc paſcitur inter lilia Virginum; hîc fit robur & conſtantia Martyrum, hîc
Cant. 2. 16. tota ſpes, & exſpectatio fidelium: vt quem inuiſibilem in Sacramento comedunt; eumdem reuelatâ
1. Ioan. 3. 2. facie, in gloriâ «videntes ſicuti eſt» eiuſdem vultu glorioſo, Angelorum pane, in cœleſti menſâ paſcan-
Chryſol. ſer. 98. tur. Sed ſi quæris, «quid eſt, quod poteſtatem tantam, ſic parua, ſic minima, imò minimorum minima ſimilitudo concludit?» Quid eſt quod tantulis minimæ panis particulæ, & calicis guttulæ, breuiatur
Aug. 22. de Ciuit. cap. 24. circà f. angustiis? Aduerte diligenter, primò iuxta Auguſtinum: «plus admirationis habere, quæ molis minimum: & infirmum Dei fortius hominibus, & ſtul-
1. Cor. 1. 25. tum Dei ſapientius hominibus, & hoc minimum Dei, totâ magnitudine mundi magnificentius inueniri.» Secundò idcirco Chriſtum in Sacramento,
Chryſol. ſup. breuiari humilitate ſuâ, nos ad huius virtutis exemplar imitandum, maximè dum ad menſam eius accedimus cum eo comeſturi, exhortari. Duo itaque hodie pręſtabimus; diſcutientes primò, & dili-
DIVISIO. genter attendentes, nullibi Chriſtum humiliorem, quàm in inſtitutione ſanctiſſimi Sacramenti. Se-

cundò talia nos debere præparare, hoc eſt ſummâ cum humilitate hæc ſacroſancta myſteria frequentare.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Menſam Principis, in humilitatis conualle ſtratam, ſponſus indicauit, dum ſe in Canticis, « florem campi & lilium conuallium » nuncupauit. Vbi ſingulariter, ad humilitatis commendationem, Bernardus aduertit. Quòd cùm prius ſponſa dilectum ſuum, ad ſigmatis, ſiue thori floridi accubitum inuitaſſet; ne humilitatis immemor, vel flores, ne dum fructus, aut cibos menſæ appoſitos ſibi arrogaret: dicenti: « Lectulus noſter floridus; lectulum velut digito monſtrans, & dilectum inuitans ad requiem, & cum euntibus in Emmaüs, cordis ardorem non ſuſtinens, ad mentis pertraheret hoſpitium, & ſecum pernoctare compelleret: » ſtatim ſubieciſſe ſponſum: « Ego flos campi, & lilium conuallium. Ne enim ſibi flores aſcriberet illos, quibus lectulus decoratus, & venuſtatus thalamus videbatur; infert ſponſus, ſe eſſe florem campi; nec de thalamo ſanè prodire flores, ſed de campo; & ſuo munere, & ſui participatione fieri, quod retinet, & quod redolet. Ne quis ergo exprobrare illi poſſet, & dicere: Quid habes quod non accepiſti, & ſi accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Ipſe dilectæ ſuæ, ſicut ambitioſus amator, ita informator benignus, piè illi dignanterque demonſtrat, cui nitorem, de quo gloriabatur, ac ſuaueolentiam lectuli, debeat deputare. Ego flos campi, inquit; de me eſt, quod gloriaris, &c. Pulchrè autem & conuenientiſſimè, flos campi ſum, qui & abſque humanâ induſtriâ prodiit, & ſemel prodeunti nulla eſt deinceps dominata corruptio; vt

Cant. 2. 1.

Cant. 1. 15.

Ber. ſer. 46. in cant.

1. Cor. 4. 7.

Procul hinc, fons ille prodigioſus Argiuis, quo lota Iuno refloreſcebat in Virginem. Hîc frumentum editur Electorum: de quorum ſingulis, vt de Moyſe verè dici poteſt: « elegit eum ex omni carne. » Abſtrahitur enim à carnalibus, per ingenitam Sacramento virtutem, mens piè & deuotè communicantis, & in ſe proprietates Agni caſti probat. Odorata planta eſt, in aſperis, & calidis locis, necnon etiam in fluminum ripis naſcitur, purpureis ac regiis floribus: cuius & flores, & folia, animalium venenatos morſus, & virulentarum ſagittarum vulnera medicantur; phantaſmata venerea nocturna coercent: In puluerem ſoluta, & pota, vel ſtrata in lecto, libidinis motus, feruoreſque compeſcunt. Hæc proinde Athenienſes mulieres, ſacris Theſmophoriis Cereris, per caſtitatem, & continentiam vacaturæ, ſpargebant in ſtratis. Si hæc inſitâ à naturâ proprietate præſtat hæc planta: quid de effectu Euchariſtiæ, & verè Agni caſti, ſentiendum eſt? Natura gratiæ præpollebit? Phœnicem credent, ideò tam longæuum, & poſt multa ſæcula, de cineribus rediuiuum, quòd rore cœli, radiiſque ſolis viuere narretur? Nos verò, vero ſolis iuſtitiæ, & gratiæ cœleſtis rore, & luce toties paſti, carnis corruptioni ſubiacebimus. Primæuæ vſum futurum Eccleſiæ præſenſerat Pſaltes, quò ſanctiſſimi Sacramenti reliquias fidelium paruuli collecturi erant ſaturatis indefectibili cibo parentibus, cum diceret Chriſto abſcondito & latenti ſub ſpeciebus conſecratis: « de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum: ſaturati ſunt filii: (id eſt ſic ſatiati ſunt, vt eandem ſatietatem in relictis particulis filiis ſuis dimitterent:) & dimiſerunt reliquias paruulis ſuis. » Puerum Conſtantinopolitanum nouimus, de more, particulas ex ſanctiſſimo Sacramento reſiduas, ſumpſiſſe, ideoque à parente

Eccli. 45. 1.

Dioſcorid.

Pſ. 16. 4

Euagr. Nicep. Calixt.

inſideli mediam in fornacem proiectum, virtute Eucharisticâ, illæſum ab ignibus euaſiſſe; Angelorum nimirum Principe comite, vt tribus pueris medios æſtus, in mollem Zephyrum, & ventum roris conuertente. Quantò magis feruentes concupiſcentiæ globos, corpus & ſanguis Christi reſtinguet? Greg. Tur. Dan. 3. 50.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Attendat diligenter Sacerdos, quæ appoſita ſunt ante faciem. « Mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini. » Viuat Angelicè, qui quotidie Angelorum panem, non tantùm comedit, ſed & conficit. Purus ſit corpore, caſtus ſit mente, mundus intentione; « vt nec ſit turpis lucri cupidus, » nec vento vanæ gloriæ tumidus; nec iam vt homo viuat, ſed vt Deus; qui cum Patre æterno, quotidie, ore ſuo & mente, dicit, & verbo generat Dei Verbum; & quem ſemel Virgo peperit impollutum, toties in Altari producit incorruptum; & ipſe quoque, propter indelebilem caracterem, « ſecundùm ordinem Melchiſedech, Sacerdos in æternum. » Obſtrictus cœlibatui, cœlibem vitam agat in terris, qui maiori fulget honore, & claret poteſtate, quam Angelus in cœlis. « Pontifex Maximus, & Flaminica nubunt ſemel. Cereris Sacerdotes, viuentibus etiam viris, & conſentientibus, amicâ ſeparatione viduantur. Sunt & quæ de totâ continentiâ iudicent nos, Virgines Veſtæ & Iunonis Achaïcæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythij. Etiam bouis illius Ægyptij Antiſtites de continentiâ infirmitatem Christianorum iudicabunt. » Quid plura? « Cùm Dei Sacramenta Satanas adfectat, prouocatio eſt noſtra, imò ſuffuſio, ſi pigri ſumus ad continentiam Deo exhi-

Iſa. 52. 11. Tit. 1. 7. Pſ. 109. 5. Tertul. de Mon. c. 17. Tertul. de Exhort. caſt. c. 13.

Digitized by Google

bendam; quam diabolo quidam præſtant, nunc virginitate, nunc viduitate perpetuâ, &c. Inuenit ſcilicet diabolus, poſt luxuriam, etiam caſtitatem perditricem; Quò magis reus ſit Chriſtianus, qui caſtitatem recuſauerit conſeruatricem. » Sic in causâ ſimili, reflectit Auguſtinus. » Si virtutes, quarum iſtæ vtcumque ſunt ſimiles, quas iſti pro ciuitatis terrenæ gloriâ tenuerunt; pro Dei glorioſiſſimâ ciuitate non tenuerimus, pudore pungamur: ſi tenuerimus, ſuperbiâ non extollamur. Quoniam, ſicut dixit Apoſtolus, indignæ ſunt paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ad humanam verò gloriam, præſentiſque temporis, ſatis digna vita exiſtimabatur illorum. » Quantam in Sacerdotibus Deus exigat ſanctitatem, docuit Damianus, cùm de puritatis amatore Chriſto, & Virgine Matre dixiſſet: « Ne (inquit) hoc ſufficere videatur, vt tantummodò Virgo ſit Mater; Eccleſiæ fides eſt, vt Virgo fuerit & is, qui ſimulatus eſt Pater. Si igitur Redemptor, tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero naſceretur, ſed etiam à nutritio Virgine tractaretur, & hoc cùm adhuc puerulus vagiret in cunis; à quibus nunc, obſecro, tractari vult corpus ſuum, cùm iam immenſus regnat in cœlis? » Et tamen, proh pudor! quàm indignè à multis ſacrilegiis cœlibatus violatoribus prophanatur. Sacerdotem recolo quendam, de quo nuper, libidinis & concubinatus mancipem, bis in Altari, vacuato ſacris ſpeciebus calice, territum; pœnitentiâ correctum, in ſequenti ſacrificio, reſtitutis omnibus ſpeciebus conſolatum. Aquam Virginem miræ proprietatis Caſſiodorus aduertit: « Currit aqua virgo ſub delectatione puriſſimâ, quæ ideo ſic appellata creditur, quòd nullis ſordibus pollua-

Aug. li. 5. de ciuit. c. 18

Dam. l. 2. ep. 6.

Petrus Cluni. lib. 1. mirac. c. 2.

Caſſ. l. 7 var. for. 6.

tur. Nam cùm aliæ, pluuiarum nimietate, terrenâ commixtione violentur, hæc aërem perpetuò ſerenum, puriſſimè labēs vnda mentitur. Quis poſſit talia ſermonibus idoneis explicare? » Sed quis dignè eloqui valeat, quomodo, etſi refuga ſit omnis inquinamenti carnalis, mundiſſimi Sacramenti, vt præcitato exemplo patet, aqua virgo: nullis tamen, vel ſordium ſtomachi, vel inquinatæ etiam conſcientiæ maculis, polluatur. Non minus tamen reatus contrahit indignè ſacrificans. Scio quidem neminem mundum à ſorde; nec ignoro, quòd ſuperbè Parmenianus inſultans Auguſtino, Sacerdotum Eccleſiæ Romanæ flagitia obiectabat. « In Exodo, inquiunt, ſcriptum eſt; Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum, ſanctificentur, ne fortè derelinquat eos Dominus. Et iterum; cùm miniſtri ad altare accedunt, non adducant in ſe delictum, ne moriantur. Et illud in Leuitico; homo qui habuerit maculam & vitium, non accedat dona offerre Deo, &c. Omitto dicere, quàm ſceleratâ ſuperbiâ dicant, neminem eſſe inter collegas ſuos, vel ſeipſos, cum aliquâ maculâ, & vitio, non membrorum, ſed quod peius eſt, morum, &c. Euigilemus igitur aliquando, atque videamus, in Sacerdotibus illius temporis, cùm corporalia vitia vitabantur, illum præfigurari, qui cùm eſſet Deus, factus eſt propter nos homo, ſolus verus Agnus immaculatus, & Sacerdos ſine vitio. Præcedenti capite dixerat; nihil piè communicantibus officere indignitatem Sacerdotum. « Sacrificia (inquit) impiorum, eis ipſis oberunt qui offerunt impiè. Nam vnum atque idem ſacrificium, propter nomen Domini quod inuocatur, & ſemper ſanctum eſt, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit. Qui enim manducat, & bibit indignè, iu-

Aug. l. 2 contra ep. Parmen. c. 7. Exo. 19. 22. Exo. 30. 19. 20. Leuit. 21. 17.

Aug. ibid. c. 6

1. Cor. 11. 29.

dicium ſibi manducat, & bibit; non ait, aliis,ſed ſibi. Qui ergo manducat dignè, & bibit, gratiam ſibi manducat & bibit.»

Secvnda Reflexio Moralis. Aduertat etiam anima fidelis ſedens ad mẽſam Principis, paſci illum inter lilia. « Apud Mariam vtique paſcebatur,idque copioſiùs, pro multitudine liliorum, &c. Cæterùm etſi iuſtus germinat ſicut lilium, ſed non ad lilium Spõſus paſcitur,nec in ſingularitate complacet ſibi.» Vult animam, & corpus, ſenſus, & affectus habere puros, menſæ ſuæ conſeſſores? « Sponſus cùm ſit Virtus, in virtutibus complacet ſibi, & cùm ſit lilium, libenter inter lilia commoratur; & cùm ſit candor, delectatur candidis; &c. Et quidem paſcebatur olim corporaliter apud Mariam,& Mattham, & recumbens etiam corpore inter lilia.» Rem dictu mirabilem hoc loco ſubnecto, quâ liquet mundiſſimum, hanc Virgineam eſcam, ſibi depoſcere habitaculum. Mulier, ex conſilio,ſumptam hoſtiam conſecratam tulit apibus, ad ſeruanda, & implenda aluearia. Apiculæ,& auiculæ Virgines, Virginalem eſcam, confecto ſtatim mirabili ſacello, muris, feneſtris, ianuâ, tympanili, altari inſtructo concluſerunt, eamque ſuper aram, cereis ſuis ornatam impoſuerunt. Vt primum ad aluearia regreſſa eſt mulier, vt conſpexit ædiculam, vt Hoſtiam in altari repoſitam inſpexit, ſtupens ac tremens rem totam Parocho confeſſa, Virginum Regem ac Dominum, in Eccleſiæ tabernaculum ſolemni pompâ referri curauit. Et nos puritatis amantiſſimum Principem, ab fidelibus & caſtis eiuſdem familiæ cohabitatoribus recipi, cum eiſque veluti cum liliis libenter paſci, nouimus & verſari. Hinc Hugo Cardinalis; « Talia (inquit) te oportet præparare, Agnus immaculatus appo-

Ber.ſer. de nat. Virg. Oſe. 14 6.

Ber.ſer. 71. in Cant.

Cæſar l. 9.c.8.

Hug. Card.in Pro. 23.

nitur; eſto & tu immaculatus. Caue ne ſit in domo tuâ fermentatum. » Et quid cauſæ fuit, cur Sacerdotem de panibus propoſitionis ſacris, & non Laïcis audiuit Dauid reſpondentem: « Si mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus? » Hieronymus panes, quaſi corpus Chriſti, munditiem corpus exegiſſe teſtatur, quos de vxorum cubilibus ſurgentes comedere non poterant. Gloſſa autem notat, hoc loco ſignificari, nullum peccatum, ſicut carnis, magis repugnare reuerentiæ, & honeſtati huius Sacramenti. Procopius ſubtiliter animaduertit, Chriſtum vt filium & florem campi, communem ſe eſcam præbuiſſe. Et caſtitatem, parem in hoc Sacramento, acceſſum præbere Laïcis, & Sacerdotibus. Licet enim magna ſit in conſecrante auctoritatis diſparitas; eſt tamen eadem, & par, ſumentis, & communicantis dignitas, modo ſit æqua vtrique caſtitas. Audiſtis aliquando, coram Beato Henrico Imperatore, Chriſto noctu Miſſam celebrante, adſtantem Virginem, Angelo iuſſiſſe, oſculum ipſi prælibare; ob cognatum Virginitatis meritum. In cuius fidem, morti proximus, accerſitis ſanctæ Cunegondis vxoris ſuæ parentibus; Filiam, inquit, veſtram Virginem accepi à vobis; ecce eam vobis Virginem illibatam, cum immarceſſibili Virginitatis lilio reſtituo. Sic nempe ille Virginum Sponſus, inter lilia paſci, ſic cum filiis hominum delitiari, ſic cum æmulatoribus Angelorum, diuerſari delectatur. Foris canes, procul immundi. « Vnuſquiſque conſideret conſcientiam ſuam, & quando ſe aliquo crimine (maximè impudicitiæ) vulneratum eſſe cognouerit, priùs orationibus, ieiuniis, vel eleemoſynis ſtudeat mundare conſcientiam ſuam, & ſic Euchariſtiam præſumat accipere, &c. Qui enim agnoſcens reatum ſuum ipſe ſe

1. Reg. 21. 4.

Hiero. 1. cont. Iou.

Aug. ſer. 151.

humiliter ab Altari Eccleſiæ, pro emendatione vitæ remouere voluerit, ab æterno illo & cœleſti conuiuio excommunicari penitus non timebit. Rogo vos fratres, diligenter attendite, ſi ad menſam cuiuſcumque potentis nemo præſumit cum veſtibus conſciſſis, & inquinatis accedere; quanto magis à conuiuio æterni Regis, id eſt, ab Altari Domini debet ſe vnuſquiſque inuidiæ, vel odij veneno percuſſus, iracundiæ furore repletus, cum reuerentiâ & humilitate ſubtrahere? &c. Propter illud quod ſcriptum eſt; Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? &c. Ecce qualem ſententiam merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale, id eſt, ad Altare Domini, aut ebrioſus, aut adulter, aut odium in corde retinens, præſumit accedere, &c. Ne fortè ſi cum peccatorum vulneribus, ante tribunal æterni Iudicis venerimus, ab illâ æternâ Eccleſiâ, & ab illâ cœleſti Hieruſalem, perpetuâ excommunicatione ſeparemur, &c. Cui nec hoc ſolùm ſufficiet ad pœnam, quòd foris projicitur, ſed inſuper in tenebras exteriores, æterno incendio concremandus excluditur, &c. Qui autem ad iſtud Altare caſto corpore, & mundo corde, cum mundâ & ſecurâ conſcientiâ venit, ad illud altare quod in cœlis eſt fœlici tranſmigratione perueniet, &c. Non eſt graue quod dico, fratres, quomodo viri lauant aquâ manus ſuas, ſic eleemoſynis lauent conſcientias ſuas. Similiter & mulieres, quomodo nitidum exhibent linteolum, vbi Corpus Chriſti accipiant, ſic corpus caſtum, & cor mundum exhibeant, vt cum bonâ conſcientiâ Chriſti Sacramenta ſuſcipiant, &c. Et ſi in arcâ ſordibus plenâ, veſtis non mittitur pretioſa; quâ fronte in animâ, quæ peccatorum ſordibus inquinatur, Chri-

Matt. 22.12.

Luc. 11. 41.

ſti Euchariſtia ſuſcipitur? »

TERTIA REFLEXIO. Dagon idolum Veneris, iuxta arcam poſitum, figura vtique Sacramenti, primò quidem ſternitur, dehinc reſtitutum, ſecundò corruit, truncato capite, manibuſque præciſis. Quid ergo, ſtabit cum frequenti & iteratâ communione luxuria? Sternatur primò, deinde cogitatione, affectu, & actu truncetur. Iuxta Bethleem « Domum panis » mortua Rachel perhibetur; & viuent in nobis carnales & terreſtres amores? Dicamus planè cum ſponsâ: « Dilectus meus mihi, & ego illi: Ille mihi, quia benignus & miſericors eſt: Ego illi, quia non ſum ingrata. Ille mihi gratiam ex gratiâ: Ego illi gratiam pro gratiâ. Ille meæ liberationi; ego illius honori. Ille ſaluti meæ, ego illius voluntati: Ille mihi & non alteri; quoniam vna ſum columba eius: Ego illi & non alteri, &c. » Ille mihi totius caſtitatis eſcam porrigit, & ego illi qui paſcitur inter lilia, puras cogitationes, affectus, verba, opera, lilia & caſtitatem ſpirantia, appono, & præparo. Signum Virginis manu ſpicam præferre iactatur. O « frumentum electorum! O vinum germinans virgines! » O agnum caſtum! quis det te mihi, inter lilia paſcentem, in medio corde meo plantari, vt hic caſtè ſumens: panem Angelorum in Sacramento, cum liliis tranſplantatus, inter Angelos paſci merear in cælo? Amen.

1. Reg. 5. 2.

Gen. 48 7.

Ber. ſer. 68. in Cant.

Zach. 9 17.

Digitized by Google

Quando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, &c. Prouerb. 23. 1.

De humilitate Chriſti in Euchariſtiâ, & eiuſdem humili receptione.

PSaltes Regius, Regis Regum, & Domini Dominantium perſonam induens, aptè calicem Euchariſticum, cum nimiâ, & exceſſum omnem ſuperante eiuſdem humilitate coniunxit. Si enim ſedens ad menſam huius Principis, totâ fidei perſpicacitate diligenter attendas, quæ appoſita ſunt ante faciem

Pſ. 84. 8. tuam, « audiens quid loquatur in te Dominus » aduertes exclamantem: « Ego autem humiliatus ſum

Pſ. 115. 1. & 4. nimis: Ego dixi in exceſſu meo, &c. Calicem ſalutaris accipiam. » Et quidem, « verba præcedentia ſua-

Ber. ſer. 2. in cœna Domini Iuxta 70. uiter ſonant, affectum mulcent, & de ſenſuum vbertate mentem impinguant. Quæ autem ſequuntur, id eſt, ſcito, quoniam paria oportet te præparare: dum intellectum quò plùs exercent, plùs terrent, de altitudine myſteriorum, miro modo nos humiliant; ſiue propter indignitatem noſtram, ſiue propter incapacitatem. Diues itaque, & potentiſſimus ille Dominus eſt virtutum, & ipſe Rex gloriæ; cui

Pſ. 62. 3. dicitur per Prophetam, ſic in ſancto apparui tibi: (ſancto, inquam, Altari:) vt viderem virtutem tuam, (humilitatem ſcilicet eximiam & nimiam) & gloriam tuam: (cùm exceſſu, ad cibum vſque vilium ſeruulorum humiliatam.). Ipſe eſt qui aufert ſpiri-

Pſalm. 75. 13. tum Principum; » ſpiritum inflationis, & tumoris, ſpiritum ſuperbiæ, quo vult ſecum accumbentes

Digitized by Google

pauperes; hos nempe « ſuſcitat de puluere, vt cum Principibus » id eſt Angelis, Regiæ menſæ ſuæ aſſideant. Et tua, virgo, nardus, humilis planta, ſed fragrantiſſima, dedit odorem ſuum, & ex diuino Patris æterni accubitu, in ſinum tuum Regem attraxit; cùm te Angelus, tantò gratiâ pleniorem, quò humilitate capaciorem ſalutauit, dicens; Aue. 1. Reg. 2. 8.

EXORDIVM.

Verbum abbreuiatum, non facto tantùm, ſed & verbo, compendioſâ ſemper humilitate, Majeſtatem ſuam immenſam, ad tumorem humani cordis comprimendum, voluit coarctare. Hinc & parabolis frequenter vſus eſt vilibus & abiectis, quibus ſplendorem regni ſui obumbrare, placitâ ſibi præ cunctis virtutibus humilitate, dignatus eſt. « Audiſtis, quemadmodum grano ſinapis tota regni cœleſtis comparata eſt magnitudo, &c. Cui, inquit, ſimile eſt regnū Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Cùm dicit, cui eſt ſimile? quaſi quærentis indicat, & producit affectum. Et ille ſolus Verbum, ſcientiæ fons, dicendi flumen, qui omnium corda rigat, ſenſus aperit, ingenium dilatat, in inueniendâ ſimilitudine nunc laborat? Sed quid inuenerit audiamus. Simile eſt, inquit, regnum cœlorum grano ſinapis. Quærens in cœlo & in terrâ, nihil inuenit niſi granum ſinapis, in quo potentiam totam ſupernæ dominationis includat. Et illud regnum ſingularitate potens, (quia Monarchiæ virtus indiuiſa, longè fortior eſt diſperſâ.) Æternitate fœlix, Diuinitate fulgens, diffuſum toto cœlo, totâ terrâ dilatatum, in grani ſinapis coarctat, & concludit anguſtias. Spes iſta eſt credentium tota. Exſpectatio iſta eſt fidelium ſumma. Iſta eſt fœlicitas Virginum, longis continentiæ laboribus

Chryſol. ſer. 98.

Matth. 13. 31.

comparata. Iſta eſt gloria Martyrum totius effuſio-
1. Cor. 2.9. ne ſanguinis conquiſita. Hoc eſt quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Hoc eſt quod ineffabili Sacramento diligentibus Deum promittit Apoſtolus eſſe præparatum.» Dicam amplius, non iam regnum ſed ipſius cœli terræque Regem, cum omni Majeſtate, minimo grano ſinapis, minor hoſtiæ conſecratæ particula concludit, quâ humiliter & deuotè ſuſceptâ, ſi diligenter attendas quæ ante faciem fidei tuæ appoſita ſunt, in menſâ Principis, ipſum Regem audias dicentem tibi,
Luc. 12. 32. «nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum» & rurſum: «Re-
Luc. 17. 21. gnum Dei intra vos eſt.» Hîc paſcitur inter lilia Vir-
Cant. 2. 16. ginum; hîc fit robur & conſtantia Martyrum, hîc tota ſpes, & exſpectatio fidelium: vt quem inuiſibilem in Sacramento comedunt; eumdem reuelatâ
1. Ioan. 3.2. facie, in gloriâ « videntes ſicuti eſt » eiuſdem vultu glorioſo, Angelorum pane, in cœleſti menſâ paſcan-
Chryſol. ſer. 98. tur. Sed ſi quæris, « quid eſt, quod poteſtatem tantam, ſic parua, ſic minima, imò minimorum minima ſimilitudo concludit? » Quid eſt quod tantulis minimæ panis particulæ, & calicis guttulæ, breuiatur
Aug. 22. de Ciuit. cap. 24. circà f. anguſtiis? Aduerte diligenter, primò iuxta Auguſtinum: « plus admirationis habere, quæ molis minimum: & infirmum Dei fortius hominibus, & ſtul-
1. Cor. 1. 25. tum Dei ſapientius hominibus, & hoc minimum Dei, totâ magnitudine mundi magnificentius inueniri. » Secundò idcirco Chriſtum in Sacramento,
Chryſol. ſup. breuiari humilitate ſuâ, nos ad huius virtutis exemplar imitandum, maximè dum ad menſam eius accedimus cum eo comeſturi, exhortari. Duo ita-
DIVISIO. que hodie preſtabimus; diſcutientes primò, & diligenter attendentes, nullibi Chriſtum humiliorem, quàm in inſtitutione ſanctiſſimi Sacramenti. Se-

cundo talia nos debere præparare, hoc eſt ſummâ cum humilitate hæc ſacroſancta myſteria frequentare.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Menſam Principis, in humilitatis conualle ſtratam, ſponſus indicauit, dum ſe in Canticis, « florem campi & lilium conuallium » nuncupauit. Vbi ſingulariter, ad humilitatis commendationem, Bernardus aduertit. Quòd cùm prius ſponſa dilectum ſuum, ad ſigmatis, ſiue thori floridi accubitum inuitaſſet; ne humilitatis immemor, vel flores, ne dum fructus, aut cibos menſæ appoſitos ſibi arrogaret: dicenti: « Lectulus noſter floridus; lectulum velut digito monſtrans, & dilectum inuitans ad requiem, & cum euntibus in Emmaüs, cordis ardorem non ſuſtinens, ad mentis pertraheret hoſpitium, & ſecum pernoctare compelleret: » ſtatim ſubiecisse ſponſum: « Ego flos campi, & lilium conuallium. Ne enim ſibi flores aſcriberet illos, quibus lectulus decoratus, & venuſtatus thalamus videbatur; infert ſponſus, ſe eſſe florem campi; nec de thalamo ſanè prodire flores, ſed de campo; & ſuo munere, & ſui participatione fieri, quod retinet, & quod redolet. Ne quis ergo exprobrare illi poſſet, & dicere: Quid habes quod non accepiſti, & ſi accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Ipſe dilectæ ſuæ, ſicut ambitioſus amator, ita informator benignus, piè illi dignanterque demonſtrat, cui nitorem, de quo gloriabatur, ac ſuaueolentiam lectuli, debeat deputare. Ego flos campi, inquit; de me eſt, quod gloriaris, &c. Pulchrè autem & conuenientiſſimè, flos campi ſum, qui & abſque humanâ induſtriâ prodiit, & ſemel prodeunti nulla eſt deinceps dominata corruptio; vt

Cant. 2. 1.

Cant. 1. 15.

Ber. ſer. 46. in cant.

1. Cor. 4. 7.

Digitized by Google

Psal. 15. 11. sermo impleatur quem dixit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.» Flos item campi, peruius omnibus, singulis expositus, absque discrimine personarum, seruis vt dominis; paruis, vt magnis, in escam appositus. Sed lilium conuallium se dixit, quia
Psal. 110. 4. in humilitatis valle profundissimâ, « escam dedit timentibus se » & humiliter de se sentientibus « addit,
Bern. ibidem. (inquit) se etiam esse lilium conuallium, id est humilium coronam; specialem gloriam futuræ exultationis ipsorum, huius eminentia floris designans. Erit namque cùm omnis vallis implebitur, & omnis
Esa. 40. 14. mons, & collis humiliabitur: Et tunc candor ille vitæ æternæ lilium planè, non collium, sed conuallium
Cant. 4. 5. apparebit.» Interea verò, « pascamur in liliis donec aspiret dies & inclinentur vmbræ.» Donec fidei obscuritas, & vmbræ Sacramenti, transeant in lucem claræ visionis. Memini enim, & alibi dixisse sponsam, pro animâ fideli cum dilecto colloquentem, su-
Cant. 2. 16. per eius pectus in hac mensâ recumbentem: « Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia: »
Ber. ser. 70. in Cant. in p. vbi Bernardus: « Aliquid (inquit) prorsus ignobile, & humile sonat, pasci. Nunc verò cùm & pasci inter lilia, perhibetur, deiectionis adiectio, longiùs amouet & propulsat temeritatis notam. Quid enim sunt lilia? Iuxta Verbum Domini, fœnum quod ho-
Matth. 6. 30. die est, & cras in clibanum mittitur. Quantus est iste, qui fœno pascitur, quasi vnus agnorum, aut vitulorum? Et agnus planè & vitulus saginatus.» Sed in hoc ipso nimis humiliatus, quò homini prodigo
Luc. 15. 23. factus est vitulus saginatus. « Caro quippe nostra
Tertul. de resur. cap. 8. corpore & sanguine Domini vescitur, vt anima de Deo saginetur.» Prosequitur expositionem loci Bernardus: « Non ignorat (inquit) vnum esse, & qui pascitur, & qui pascit: Inter lilia commorantem, &
Bern. Ibid. regnantem super sydera; at libentius humilia dilecti memorat,

memorat, &c. Nam qui in altiſſimis eſt Dominus, in imis eſt dilectus; ſuper ſydera regnans, & inter lilia amans, &c. Ideò ſemetipſum exinaniuit, vſque ad hoc, vt paſceretur omnium paſtor. &c.» Sed longè amplius exinanitus eſt, cũ & ipſe fœnum fieri voluit, & pabulum iumentorum. Quod exactè nobis cum Bernardo penſandũ eſt, exponente illud Cantici: «Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos, &c.» Vbi, cùm retuliſſet Pſaltem; «homo, cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis:» & honorem hominis in Paradiſo degentis, deſcripſiſſet: «Mutauit (inquit) iſtam gloriam Dei, (inordinatè concupitam,) in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Inde eſt, quòd panis Angelorum, factus ſit fœnum; poſitum in præſepio, appoſitum nobis tamquam iumentis. Verbum quippe, caro factum eſt; & iuxta Prophetam, omnis caro fœnum. At fœnum iſtud minimè deſiccatum eſt, nec ex eo cecidit flos, quia requieuit ſuper eum ſpiritus Domini, &c. ſi enim fœnum Verbum, & Verbum in æternum manet, fœnum quoque neceſſe eſt maneat in æternum. Alioquin, quomodo vitam præbet æternã, ſi ipſum minimè manet in æternum, ait enim, ſi quis mãducauerit ex hoc pane viuet in æternũ, & panis quẽ ego dabo caro mea eſt, &c. Quo ergo pacto ſanctũ fœnũ poterat videre corruptionẽ, quod de incorrupti vteri perpetuo virore, vernantibus paſcuis ortũ, etiã auidos Angelorũ in ſe figere poſſit obtutus, inſatiabiliter oblectandos? Perdat ſanè fœnũ viriditatem, ſi Maria virginitatẽ amiſerit.» Tũ verò ad humilitatẽ Chriſti regreditur, ad lilium, ad fœnũ agri, vel prati, ad pabulum vſque iumenti deiectum. «Ergo cibus hominis, (quid dico, & Angeli) mutauit

Cant. 1. 7.
Pſ. 48.
Ber. ſer. 71. in Cant.
Io. 1. 14
Eſa. 40. 6.
Io. 6. 52

Digitized by Google

ſe in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Heu triſtis, & lacrymoſa mutatio! vt homo paradiſi accola, terræ Dominus, cœli ciuis, domeſticus Domini Sabaoth, frater beatorum ſpirituũ, & cœleſtiũ cohæres virtutum, repentinâ ſe conuerſione inuenerit, & propter infirmitatem iacentem in ſtabulo, & propter pecorinam ſimilitudinem, indigentem fœno, & propter indomitam feritatem, alligatam præſepio; ſicut

Pſ. 31. 12 ſcriptum eſt: In chamo & fræno maxillas eorum conſtringe. Agnoſce tamen, ô bos, poſſeſſorem tuum, & tu aſine præſepe Domini tui, &c. Cognoſce pecus, quem non cognouiſti homo, adora in ſtabulo, quem fugiebas in paradiſo: Honora præſepium, cuius contempſiſti imperium. Comede fœnum, quem panem, & panem Angelicum faſtidiſti. Sed quænam cauſa, inquis, tantæ deiectionis? profectò, quòd homo cùm in honore eſſet, non intellexit. »

Pſ. 48. 12.

Aug. ſer. 127. de tẽp.

Aliam protulit tantæ humiliationis rationem Auguſtinus. « Vnde (inquit) commendauit Dominus corpus & ſanguinem ſuum? Vnde, niſi de humilitate ſuâ? Niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Reſpice altitudinem ipſius. In principio, &c. Ecce qualis eſt cibus, ſempiternus. Sed manducant Angeli, manducant cœleſtes ſpiritus, manducant, & ſaginantur: & integtum manet quod eos ſatiat, & lætificat. Quis autem homo poſſet ad illum cibum aſcendere? Quia ergo ad illum panem non poterat homo aſcendere, dignatus eſt panis ipſe deſcendere ad hominem, & hoc cum ineffabili pietate factum eſt; quia oportebat vt menſa iſta Angelorum lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Sic ergo fecit ſapientia Dei, ſic nos per carnis aſſumptionem pauit pane cœleſti; quia Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Vide ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo: id eſt

Io. 1. 1.

Io. 1. 14

Pſ. 77. 25.

Verbum illud, vnde paſcuntur Angeli, ſempiternum, quod eſt æquale Patri, manducauit homo.» Id ipſum prophetice prælocutus fuerat, de regiâ menſâ ſuâ: « Et ego quaſi nutritius Ephraim, (Sanctes Pagninus ex Hebr. Et ego ambulare feci ſuper pedes Ephraïm.) Portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt quòd curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: Et ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum: Et declinaui ad eum, vt veſceretur.» Vel vt legit Sanctes: « Declinabo ad eum cibum:» Vel ſecundum 70. « Reſpiciam ad eum, præualebo ei.» O validam prædominantis cibi virtutem! « Exurge Domine, non præualeat homo: Non glorietur in conſpectu tuo omnis caro. Conuerte hominem in humilitatem. Inclina cœlos tuos & deſcende.» Declina ad nos vt tuo pane veſcamur.

Oſee 11. 3. — Pſ. 9. 20 — 1. Cor. 1 29. — Pſ. 89. 3. — Pſ. 143. 5.

Sed non declinauit tantum, verùm eo vſque ſe humilitatis abiecit; vt cum Dauide, ſtultus haberi voluerit. De quo Auguſtinus. « Ferebatur Chriſtus, (inquit) in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum, ait: Hoc eſt corpus meum: Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis; ipſa eſt humilitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſa multùm commendatur hominibus: ad ipſam nos hortatur, fratres, vt viuamus, id eſt humilitatem eius imitemur: vt percutiamus Goliam, & tenentes Chriſtum, vincamus ſuperbiam. Procidebat enim ad oſtium portæ. Quid eſt, procidebat? Ad humilitatem ſe ipſe deiiciebat.» Enim-verò non diſpar Moyſi, procidat licet humilitate « ſtat in confractione, in conſpectu Dei, vt auertat iram eius, ne diſperdat.» Et quænam eſt iſta confractio? An non humilitas de quâ & Bernardus; « Cognouerunt eum in fractione panis? In fractione (inquit) panis, fit diminutio quædam,

Aug. conci. 1. in Pſal. 33. — Matth. 26. 26. — 1. Reg. 21. 13. — Pſ. 105. 23 — Ber. homil. de duobus diſcip. Emmaüs.

& exinanitio. In fractione virtutem humilitatis intellige, per quam ſeipſum fregit, diminuit, & exinaniuit, ipſe etiam qui panis eſt vitæ. Et quoniam ſe exinaniuit, cognitionem ſuam nobis dedit. Ipſe eſt
Dan.10 3. panis deſiderabilis, quem per multos dies Daniel non comedit: Quia multi Iuſti, & Prophetæ voluerunt videre & non viderunt incarnatam ſapientiam
Thren. 4.4. Patris, &c. Paruuli petierunt panem & non erat qui
Iſa. 48. 7. frangeret eis, &c. Frange Domine eſurienti panem tuum, panem teipſum, vt aperiantur oculi hominis, nec reputetur homini ad peccatum, ſi voluerit eſſe ſicut tu, ſciens bonum & malum. Te cognoſcat in panis fractione, qui ab initio voluit integrum attentare, vel attrectare. Frange te, vt ſeſe diſcat frangere: quia non cognoſceris, niſi in fractione panis.» Quamuis enim in omnibus incarnationis myſteriis virtus eius ſingularis humilitas apparuerit, ſi « diligenter attendas appoſita ante faciem tuam » dum menſe Principis communicas; præ cunctis, in fra-
Ber. ſer. 2 in cœna Domini. ctione panis illuxit humilitas. « Menſa (inquit Bernardus) ad quam reſident fideles, epulaturi cum eo, incarnatio ipſius eſt. Paraſti, inquit, in conſpectu meo menſam, id eſt incarnationis tuæ remedium.»
Pſ.22.6 Magnus humanæ naturæ morbus ſuperbia, magnum eius remediũ, incarnationis Verbi, & totius vitæ eius contextus humilitas, &c. « Quæris de humilitate? Dominus omnium ſeruuli formâ indutus eſt. » Parum erat, niſi & cibi ſeruulorum formam indueret.
Gal.4. 4. « De paupercula Virgine natus eſt: Ideoque cùm liber eſſet a lege, factus eſt ſub lege, &c. Cùm Publicanis & peccatoribus cibum ſumpſit, diſcipulorum quos elegerat pedes lauit: hoc ab ortu ſuo, vſque ad finem vitæ ſatagens, vt ſicut in matre ſpecialis & ſine exemplo fuit virginitas, ſic in illo ſingularis & vnica eſſet humilitas. » Et quidem, bis exinanitum

Dominum, in Incarnatione videlicet, & ſanctâ Euchariſtiâ, Cyrillus Alexandrinus affirmat. Cui conſonat & Dionyſius Alexandrinus quoque, ſignanter de ſanctiſſimo altaris Sacramento intelligendus, vbi ait: « Hæc eſt exinanitio Dei, facta ad vſum noſtrum, vt poſſimus capere eum totum. » Quod ſi lubet exempla humilitatis Chriſti, per ſingulos actus & momenta decurrere; nuſquam ampliùs quàm in Euchariſtico cibo, ad vſum noſtrum inuento, humiliatum eſſe conſtabit. « Ante luciferum genitus, initium carnis ſumpſit ex Virgine; quem cœli cœlorum non capiunt, qui implens omnia, cùm ſit in omnibus, ab his tamen non capitur nec tenetur. Nouum eſt & inauditũ, quod in materni anguſtiâ vteri, circumdedit intra ſe fragilis caro virtutem Altiſſimi, & ordinem rerum curſumque naturæ mutauit Sapientia Dei: Et vbique Diuinitas dilatata, plenitudinem ſui, vaſi infundens exiguo; ſic eſt circumdata muliebri vtero. » O Paule quid dicis? An non hic « ſupereminens ſcientiæ charitas Chriſti » humiliat ſe, & coarctat ad minuſculas vſque ſpecies panis & vini, « vt impleamur in omnem plenitudinem Dei? O panem arctum & aquam breuem! » Guttulam aquæ vino infundimus, in ſanguinem conuertendo, & de plenitudine fontis gratiæ perfundimur: & in micâ panis, non ſubſtantiâ quidem, ſed accidente leuiſſimo, toto Angelorum pane ſatiamur. Incarnatus ſe ad formam ſerui deiecit: hîc ad eſcam iumenti: illic Verbum vnitur animæ, & carnis humanæ ſubſtantiæ: hîc leuiſſimæ panis & vini quantitati: Et cùm ex Philoſophis, ſubſtantia ſit ens per ſe ſubſiſtens, accidens autem, non ens propriè, ſed entis ens: « Qui tribus digitis molem terræ cœlique ſuſpendit » a quo vt omnium entium principio, totius pendet mundi machina; Tamdiu dependere voluit

Cypr. de nat. Chriſti.

Epheſ. 3. 19.

Iſa. 30. 20.

Iſa. 40. 12.

realem Corporis ſui in Euchariſtiâ præſentiam, quamdiu minuta illa accidentia integra incorruptaque permanent. Verbum caro factum immenſitatem ſuam ad pueruli ſe tantillum vbi contraxit: Hîc Sacramentali, & ſpiritali modo ad indiuiſibile loci redegit. Incarnatum in puriſſimo ſanctiſſimæ Matris vtero vix non horruit: & ſe in humani pectoris, ſordes incredibili infidelibus vilitate ſine horrore deponit. Inſtabulo omnibus cœli iniuriis patulo, fœno repoſitus, reclinatur in præſepio; dicamus, nos, in tecto paſſionum omnium ventis expoſitò, tantam Dei hominis, fœtenti ſtercore, excipere maieſtatem. Contemplans puerum Ieſum Auguſtinus inter brachia Simeonis, « Portabat (inquit) à quo portabatur, &c. Quantus ibi erat, & quàm magnus, quàm paruus factus erat! &c. Mirare potius Auguſtine, non ad hominem, ſed ad cibum hominum; non ad probati, & ſancti ſenis, ſed ad peccatoris, & dierum malorum inueterati, deſcendere amplexum & ſinum. Obſtupeſcat Ioannes baptiſmum in Iordane poſcentem; expaueſcat Pertus ſordidos piſcatorum pedes lauare volentem; exhorreſcat cœlum, contremiſcat vniuerſa terra, ad ſputa, alapas, flagella, mortem denique crucis ignominioſiſſimam, ad inferiores partes terræ humiliatum: Ego verò in ſanctiſſimo Sacramento, hæreticorum blaſphemiis, Pſeudochriſtianorum ſacrilegiis, perfidorum Sacerdotum ſacrificiis, ſortilegorum, & magorum diabolicis myſteriis prophanari exhorreſco. Dicat Chriſtus, & potiori iure cum Pſalte queratur, « Ego dixi in exceſſu meo, humiliatus ſum nimis. »

Aug. ſer. 16. de nat.

Matt. 3. 4. Io. 13. 6.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio Moralis, « Attende diligen-

ter quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, ſciens quoniam talia te oportet præparare : » Humilem nempe decet humiliter recipere. « Paruus factus paruos quærebat. Quid eſt, paruos quærebat ? Non ſuperbos, ſed humiles colligebat. In præſepio dignatus eſt poni, vt eſſet piorum cibaria iumentorum. » Audio & ſapientiam, ad menſam ſuam humiles compellantem : « Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt : Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. » Pulchrè Auguſtinus, cùm Chriſtum ſupra cum Dauide humiliato, & procidente ad oſtia portæ componeret: « Cùm ergo (inquit) Chriſtum nomino, fratres mei, maximè nobis humilitas commendatur. Viam enim nobis fecit per humilitatem. Quia per ſuperbiam receſſeramus à Deo, redire ad eum, niſi per humilitatem non poteramus; & quem nobis proponeremus ad imitandum non habebamus. Omnis enim mortalitas hominum ſuperbiâ tumuerat. Et ſi exiſteret aliquis humilis vir in ſpiritu, ſicut erant Prophetæ, & Patriarchæ, dedignabatur genus humanum imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari hominem humilem, Deus factus eſt humilis, vt vel ſic ſuperbia generis humani non dedignaretur ſequi veſtigia Dei. » Aptiſſimè autem ſubtexuit, ſacrificij Aaronici, in ſacrificium Melchiſedech tranſlationem; & concluſit : « Vnde commendauit corpus & ſanguinem ſuum? De humilitate ſuâ. Niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur, nec biberetur. » Attende humilitatem. Perfectiſſimum ſe, & Crucis ipſo ſacrificio, maius exhibuit in Altari holocauſtum. In illo vitam ſuam deſtruxit; ſed caro & anima integra remanſit; iſta in inferno, illa in ſepulcro. Hîc autem omnimodum, conuerſus in cibum, corruptis ſpeciebus, Sacramentalem deſtruit,

Aug. ſer. 16. de nat.

Prou. 9. 4.

Aug. in Pſal. 33. conc. 2.

Aug. ſupra.

Digitized by Google

& realem totius humanitatis ſuæ, in Sacerdote & cõmunicante, præſentiam.« Ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Tamquam iumentum factus ſum apud te. » Præmiſerat Pſaltes : « Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt. » Quia nempe charitate ardebat, & carnales voluptates in ſpiritales delitias mutauerat, humilitate per ignem charitatis in cineres nihilumque redactus, nihil vltra ſuper terram ſapiens, quidquid carnem delectat & ſanguinẽ ignorabat. Et qui priùs ferus & indomitus equus laſciuiebat, poſtmodũ iumentũ factus ad Domini præſepe religatum, fœnum cœleſtis ac virginei prati comedebat. Sic enim expoſuit Auguſtinus. « Quia (inquit) delectatum eſt cor meum in Deum; & renes mei mutati ſunt, id eſt libidines meæ mutatæ ſunt, & caſtus totus factus ſum. » Sed & humilis ex cibo humili fieri doctus ſum. Ex quo vidi ad nihilum redactum, & ad cibum iumenti deiectum panem Angelorum; & ego pariter ad nihilum redactus ſum, & neſciui tumorem, & faſtum priſtinum. Hinc, exclamat Bernardus : « O ſtupenda Dei miſeratio! Verbum carnem, Deus cinerem, figulus lutum, vita morticinum induit, vt panis Angelorum fieret cibus iumentorum. »

Pſ. 72. 22. Ibid. Aug. in Pſal. 72 Apud Ber. inter ſermones ante ſer. de priuil. Ioan. Bapt.

Secvnda Reflexio. Condecet ſanè humiliato hoſpiti, & iuſtum quàm maximè hoſpitium conformari. « Iuſtus germinabit ſicut lilium. Et quis iuſtus niſi humilis? Denique cum ſe manibus Baptiſtæ ſerui Dominus inclinaret, & ille expaueſceret Majeſtatẽ: Sine, inquit, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam: conſummationem profectò iuſtitiæ in humilitatis perfectione conſtituit. Iuſtus ergo humilis, iuſtus conuallis eſt. Et ſi humiles inuenti fuerimus, germinabimus & nos ſicut lilium, & florebimus in æternum ante Dominum. » Compendioſa planè

Ber. ſer. 47. in Cant. Mat. 3. 15.

doctrina quam docuit Magiſter bonus, humilitas ſed in Euchariſtiâ poſita eſt huius ſalutiferæ doctrinæ cathedra. « Humilitas eſt breuis ſchola. Eſt enim compendium totius iuſtitiæ. Sine modò, ſic enim nos decet, &c. Prolixitatem totius legis reduxit ad quamdam ſummam dicens, diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. In altari vacuo delineata fuit, vt poſſit recipere ignem dilectionis, ligna compaſſionis, victimam deuotionis. Eſt humilitas breuis via, quia cùm petat centrum, per conſequens vetat fieri circulum & facit diametrum, & diametraliter pertranſit ſpatiũ, & ita rectiſſimè venit ad terminũ, &c. Humilitas ſe annihilat, vt de nouo creetur, ipſa enim eſt illud nihilũ, ſuper quod Deus ſundauit terrã; id eſt animam, ſuper humilitatis fundamentum. » Bonau. in dicta ſalutis. Iob. 26. 7.

Tertia Reflexio. Paulum audiamus, vnicè hanc virtutem Chriſti commendantem. « Dignè ambulate vocatione quâ vocati eſtis cum omni humilitate. » O ſublimem Chriſtiani ad tanti Principis menſam vocati dignitatem! Sed attendat velim diligenter, talia debere ſe præparare, qualia in menſâ ſui Domini comedit. Vtinam cum omni veteris ac noui teſtamenti Patrum humilitate accedamus. Pater fidei noſtræ Abraham ſe ſolo Dei indignum profitebatur alloquio; « Loquar (inquit) ad Dominum, cum ſim puluis & cinis. » Quid ſi proprio corporis hoſpitio tremendam Maieſtatem excepiſſet? Et Pſaltes regius, « ſubſtantia (inquit) mea tamquam nihilum ante te. » Qui cum Filium Ionathæ Miphiboſeth claudum menſæ ſuæ ſodalem adſciſceret, vt panem in menſâ ſuâ omnibus diebus vitæ ſuæ comederet « corruit in faciem ſuam, & adorauit, dixitque Dauid: Miphiboſeth? Qui reſpondit adſum ſeruus tuus. Et ait ei Dauid: Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam propter Ionatham patrem tuum, &c. Epheſ. 4. 1. Gen 18 27. Pſ. 38. 6. 2. Reg. 9. 6.

Digitized by Google

Et tu comedes panem in menſâ meâ ſemper. Qui adorans eum dixit: Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei?» Miphiboſeth porrò ſignificat moram, verecundiam, vel de ore confuſionem. Quid ad rem? Optimè quidem. Attende diligenter, & cum morâ apud temetipſum verecundè & cum totâ oris confuſione,& cordis humilitate confitere te canem toties mortuum, toties ad vomitum regreſſum, te ſuem in volutabro luti reuolutam,pretioſiſſimam cœli margaritam tantâ indignitate recepiſſe. Dic cum Cananæâ, cum Centurione « Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum » cum Petro « Exi à me, quia peccator ſum Domine. » Sic eum Petrus exire à ſe rogat, quuomodo Centurio eum ad ſe ſupplicat non venire: « Agit vterque,ne indignitas hoſpitij,in hoſpitis maneat iniuriam. » Et Cananæâ quid? Etiam (inquit) Domine non me canem eſſe diffiteor. Sed & « catelli edunt de micis,quæ cadunt de menſâ dominorum. Et meritò, quæ ſe canem confeſſa eſt, in hominem commutatur: Et iuſtè conuertuntur in canes, qui ſe filios eſſe noluerunt. Meritò adoptatur in filiam, leuatur, honoratur ad menſam, quæ ſe ſub menſâ laudabili & prouidâ humilitate deiecit. Iuſtè toto nunc epulatur micas ex pane, quæ ſuis meritis ſe intellexit & confeſſa eſt vix mereri. » Nec prætereunda eſt præ ceteris humilis Magdalena, quam ſponſa Cantici adumbrabat, cùm diceret: « Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuauitatis. » Nardi pretium extulit Plinius.« De folio nardi plura dici par eſt,vt principali in vnguentis: frutex eſt, graui & craſsâ radice, ſed breui, ac nigrâ fragilique, quamuis pingui & aſpero folio, denſoque: cacumina in ariſtas ſe ſpargunt: ideo geminâ dote, nardi ſpicas ac folia celebrant,&c. Damnatur in totum Ozæ-

Chryſol. ſer. 15.

Chryſol. ſer. 100.

Plin. li. 12. c.12.

nitidis nomine, virus redolens, &c. Laudatiſſimum Microſphærum è minimis folium. » Duæ humilitatis ſpecies. « Eſt enim & qui nequiter humiliat ſe & interiora eius plena ſunt dolo. » Odoris peſſimi coram Deo. Vera humilitas ex radice pendet, nigra quidem & interni viſus collectiua, quâ homo verâ ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit; ſicut adipe & pinguedine, ita diuinâ gratiâ craſſeſcit & pondere centrum petit, ſemper ad ima vergit, ſe ad nihilum redigit. Et quæ folia, quas ſpicas parturit iſta radix, quæ verba, quæ exempla? Totâ oris, corporis, geſtus modeſtiâ odorem humilitatis exhalat, cinere conſpergit crines, accingit ſe cilicio, pauperum pedibus adgeniculatur, &c. Et omnia diuinæ gratiæ, non ſuis meritis, & ore, & corde imputat. « Scit Deum in ſe operari & velle & perficere pro bonâ voluntate. Ab illo poſcit bonæ voluntatis exordium, ab illo poſtulat bonæ operationis effectum, ab ipſo perſeuerantiæ petit donum, &c. » Vbi ſunt qui cum oculorum extollentiâ, cum veſtium pompâ, & quod deteſtabilius eſt, cum cordis tumore & ſuperbiâ, ad cibum humilitate conditum accedere præſumunt? Audiant & contremiſcant: « Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ vt ſedeant mecum. » Et quis fidelis, niſi qui nihil ſibi, totum Domino acceptum refert? Hæc omnia nullatenus haberes, niſi à Deo munere gratuitæ donationis acciperes. Non hoc homini dat natura, ſed gratia, &c. Homo quidem ſic à Deo factus eſt, vt hæc habere poſſit: Sed habere non poteſt, niſi dono miſerantis acceperit. Nam & oculus ſic factus eſt, vt videre poſſit, ſed videre non poteſt, niſi ſe illi lumen infuderit. »

Eccli. 19.23.

Fulgēt. epiſt. 2. c. 20.

Pſ. 100. 7.

Fulgēt. epiſt. 6. c. 6.

Qvarta Reflexio. Sed hîc quæritur, an melius ſit humiliter à frequenti communione abſtinere, an

ex amore feruido panem Danielis desiderabilem frequenter sumere. Augustinum accipite. « Alij (inquit) quotidie communicant corpori & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt. Alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi Sabbato tantùm, & Dominico, alibi tantùm Dominico, &c. » Et rursum: « si peccata tanta non sunt, vt excommunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet à quotidiana medicina Dominici corporis separare, &c. Faciat autem vnusquisque quod secundùm fidem suam piè credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem Domini, si saluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit Zachæus, & ille Centurio, cùm alter eorum gaudens in domum suam susceperit Dominum, alter dicit, non sum dignus, &c. Ambo Saluatorem honorificantes, diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consequuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quòd in primo populo vnicuique manna secundùm propriam voluntatem in ore sapiebat: sic in ore cuiusque Christiani Sacramentum illud quomodo sumatur æstimandum. Alij legunt: « quo subiugatus est mundus.» Nam & ille honorando, non audet quotidie sumere; & ille honorando, non audet vllo die prætermittere. Contemptum solum non vult cibus ille; sicut manna fastidium. » Alibi tamen quotidiani panis vsum probat. « Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, sicut quidam in oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui nō meretur quotidie accipere, non meretur post annū accipere. Quomodo S. Iob quotidie pro filiis offerebat sacrificium, ne fortè ali-

August. ep. 118. ad Ianuariū c. 2. & cap. 3.

Luc. 19. Mat. 8.

Aug. ser. 28. de verbis Do.

quid vel in corde, vel in ſermone peccaſſent, &c. Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt cœleſte, & venerabile Sacramentum.» Medicum irritas tantis impendiis offerentẽ medicinam, & Regem inuitantem ad cœnam temnens: caue ne iuret de viatico, in mortis articulo; « nemo virorum illorum guſtabit cœnam meam. Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam: Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſuâ, ita retributio in animâ meâ.» Subtrahat mihi nutrix tua prouidentia lac quo paruuli creſcunt in ſalutem: Sinum claudat cor aperienti vanitati. O immenſitas breuiata, quo me redigam! O totum redactum ad nihilum, ad quid ego vermis, & nihil, de nihilo aſſumptum, potero breuiari? Da, Domine, vt « dignè ambulem vocatione, quâ vocatus ſum» vt ſedeam, & comedam in menſâ tuâ cum omni humilitate: vt per te, « qui ſuſcitas de ſtercore inopem, & de puluere eleuas pauperem» de menſâ Sacramenti, de refectione temporali ad cœleſtem cum Angelis menſam, clarâ tuâ viſione, vero animæ rationalis alimento, valeam ſatiari. Amen.

Pſ. 130. 1. & ſeq.

1. Pet. 2. 2.

Epheſ. 4. 1.

Pſ. 112. 7.

Digitized by Google

Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam, &c. Prouerb. 23. 1.

De obedientiæ cibo, quem Christus nobis exhibet in Eucharistia; & obedientia eius sequenda.

SI aduertimus diligenter, & puro, cum Bernardo, mentis oculo, cibos in regiâ Principis mensâ no-
Ber.ser. 2. in cœna Dom. bis appositos; cum eo fatebimur, in mensâ, & de mensâ Incarnationis Dominicæ, refectionem acquiri opulentam. Regia quidem ibi sumuntur fercula, & accuratiori arte diligentiùs præparata; deliciosa multum ad saporem, solida ad nutrimentum; efficacia verò ad medicinam. Primum itaque ferculum, est obedientia filialis, tribus contexta funiculis; habens humilitatem in corde, patientiam in ore, perseuerantiam in bono opere. Christus namque factus est
Io. 6. 38 obediens Patri; vnde & ipse dixit. « Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me; & alio
Io. 4. 34 loco: meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me Patris:» & quidem, quid deliciosius & gra-
Gen. 49. 20. tius « pane Aser, præbente delicias Regibus» & ip-
Ps. 85. 25. sius summi Regis palato gratissimo? quid solidius hoc ferculo, nutriente potentissimum, « qui dat es-
Hebr. 1. 5. cam omni carni, & portat omnia Verbo virtutis suæ?» quid medicinalius eo, quod ipsum medicum sustentauit, & primum omnium languorem, vnde omnes animi, & corporis morbi fluxerunt, perfectè curauit? Adam vix natus, ad lignum vetitum Euâ porrigente manum extendit: sed tu Virgo correctrix

Euæ, per obedientiæ cibum, medicinam ægritudini præparaſti. Illa de cibo interdicto cum ſerpente contraxit; tu cum Angelo de ſalute pepigiſti. Incurrit illa maledictionem, & dolorem in partu multiplicato; tu in vnico concepto, & nato, benedictionem accepiſti; cùm te Angelus gratiâ plenam ſalutauit, Aue Maria.

EXORDIVM.

Stupeant Patres ſtetiſſe ſolem, & lunam, & ipſas cœli motrices Intelligentias, ad vnius Ioſue præceptum, aſtra, Angeloſque conſtitiſſe, facto in mundo ſpectaculo, digno admiratione vniuerſi, & Prophetæ narratione: « Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo: » Ego verò totus obſtupeſco, videns non ſemel, ſed à ſexdecim ſeculis, diebus ſingulis, toto orbe, ad verbum Sacerdotis, ſolem, dico, Verbum æternum, & « Lunam, ſed perfectam in æternum » atque immutabilem, Chriſti Domini carnem, ſtare in Altari, in vſum & cibum fidelium, immobile & perpetuum obedientiæ ferculum, & exemplum. Stetit ad nutum & imperium Ioſue, vtrumque diei ac noctis luminare; vt producto die, pugna productior; & victoria eius fieret glorioſior: ſtat hîc cœli, terræque Dominus, « qui fecit luminaria magna, ſolem in poteſtatem diei; lunam, & ſtellas in poteſtatem noctis; cuius eſt nox, cuius & dies, qui fabricatus eſt auroram, & ſolem; » vt totâ duratione ſeculi, ſub Angelorum pane fortiſſimo, ad menſam Principis, «paratam aduerſus omnes qui tribulant nos » vitulo ſaginato ſplendidè epulati, in vitæ huius militiâ & conflictu aſſiduo, victorias continuas, & palmas de hoſtibus triumphantes reportemus. Enim-verò, ſicut per cibum vetitum, homo eliminatus eſt paradiſo, in pœnam inobedientiæ: ſic Chriſtus factus eſt

Ioſue 10. 12.
Habac. 3. 11.
Pſalm. 88. 38.
Pſ. 135. 7.8.9.
Pſ. 73. 6
Pſ. 22. 6
Luc. 15. 23.

Digitized by Google

nobis obedientiæ cibus, vt nos exemplo ſuo in paradiſum reuocet; vt ſicut miſſus à Patre, propter Patrem, id eſt, ad obediendum Patri, ſemper vixit; &
Phil. 2. 8. « priuſquàm pateretur factus obediens vſque ad mortem» ſe cibum obedientiæ in vltimâ cœnâ conſecrauit, in finem vſque ſeculorum: ſic homo vſque ad conſummationem mundi, & vitæ quiſque propriæ, viuens cibo obedientiæ quotidiano, potiùs
Divisio. moriatur, quàm inobediens diuino mandato inueniatur. Primò ergo, oſtendo Chriſtum vbique quidem ſed in hac menſâ maximè obedientem: ſecundò nos ſimilia fercula diſcamus præparare.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Sap. 8. 1 «Sapientia attingit à fine ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter:» media elegit intento fini conuenientiſſima; finis quidem hîc eſt ſecundùm
1. Io. 3. 8 Ioannem; «in hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat
Eſa. 37. 29. opera diaboli.» Et iuxta Prophetam; «poſuit circulum in naribus eius (hominis) & reduxit in viam per quam venit.» Factus eſt ei hoſtia conſecrata circulus, vt abactum à paſcuis paradiſi hominem, per inobedientiæ cibum, in præſumpto fructu ligni prohibiti; per obedientiæ ferculum, hominem reſtitueret paradiſo. Et quidem de ligni ſcientiæ boni & mali incurſu; impegit Adam velut in ſcandalum, & offenſionis lapidem; quo diuinum mandatum prætergreſſus, triſte cum obedientiæ naui confractâ, originalis innocentiæ, & omnis gratiæ, ac beatitudinis incurrit naufragium. Ita de primis parentibus loqui-
Aug. li. 13. de Ciuit. c. 20. tur Auguſtinus. «Licet (inquit) morituri non eſſent, niſi peccaſſent; alimentis tamen, vt homines vtebantur, nondum ſpiritalia, ſed adhuc animalia corpora terrena geſtantes. Quæ licet ſenio non veteraraſcerent,

Digitized by Google

ſcerent, nec neceſſitate perducerentur ad mortem; qui ſtatus eis de ligno vitæ, quod in medio paradiſi cum arbore vetitâ ſimul erat, mirabili Dei gratiâ præſtabatur: tamen & alios ſumebant cibos, præter vnam arborem quæ fuerat interdicta: non quia ipſa erat malum, ſed propter commendandum puræ & ſimplicis obedientiæ bonum; quæ magna virtus eſt rationalis creaturæ, ſub Creatore Domino conſtitutæ. Nam vbi nullum malum tangebatur, profectò ſi prohibitum tangeretur, ſolâ inobedientiâ peccabatur.» Ampliùs idipſum exaggerat alibi. «Homo (inquit) poſitus ſub præcepto, audiuit à Domino Deo, noli tangere hanc arborem. Quid eſt illa arbor? ſi bona eſt, quare non tango? ſi mala eſt, quid facit in paradiſo? prorſus ideo eſt in paradiſo, quia bona eſt; ſed nolo eam tangas. Quare non tango? quia obedientem te volo, non contradicentem. Serue, audi, adhuc ſerue, ſed noli male ſerue. Serue, audi priùs Domini iuſſum, & tunc iubentis diſce conſilium: bona eſt arbor, nolo tangas; quare? quia Dominus ſum, & tu ſeruus: hæc tota cauſa eſt. Si parua eſt, dedignaris eſſe ſeruus. Quid autem tibi expedit, niſi eſſe ſub Domino? quomodo eris ſub Domino, niſi fueris ſub præcepto? porro ſi expedit tibi eſſe ſub Domino, & ſub præcepto; quid tibi iuſſurus erat Dominus Deus? aliquid enim quærit abs te, &c.» Nec quidquam facilius exigere potuit Dominus à ſeruo, quem vicarium, & prorègem toti orbi præfecerat, quàm vt àb vnicâ arbore, quam plantauerat, abſtineret. «Quid illi deerat? dicatur mihi, quid deerat illi in paradiſo conſtituto, in mediâ opulentiâ, mediiſque deliciis? &c. Quid illi deerat, vt tangeret, niſi quia ſua poteſtate vti voluit: præceptum rumpere delectauit, vt nullo ſibi dominante, fieret ſicut Deus? quia Deo vtique nullus

Aug. ſer. 34. de verbis Domini.

Aug. ibidem.

dominatur. » Sed cur tandem id vnum illi tangere prohibuit? « Nihil ergo tibi debuit iubere? si autem debuit aliquid iubere, vt te, quod tibi expedit, sentires esse sub Domino, necessè ab aliquo prohibendus eras, non propter illius arboris malitiam, sed propter tuam obedientiam. Non potuit Deus perfectiùs demonstrare, quantum bonum sit obedientia, nisi cùm prohibuisset ab eâ re, quæ non erat mala. In quâ, obedientia tenet palmam, sola ibi inobedientia inuenit pœnam. » Et quidem, mera ibi præcisè obedientia commendatur. Quia à malo abstinere, iubet vel ipsa rei malitia: à bono autem, sola

1. Cor. 15. 47. mouet obedientia. His positis, sicut « primus Adam, de terrâ terrenus » cibo vetito per inobedientiam

Ibid. 47 vsurpato ablegatus est paradiso; sic « secundus Adam de cœlo cœlestis » instituto obedientiæ cibo, & virtutis huius exemplo continuo, hominem reduxit in cœlum. Quid enim fuit totius vitæ Christi contextus, nisi assiduus cibi obedientiæ vsus & esus? Au-

Ps. 39. 11 dite Psaltem pro ipso præfantem. « In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. » Et vbi scriptum est? & in cuius libri capite scriptum est? an in capite libri prædestinatorum?

Ephes. 1 4. Caput certè omnium electorum Christus: « Elegit enim nos in ipso ante constitutionem mundi, vt essemus sancti. » In ipso, inquam, « quem constituit caput super omnem Ecclesiam. » Qui nobis in exem-

Ibid. versu 22. plum præpositus est perfectæ obedientiæ. Libri autem caput, Hieronymus aut primum Psalmorum

Hiero. in trad. Hebr. in Gen. intellexit, vbi legitur, « & in lege Domini voluntas eius, &c. » nec hoc tantùm, sed & in primo Genesis versu; principium rerum omnium dicitur, sicut in

Gen. 1. 1 Exordio Euangelij Ioannis: « In principio creauit

Io. 1. 1. Deus cœlum & terram. In principio erat Verbum. »

Adeò vt qui omnium rerum caput, & principium
eſt, vt nouiſſimus hominum, factus homo, Patris ſui
voluntati ſe ſubiecerit: Et ab ipſius mundi initio, quid
dico, & ab æterno, qui Patri erat æqualis Deus,
homo fieri decreuerit; in quo Verbum caro factum,
Patris voluntati ſe ſponte ſubderet. « Tunc dixi ecce Pſ. 39. 8.
venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, &c. » Iam & 9.
tum rebellem diuinæ voluntati hominem præuidens,
per propriæ obedientiæ meritum, morbo aliàs inſa-
nabili remedium prouidebat. Hunc non tantùm ve-
nientem, ſed & ſalientem, & exultantem obediendi
lætitiâ, ſponſa videbat; cùm diceret: Ecce iſte venit, Cant. 2.
ſaliens in montibus, tranſiliens colles: ſimilis eſt di- 8.
lectus meus capreæ, &c. » Id eſt, elatos, ſuperbos,
inobedientes, cum apoſtata Lucifero, rebellionis
principe, tranſiliit; « Angelos; quos non apprehen- Hebr. 2.
dit, ſed ſemen Abrahæ, » pro ſtellis caudâ eius ab- 16.
ductis, collocaturus æternitatis firmamento. Sic Apoc.
enim placuit, de vili arenâ, & puluere, vt & « de la- 12. 4.
pidibus Abrahæ filios » obedientes, & verbo, & Luc. 3. 8
exemplo ſuo ſtellas innumeras ſuſcitare. Capream
porro, non vt animalia cætera, naribus, ſed auribus
auram ducere, author eſt Plinius, ſiue apud eum
Archelaüs: « auribus eas ſpirare, non naribus, nec Plin. li.
vnquam febri carere, Archelaüs author eſt. » Cùm 8. c. 50.
ergo ſpiraculum, ſit vitæ indicium, propter quod, &
in Geneſi dicitur; « inſpirauit in faciem eius ſpira- Gen. 2.
culum vitæ, & factus eſt homo in animam viuen- 7.
tem. » Spiritus, & vita Chriſti, & totum ſpiraculum
eius fuit obedire voluntati Patris. « Et vita in volun- Pſ. 29. 5.
tate eius. Deſcendi de cœlo, non vt faciam volunta- Io. 6. 38.
tem meam, ſed eius qui miſit me Patris. In his quæ Luc. 2.
Patris mei ſunt oportet me eſſe. Quæ placita ſunt 49. Io. 8. 29
ei facio ſemper. » Et quis neſciat aurem in Scripturis Pſ. 17.
obedientiæ ſymbolum? « In auditu auris obediuit 45.

by Google

Eſa.50. 5. mihi; Dominus Deus aperuit mihi aurem,ego autem non contradico. » Seruis quippe auriculæ perforabantur « perforabit aurem eius ſubulâ, & erit ei ſeruus in ſæculum. » Quod ſignum organo auditus appoſitum, iuxta Theodoretum, obedientiam præſtandam Domino adumbrabat. Quidni igitur Chriſtus, « formam ſerui accipiens » voce Dauidicâ præcineret: « ſacrificiũ & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi? » Et in quo ponis perfectionem aurium? Pagninus ex Hebræo tranſtulit: « aurem fodiſti mihi. » Quod licet aliter legerit Paulus ſcribens ad Hebræos: « Ingrediens mundum dicit: hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. (vel vt habet Syriaca;) corpore autem induiſti me: » maiorem inſinuauit obedientiæ aptitudinem. Neque enim Verbum æquale Patri, aptum erat excipiendæ iuſſioni. Vt ergo aptaretur obedientiæ, humano minoratus in corpore, ſeruilem veniens induit habitum & toto corpore aurito, totâ carne, non aure tantùm variis cruciatibus perforatus, vt primum hauſerat obediens ſpiritum, ſic emiſit obediens. Et nullus collis adeò præruptus, nullus mons ita fuit arduus; quem ceruæ auribus reſpiranti non impar, vſque ad Caluariam myrrhæ & ignominiæ montem non tranſilierit exultans. Saltus eius, ſi potes, inſequere. Primò quidem « eum non complexus carnis, ſed obedientia virgineæ genuit mentis. » Edicto Cæſaris, ex vtero parens, baiulante ſe in ventre, matre ſanctiſſimâ, in Bethleem cenſendus perrexit. « In medio duorum animalium natus, & cognitus; » conſummato octauo die, circumciſus; perſequente Herode Angeli monitu fugit in Ægyptum; eiuſdem imperio ſuam regreſſus in terram. Legi morem gerens, templum cum parentibus adit; in eodem, triduò iiſdem inſciis, « in his quæ Patris erant

Exo.21. 6.

Philip. 2.7.

Pſ.34. 7.

Hebr. 10. 5.

Aug. ſer 13. de tẽp.

Habac. 3. 2. ex 70.

commoratus : » reuerſus Nazareth ipſis ſubditus ; Luc. 2.
ducente ſpiritu, in deſertum profectus iubente Pa- 49. &
tre, & ſpiritu approbante, in Iordane baptizatus : 51.
iota vnum, vel apicem legis incompletum, non prætergrediens:per ſingulas horas, & momenta prophetias expungens; quid plura? tota eius vita, & reſpiratio,obedientia fuit.Et velut abſque cibo, & ſpiraculo, vita hominis non poteſt hominis conſeruari ; ita cibum ſuum, & vitam Chriſtus obedientiam eſſe
profeſſus eſt.« Meus(inquit) cibus eſt vt faciam vo- Ioan. 4.
luntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus 34.
eius. »

Et certè cibus hic Euchariſticus, « cibus eius ele- Habac.
ctus, frumentum electorum eſt : » in quo omnem 1. 16.
obedientiæ perfectionem adimpleuit. Et vt ſingula Zach. 9
decurram ; vt legem omnem, eiuſque figuras imple- 17.
re debebat : manna, & « Angelorum eſca » dicitur, Pſal. 77
& vniuſcuiuſque voluntati deſeruiens, in quod quiſ- 25.
que volebat, in id conuertebatur. » Ita prorſus; An- Sap. 16.
geli enim miniſtri Dei ſunt : « Qui faciunt volunta- 21.
tem eius, ad audiendam vocem ſermonum eius. » Et Pſ. 102.
de vtroque Seraphim ſcribit Eſaïas : quòd « ſtabant, 20.
& volabant.» Stant vt audiant vocem & præceptum Eſa. 6.2.
eius : volant, vt velociores aquilis exequantur mandata eius. Hinc cibus obedientiæ, panis rectè dicitur Angelorum, & manna, quòd vniuſcuiuſque voluntati obediens ſeruiat. Et cùm Chriſtus inſtituendæ huic regiæ menſæ inſtaret, primò ſe implendæ legi Agni Paſchalis aptauit. Quòd ſi attendas diligenter, quibus verbis concepta ſit forma ipſius ordinis, quo miniſtri huius cibi conſecrantur, mirabere mecum, principis auiditatem in cibo glutiendo. « Accipe (inquit Pontifex initiando) poteſtatem conficiendi corpus Chriſti, &c. » O prodigium obedientiæ! Ac- Matth.
cipe poteſtatem in eum, « cui data eſt omnis pote- 28. 18.

ſtas in cœlo & in terrâ. » Sit tibi ſubditus, « cuius pedibus ſubiecta ſunt omnia. » A tuo nutu pendeat,
Pſ. 8. 7. « qui tribus digitis ſuſpendit molem terræ, qui appendit in pondere montes, & colles in ſtaterâ. » Sic eſt: ita omnium dominator, pendet ab intentione Miniſtri, cuius actio moralis eſt, & rationalis creaturæ, agentis ob finem: vt licet materia ſit præſens, & ſit ſuper eam ſolemnis verborum forma pronunciata; nullum ſit, abſque eius intentione Sacramentum, nullum ſacrificium. Et quod ad hæc omnem ſtuporem exſuperat; ſicut cùm in lumbis Abrahæ Leui contentus, à Melchiſedech Sacerdote benediceretur, cui futuro Pontifici decimæ debebantur; ipſe in Patre & benedictionem accepit, & decimas obtulit Sacerdoti; ſic Chriſtus, factus victima totiens à Sacerdote benedictionem accipit, eleuatur, deponitur, pro eius libito obediens circumfertur: & vt ipſe obediens legi, voluit quinque cyclis à Simeone redimi; & decimas ſuis Sacerdotibus offerri. De
Hebr. 7. 4. & 9. quo Paulus: « Intuemini (inquit) quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha, &c. Et per Abraham, & Leui qui decimas accepit, decimatus eſt: Adhuc enim in lumbis Patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedech. » Quod ma-
Aug. l. 10. de C. …ad lit. c. 19. & 20. gno iudicio ponderauit Auguſtinus. « Si (inquit) hoc valet ad iſtam diſtantiam, quantum præemineat Sacerdotio Leuitico, Sacerdotium Chriſti; quòd Sacerdos Chriſtus per illum præfiguratus eſt, qui decimauit Abraham, in quo & ipſe Leui decimatus eſt: profectò Chriſtus ab eo non eſt decimatus. At ſi propterea decimatus eſt Leui, quia in lumbis erat Abrahæ, & propterea non eſt decimatus Chriſtus, quia non erat in lumbis Abrahæ. Porrò autem ſi ſecundum carnem, accipimus Leui, fuiſſe in Abraham, ibi erat & Chriſtus; quia & Chriſtus ſecun-

dùm carnem, ex ſemine eſt Abrahæ; & ipſe itaque decimatus eſt. Quid eſt ergo quod affertur pro magnâ differentiâ Sacerdotij Chriſti à Sacerdotio Leui, quòd Leui decimatus eſt à Melchiſedech, cùm eſſet in Lumbis Abrahæ, vbi & Chriſtus erat, vnde pariter decimati ſunt; niſi quia neceſſe eſt intelligamus ſecundùm aliquem modùm ibi Chriſtum non fuiſſe? Quis autem neget ſecundùm carnem ibi fuiſſe? ergo ſecundùm animam ibi non fuit. Non eſt igitur anima Chriſti de traduce præuaricationis Adæ, &c. Nec Leui, nec Chriſtus in Lumbis Abrahæ ſecundùm animam; ſecundùm carnem verò & Leui, & Chriſtus: ſed Leui ſecundùm concupiſcentiam carnalem, Chriſtus autem ſecundùm ſolam ſubſtantiam corporalem.» Ex quibus conſtat Chriſtum non decimatum, nec benedictum à Melchiſedech, niſi in quantùm ſecundùm carnem in lumbis Abrahæ continebatur; qui licet tantus, à quo omnis vnctio fluxit, de cuius lampadis plenitudine omnes acceperunt: cuius «vnguentum in capite, deſcendit in barbam Aaron:» ipſo etiam Melchiſedech ſuperior, vult quotidie à Sacerdote benedici, non ſolùm ante conſecrationem benedicto pane, ſed ipsâ benedictione ſanctificato pane, iam conſecratus in victimam, toties ſigno crucis voluit benedici; & decimas ſibi debitas, Sacerdotibus ceſſit. Quidquòd, cùm ex Gregorio, «per victimas aliena caro, per obedientiam propria voluntas mactetur:» hîc Chriſtus & carnem & ſanguinem, & voluntatem ſubiicit Sacerdoti.

Ibid. c. 20.

Pſ. 132. 2.

Greg.

Perfectæ obedientiæ conditiones, in hac menſâ diligenter animaduertite. Quàm cæca & indifferens! Nec enim attendit cui miniſtro pareat, ſummo, an infimo; Pontifici Maximo, an viliſſimæ villæ Parocho: docto, vel ignaro: ſancto, vel impio,

etiam hæretico, ſchiſmatico, & mago. In pane fermentato, vel azymo, in Eccleſiâ Græcâ, vel Latinâ. In calice aureo, vel ſtanneo; corporali mundiſſimo vel ſordido: Regis vel ſubditi, ſani vel infirmi, iuſti vel iniuſti, electi vel reprobi, ſtomacho. Et velut ſeruus non habet motum proprium, ſed vbique pro Domini ſui fertur arbitrio; ſic Chriſtus prorſus immobilis, circumquaque & quocumque pro nutu miniſtri circumfertur.

Quàm lata cibi noſtri obedientia! vt à ſolis ortu vſque ad occaſum victima offeratur, & qui immenſus eſt diuinitate, panis arctus factus obedientiæ humilitate, quandam in Euchariſtia voluerit immenſitatem poſſidere; vt poſſet ſimul toto terrarum orbe, vniuſcuiuſque voluntati deſeruiens obedire, vt Domino vniuerſorum cum Dauide canamus vbique
Pſ. 118. 96. dominanti: « latum mandatum tuum nimis: » in hac menſâ videntes, « omnis conſummationis finem: » lata obedientia tua nimis.

Longitudo porro eius, tanta eſt, quanta & latitudo eius à ſexdecim ſeculis, vſque ad conſummationem ſeculi, nobiſcum eſt ille, qui « aperit manum
Pſalm. 144. 16. ſuam, & implet omne animal benedictione, benedictus Dominus die quotidiè, panis quotidianus.
Pſa. 67. 20 « O quantum perſeuerauit, vt vltimâ voce prophetiam impleret! » Et quæ tandem? « tu es ſacerdos
Tertul. 4. cont. Marc. cap. 42. in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech. » Et quidem « ſi de perſeuerantiâ quæris, obediens
Pſ. 109. 5. fuit vſque ad mortem. » Hîc amplius, vbi quotidie in ſingulis ſacrificiis, « mortem Domini annuntiamus
Ber. ſer. 2. in cœna Do. donec veniat » extremum vſque Miſſæ ſacrificium fit obediens eſt ad ſæculi finem. Cùm enim veniſſet
1. Cor. 11. 26. hora tranſeundi de hoc mundo ad Patrem, finem
Io. 13. 1. impoſiturus antiquæ legi, eiuſque ſacrificiis, nouam inſtituit, mutato Aaronis Sacerdotio, in Sacerdo-

tium Melchiſedech, nuſquam mutandum, ſed in æternum duraturum. Si enim crux Dominica, glorioſa in die Iudicij apparebit, nec ipſius vniuerſi conflagrationi obnoxia, vt perpetuum triumphati diaboli trophæum: ſi & manna in vrna aurea ſeruatum eſt diuinæ in Hebræos per quadraginta annos prouidentiæ memoriale: quidni hoſtia conſecrata ſeruetur in cœlo, cuius beneficio tot ſeculis paſta Eccleſia, perpetuam in cœlo memoriam debeat conſeruare? vt electi perenniter cantent, obedienti & « ſubiecto ei qui ſibi ſubiecit omnia: memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. »

Matth. 24. 30. Hebr. 9. 4. 1. Cor. 15. 28. Pſalm. 110. 4.

Sed quod me præ cæteris rapit, eſt celerrima obedientiæ promptitudo, Dominus præ cæteris conditionibus accepta, ſubitò ſe ſiſtit Altari: « auris zeli audit omnia: » & cùm primùm vltima obedientis auribus ſyllaba inſonuit, adeſt præſens: « tunc dicit; Ego venio. » Nec fuit ſeruus vſpiam zelantior obedientiæ, Chriſto. Miretur Ambroſius celeritatem Abrahæ, aurem ſuam iubenti Domino pandentis, vt vnicum ſine dilatione filium immolaret. « Arripuit Abraham gladium. Quàm exors naturæ exerebat gladium, ne morâ ſacrificium decoloraret. » Gratum quidem diuinis oculis eſt obedientiæ ſacrificium: ſed venuſtas ſingularis & color blandiens, promptitudo, quæ ex intimâ obedientis & medullatâ deuotione procedit. Et hæc quàm maximè æterni Patris oculos, reliquis conditionibus, ſuauius afficit Statim, vt « gladius verbi, ex vtraque parte acutus procedens ex ore » Sacerdotis, exeritur; eodem momento, ſubſtantiam panis & vini, in diuinam, humanamque ſubſtantiam, immutat. O quàm exors naturæ, Majeſtatis, Imperij, gloriæ; qui ſedet ad dexteram Patris, ſe tradit manibus Sa-

Sap. 1. 10. Pſalm. 39. 10. Ambr. ep. 43. ex Gen. 22. Apoc 1. 16.

cerdotis; eiusque voluntati per omnia subditur, nec minimâ morâ tanti Sacrificij venustatem speciemque decolorat; vt & in hoc impleat prophetiam: Psal. 147. 4. « velociter currit sermo eius. »

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima reflexio. Pudeat certè obedientiæ cibo quotidie viuentes, tam longè à conditionibus obedientiæ discedere; vel à mensâ recedere, vel à cibo omnem obedientiæ plenitudinem disce præparare. Christus omnium Dominus, « Edicto Cæsaris & pagani obtemperaturus occurrit: & Chrysol. ser. 175. decreto S. Petri, decreto Principis Christiani, seruus adhuc aliquis irreuerenter obsistit. » Oculatus nimium subditus Domini, vxor viri, Religiosus Prælati, filius patris præceptum discutit; & Adæ similis de ligno vetito fructum præripit in perniciem sibi. « Lignum scientiæ boni & mali in paradiso, censura discretionis est, in conuersatione Religionis, Ber. de vita solitaria. penes Patrem spiritalem, qui diiudicat omnia, ipse verò, à nemine iudicatur; ipsius est discernere, aliorum est obedire. Adam gustauit in malum suum de Gen. 3. 6. ligno vetito, edoctus ab eo qui suggerendo dixit; quare præcepit vobis Deus, vt de ligno vitæ non comederetis? Ecce discretio, cur præceptum sit; & addidit: sciebat enim quia quâ die comederetis, aperirentur oculi vestri, & eritis sicut Dij. Ecce quid præceptum sit, scilicet quod Deos fieri non sinat. » O calliditatem serpentis! Deum insimulat zelotypiæ, quod sibi similes fieri nolit; quos tamen ad similitudinem sui factos per naturam & gratiam, ad perfectam & consummatam similitudinem, obetiæ merito promouebat in gloriam. « Voluntatem Psalm. quippe timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. » & Christus Pa-

Digitized by Google

tri: « volo (inquit) Pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. » Sed quid malè oculatus, vetito præſumpto vidit? ſimilem certè iumẽtis inſipientibus ſe factum » agnouit. « Diſcreuit, comedit, & inobediens factus eſt, & de Paradiſo eiectus eſt. »

Ioan. 12.26.

Ber. ib.

SECVNDA REFLEXIO. Et vbi lata Dauidis obedientia, dicentis; « ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui? » In quem locum D. Auguſtinus: « Id agit (inquit, gratia, vt dilectione impleantur mandata Dei, quæ timore non poterant. Gratiâ quippe diffunditur charitas in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. » Huc facit Emblema Typotij in quo iugum, multo imbre perfuſum cernitur, vnà cum ſymbolo: « Amore tantùm. » Significans Chriſtum graui iugo mundi & peccati ſubiectos, ad iugum ſuum ſuaue vocare. Licet enim impoſuerit legem comedendi carnem ſuam dicens: « niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: » & legem vtique primæ contrariam, ſub mortis pœnâ de ligno vetito edere prohibenti: « amore tantùm, » id præcipit. Neque terra de cœlo compluta, ſic iugum bouis ſubleuat; & facilem reddit terræ culturam, ſicut amor; quid enim amanti difficile? « In teſtamento veteri latentem gratiam tanquam velo interpoſito non intelligentes quod ſignificabatur, quando in faciem Moyſi intendere non valebant; propter mercedem terrenam atque carnalem, Dei mandata facere conabantur, neque faciebant; quia non ipſa, ſed aliud diligebant. Vnde illa non erant opera volentium, ſed onera potiùs inuitorum. Cùm verò ipſa mandata diliguntur ſuper aurum & lapidem pretioſum multùm, omnis præ ipſis mandatis, terrena vilis eſt merces, nec vllâ ex parte comparan-

Aug. concio. 16. in Pſ. 118.

Rom. 5. 5.

Typotius in Hierograph. de Euchariſtia.

Ioan. 6. 54.

Aug. ibid. ſuprà.

2. Cor. 3.

tur, quæcumque alia hominis bona, his bonis, quibus ipſe ſit bonus homo. Propterea, inquit, ad omnia mandata tua corrigebar. Vtique corrigebar, quia diligebam, atque illis rectis, vt etiam ipſe rectus fierem, dilectione cohærebam. Iam illud, quod adiungit, conſequens erat, omnem, inquit, viam iniquitatis odio habui. Vnde enim fieri poterat, vt iniquam viam non odiſſet, diligens rectam? Nam ſicut aurum, & lapidem pretioſum ſi diligeret, odiſſet profectò quidquid ei talium rerum damnum poſſet inferre: ita quoniam Dei mandata diligebat, iniquitatis viam odio habuit. Quemadmodum aliquod immaniſſimum marini itineris ſaxum declinabat, vbi tam pretioſarum rerum neceſſe eſt pati naufragium. Quod vt non contingat, longè inde velificat, qui in ligno Crucis cum diuinorum mandatorum mercibus nauigat.» Quanta igitur eſt diuini præcepti latitudo, tanta debet eſſe obedientiæ extenſio: vt quicumque cibo Euchariſtico, vndequaque fragrantiam obedientiæ ſpirante, in Principis auguſtiſſimi menſâ paſcitur, tota corporis & animi latitudine nutritio ſuo famuletur. Et pariter « corde, & carne exultans in Deum viuum » vt canit: « latum mandatum tuum nimis: » ſic concinat: vt « in mandatis eius volet nimis. Nam perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur: neque contenta anguſtiis profeſſionis, largiori voluntate fertur in altitudinē charitatis, & ad omne quod iniungitur, ſpontanea, vigore liberalis alacriſque animi, modum non conſiderans in infinitam libertatem extenditur. Hæc eſt illa de quâ ſignanter Apoſtolus Petrus: Caſtificantes, inquit, corda veſtra, in obedientiâ charitatis: pulchrè ipſam per hoc ſequeſtrans ab illa inerti & ſeruili obedientiâ quodammodo, nec charitati promptâ, ſed obnoxiâ ne-

Pſal. 83. 2.
Pſalm. 118. 96.
Ber. de præcepto & obediētia cap. 9.
S. Pet 1. 22.

ceſſitati. » Verus itaque obediens totum ſe immolat Deo, eiuſque mandatis memoriâ recolit, animo meditatur, volũtate amplectitur, « in lege Domini volũtas eius, & in eius meditatur die ac nocte; ſicut oculi ſeruorũ in manibus dominorũ, &c. in auditu oris obedit; audit quid loquatur in ſe Dominus: inſtat & videt quoniam ſuauis eſt Dominus: leuat manus ſuas ad mandata eius quæ diligit: viam mandatorum currit, odorem vnguentorum eius, cibus eius eſt, vt faciat voluntatem eius. » Quid ita? niſi quia « diligenter attendit ad menſam appoſita, ſciens quoniam talia oportet ipſum præparare. » Sic ergo, quoniam menſa panum labium habet aureum, palmi vnius per circuitum reflexum, in ſeipſum conuiua Chriſti reflectitur viuens de Deo: « Dominus indiuiſum & integrum corpus ſuum obtulit mihi: malè ergo diuidor, & vel minimâ mei parte illum defraudo. »

Pſ. 1. 2. Pſ. 122. 2. Pſalm. 17. 43. Pſalm. 84. 8. Pſ. 33. 9. Pſalm. 118. 32. Cant. 1. 3. Io. 4. 34 Exod. 25. 24. Bonau.

Tertia reflexio. Sit & longa, & perſeuerans vſque ad finem obedientia. « Si de perſeuerantiâ quæris, obediens fuit vſque ad mortem: obedientia, talaris eſt tunica, quam Ioſeph, quod ſonat accreſcens vel augmentum, id eſt quilibet perfectus, dono clementioris gratiæ, quæ eſt mater credentium, ſingulariter induit. Eſt ſanè quidem obedientiæ limes ſecundùm tempus, ipſa temporis extremitas, vt is ſit terminus obedientiæ, qui & vitæ. Hunc nobis maximè vnigeniti Dei commendat exemplum, qui factus eſt Patri obediens vſque ad mortem. » Quàm pauci cum natu maiore filio verè dicent: « Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui. » Quantuli cum Chriſto: « quæ placita ſunt ei facio ſemper. Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. » Vt ab initio vitæ, ad finem, & hauriam ſpiritum, & emittam, mandatis eius obſequens. Vnde & ſubiicit: « & qui

Ber. ſer. 2. in cœna Dom. Idẽ de præcepto & diſpenſ. Luc. 15. 29. Io. 8. 29.

ized by Google

D. Th. lect. 7. in Io. 6. manducat me, & ipse viuet propter me. » Vbi D. Thomas: « Filius propter vnitatem quam habet ad Patrem, recipit vitam à Patre; ergo qui vnitur Christo recipit vitam à Christo, &c. Et sicut Christus homo accipit spiritalem vitam per vnionem ad Deum, ita & nos accipimus spiritalem vitam in Communione Sacramenti. » Vnde iustum est, vt donec viuimus, propter illum, & mandata eius seruanda viuamus, vt & in fine vitæ sumpto Sacramento, cum illo moriamur obedientes, in æternum sine fine victuri.» Qui enim manducat hunc panem, D. Th. ibid. inquit, manet in me, & ego in illo: sed ego sum vita æterna: ergo qui manducat hunc panem, vt debet, (scilicet viuens propter illum, & dicens sicut ille; Cibus meus est. vt faciam voluntatem Patris,) viuet in æternum. »

QVARTA REFLEXIO. Non sit morosa, sed prompta & velox obedientia. Vide quàm promptè & velociter « sol iustitiæ exultet ad gygas ad currendam viam. » Ps. 18. 6. Quàm pernicibus alis cibus aduolet, & præsto sit mensæ; nec tu morâ tuâ sacrificium obedientiæ tuæ decolora. « Velociter currit sermo Dei, & velocem desiderat habere sequentem. Vides cum Ber. ser. de virtute obedientiæ. quantâ velocitate currit ille qui dicit: Viam mandatorum tuorum cucurri. Fidelis obediens nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præripit præcipientem; parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes; totum se colligit, vt imperantis colligat voluntatem. Vide Dominum festinanter præcipientem, & hominem festinanter obedientem: Zachæe, inquit, festinans Luc. 19. 5. descende, &c. Animaduertisti, quia & festinanter descenderit, & gaudenter exceperit. Audisti obedientiam, audi & obedientiæ remunerationem: quia salus huic domui facta est. Intuere etiam ex occasio-

ne huius obedientiæ concluſionis grande myſterium, & obſignatam ſignaculo miſericordię ſententiam, Venit enim, inquit, filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat.» Notatu dignum, quòd cùm Zacharias de frumento electorum, & vino virgines germinante concluſurus eſſet, immediatè præmiſerat,« lapides ſancti eleuabuntur (70.voluuntur) ſuper terram eius. Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum? &c. Vbi Hieronymus; « in tantùm erunt leues, vt non præſtolentur ædificantium manus, ſed feſtinent imponi ſuper fundamentum Chriſti.» Et de militibus Valentis Imperatoris legitur: « Imperator Amphionis muſicam, quam in ædificandis Thebarum mœnibus oſtendit, facilè ſuperauit. Diceres lapides ſponte aduolui, &c. tanta erat militum obedientia, & in difficilimis rebus facilitas.» Quanta ædificatio,cùm Chriſto totius obedientiæ fundamento, & exemplo, vxor viro, filius patri, ſeruus domino, ſubditus Regi, Parocho, Prælato, Pontifici iubenti adhæret, & ſponte eius mãdato aduoluitur;« verè non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cœli.» Quàm gratus eſt oculis ſponſi murenularum ornatus, non igni ſubula perforata auris,in ſeruilis obedientiæ ſignum, ſed coniugalis obſequij ſymbolum. Inauris ſimilis eſt murenæ caudam inſerentis ori. Vt ab initio ad finem toto vitæ circulo, finem & mercedem contemplantes, ſponſo & Domino pareamus. De ripera, ad mare ſibilo murenam vocante Ambroſius; « Quid, inquit, ſibi vult ſermo huiuſmodi, niſi ferendos eſſe mores coniugum; ſit licet aſper, fallax, inconditus, lubricus, temulentus. Quid peius veneno quod in coniuge murena non refugit? vocata non deeſt, & ſerpentis lubricum ſedulâ charitate complectitur.» Pudeat ſerpenti, dæmoni, carni

Zach.9. 16.

Themiſtius Euphrada orat. 10.

Gen. 28.17.

Cant.1. 10.

Clem. Alex.2. pædag. cap.12.

Ambr. 5.in Hexa.c.7.

Zach. 10. 8. ſibilanti accurrere, Dei vocibus obſurdeſcere. « Sibilabo eis, & congregabo eos, quia redemi eos. »
Gen. 49. 24. Viden vt oues ad ſibilum paſtoris accurrunt. « O lapis & paſtor Iſraël ! » Fieri poteſt vt oues tuæ toties cibo obedientiæ paſtæ, tibi fundamento non promptè adhæreant ? Tu non prompta ſolùm, ſed & cæca indifferens obedientia, cuicunque te Sacerdoti & communicanti ſummittis ; manna vniuſcuiuſque voluntati deſeruis : ego mortali prudentiâ carnis, ſuperiorum præcepta diſcutio, & quis, quid, quomodò, præcipiat, indiſcretè diſcretus penſito. Tu totâ latitudine charitatis effuſus, quidquid es, quidquid habes, meo famulans impendis obſequio. Ego me à latitudine mandatorum tuorum quantis exceptionibus ad puras vix me ſtrictioris præcepti ſub damnationis æternæ pœnâ coarcto anguſtias ? tu non contentus obedientiæ terminos, à ſtabulo ad crucem, ab vtero ad tumulum prorogare ; ad ipſam vſque mundi conſummationem, in ſacrificio incruento, tuam ad mortem obedientiam, indeſinenter perſeuerans quotidie renouas. Ego verò vix vno die vel horâ abſque præuaricationis alicuius interruptione perduro. Confundar planè & ad menſam tuam, ad cibum obedientiæ capiendum, indignum me rebellis agnoſco. Audio te exprobrantem mihi :
Rom. 8. 6.
Pſalm. 40. 10. « Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. » Quoties enim, heu quoties mandata tua, & conſilia ſeruus nequam & infidelis
Eſa. 6. 2. percalcaui! O Seraphim, vtinam deinceps mihi ſint alæ ſenæ. Duabus velem oculos, obedientiâ cæcâ : duabus pedes, ſtabili perſeuerantiâ : duabus velem manus, alacritate promptiſſimâ, vt abactus paradiſo eſcâ vetitâ, ad paradiſum reuocer obedientiâ conſummatâ. Amen.

Quando

Digitized by Google

Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam, &c. Prouerb. 23. 1.

De Amore Christi, homini exhibito in sanctissimo Sacramento, & reciproco amore ipsi rependendo.

SI in cæteris Christi virtutibus, in hac mensâ regiâ considerandis, attentâ diligentiâ, & sedulâ animi applicatione incubuimus hactenus; nusquam ampliùs diligenter, nobis attendendum est; quàm in ferculo dilectionis. Vnde emphaticè Sapiens: « Attende (inquit) diligenter quæ apposita sunt ante faciem tuam. » Et Ioannes, breuiter & cursim Christi scientiam, & omnimodam potestatem excurrens; duplo ampliùs, in hoc Sacramento, dilectionem Domini commendauit. « Ante diem festum Io. 13. 1. Paschæ, sciens IESVS quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: Cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. » Et licet videatur Psaltes, timorem, vt dispositionem propriam, ad hoc mysterium condignè suscipiendum dicere: « Escam dedit timentibus se: » Non vilem Ps. 110. 4. illum, ac seruilem, sed filialem, sponsalem, ac castum expressit, de quo alibi; « Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi. » O Virgo, tibi Ps. 18. 10. hoc ferculum, « vt Matri pulchræ dilectionis » appositum est, dum te « Austri Reginam » vnus ex primis Eccli. 24. 24. Seraphicis spiritibus, salutauit; quæ sine fermento, Luc. 11. 31. ex feruore Spiritus sancti, panem hunc nobis excoquere & parare debuisti. Aue Maria.

EXORDIVM.

In eius vita. Vtinam mihi eadem nunc afforet gratia, quæ quondam D. Edmundo Cantuarienſi affuit, Theologiam Pariſiis, magno applauſu, & auditorum concurſu docenti. Somno extatico correptus in Cathedra, viſus eſt ſibi, à Spiritu ſancto, ſub columbæ ſpecie, in os ingeri hoſtiam conſecratam: vnde excitatus, adeò profundè de ſanctiſſimo Sacramento locutus eſt; vt omnes admiratione ſuſpenſos abduxerit auditores. Ego verò quid tantillus ingenio, & corde tepidus, ferculum dilectionis regium, ſine columbæ dono, tractare præſumo? « quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? » De Deo nihil faciliùs, nihil difficiliùs, quam immenſitas eius enunciatur. Pſ. 105. 2. « Quidquiduis eam vocas, quia non eſt, quod vocas: (inquit Auguſtinus) » in terra, aliud eſt fons, aliud lumen. Sitiens quæris fontem, & vt peruenias ad fontem, quæris lucem; & ſi dies non eſt, accendis lucernam, vt ad fontem peruenias. Aug. tract. 13. in Io. 3. Fons ille, ipſe eſt lux. Sitientibus fons eſt, cœco lux eſt. Aperiantur oculi, vt videant lucem; aperiantur fauces cordis, vt bibant fontem. Quod bibis, hoc vides, hoc audis, totum tibi fecit Deus, quia horum quæ diligis, totum eſt. Si viſibilia attendis, nec panis eſt Deus, nec aqua eſt Deus, nec lux iſta eſt Deus, nec veſtis eſt Deus, nec domus eſt Deus. Omnia enim hæc viſibilia ſunt, & ſingula ſunt. Quod eſt panis, non hoc eſt aqua: & quod eſt veſtis, non hoc eſt domus: & quod ſunt iſta, non hoc eſt Deus: viſibilia enim ſunt. Deus tibi totum eſt. Si eſurieris, panis tibi eſt: ſi ſitieris, aqua tibi eſt: ſi in tenebris es, lumen tibi eſt, quia incorruptibilis manet: ſi nudus es, immortalitatis

Digitized by Google

veſtis tibi eſt : cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia enim poſſunt dici de Deo, & nihil dignè dicitur de Deo. Nihil latius hac inopiâ. Quæris congruum nomen, non inuenis : quæris quomodo dicere omnia ; nec ſic inuenis, &c. Quomodò Ieſus, quomodò Dominus, quomodò Dei Filius, quomodò Verbum, ſed quomodò Verbum caro factum. » Vrgeo & ego amplius, quomodò caro Verbi,regiæ menſæ appoſita nobis in cibum, vt viuamus per eum, ex Euchariſtiâ ; & bonâ gratiâ, vt fiat nobis vita æterna ? Quod congruum nomen tantæ dignationi inueniam, quæ mihi ſit lumen, fons, panis, veſtis, domus, totum deſiderabile, totum amabile ? Deus meus, & omnia. Hîc planè, Ioannes, congruè Chriſtus Deus, non ſciens, aut potens, ſed Deus charitas eſt. « In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum vnigenitum miſit in mundum, vt viuamus per eum ; in hoc eſt charitas. » Primò ergo attendamus diligenter appoſitam in hac menſâ veræ dilectionis eſcam : ſecundò vicem ei, quantùm poſſumus, dilectionis, eſſe rependendam.

1. Cor. 15. 53. — *1. Io. 4. 9* — DIVISIO.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Inter ſymbola Paradini, memini me aliàs legere, crucem infixam pani, cum Epigraphe, « pignora chara ſui. » alluſit opinor, ad verba Prophetæ : « mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terrâ viuentium. » Nemo ignorat panem hîc corpus Chriſti ſignificare, & lignum crucem. In vno autem ſymbolo, duo charitatis Chriſti pignora expreſſit egregiè ; ſiquidem amore noſtri, in crucem actus, ſanguinem ſuum pro nobis effudit : & pridie

Parad. lib. de ſymb. — *Ier. 11. 19.*

Aug. in Psal. 33. quùm pateretur, « de cruce carnem suam nobis commendauit: » sed maiorem in sacrificio incruento, quàm in cruento, charitatem, testatus est: Hebr. 7. 27. «hoc enim fecit semel, se ipsum offerendo: » istud autem, iugi oblatione, omnibus diebus, & in omni Ps.109. 4. loco, vsque ad consummationẽ seculi offert « sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. »

Quid innuerit Plato, viderit si fortè Interpres eius profundæ rimator mentis; dum « amorem antiquissimum Deorum, ac nouissimum dixit, « magnus Plato in couiuio siue de amore: sic Phœdr. loquitur. Deus amor, & apud Deos, hominesque mirandus, &c. cùm enim ex antiquissimorum Deorum numero sit, maximorum bonorum nobis est causa. Nam quid meliùs accidere possit adolescenti quàm optimus amator? » ait Phœdrus: cui repugnauit Agathonis oratio: « assero, (inquit) cùm omnes Dij beati sint, amorem si fas est dicere, esse omnium beatissimum, quippe cùm pulcherrimus omnium optimusque existat. Quòd verò pulcherrimus sit, ex eo primùm patet quod Deorum, ô Phœdre, omnium maximè iuuenis est. Cuius ipse euidens argumentum præbet quod senectutem fugit, eamque naturâ odit, iuuenibus verò se miscet. » Diuiniùs Diony. de diui- nis nomin. c. 4. paragr. 14. ipso Platone diuino noster Dionysius, « & fine & principio se carere diuinus amor excellenter ostendit, tanquam sempiternus circulus, propter bonum, ex bono, in bono & ad bonum indeclinabili conuersione circumiens, in eodem, & secundùm idem, & procedens semper, & manens, & remeans. » Ego verò, Catholicum sapiens, dico iuxta Doctorem Angelicum, amorem Dei, omnium rerum principium Iac.1.18 & causam: « voluntariè enim genuit nos Verbo veritatis: » nouissimum autem: quia in finem dilectionis, & amoris mutui, omnia condita, hominis vtilitati donauit. Nisi mauis Christum intelligere, di-

Digitized by Google

lectionis filium, de quo ipſe apud Ioannem: « ſic Io.3.16.
Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum
daret: » qui etiam, vt naturalis motus feruidior eſt
in fine, quàm in principio, « cùm ab exordio dile- Ioa. 13.
xiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos: 1.
idem primus qui & nouiſſimus. » Apoc. 22.13.

Sacramentum Euchariſticum propriè ac ſpecialiter amoris eximij myſterium, à cauſa eius, & effectus ſinguli apertè conuincunt: & quidem ad cauſam quod attinet, Chriſti ipſius teſtimonio conſtat, non aliam huius Sacramenti cauſam eſſe, præter « ſpiritum dilectionis, in quo & clamamus Abba Gal. 4.
Pater, & panem ab eo quotidianum poſcimus » non 6.
hunc modò, quo carne viuimus, ſed illum ſuper- Luc. 11.
ſubſtantialem, quo vitam ex Paſtore haurimus æter- 3.
nam: « ſpiritus (inquit) eſt qui viuificat » panem Io.6.64
ſcilicet emortuum, in panem viuum immutans, « qui Ibid.33.
de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. » qui quidem ſpiritus, vt terminus eſt vltimus actionum diuinarum ad intra: qui primò de Virgine Deiparâ humanitatem Chriſti produxit, & ſuis donis ſanctiſſimam eius animam adimpleuit: cuius ductu in deſer- Mat. 4.
tum miſſus, primô conflictu repulit tentatorem vr- 1.
gentem, vt, ſi Filius Dei eſſet, lapides conuerteret in panes; « non in ſolo (dicens) pane hominem viuere, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei: » Verſu
eodem ſpiritu interpellente, verum ſe Deum eſſe 4.
probauit, cùm in amoris ſacramento, in vitæ nouiſſimis, panem ſubſtantialiter tranſmutauit in carnem. Hoc autem Theandricis verbis effecit; de quibus, vt à Spiritu ſancto dictatis ipſe dixit: « verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt: » Io.6.64
in quo & impletur, quod Nicodemo prædixerat: « quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt. » Vt qui il-
læsâ de Virgine natus, verus homo cum vera carne, Io. 3. 6.

vt ſpiritus penetrans egreſſus eſt, ſic penetrationis dote in noſtra corpora ingrederetur.

Liturgias porrò veteres conſulenti, liquidò conſtat, in omnibus inuocari Spiritum ſanctum, poſt oblata inuocari, tanquam proprium ſacroſancti huius myſterij opificem, & authorem. Sic habet ſancti Iacobi Apoſtoli, primi Ieroſolymitarum Epiſcopi Liturgia. Sic enim inducit Sacerdotem inclinatâ ceruice dicentem; Dominũ viuificum vnà cum te Deo Patre & vnigenito Filio tuo aſſidentem, &c. qui locutus eſt in lege & Prophetis, & in nouo Teſtamento deſcendit in ſpecie columbæ ſuper Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in Iordane fluuio, &c. qui deſcendit ſuper Apoſtolos tuos in ſpecie ignearum linguarum, in cœnaculo ſanctæ & glorioſæ Sion, in die Pentecoſtes: ipſum Spiritum tuum ſanctiſſimum demitte nunc quoque Domine in nos, & in hæc dona ſancta propoſita; (tum erigens ſe, exclamat:) vt ſuperueniens, ſancta, & bona, & glorioſa præſentia, ſanctificet, & efficiat hunc panem, corpus ſanctum Chriſti tui. (populus, Amen.) Et calicem hunc, pretioſum ſanguinem Chriſti tui, » populus, Amen. Paulò aliter Baſilij magni: « veniat ſanctus Spiritus tuus ſuper nos, & ſuper hæc dona, & oſtende panem iſtum corpus, & vinum, ſanguinem Chriſti, &c. » Chryſoſtomi pariter; « mittas Spiritum tuum, & fac panem, &c. » Quod ſi quis obiiciat, tam in Liturgia S. Clementis, quàm S. Iacobi; Baſilij, & Chryſoſtomi, hanc inuocationem legi poſt conſecrationem iam factam: Bellarminus reſpondet, vel mutatum eſſe ordinem, Librariorum incuriâ; cùm in Liturgiâ Romanâ præcedat, ſicut & in Ambroſianâ: vel non peti hac oratione conſecrationem iam factam, ſed confirmationem; vt Chriſtus ſanatæ à profluuio ſanguinis dixit:

Ex to. 1. Bibl. PP. in diuina Miſſa S. Iac. fratris Dom.

Baſil. & Chryſoſt. in ſuis liturg.

Lib. 8. conſtit. Apoſt. cap. 12. alias 17.

Bellarmin. li. 4. de ſacr. Euch. c. 14.

Ambr. lib. 4. de Sacr. c. 5.

Marc. 5. 34. Luc. 7. 48.

« Eſto ſana àplagâ tuâ:» & Magdalenæ: «remittuntur tibi peccata tua!» quæ iam dimiſſa fuerant. Vel denique oratur, vt nobis fiat, non iudicium, ſed nutrimentum, quod oſtendunt præmiſſa verba: « oſtende panem eſſe corpus Domini:» id eſt effectu demonſtra, hunc panem, non eſſe communem, ſed corpus Domini, immortalitatis pharmacum. Diuus etiam Damaſcenus, hæretico, vel cuilibet percontanti, quomodo panis in carnem, & vinum tranſeat in ſanguinem, id Spiritus ſancti virtute perfici reſpondet. « Dixit antiquitus; producat terra herbam virentem; atque ea etiamnum, orto imbre, fœtus ſuos producit, diuino præcepto impulſa, ac roborata, &c. pluuia huic nouæ ſegeti, per conſecrationem, exiſtit ſancti Spiritus vis inumbrans, &c. Quo tandem modo mihi fiet iſtud, aiebat ſancta virgo, quoniam virum non cognoſco? reſpondet Archangelus Gabriel; Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Tu quoque nunc quæris; quomodo panis corpus Chriſti, & vinum cum aqua coniunctum, Chriſti ſanguis fiat? tibi idem reſpondeo; Spiritus ſanctus ſuperuenit, eaque efficit, quæ orationis facultatem & mentis intelligentiam excedunt, &c. Si quo pacto id fiat requiris, ſat tibi ſit audire, quod per Spiritum ſanctum id fiat, quemadmodum & ex ſanctâ Dei Matre, per Spiritum ſanctum, Dominus ſibi ipſi, & in ſeipſo carnem condidit, &c. viuificus ſpiritus eſt caro Domini: quandoquidem ex viuifico Spiritu concepta eſt. Quod enim ex ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt. Quæ tamen non eò à me commemorantur, vt corporis naturam ſubmoueam ac de medio tollam; verùm vt illud viuificum eſſe, ac diuinum oſtendam.» Cui ſubſcripſit ſancta Hildegardis virgo & prophetiſſa. «Eadem virtus Altiſſimi, quæ ſuperuenit in Mariam,

Damaſcen. l. 4 fidei orthod. c. 11. & ep. ad Zachar. Doarorum Epiſcop. pag. 930.

Io. 3.

Hildegard. in ep. ad Cler. Mogũt.

ex ipsâ carnem & ſanguinem Filij Dei efficiens, ſuper oblationem panis & vini, apertis vulneribus Ieſu Chriſti deſcendit: itavt eadem oblatio panis & vini occultè in conſpectu Dei, & ſanctorum Angelorum in carnem & ſanguinem transformetur; ſicut etiam granum & vinum per occultam virtutem, quam homo videre non poteſt, creſcunt. » Quidquod, & diuus Thomas, de hoc myſterio celebrando, à Spiritu ſancto edoctos, & ſpecialiter inſtructos refert die Pentecoſtes Apoſtolos. Ex quibus omnibus conſtat, Spiritui ſancto, tanquam propriæ cauſæ, referendam ſacramenti dilectionis operationem mirificam. Nec dubium ex Spiritus ſancti, huiuſce myſterij authoris nutu, factum, vt olim thecæ ſiue ciboria, in quibus Euchariſtia ſeruabatur, in ſpeciem columbæ, quam idem induit Spiritus conformata eſſent; quale & ego antiquiſſimum vidi. Hinc & D. Baſilius ante mortem tres hoſtias conſecraſſe refertur; quarum vnam pro viatico, ſumpſit; alteram in ſimili vaſculo recluſit; tertiam ſuo pectori impoſuit, & cum ea ſepeliri voluit. Legi præterea militem ſecundum à Sancto Fauſtino baptizatum, Euchariſtiam popoſciſſe; quam ſubitò columba ore demiſit in Fauſtini manus, è quibus ille Neophytus eam deuotè ſuſcepit. Effectus amoris præcipuos ſupereſt vt probemus. « Deus ab auſtro venturus » voce prophetica nuntiabatur; & procedit vt feruor ipſe ſpiritus, nec feruenti plagâ frigus, ſed calor exit. Hinc totum feruorem exerit in hoc myſterio humanæ ſalutis ardentiſſimus Chriſtus. « Hic verè ferculum Salomonis, aſcenſu purpureo, mediâ charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem. » vel, vt alij legunt: « medium eius ignitum. » Quærebat amore ſuccenſa dilecta: « indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie. » Vbi ſine vmbris, & figuris, non iam agno

Amphiloc in vita S. Baſilij.

Surius in vita Fauſt.

Habac. c. 3. 4.

Cant. 3. 9.

Cant. 1. 6.

Digitized by Google

paſchali, mannâ, propoſitionis panibus, cæteriſque ſignis, ſed verâ, ac ſolidâ, corporis, & ſanguinis tui veritate paſcis. Vbi merus dies, nihil admixtum habet feritatis, in te, innocuam victimam, in Caluariâ occiſam debacchantis: hîc « calix in manu Domini vini meri: » cùm calix, quem bibit die paſſionis, & iuſtitiæ Patris, & crudelitati carnificum, myrrhæ, aceto, felli, fuerit admixtus. Quid dicis, Paule « in quâ nocte tradebatur? » nox quidem tenebroſa & turbida animam traditoris obſcurabat: ſed tibi, Chriſte, meridies erat; qui & ſole meridiano clariùs mentem proditoris, & toto mundi ac ſeculi fluxu, tot in ſacramentum amoris hæreticorum blaſphemias, tot indignè communicantium, tot ſacerdotum, ſortilegorum, ſpurcitias, ac ſacrilegia præſciens; tantus erat meridiei feruor, tam incenſa & intenſa charitas; Sacramentum hoc inſtituere, vt tuo ſatisfaceres amori, voluiſti: « aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruere illam. » An non tibi videtur, « botrus Cypri dilectus meus, in vineis Engaddi? » ſiue, vt legunt alij, in rem noſtram conuenientiùs; « botrus camphræ? » ſpecies eſt bituminis, mediis in aquis exardens.

Pſ. 74. 9.

1. Cor. 11. 23.

Cant. 8 7.

Cant. 1. 13.

Can. 1. 13.

Amor ad hæc, ignis æmulus, liquefactiuus eſt; « ſicut fluit cera à facie ignis: » nec cera modò, ſed & ferrum ſolidum, & æs, vi caloris ſoluitur. Durum autem, & ſolidum illud dicitur, quod proprio termino facilè, difficilè alieno terminatur: ſolidum mathematicum ſui primum, nullius egens, à nullo recipiens, ſui plenitudine contentus Deus; etiamſi non ſe in creaturas effunderet: ſic Perſonæ diuinæ, in ſe ipſis, propriis clauſæ terminis, non ſe communicant inuicem; etſi communem naturam Pater Filio, & Filius cum Patre Spiritui ſancto effundant: ſed perſona Filij, vni Chriſti humanitati, quadam amo-

Pſ. 67. 3.

ris liquefactione effusa; cum omni se plenitudine singulis communicantibus effundit, in pluuiam resoluta largitatis. Stultè Capharnaïtæ, durum Christi de hoc sacramento loquentis appellauere sermonem:
Aug. in Psal. 33. « non intelligentes, putauerunt nescio quid durum dicere Dominum nostrum Iesum Christum, quòd carnem eius, quam videbant, manducaturi erant,
Psal. 54. 22. & sanguinem bibituri. » Imò verò: « molliti erant sermones eius super oleum, » cùm diceret, « quod
1. Cor. 11. 24. Matth. 26. 28. pro vobis tradetur, qui pro vobis effundetur. » An non liquescit amore, quod amore traditur & effunditur? Quid solidius Verbo? quid liquidius eodem
Aug. in Psal. 33. cibo in lac rationale soluto? Augustinum accipite: « In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant supernæ Virtutes, manducant cœlestes Spiritus; & manducant, & saginantur, & integrum manet quod eos satiat, & lætificat. Quis autem homo posset ad illum cibum? vnde cor tam idoneum illi cibo? oportebat ergo vt mensa illa lactesceret, & ad paruulos perueniret: vnde autem fit cibus lac? (quomodo solidum illud liquescit, ac resoluitur?) nisi per carnem traiiciatur? nam mater hoc facit, quod manducat mater, hoc manducat infans: sed quia minùs idoneus est infans qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat; & per humilitatem mammillæ, & lactis succum, de ipso pane pascit infantem: quomodo ergo de ipso pane pauit nos sapientia Dei! quia Verbum
Iō. 1. 14. caro factum est, & habitauit in nobis, &c. & panem
Psa. 77. 25. Angelorum manducauit homo. » Sic persona Verbi, quæ proprio termino incommunicabilis claudebatur, singulis nunc fidelibus effusum, tot pectorum vasculis, immensâ bonitate concluditur: « qui
Io. 6. 57. manducat (inquit) meam carnem, & bibit meum

ſanguinem, in me manet, & ego in eo.»

Neque verò ſic liqueſcere potuit, vt ſimul etiam non langueret: languor enim etiam proprius eſt effe-ctus amoris. Sponſa in Canticis, amore ſponſi languere ſe dicebat; « adiuro vos (inquit) filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum, vt annuncietis ei, quia amore langueo.» Quem in locum, Gilbertus Abbas: « non languet (inquit) amor, ſed languet amans. Vbi viget amor, ibi viget languor, ſi abſit quod amatur. Quid eſt languor, niſi affectio quædam, de abſente dilecto, amantem conficiens?» Qui languet, nec viuit, nec moritur. Imò ſimul & viuit, & moritur: moritur quidem; quia gladio verbi ancipitis, vi verborum, diuiditur caro à ſanguine, & ſanguis à carne; niſi inſeparabilis concomitantia obſtaret. Viuit, quia « ſermo Dei viuus & efficax » corpus Chriſti, quale eſt, viuum glorioſum, vnitum Verbo diuino, in ſacramento producit. Viuit, quia « ſpiritus & vita, verba ſunt, » & producunt effe-ctum eiuſdem rationis ſecum. Rurſum, quia illud eſſe reale, eſt ſpiritale, & proinde indiuiſibile; quaſi mortuus, ibi viuit, & ſenſibus vti non poteſt; quia indiuiſibile, ſpecies rerum diuiſibiles excipere non poteſt: & hîc « fortis vt mors dilectio » ponit in ſtatu mortui. Et licet dici poſſit eſſe fluens, vt liqueſcat: tamen quia hoc ſacramentum, non vt cætera in actu fluenti tranſeunt, manet integritate ſpecierum incorruptâ manente; ibi vt Ioannes in Apocalypſi, « video agnum ſtantem, tanquam occiſum.»: & ſtat vt viuus, & iacet vt mortuus; & viuit languidus; quia « perſeuerat vt ad conſummationem ſeculi » de abſentiâ electorum ſollicitus, ac ſuſpenſus. Videtis febrientem ac languidum diuerſicolori vultu; nunc rubicundum; nunc pallidum. « Qualis eſt dilectus tuus, ex dilecto, ô pulcherrima inter mulieres? dilectus

Cant. 5. 8.

Gilber. ſer. 46. in m.

Hebr. 4. 12.

Ibid.

Io. 6. 64.

Apoc. 6. 5.

Matth. 28. 20.

Cant. 5. 9.

Digitized by Google

meus (inquit) candidus & rubicundus, electus ex millibus.» Pallet timore, pro indignè accedentibus; rubet amore, deuotè ſumentium. Vt autem languoris definitionẽ inculcem; quam ſupra diximus, affectionem de abſente dilecto, conficientem amantem; nihil ita Chriſtum languore afficit, & conficit, quàm cùm Chriſtianos videt diutiùs ſe ab hoc ſacramento remouentes; ibi enim licet in aureis thecis, omni lapide pretioſo ornatis includatur; non hoc ſpecioſo carcere delectari putes, « cuius, cum filiis hominum eſſe, ſunt omnes delitiæ. »

Prou. 8. 31.

Nec prætderibo ecſtaſim, quam amori tribuit noſter Dionyſius Areopagita. « Eſt (inquit) ecſtaſim faciens diuinus amor: » cuius rurſum duas aduerto ſpecies; alteram mentis, alteram verò voluntatis. Mentis eſtaſim, frequenter amentiam Tertullianus appellauit. « Ecſtaſim dicimus, exceſſum ſenſus, & amentiæ inſtar » & rurſum de Petro gloriam Domini transfigurati cernente. « Petrus (inquit) meritò contubernium Chriſti ſui agnoſcens, indiuiduitate eius, ſuggerit conſilium, bonum eſt nos hîc eſſe, &c. ſed neſciens quid diceret. Quomodo neſciens? vtrumne ſimplici errore, an ratione quam defendimus in cauſâ nouæ prophetiæ, gratiæ ecſtaſim, id eſt amentiam conuenire? in ſpiritu enim homo conſtitutus, præſertim cùm gloriam Dei conſpicit, vel cùm per ipſum Deus loquitur, neceſſe eſt vt excidat ſenſu, obumbratus ſcilicet virtute diuinâ.» Nos verò nec talem in Chriſto, Sapientiâ Patris, ecſtaſim & amentiam nouimus; & tamen putatam ab hominibus « ſtultitiam, vt & crucis ſcandalum » agnoſcimus. Stulteſcebat enim, duro ſuo ſermone reputato, Capharnaïtis; ſicut & Dauid ſtultum agebat ſapienter coram Achis. « Quaſi furor iſte, & inſania videbatur, dare carnem ſuam manducandam hominibus, & bi-

Diony. de diui. nom. c. 4. 13.

Tertull. de anima c. 45. & lib. 4. contra Marc. c. 22.

1. Cor. 1. 23.

Aug. in Pſal. 33.

bendum ſanguinem: ideo quaſi inſanus putatus eſt Dauid, quando dixit ipſe Achis, arreptitium hunc mihi adduxiſtis. Nonne videtur inſania, manducate carnem meam, & bibite ſanguinem meum? » Vix quidem amanti liceat ſapere. Quid de paſtore ſentires, ouiculam ſcabioſam, cæcam, claudam, macie confectam, proprio ſanguine balneante, potante, paſcente? vel ſterilem arborem hortulano, ſuo cruore perfundente? O Patris æterni ſapientia, & deſipere neſcia, & amore noſtri, mente extaticâ, inſipientiæ notam, apud incautos Capharnaïtas, nimio noſtri amore, incurris! Iam quid de voluntatis ecſtaſi referam? Plato certè amorem dixit, amantem extra ſe ponere, & in amatum transferre; & acutè Anacreon commentus eſt, amorem poſt multa in dura hominum corda, iucaſſum, & conatu irrito, miſſa iacula, iam exhauſtâ pharetrâ, ſe ipſum in ſagittam igneam, acutiſſimam transformaſſe; & ſe totum in media corda quorumcumque, toto impetu immerſiſſe. O quot beneficiorum iacula in duriora rupibus, hominum corda, fruſtra, Chriſte amantiſſime, vibraueras! « molliti ſermones tui ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula: gladius vtrâque parte acutus ſermo viuus & efficax » panem in carnem, vinum in ſanguinem, ſeipſum in ſagittam amoris ardentiſſimam immutauit: ô pectora adamante & cote duriora, ſi tam acuto iaculo iam reſiſtunt, nec te præcordiis intimis totoque medullitus pectore excipiant! verùm, vt Euchariſtia bona gratia eſt; « à nullo quamuis duro corde reſpuitur, ideò quippe tribuit ſic ſe, vt cordis duritia primitus auferatur. »

1. Cor. 11. 24.

Pſal. 54. 22. Apoc. 1. 16. Hebr. 4. 12.

Aug. de præd. ſanct. 5. c. 8.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Quid à nobis tanta

charitas, nisi mutuam exposcit charitatem? Echo Peloponesia toties respondet, & nos vix mediam re-
Cant. 2. 4. petimus amoris syllabam. « introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. » Quid
Ps. 20. 3. ordinatius, quàm vt « præuenti in benedictionibus dulcedinis » amorem amori rependamus? vbi feruor? vbi languor? vbi ecstasis mentis, & cordis?
Cant. 1. 6. « pasceris in meridie, » cibo tam solido; & adhuc in vacuis creaturarum vmbris commoraris? ignem in sinu portas, & frigescis: « apponuntur tibi quotidie
1. Reg. 21. 6. in mensâ Principis panes calidi, » & pigro gelu constringeris? « mensa panum propositionis ad aquilo-
Exod. 26. 35. nem erecta videbatur. » Quid hoc mysterij? nempe,
Psalm. 147. 6. vt plagam illam ac regionem frigidam, calore solueret. « mittit crystallum suam, speculum sine macu-
Sap. 7. 26. la, suæ bonitatis imaginem, sicut buccellas: « vt qui
1. Pet. 1. 12. pascit Angelos splendore vultus sui; » in quem desiderant prospicere » in buccellas conuertit, & frusta
Psalm. 147. 7. panis; sed panis calidi, & in amoris fornace excocti. Vt quid putas, nisi vt « mittens verbum & eloquium
Ibid. suum, liquefaciat corda gelida, & fluant, ad flatum
Clauius l. de lõgit. & latit. Imag. cœlest. spiritus eius, niues, & glacies resolutæ? » aliàs, « ante faciem frigoris eius quis sustinebit? » Notant Astronomi, signum Virginis præferre spicam in manu, in quâ est stella primæ magnitudinis, quam ad austrum porrigit, latitudine duorum graduum; facie ad aqui-
Apoc. 12. 1. lonem conuersâ: « signum magnum apparuit in cœ-
Psalm. 147. 3. lo; » siue beatissima Virgo, siue ipsa quoque Eccle-
Zach. 9. 17. sia virgo; spicam nobis, hoc est, « frumenti adipem, frumentum electorum, » quotidie in sacramento
1. Cor. 13. 13. & cap. 12. 13. porrigit; in quo prælucet primæ magnitudinis stella, « maior omni virtute charitas, superexcellens scientiæ, supereminentior via, superextollendus super Li-
Psalm. 71. 16. banum fructus. » Sed quid putas facie ad aquilonem versâ, exporrigere spicam ad austrum; nisi vt à fri-

gidâ nos, & rigidâ nimis regione, ſimul ac tenebro-
sâ, ad lucidam, & feruidam auſtri plagam vocet,
duorum latitudine graduum? « ordinate in me cha- Cant. 2.
ritatem: gradus facite: » Deum & proximum dili- 4.
gite. Chriſtum amantiſſimum, toto amore in ſacra- Aug.
mento ſuſcipite, ſuccenſi feruore, proximos eodem
igne ſuccendite: « omnis conſummationis vidi finem, Pſ. 118.
latum mandatum tuum nimis. » Quod mandatum? 96.
« hoc facite in meam commemorationem; venite & 1. Cor. 11. 25.
comedite, bibite amici, & inebriamini chariſſimi. Cant. 5.
Inde velut leones ignem ſpirantes egredimini, facti 1.
diabolo terribiles. » Chryſ.

SECVNDA REFLEXIO. Si feruor ſit in nobis, homil. 61. ad
in hoc charitatis igne, haud dubiè deuotione lique- po. An-
ſcemus: nec fieri poterit, vt durities amoris pro- tioch.
prij, alienũ terminum excludens, ſui contenta, « quæ Phil. 2.
ſua ſunt quærens » cum ſponsâ non dicat: « ani- 21.
ma mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt: vi- Cant. 5. 6.
detis qualiter ad ignitum eloquium liquefecit ani- Gilbert.
mam. » Id liquet in corde, & voce, diſcipulorum Abbas
peregrinantium in Emmaüs: « nonne cor noſtrum ibid. ſer.
ardens erat, dum loqueretur? &c. Ardens erat in 48.
ipſis, in colloquutione, liquefactum eſt in illa viſio-
ne vehementi, ſoliditatem & conſtantiam non ob-
tinens (maximè in fractione panis) quid enim eſt,
Ieſum euanuiſſe, niſi illos in glorioſâ apparitione
ſubſiſtere non valuiſſe? declinat dilectam, vt flu-
men pacis; ſed vt gloriæ torrens pertranſit, ſicut tor-
rens igneus liqueſcere faciens animam quam mun- Cant. 5.
dat, quam reficit, quam tranſit. Quàm dulcis hora, 6.
quando anima huic igneo torrenti liquefacta miſce-
tur! quàm ſubtilis eſt in illo momento, quàm exte-
nuata, quàm mobilis! nihil tunc temporis habet,
nihil duritiæ reliquum, nihil rigoris: tantummodò
calens, & liquens. Cognata ſunt tibi inuicem, li-

quidum & calidum, &c. quod dico calidum & liquidum, hoc eſt aliis nominibus, ſuccenſum, & ſincerum. Calidum eò quòd amat, ſincerum & liquidum, quia quandam amati ſpeciem repræſentat. Calidum,quia ardet;liquidum quia videt. Calidum, quia inflammatur; liquidum, quia dilecti imagine informatur. Quod liquidum eſt,nihil habet impurũ, nil pigrum; facilè cernens,& facilè ſequens,&c. Benè liquidum, quod ex puritate dilecti claritatem percipit, & quaſi percitum, & promptum, extra ſe effuſum, poſt dilectum feſtinat, qui iam pertranſiit, &c. » Anima mea liquefacta eſt,vel, vt legit Nyſſenus;« egreſſa eſt. » Vnde? niſi cum Chananæâ, micas de menſâ Domini, catellâ cariſſimâ, paſtori, ſuſpirans,de finibus ſuis, de terminis ſuis? vt totâ dilectione liqueſcens, in Deum & proximum effundatur? « Quid eſt, liquefacta eſt? id eſt,creſcens facta eſt, currens, clareſcens. Creſcens ſuper ſe, currens ad ipſum, ex ipſo clareſcens: virtute creſcens, currens votis, veritate clareſcens; hoc eſt lata, labilis, lucens, &c. Putatis quod non hic ſermo quorumdam ſuggillat duritiam, quorum viſcera gelido auſteritatis vigeſcunt affectu; quorum viſcera nullum miſericordiæ diſtillant liquorem, nec exiguo tremunt & mouentur affectu erga pœnitentes; (addo, & pauperes) miſericordis manus tactum non ſentiunt, piiſſimi Ieſu non igniuntur alloquio; pulſantem in pœnitente Ieſum non audiunt. Vereor ne declinet ab eis, & pertranſeat, ne non inueniant, cùm quæſierint; & cùm clamauerint, non exaudiat eos.» Quid vltra?«Qui humilitatis & obedientiæ liqueſcit affectu, non frigida tumentique mole immobilis & rigeſcens, pro ſuo iure, eius ſibi verbi vſum, glorioſa præſumit: anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt. O mira vis verbi, & ignita vehemen-

Gilbert. ſuprà ſerm. 44.

Cant.5. 6.

Pſal.17. 42.

Gilbert. ſuprà

vehementer, inflammat cor, commutat renes, in nihilum in conſpectu ſuo, reſpectu Dei ſui, animam redigit, à ſeipſo liqueſcere, & deficere facit, vt iam anima non ſit ſecum, ſed cum Deo ſuo. »

TERTIA REFLEXIO. Attendamus & languentem in Sacramento dilectum, & tam languido, nos quoque langueamus. Vt videmus oculos nimiâ luce langueſcere, ſic intellectus, & voluntas, in tantæ majeſtatis langueſcentis obtute languidè deficit; & vix cum Pſalte ſuſpirans, « defecit (inquit) in ſalutare tuum anima mea. Concupiſcit, & deficit anima mea. » Vel cum ſponsâ; « annuntiate dilecto, quia amore langueo, nimius exæſtuans amor patientis animi vires exhaurit, & inconſumptâ materiâ, & iam deficiente, languidiora reddunt ignis incendia: & Deus noſter ignis conſumens eſt. O potens paſſio charitatis, quæ animam quam poſſederit, ſui ipſius impotem facit. Amor vehemens, patientis ſimul afficit & carnem, & mentem. Illius extinguit laſciuiam, huius & lætitiam perſtringit quodam triſti affectu, & deſiderio dilecti abſentis. Languet caro, dum eius languidior & remiſſior motus efficitur: Languet animus, dum æſtuantis voti nimietate conficitur, &c. Sic vir deſideriorum elanguit Daniel, ex viſione cœleſti, vt nihil virium remaneret in ipſo, &c. qui in infirmitatibus ſunt, lãguores nuntiari volunt medico; quæ dilectionis ſunt, amico: illi quidem, vt curentur: iſti autem, vt recreentur. » Huc facit languentis amore puellæ narratio. Tancredus Princeps Salernitanus, filiam formoſiſſimam habuit, ſponſali affectu cum nobili quidem, & pulchro, ſed ſorte diſpari adoleſcente coniunctam. Hunc ita deperibat, vt pater flammam amoris agnouerit; quam cum aliter extinguere non poſſet, conducto ſicario, cor amaſij erutum pectore,

Pſalm. 118. 81. Pſ. 83. 1. Cant. 2. 5.

Deut. 4. 24.

Dan. 10. 11.

Beroal. l. e[illegible] ex hiſt. Sicil.

argenteo disco puellæ misit amatorium simul, ac crudele ferculum. Expauit illa, & cordis elinguis auditâ voce, exclamauit in patrem: non, inquit, amorem extinxisti, sed vitam filiæ abstulisti, quæ in se quidem amore languida, plus in corde dilecti vigebat, quàm in proprio viueret. Quid plura? post mille oscula libata cordi charissimo, lecto decubuit, & amore saucia occubuit. Tancredus vno tumulo corpus vtrumque donauit. O Pater æterne, quid simile fecisti. Vidisti Vnigenitum humanæ naturæ amore languentem; morti eum tradidisti; & corpus eius, ac sanguinem in cibum porrexisti. Quis ad hæc, mutuo amore non ardeat, liquescat, ac langueat, & extra se ecstatico mentis, & cordis impetu non feratur?

QVARTA REFLEXIO. Quam mentem, sapienter amantem, amentem non faciat, hoc amatorium philtrum, ac poculum? Qualem audio Psaltem; dum calicem Domini salutarem acciperet; « Ego, inquit, dixi in excessu meo, & calix meus inebrians, quàm præclarus est! » Est & crater inter astra transcriptus; est & Æthnæ crater memoratus, in quem Diuinitatis ambitiosus Empedocles, se præcipitem dedit. De quo Tertullianus; « Empedocles totum sese Catanensium Æthnæis incendiis donauit. O vigor mentis! » Ironicè quidem dictum puta; ita enim rursum dementiam eius carpit: « Empedocles (inquit) quia se Deum delirarat, idcirco opinor dedignatus aliquem heroüm recordari, Thamnus, & piscis sui (inquit) cur non magis & pepo tam insulsus; & Chamæleon, tam inflatus? planè vt piscis, ne aliquâ sepulturâ conditiore putresceret, assum se maluit, in Æthnam præcipitando. Atque exinde in illo finita sit, metensomatosis, vt æstiua cœna, post assum. » Nos cum velo fidei, in men-

Vide Dionys. de diu. nom. c. 4. §. 13.
Ps. 115. 2
Ps. 22. 7.
Tertul. apol. c. 50.
Tertul. de anima. cap. 32.

tis, & cordis exceſſu, medio prælibato « cratere, in quo Sapientia miſcuit vinum ſuum» in Æthnæum amoris diuini incendium abſorbeamur; cum Auguſtino dicentes; « quis mihi dabit, vt venias in cor meum, & inebries illud, & obliuiſcar mala mea, & vnum bonum meum amplectar te? quid mihi es? miſerere, vt loquar. Quid tibi ſum ipſe, vt amari te iubeas à me, & niſi faciam iraſcaris mihi, & mineris ingentes miſerias? parua-ne eſt ipſa miſeria, ſi non amem te? hei mihi, dic mihi, per miſerationes tuas, Domine Deus meus, quid ſis mihi. Dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum: ſic dic, vt audiam. Ecce aures cordis mei ante te Domine, aperi eas, & dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Curram poſt vocem hanc, & apprehendam te. Noli abſcondere à me faciem tuam; moriar, ne moriar, vt eam videam. Anguſta eſt domus animæ meæ quò venias ad eam, dilatetur abs te: ruinoſa eſt, refice eam. Habet quæ offendant oculos tuos, fateor & ſcio. Sed quis mundabit eam, aut cui alteri præter tē clamabo: ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo, credo, propter quod & loquor.» Heu quàm vereor, ne nos Pauli anathema feriat: « ſi quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema, Maran Atha, hoc eſt, iuxta Hieronymum, & Chryſoſtomum; «Dominus venit:» quia nulla eſt, poſt Chriſti aduentum & paſſionem, addo maximè, poſt huius Sacramenti charitatis inſtitutionem, non diligentibus excuſatio. Pyrrhum Patriarcham Conſtantinopolitanum recolo, poſt pœnitentiam relapſum in errorem Monotelitarum, à Theodoto Papa, ad ſepulcrum ſancti Petri, depoſitum, ſententiâ anathematis ſcriptâ, diſtillato à calice Chriſti ſanguine in atramentum. O ingrate! ſi tantæ immemor charitatis, in

Prou. 9. 2.
Aug. l. 1. conf. c. 5.
Pſ. 34. 3.
Pſ. 18. 13
1. Cor. 16. 22.
Baron. an. 641.

pristina crimina relabaris; si Christum vt par est toto feruore, liquore, languore, ecstasi non diligas; amoris, quem contempsisti, sagitta suo tincta sanguine, anathema scriptum fulminabit, & te in fornacem inextinguibilem inferni æternùm arsurum ablegabit. Absit, ô Christe, vt tuæ charitatis immemor, aliud à te, vel præter te, diligam. « O ignis qui semper ardes, & nunquam extingueris, accende me: » & toto me licet gelidum feruore succende. Emolli duritiem cordis, & vulnera cor meum iaculo charitatis; « sicut fluit cera à facie ignis » sic liquescat anima mea, in conspectu tuo; tu enim « Domine ignis consumens es. Elangueat in me virtus carnis, rigescat feruor mentis; « concupiscat & deficiat anima mea in atria Domini. Mente excedam Deo » meo; & totus corde raptus, de finibus meis egrediar; « donec intrem in sanctuarium Domini & visitem templum gloriæ eius. »

Ex Soliloq. c. 34. Ps. 67. 3. Deut. 4. 24. Ps. 83. 1. Psal. 72. 17. Ps. 26. 8.

Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam, &c. Prouerb 23. 1.

De timore & reuerentia exhibenda à Sacerdotibus, & communicantibus.

Etsi Sacramentum Altaris, mysterium, vt heri vidimus, sit amoris: ad illud tamen non sine timore & reuerentia celebrandum Sacerdos accedere, nec laïcus sine exacta, iuxta Paulum, probatione communicare præsumat: « Escam enim dedit timentibus se. » Et idem spiritus quo Christus illud instituit, « in finem diligens suos » qui procedit vt amor, « ipsum impleuit spiritu timoris Domini. » Et

Ps. 110. 5. Io. 13. 1. Esa. 11. 3.

quod diligenter, iuxta thema noſtrum, attendendum eſt; cùm «initium ſapientiæ ſit timor DOMINI;» Pſ. 110.
in cæteris, apud Eſaïam de Christo agentem in virga 10.
floris Ieſſe delineato, conſummatio ſapientiæ timor & Prou.
eſt DOMINI. Ordinem aduertite à Propheta ſerua- 1.7.
tum: in quo, cùm de cæteris donis ſimpliciter di- Eſa. 11.
xiſſet,» Requieſcet ſuper eum ſpiritus timoris DOMI- 1.
ni: Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij, Eſa. 1. & ſeq.
& fortitudinis: Spiritus ſcientiæ & pietatis.» Sic de Ibid.
timore concludit: « & replebit eum ſpiritus timoris Io.19.
DOMINI.» Et quidem non ſine cauſa « diſcipulus ille 20.
quem diligebat Ieſus, qui etiam ſupra pectus DOmini recubuit:» Supra pectus, inquam, in regione cordis, in ſede amoris; ſingulariter aduertit, qnòd Io.13.21
cùm Chriſtus dixiſſet: « Ego ſcio quos elegerim: vt Pſ. 40.
adimpleretur Scriptura; qui manducat mecum pa- 10.
nem, leuabit contra me calcaneum ſuum, &c. Cùm hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, (Syr. infremuit ſpiritu, quod magni timoris indicium eſt,) & proteſtatus eſt, & dixit; Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.» In hoc certè vel maximè caſu, « repleuit eum ſpiritus timoris DOMINI;» quo non Iudam tantùm, ſed plurimos cum eo indignè ſacrificaturos, & ſuo corpori & ſanguini communicaturos præuidebat. Vt nobis iam inde turbatione ſua, fremitu, & timore magnam reuerentiam, & timorem incuteret; vt iuxta Apoſtoli monitum: « probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indi-
gnè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudi- 1. Cor.
cans corpus DOMINI. Quis dabit mihi pennas ſicut 11.28.& ſeq.
columbæ, vt ſeruiam illi in timore, & exultem ei Pſ.54.7
cum tremore?» Timida pariter eſt auis, & ſymbo- Pſ.2.11.
lum amoris. Hinc antiquæ etiam pixides, & thecæ ſanctiſſimi Sacramenti, in formam columbæ fabre-

factæ; vt tantum amoris & timoris Dei monimentum, cum amore pariter & timore recipere moneamur. Et tu quoque Virgo non tantùm « Mater pulchræ dilectionis, sed & timoris & agnitionis & sanctæ spei » agnosceris. « Turbata es, mox in te supernam sentiens suscipi iudicem. » Quo igitur nos timore illum ipsum iudicem ab Angelo, id est, Sacerdote nobis oblatum recipere debemus, cùm tu ipsa in sermone Angeli, de eodem, quod recipimus corpore, à Spiritu sancto de tuo formando sanguine fueris perturbata vnica columba perfecta, cum dixit. Aue Maria, &c.

Eccl. 24.24. Chrysolog. serm. 140.

EXORDIVM.

Ex triuio Philosophiæ notum est omnibus; « ab assuetis non fieri passionem, » pulchra enim, & horrida, nec mouent oculos; nec amorem, terroremque animo imprimunt. Frequentiùs obiecta; ipsa quoque miracula nimiâ assiduitate vilescunt, & nullum admirationis sensum à nobis eliciunt. Quoties nostris auribus intonuit Paulus, illud suæ ad Corinthios epistolæ; « Probet seipsum homo, &c. qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. » Quid isto tremendo iudicio terribilius, cuius exitus extrema corporis & animæ damnatio est? Vt noui aliquid; & ex nouitate forsitan timorem aliquorum cordibus, quos tetigerit Dominus, incussuri proferam; memini me inter emblemata sanctissimi Sacramenti à Typotio in sua Hierographia descripta, legisse symbolum, satis huic argumento consonum; « Terriculum noxæ. » Hanc enim epigraphen supra venatorium cornu inscripserat, cuius ori, stella Veneris expressa visitur. Et Prophetam recolo non piscatores tantùm, sed & venatores Apostolos,

1. Cor. 11.28.

Tipot. in Hiero. S. Sacram.

& prædicatores nouæ legis promittentem: « Ecce ego mittam piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos: & poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. » Præcipuus inter venatores Apoſtolus Paulus. Hic cornu ſuo venatorio, primò quidem ſtellam Veneris ori applicat, & influentias amoris Chriſti in ſanctiſſimi Sacramenti inſtitutione prædicat; « Buccinat, inquam, in Neomenia tuba. » Quæ iſta Neomenia? noua ſunt, nouo Teſtamento, nouo ſacrificio corporis Chriſti inſtituta, quid buccinat? « Quia præceptum in Iſraël eſt, & iudicium Deo Iacob. Teſtimonium poſuit illud cum exiret de terra Ægypti. » In exitu autem Ægypti præceptus eſt vſus agni Paſchalis, qui Phaſe,, id eſt, tranſitus Domini dictus eſt. Vnde & Ioannes de apparatu agni Paſchalis ſic præfatus eſt: « Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat de hoc mundo ad Patrem, &c. » Paulus autem reſpiciens ad veſperam Paſchæ, in qua de more comederat agnum: « In qua, inquit, nocte tradebatur, &c. » Veſper autem ſtella Veneris eſt, ſolis vicaria, quæ ſub veſperam lucet. O quanta lux, quantus feruor amoris, ſub initium noctis huius in Chriſto apparuit! « Qui cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos. » Et proprio traditori per quem felle & aceto potandus erat, eſcam dulciſſimam ſui corporis, & poculum ſanguinis prælibauit. « Præceptum in Iſraël eſt; Hæc quotieſcumque feceritis: hoc facite in meam commemorationem. Præceptum in Iſraël eſt: Accipite & comedite. Accipite & bibite, &c. Præceptum in Iſraël eſt: niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. » Hoc buccinant Chriſti venatores, ſtellamque Veneris

Ierem. 16.16. — Pſ. 80. 4 — Pſ. 80. 5. & ſeq. — Io. 13. 1. — 1. Cor. 11. 28. — Io. 13. 1. — Pſ. 80. 5 — 1. Cor. 11. 25. — Pſ. 80. 5. — 1. Cor. 11. 24. — Io. 6. 54.

primò proferunt, vt ſicut amore paratus eſt cibus, ſic amore ſumatur. Sed aduertes poſt præceptum amoris, poſt ſtellam Veneris, ſubſequi indignè ſumentibus iudicium timoris: « quia præceptum in
Pſ.80.5. Iſraël eſt, & iudicium Deo Iacob quia vbi præceptum, ibi iudicium: » ait Auguſtinus: & ipſe Pau-
Aug. ibid. lus venator eximius: « qui, inquit, manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit: » vo-
Apoc. 22. 15. cat quidem venator canes, non canes immundos,
Matth. 7. 6. « foris enim canes, & nolite ſanctum dare canibus: » ſed canes rationales, humili Chananeæ ſimi-
Matth 15.27. les, cupienti edere de micis quæ cadunt de menſa dominorum: ſimiles canibus in oues mutatis, &
Pſal.67 24. conuerſis de profundo peccatorum, de quibus Pſaltes: « dixit Deus ex Baſan conuertam, (id eſt, ſic-
Aug. ibid. citate & ſterilitate peccati) conuertam in profundum maris (gratiæ & miſericordiæ) & ita conuertam, vt qui priùs inimici erant, ſint amici fideles; & qui priùs mordebant vt canes, qui ſanctum conculcabant canes, nunc vt domeſtici canes pro paſtore latrent, & qui ſanguinem teſtamenti pollutum ducebant, iam inter membra Chriſti connumerati ſint pedes euangelizantes pacem, ſint linguæ fideles lambentes magiſtri ſanguinem, & panem hoc eſt corpus eius comedentes: vt impleatur illud Pſaltis quod ſequitur, vt intinguatur pes tuus in ſanguine lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. »

Hoc quoque myſterium fabulâ obnubilauit Sathanas cum Acteonem mutatũ in ceruum ſui canes vorauerunt. Chriſtum alibi diximus in Nephtali
Gen. 49. 21. figuratum, qui « ceruus emiſſus » dictus eſt à Patre,
Cant. 2. 9. & à Sponſa « capreæ ſimilis, hinnuloque ceruorum » qui tanto ſuos amore dilexit, vt carnem ſuam canibus ſuis dederit manducandam, non in pœnam viſæ nudæ, ſine veſte, Dianæ, ſed vt ſuum in nos nudum

palam faceret amorem Diuinitatem ſuam cum humanitate ſpecierum velo veſtitã obtulit. Verùm vbi magnus amor nudatus & apertus eſt in dignè ſumẽtes, magnus timor pariter impreſſus eſt in indignè ſumentes. « Iudicium enim ſibi manducant & bibunt, & hoc eſt totius emblematis ſymbolũ, « Terriculum noxæ. » Primò itaque hodie, quanta ſit noxa, hoc eſt quàm noceat indigna ſumptio Sacramenti, & quàm grauius omnibus criminibus ſcelus indignè communicantium, quantâque pœnâ dignum, quámque proinde timendum exertè probemus; dehinc pro reflexionibus moralibus, quàm exactè nos probare, & diſponere debeamus. DIVISIO.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Si iuſtitia & clementia duo attributa ſunt, quæ perfectum Principem faciunt, & reuerenter amabilem, & reuerendum amabiliter; amor & timor, duo pariter tributa ſunt, quæ à bono & timorato ſeruo ſunt Principi indiſpenſabiliter perſoluenda. Vnde ſequitur, quòd ſicut nullus Princeps Chriſti eſt in clementia & iuſtitia æqualis; nullus ſubditus, Chriſtiano in amore & timore debet eſſe comparabilis. Quod vt æqua lance penſemus, ſic apud nos ratiocinemur. Eandem cauſam diuerſos omnino effectus producere, & ratione experimentali conſtat, & authoritate Scripturæ, Patrumque teſtimonio probatur. Idem ſol pro diſpoſitione ſoli, aurum gemmaſque pretioſas, aut viles lapides arenaſque producit; herbas ſalutiferas hîc, illicque venenatas. Rhododendron, aliis rododaphne, florem roſæ ſimilem, foliumque inſtar lauri indeciduum mittit; de qua planta Plinius. « Mirum, inquit, folia eius quadrupedum venenum eſſe, homini verò contra ſerpentes præſidium, rhutâ additâ & vini potu: Pe- Plin. li. 24. c. 11.

Digitized by Google

cus etiam & capræ ſi aquam biberint in qua folia maduerint, mori dicuntur. » Quid Sacramento altaris conformius. Chriſtus certè flos campi, & roſa Saron, & laurus victorioſa. Si quadrupedum more non diiudicans ad Domini corpus accedas morieris, ſi rationalis, & iuſtus, contra venena ſerpentis antiqui præſidium ſumes & pharmacum. Ignis ſimiliter dum paleas comburit, aurum, argentumque perficit. Sic Origenes illud exponit, « qui appropinquant mihi, appropinquant igni. » Si accedis aurum, perficieris, ſi vt fœnum, ardebis. « Sub eodem igne aurum rutilat, palea fumat », ait Auguſtinus. Mirum planè quòd vbi vulgata legit, « ante faciem eius ibit mors » alia lectio ex 70. habet, « ibit verbum » & apud Eſaïam, « verbum miſit Dominus in Iacob, » Septuaginta transferunt; « miſit peſtem & mortem » vnâ litterâ mutatâ, Dabar enim ſignificat verbum, & Deber peſtem & mortem. Quid autem verbo cum morte commune? « Verba quæ loquor vobis ſpiritus & vita ſunt. Et ſpiritus eſt qui viuificat. » Et tamen miſit verbum, ibit verbum, ibit peſtis & mors. Quid hoc? Niſi quia diuerſo reſpectu, « gladius eſt & panis Gedeonis » vt & Iſraëlitam nutriat, & caſtra Madian euertat? « Mors eſt malis, vita bonis, vide paris ſumptionis quàm ſit diſpar exitus. » Inde Auguſtinus: « Multum intereſt, inquit, non quid accipiat, ſed quis accipiat; nec quale ſit quod datur, ſed qualis ſit ipſe cui datur. Nam & bona obſunt, & mala proſunt, ſicut fuerint quibus dantur. Peccatum, inquit Apoſtolus, vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem, ecce per bonum factum eſt malum (id eſt per legem bonam, præuaricatio eius) dum malè accipitur bonum. Itemque ipſe ait, virtus in infirmitate perficitur: ecce per malum factum eſt bonum,

Cant. 2. 1. ex Heb.

Orig. hom. 4. in Ioſ.

Aug. de ciuit.

Habac. c. 3. 5.

Eſa. 9. 8.

Io. 6. 64

Iudic. 7. 13. 14.

D. Th.

Aug. tr. 62. in Io.

Rom. 7. 13.

2. Cor. 12. 9.

dum benè accipitur malum. Quid ergo miraris, ſi datus eſt Iudæ panis Chriſti, per quem mancipare-tur diabolo, cum videas è contrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perficeretur in Chriſto. Ita & malo bonum obfuit, & malum bono profuit. Recordamini vnde ſit ſcriptum, quicumque manducauerit panem, aut biberit calicem Domini indignè, &c. Et de his erat ſermo: Domini corpus, velut alium cibum quemlibet, indiſcretà, negligenterque ſumebant. Hîc ergo ſi corripitur, qui non diiudicat, hoc eſt non diſcernit à cæteris cibis Dominicũ corpus, quomodo non damnatur qui ad eius mẽſam fingens amicum, accedit inimicus? (Fingens deuotũ, accedit ſacrilegus, fingens caſtum, & pium, accedit adulter & impius?) Si reprehenſione tangitur negligentia conuiuantis, quâ pœnâ percutitur venditor inuitantis. » Ne ergo dicas aut iudices malum fuiſſe cibum & reprobum, frumentum electorum, aut diabolicum, panem Angelorum; nec interroges quod nonnulli apud Auguſtinum: «Itane hæc meruit panis Chriſti, porrectus de menſa Chriſti, vt poſt illum intraret in eius diſcipulum Sathanas? Quibus reſpondemus, hine nos potiùs doceri quàm ſit cauendum (quàm timendum) malè accipere bonum.» & rurſum: « Illi manducabant panem Dominum; ille panem Domini, contra Dominum. Qui enim manducat, & bibit indignè, ait Apoſtolus, iudicium ſibi manducat. » Hoc miratur ſanctus Philo Carpathius. « O rem miram; ô rem tremendam! Hæc quæſo diligenter Sacerdotes attendite, hæc fratres animaduertite, hæc timete ſemper, & cauete periculum. Ea eſt enim rerum diuinarum humanarumque natura, vt quæ in ſua dignitate, & excellentia, optima eſſe debent ac ſumma, eadem mutato ordine peſſima fiant, atque infima, &c. » Quod ſtatim

1. Cor. 11. 29.

Aug. ſupra. Aug. tr. 59. in Io.

Phil. Carpat. in c. 7. Cant.

applicat Euchariſtiæ quâ multi in peius ruunt, & damnantur. Non defectu cibi optimi, ſed peſſimi comedentis. « Non malum eſt quod datur, ſed bonum malo in iudicium datur. Benè eſſe non poteſt malè accipienti quod bonum eſt. »

Aug. in Pſ. 142.

Iam quantum malum hoc ſit, multiplici ratione penſemus. Quàm deteſtandum ſit homicidium, & voluntarium quàm maximè in ſeipſum noſtis. Et quòd indignè ſumentibus « fiat menſa coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum » non ignoratis. « Accepit buccellam Iudas, & introiuit in eum Sathanas vt iſte Dauid perſecutionem pateretur à filio ſuo. Quàm multos Iudas diabolus implet, indignè accipientes buccellam ad iudicium ſuum (& per menſam inducit eos in laqueum.) Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. » Iuſtè quidem, ſaltem ob culpam & inceſtum Amnon in menſa Abſalonis occiſus. Simon Sacerdos magnus cum duobus filiis ad conuiuium Ptolomæi inuitatus, proditoriè eſt interemptus. Multi Romani ſolâ ſuſpicione rei ad epulum conuocati, à Veſpaſiano ſunt interfecti. Sors miſeranda, quibus non propria voluntas, ſed aduerſâ fortunâ menſa in laqueum fuit. Sed quis miſereatur ſcienti & volenti in toxicato poculo, aut gladio ſemetipſum occidenti. Damocle certè inſanior Dionyſio ſumptuoſè epulanti inuidenti, cui ſetâ appenſum equinâ de laqueari aureo gladium imminentem vertici imponi curauit, qui ſtatum ſciens conſcientiæ ſuæ, certumque credens comminatum à Paulo iudicium indignè communicanti, ad ſacram menſam accedere non veretur ?

Pſalm. 68. 23.

Aug. in Pſ. 142. circa f. Io. 13. 27. 1. Cor. 11. ſupr. 2. Reg. 13. 29. & ſeq. 1 Mach. 16. 16. Suet. in Veſpaſ.

Quòd ſi communi naturæ ſenſu grauior cæteris culpis in parentes, amicos, & maximè beneficos ingratitudo cenſetur, tantóque grauius ingratitudi-

nis eſt pondus, quantò maior eſt gratia ingrato collata: cùm nulla ſit par Euchariſtico dono, quod vel ex nomine bonam gratiam ſonat, per conſequens nulla maior eſt, nec eſſe poteſt, quàm indignè communicantis ingratitudo, bonum enim iuxta Philoſophum ex integra cauſa: nullum autem bonum ita ex integro nobis donatum eſt à Deo, nec donari poteſt: cætera enim omnia per partes dantur: portio elementorum corpori, lux ſolis & lunæ, reliqua denique portionaliter, & captui noſtro proportionaliter à Deo collata ſunt, vt animæ rationali ſimilitudo & imago: « Et diuiſiones gratiarum ſunt, quas diuidit ſingulis provt vult. Qui autem proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum (non tantùm in pretium, ſed multò magis in cibum) numquid cum illo omnia nobis pariter donauit? vt impleamur in omnem plenitudinem Dei.» Auſim dicere, nec Patrem tantùm Filio, nec vtrumque tantùm Spiritui ſancto dediſſe, quantùm homini communicanti confert; cui & perſonas ipſas, cum tota diuinæ humanæque naturæ ſubſtantia attributiſque communicat; vt verum ſit cum Auguſtino dicere: « Plùs eſt in homine quàm in Patre » in Patre enim eſt ſolâ identitate naturæ, in quo eſſe non poteſt identitate perſonæ. Cùm itaque beneficio ſit æquiparanda ingratitudo, nulla pariari poteſt indigno & ingrato Euchariſtiæ communicatori, hoc nomine & elogio, cum Iuda ab Auguſtino notando. « Quid erat autem panis (intinctus in paropſide poſt iam ſumptam Euchariſtiam, ſicut ibidem aduertit,) traditori datus, niſi demonſtratio, cuius gratiæ fuiſſet ingratus. Intrauit autem Sathanas poſt hunc panem in Domini traditorem, vt ſibi iam traditum pleniùs poſſideret, in quem priùs intrauerat, vt deciperet, &c. Non ad hoc vt alienum

1 Cor. 12. 4. & 11.
Rom. 8. 32.
Aug.
Aug. tr. 62. in Io. 13.

tentaret, ſed vt proprium poſſideret. Non autem vt putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas Chriſti corpus accepit: intelligendum eſt enim, quod iam omnibus eis diſtribuerat Dominus Sacramentum corporis & ſanguinis ſui, vbi & ipſe Iudas erat, ſicut ſanctus Lucas euidentiſſimè narrat, &c. Per buccellam tinctam ſignificans Ioannes fictionem, non enim omnia quæ tinguntur abluuntur; ſed vt inficiantur, nonnulla tinguntur. Si autem bonum ali-
Pſal.67. 24. quid hîc ſignificat tinctio, (ſicut ſupra, vt intinguatur pes tuus in ſanguine) eidem bono ingratum non immerito eſt ſubſecuta damnatio. Adhuc tamen Iudæ poſſeſſio, nõ à Domino ſed à diabolo: cùm homini ingrato, intraſſet panis in ventrem, hoſtis in mentem, adhuc, inquam, tanti mali iam corde concepti plenus reſtabat effectus, cuius iam præceſ-
Io.6.35. Ioan.13. 27. ſerat damnandus effectus. Itaque cùm Dominus panis viuus, panem mortuo tradidiſſet, & panem tradendo panis traditorem oſtendiſſet, quod facis, inquit, fac citiùs, non præcepit facinus, ſed prædixit Iudæ malum, nobis bonum.» Vides peccatum Iudæ ſimulatione, & fictione notari, & enormi ingratitudinis pondere aggrauari, qui nec dum imple-
Pſ. 35.5. to opere, ſed iam reus, « meditatâ iniquitate in corde » panem Euchariſticum ſumere præſumpſit. Heu quàm multi Iudæ ſimiles, ad menſam Euchariſticam accedunt, hipocrytæ ficti, intincto pani ſimiles, qui neſcio quo extrinſeco deuotionis colore ſuas inChriſtum & proximum traditiones; aut opere iam completas, aut in corde operatas, ſed Deo notas, & in die iudicij reuelandas obuelant. Quid dico, Iuda peiores. Semel enim ille Dominam triginta argenteis vendidit, plerique centies pretio viliori. O ingratitudinis monſtra terrâ dehiſcente ſorbenda!

Vt dignè criminis huius pondus iuſtâ lance ponderare poſſimus, ſanctiPetri Damiani trutinâ ponderemus. Si peccatum eſt præuaricatio legis, & lex decalogo præſcripta eſt in decem mandatis, certum eſt totius decalogi per ſingula mandata tranſgreſſorem minus peccare, quàm ſemel indignè communicantem. In quo peccato affirmari poteſt, quod qui « in hoc vno offenderit, factus eſt omnium reus. » Et ratio quam profert hæc eſt inductione manifeſtâ probabilis. Vt enim Tertullianus in prima lege data homini in paradiſo, tanquam in matrice totum decalogum concluſum fuiſſe & ab Adamo violatum aſſerit, & in vna eſca prohibita legis vniuerſæ probat extitiſſe tranſgreſſorem: ſic dico indignâ vnicâ Euchariſtici cibi mãducatione reum maximi, omniaque delicta continentis, & exuperantis fieri huiuſcemodi delinquentem. «.In hac, inquit, lege Adæ data omnia præcepta data recognoſcimus quæ poſtea pullulauerunt data per Moyſen, id eſt, diliges Dominum Deum tuum, &c. Diliges proximum tibi tanquam te, &c. Non occides, &c. Primordialis lex, eſt enim data Adæ & Euæ in paradiſo quaſi matrix omnium præceptorum Dei. Denique ſi Dominum Deum ſuum dilexiſſent, contra præceptum eius non feciſſent. Si proximum diligerent, id eſt ſemetipſos, (& omnes poſteros,) perſuaſioni ſerpentis non crediđiſſent, atque ita in ſemetipſos homicidium non commiſiſſent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum. A furto quoque abſtinuiſſent, ſi de fructu arboris clam non deguſtaſſent, nec à conſpectu Domini Dei ſui ſub arbore deliteſcere geſtiſſent, nec falſum aſſeueranti diabolo participes efficerentur, credendo ei, quod ſimiles Dei eſſent futuri. Atque ita, nec Deum offendiſſent, vt Patrem, qui eos de li-

Iac. 2. 10.

Tertul. cont. Iud. c. 2.

Digitized by Google

mo terræ, quasi ex vtero matris figurauerat. Si alienum non concupissent, de fructu illicito non gustassent. Igitur in hac generali & primordiali Dei lege, quem in arboris fructu obseruari Deus sanxerat, omnia præcepta legis posterioris specialiter indita fuisse cognoscimus, quæ suis temporibus edita germinauerunt.» Ego verò in vna esca Eucharistica indignè sumpta, quæ vel totius decalogi obseruatorem exigit, aut ritè priùs de transgressione pœnitentem, in hoc vno omnium reum fieri non immeritò censeo.

Aug. ep. 29. ad Hier.

Augustinus: « Si in vno, inquit, offenderit, fit omnium reus, quia contra charitatem facit, vnde tota lex pendet. Reus itaque fit omnium, faciendo contra eam in qua pendent omnia.» Cùm itaque sit hoc Sacramentum charitatis; indignè communicans contra charitatem & Dei & propriam, summè & capitaliter est reus. De peccato autem primi hominis omnia continente sic alibi: « In Exodo, inquit, fecerunt sibi Deos aureos, cùm vnum vitulum fecerint tantùm, de quo dixerunt, hi sunt Dij tui Israël qui eduxerunt te de terra Ægypti, & hîc ponentes pluralem pro singulari: (fortè quòd ex pluribus inauribus, in quibus erant minuta idola, vel quòd in his mundi muliebris illecebris esset mulierum affectus idololatriæ affinis.) Quamuis & in illo peccato vno quod per vnum hominem intrauit in mundum, & in omnes homines pertransiit, propter quod etiam paruuli baptizantur, possint intelligi plura peccata, si vnum ipsum in suá quasi membra diuidatur singula. Nam superbia est illic, quia homo in sua potiùs esse quàm Dei potestate dilexit. Et sacrilegium, quia Deo non credidit. (Addo quia fidem debitam violauit, arboremque sacram & reseruatam Deo præcerpsit.) Et homicidium, quia seipsum præcipitauit in mortem. Et fornicatio spiritualis, quia

Aug. in Enchir. c. 44. & seq. Et exeo ad verbum S. Leo in ep. 86. decret. ad Niceam. Rom. 5. 12.

quia integritas mentis humanæ ſerpentinâ ſuaſione corrupta eſt. Et furtum, quia cibus prohibitis vſurpatus eſt. Et auaritia, quia plus, quàm illi ſufficere debuit appetiuit. Et ſi quid aliud in hoc vno admiſſo diligenti conſideratione inueniri poteſt. » Sed quidquid Patres in vno iſto magno delicto grauitatis, & prauitatis aduertant, nihil comparabile cum maximâ indignè communicantis aut ſacrificantis offensâ. Neque enim iam arbor vna ſacra decerpitur, ſed ipſa Perſona diuina, quid dico? Trinitas tota impiè & temerè violatur. In illo vel cæteris fit quidem legis diuinæ tranſgreſſio, ſed in iſto in legiſlatorem ipſum auſu temerario peccatur. In aliis decalogi præceptis, res quidem aliqua diuina temeratur, verbi gratiâ cultus latriæ in idololatria; nomen diuinum in periurio, aut blaſphemia, dies Deo ſacer in opere ſeruili die Sabbati. In honore parentum imago eius: « Ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. » Denique in cæteris ſecundæ tabulæ mandatis proximus à Deo creatus, furto, adulterio, homicidio, aut alicuius boni creati ad proximum pertinentis illicitâ concupiſcentiâ læditur. In hoc autem nefando præ cunctis crimine Chriſtus ipſe vnctus Domini, in indigna corporis & ſanguinis eius ſumptione cum Patre & Spiritu S. ineffabili & inſolubili connexu coniunctus offenditur. Bonè ergo & iuſtè Damianus indignè corpus Chriſti ſumentibus, applicat illud Pauli, « crucifigentes rurſum in cordibus Chriſtum. A nullo, inquit, planè Deus omnipotens maioris iniuriæ præiudicium tolerat, immo deteriùs nemo peccat, quàm Sacerdos qui indignè ſacrificat. (Addo quàm laïcus qui indignè communicat.) Aliter peccantes quaſi Dominum in rebus eius offendimus, indignè verò ſacrificantes, velut in perſonam eius manus iniicere non

Eph. 3. 15.

Dam. opuſc. 25. c. 2. & lib. 4 ep. 14.

Hebr. 6. 6.

timemus : cùm ſcriptum ſit, Si peccauerit vir in vi-
1.Reg. 2.25. tum, placari ei poterit Dominus; ſi autem in Deum, quis orabit pro eo ?» Agebat Heli ſacerdos contra pueros ſacrilegos tollentes de ſacrificio Domini. Nec iam ſunt carnes taurorum, aut vitulorum, quas tangimus & comedimus, ſed agni immaculati corpus. Si quis in patronum & aduocatum catholicum & vnicum peccet, quis de reliquis cauſam eius ſuſcipere præſumet. «Aduocatum habemus apud Pa-
1.Io.2.1. trem, Ieſum Chriſtum iuſtum» eo tam grauiter offenſo, ad quem deinceps recurſum habebimus ? O Pſaltes, quamquàm in vnum hominem, in gregarium militem adulterio & homicidio peccaſſes, te non Vriæ, ſed Domino peccaſſe confeſſus es, vtrumque ſcelus ſuâ lege prohibenti : ſic enim ad Nathan :
2. Reg. 12.13. «Peccaui Domino.» Sic ipſi Deo : «Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.» Et tu Paule qui ſo-
Pſ.50.6. lum Chriſti corpus myſticum perſequebaris; ipſum
Act.9.4 audiſti Chriſtum clamantem : «Saule, Saule, quid me perſequeris ?» Quantò iuſtiùs de his queritur Chriſtus, qui verum & reale corpus ſuum, ore & manu impiâ & ſacrilegâ contingunt, «Filium Dei
Hebr. 10.29. conculcant, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducunt.» Seuerè quidem, ſed verè & iuſtè Tertullianus inuehitur in manus idolorum artifices, ab eorum fabricatione, porrectas, vt tum moris erat ad corpus Chriſti excipiendum : «Totâ die, inquit, ad
Tertul. de Idol. c.7. hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Chriſtianum ab idolis ad Eccleſiam venire, de aduerſarij officina in domum Dei, attollere ad Deum Patrem, manus matres idolorum, his manibus adorare, quæ foris aduersùs Deum adorantur : eas manus admouere corpori Domini, quæ dæmoniis corpora conferunt. Nec hoc ſufficit. Parum ſit, ſi ab aliis manibus accipiant, quod contaminant. Sed etiam tra-

dunt aliis quod contaminauerint. Adleguntur in ordinem Eccleſiaſticum artifices idolorum. Proh ſcelus ! Semel Iudæi Chriſto manus intulerunt ; iſti quotidiè corpus eius laceſſunt. O manus præcidendæ ! Viderint iam an per ſimilitudinem dictum ſit : Si te manus tua ſcandalizat, amputa eam. Quæ magis amputandæ , quàm in quibus Domini corpus ſcandalizatur ? » Ego verò non ingemam Chriſtianos , & Sacerdotes aliquando , non iam à materialibus idolis , ſed ab idololatria , auaritiæ , ſimoniæ , mœchiæ cultu ad Eccleſiam venire ? De diaboli officina , de proſtibulo , de telonio , de concubinatus, & adulterij thoro in thalamum myſteriorum, vt Patres Græci templum vocant , calente adhuc libidine , feruente auaritiâ , aut in proximum odio , illotâ conſcientiâ , aut cum relabendi propoſito tranſire , eas manus admouere corpori DOMINI , quæ furto vſuræ, tactibus impudicis , & prauis operibus contaminatæ fuerunt. O manus præcidendæ, vt ſacrilegæ! Matth. 5.30.

Quod verò putas inter omnia peccata grauius ? An non ſacrilegium ? Omnia quidem Sacramenta à Chriſto inſtituta, longè veteris legis ſacramentis nobiliora, quæ vmbram tantùm noſtrorum habebant , « infirma & egena elementa » gratiam tantùm ex opere operantis , & ex fidei in Chriſtum venturum merito , conferebant: noſtra autem hanc continent, quam ex opere operato conferunt. Adeo vt quiſquis ea indignè ſuſcipit , aut miniſtrat , ſacrilegij reus eſſe conuincatur. Inter ea porro quædam dicuntur eſſe Sacramenta mortuorum , vt baptiſmus & pœnitentia , quæ gratiam viuificantem ſuſcipienti tribuunt ; cætera dicuntur eſſe viuorum, quæ gratiam vitæ in ſuſcipiente ſupponunt. Vnde fit , vt quiſquis ad ea fictus accedit , & ponit obicem gratiæ , ſacrilegus habeatur. Magna autem eſt Euchariſtici Gal. 4.9

Sacramenti, à cæteris omnibus differentia, quod
alia tantùm continent & conferunt gratiam, hoc
autem ſingulariter & propriè contineat & conferat
omnis gratiæ fontem & largitorem. Et doctè quidem
Sponſæ in Canticis, coma regiâ, & purpureâ deſcri-
ptâ, ſubiicitur eſſe vincta canalibus. « Comæ capi-
Cant. 7. tis tui ſicut purpura regis vincta canalibus. » Vbi
5. Sanctes Pagninus ex Hebræo tranſtulit: «Coma ca-
Ibid. ex pitis tui ſicut purpura: Rex ligatus in canalibus.
70. Septuaginta, tranſcurſibus. » Quid hoc? Chriſtus
Sponſus, & Sponſa Eccleſia. Ille Rex, iſta Regina,
Pſ. 44. de qua Pſaltes: « Aſtitit regina à dextris tuis. » Pur-
10. puratus ille ſuo ſanguine; hæc eodem purpurata.
Coma porro, iuxta Paulum, mulieri eſt corona &
1. Cor. gloria. « Gloria eſt mulieri ſi comam nutriat.» Quid
11. 15. illa Sponſo? « Tu es gloria mea, & exaltans caput
meum. « Illa ſanguinis Dominici diſpenſatrix, « cu-
ius indumentum purpûra & byſſus » id eſt innocen-
Prou. tia reparata per ſponſi ſanguinem, « Omnes dome-
31. 22. ſticos induit duplicibus » id eſt eadem purpurâ &
Ibid. 21. byſſo, quibus dicit: « Induimini Dominum Ieſum,
Rom. 13. quot quot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. » Ba-
14. Gal. 3. ptiſmus enim primus eſt canalis, quo ſanguis Chriſti
27. tranſcurrit in eos, « qui non ex ſanguinibus, neque
Io. 1. 13. ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex
Deo nati ſunt » & eius conſanguinei effecti. In cæ-
teris quoque Sacramentis vt canalibus regiis, à ca-
pite in membra gratia deriuatur. « Rex enim liga-
Cant. 7. 5. tus in eis. » Sed magnâ à Sacramento Altaris diſtan-
tiâ: in aliis enim verbo ſolo, quod eſt forma cuiuſ-
que Sacramenti. » Accedit enim verbum ad ele-
Aug. mentum (forma à Chriſto præſcripta, ad materiam
ab eo pariter determinatam) & fit Sacramentum. »
Verbum item ſuum, quo fidem ſuam oppigneraujt,
& ligauit Rex, ſe gratiam per Sacramenta collatu-

rum, efficaciter operatur. « Fidelis enim Dominus Pſ.144.
in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operi- 13.
bus ſuis. » Ligatus eſt rex, vt ex opere operato in-
dubiè Sacramenta ritè diſpoſitis & capacibus vitam
gratiæ conferant. Opus quippe operatum eſt; opus,
inquam, redemptionis humanæ, cuius meritum con-
gruè accipientibus applicatur. Sed in hoc Sacra-
mento non verbo ſolùm, ſed ipſiſſimâ & propriâ
perſonâ, nec in actu fluenti, velut in aliis gratia
tranſcurrit in vſu: Rex ipſe ligatus eſt, & « ſtat vn- Exod.
da fluens » quoties à digno ſuſcipitur. Stat, inquam, 15. 8.
quamdiu ſtant integræ ſpecies, & « congregatæ ſunt Ibid.
aquæ » omnis gratiæ, in medio, ſanguinis Chriſti, Cant. 5.
mari, cuius « manus tornatiles aureæ plenæ hiacyn- 14.
this, & iuxta Ambroſium « orbes aurei pleni ma- Ambr.
ri. » Hoc poſito cùm grauitas peccati & ſacrilegij in Pſal.
metienda ſit excellentiâ Sacramenti, & perſonæ læ- 118.
ſæ; quantò cunctis præcellit incomparabiliter regi-
bus, « Rex Regum, & Dominus dominantium » Apoc.
Chriſtus; & Sacramentorum omnium finis, Eucha- 19. 16.
riſticum; nullum crimen, nullũ quantumuis enorme
facinus, ad huius ſacrilegij pondus & magnitudinem
accedit, quòd omnia alia incomparabiliter excedit.
Nec iam purpura, aut imago regis, crimine læſæ
majeſtatis, cœno inficitur, ſed ipſa Chriſti Dei &
hominis perſona cum ſuo veſtimento, purpura, &
imagine regia in cloacam mittitur, & conculcatur.
Perſonæ ſiquidem verbi veſtimentum, eſt caro:
« Habitu enim inuentus eſt vt homo » de regio ſan- Phil. 2.
guine Mariæ, Dauidico cenſu, digito Dei contextâ 7.
purpurâ. Species ipſæ ſacramentales, ipſumque Sa-
cramentum, quia ſignum eſt, rei contentæ figura,
& imago eſt; & ſacrificium incruentum, mortem
Domini repræſentat, vnde « qui manducat & bibit 1. Cor.
indignè, reus eſt » non tantùm veſtis & imaginis 11. 29.

Ibid. eius profanatæ, ſed « reus eſt corporis & ſanguinis Domini, » animæ Chriſti, perſonæ Verbi, & propter indiuiduam concomitantiam, totiùs læſæ maieſtatis Sanctiſſimæ Trinitatis; quo ſacrilegio nullum maius per conſequens excogitari poteſt. Et neſcio ſi quid vlteriùs ſuperaddi poſſit.

Addam tamen quod multùm exaggerat. Poſito Scripturæ principio, quo credimus omne peccatum mortale contrarium eſſe vitæ charitatis, & vnionem animæ cum Deo vitæ principio ſoluere, ſecundùm

Eſa. 59. 2. illud Prophetæ: « Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deum: » Tantò grauius id peccatum haberi debet, quò magis à Deo diuidit & ſeparat: tantóque ſceleratior & damnabilior ipſa diuiſio, quò ſtrictiorem & intimiorem cum Deo vnionem ſolui & diuidit. At Euchariſtiæ Sacramentum, myſterium eſt vnitiuæ charitatis, de Euchariſtia enim, ſicut & de charitate intima vnio animæ cum Deo, & Dei

1. Io. 4. 12. cum anima aſſeritur à Ioanne: « Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. » Et Chriſtus

Io. 6. 57 apud eundem Ioannem: « Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, &

Aug. tr. 26. in Io. 26. poſt med. ego in eo. » Vnde exclamat Auguſtinus: « O ſignum vnitatis! » Nec magis ex Cyrillo duæ ceræ liquefactæ vniuntur, quàm in hoc Sacramento, quo Chriſti carni communicamus & ſanguini, in quo concorporei & conſanguinei eius efficimur. Ex quibus omnibus euidentiſſimè concluditur nullam ſceleratioorem & damnabiliorem diuiſionem, & odioſiorem Chriſto, quàm eius qui cum peccato mortali reatus

Pſ. 35. 3. ſui conſcius, ad communionem accedit: « Quoniam

Pſ. 7. 10. doloſè egit in conſpectu eius qui ſcrutatur corda, &

Iudic. 7. 13. 14. renes Deus, qui panis & gladius eſt Gedeonis, id eſt,

Hebr. 6. 12. & ſ. circumeuntis in vtero, qui gladius eſt penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſio-

nem animæ & ſpiritus, compagum quoque ac medullarum & diſcretor cogitationum cordis; omnia enim nuda ſunt & aperta oculis eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.» Quòd vt euidentiùs agnoſcas, ſuppone Prophetam ſuper puerum expanſum & abbreuiatum vt paruulo mortuo congrueret, & ſeptena oſcitatione ad vitam excitaret, & verbum abbreuiatum in homine ad vitam reuocando repræſentaſſe: Chriſtum inſuper amore noſtri ineffabili, deſiderio deſideraſſe, animam ſuam, corpus, ſanguinem, humanitatem, diuinitatem, perſonam, totam denique Trinitatem communicare animæ noſtræ, corpori, ſanguini, ſinguliſque partibus, ac facultatibus abbreuiando aptare. Suppone rurſus vi verborum in Sacramento totum Chriſtum præſentiſſimum ſub ſpeciebus, quamdiu integræ manent adeſſe præſentem, & impio cuicumque realiter & ſubſtantialiter communicari. Hoc poſito, quo putas in ſtatu verſari in ſentina & cloaca peccatorum, niſi in ſtatu violentiſſimo? Vt Sacramenti vnitur corpori, vi peccati diuellitur, in paradiſo ſimul, & inferno commoratur. « Conuertũtur enim peccatores in infernum,» & glorioſus iam Chriſtus in hoc inferno manet. « Quæ enim conuentio lucis ad tenebras, & Chriſti ad Belial?» Humilis cum ſuperbo, caſti cum lubrico, liberalis cum auaro, &c. O Chriſte ni te fidelitas verbi tui, non aurea Deorum Gentilium cathena te ibi vinctum teneret, continuò fugeres, ſed nec in proſtitutum lupanar intrares. O crudeliores illo inhumaniſſimo tyranno, qui mortua corpora iungebat viuis, « componens manibuſque manus, atque oribus ora.» Tu verò os illud tuum ſpuriciſſimum à meretricis oſculo, ori Chriſti, & labiis, quæ ſunt velut « lilia diſtillantia myrrham primam, in quibus eſt gratia diffuſa» coniungere

P. 35. 32. 4. Reg. 4. 34.

Luc. 22. 15.

Pſ. 9. 18.

2. Cor. 6. 15.

Mezentius.

Cant. 5. 13.

Pſ.44.3 non vereris. Cor & corpus tot pollutum ſordibus, cordi & corpori mundiſſimo applicare non erubeſcis? Ah ſi Vviticbindi Ducis Saxoniæ oculos haberemus, quoties Chriſtum toto niſu os ſacrilegum indignè communicantium auerſantem videremus. Vidit ille die Paſchatis Carolum Magnum, cæteroſque fideles in ſacra menſa Domini corpus accipientes, & ſingulis hoſtiis formoſiſſimum puellulum his ſubridentem, & totâ vultus hilaritate, iunctis pedibus manibuſque, magno impetu & alacritate os intrantem: illis autem vultu triſti lachrymante auerſo, manibus ac pedibus renitentem velut inuitum, & coactum ingredi. Quo miraculo de Myſterio Sacramenti ab ipſo Carolo Magno inſtructus, cum tota Saxonia baptiſma ſuſcepit. Ex quibus omnibus ſatis ſuperque probatum eſt, nefandum eſſe & grauiſſimum ſcelus indignè communicantium, qui ingratiſſimi ſunt Sacramento totius gratiæ, qui in Deum ipſum immediatè peccant, qui ſacrilegio horrendo ſe commaculant, & ad myſterium charitatis & vnionis ſcindunt, & diuidunt vnionem, & quod intolerabilius eſt, putidiores cadaueribus, ſcatentes conſcientiæ vermibus, auſu temerario ſe viuo ac viuifico & glorioſo corpori & ſanguini Domini commiſcere præſumunt, & ſic in ſeipſos crudeles, non diiudicantes corpus Domini, iudicium ſibi manducant & bibunt.

Baron. to.9.an. 785.

Iam cùm iudicium ſtatu cauſæ & reatus cognito, « pro menſura peccati plagarum modum imponat. » Quâ pœnâ dignum eſſe pronuntiabit huiuſcemodi peccantem. Optatus Mileuitanus de perſecutione Vvandalica tractans, narrat Vvandalos ſanctiſſimum Sacramentum ſuis edendum canibus proieciſſe. Quo in rabiem acti canes, iuſto Dei iudicio in Dominos inſilientes, eos miſerè diſcerptos, lania-

Deut. 25.2. Optat. Mileu. l. 1. de perſec. Vvand.

toſque vorauerunt. « Nolite ſanctum dare canibus.» Matth. 7.6.
Horretis dum refero, & Deo tantæ impietatis vltori applauditis. Sed numquid relabentem, & impœnitentem, ac nihilominus frequenter etiam communicantem, canibus ac ſuibus meritiſſimè compono, Apoſtolo ſubſcribente, « canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. » Rem notatu dignam profero. Manna ſanctiſſimi figura Sacramenti coriandro ſimile dicitur, « erat autem Man, quaſi ſemen coriandri, verſio ex Septuaginta pro bdellio ſubiicit, & ſpecies eius, ſpecies cryſtalli. » Proinde coriandro albo ſimile. De quo narrant Phyſici, ab homine creatura rationali proſpero effectu comedi; eſt enim confortatiuum cerebri: à canibus autem infauſto exitu: turbatur enim quadrupedum cerebrum eſu coriandri albi, & animalia quadrupedia vertuntur in furorem. Audio Chriſtum in pſalte loquentem: « Circumdederunt me canes multi. » Non ſemper in malo accipiendi ſunt canes. Alioquin non deprehenderentur apud Prophetam, canes neſcientes latrare, & amantes dormitare, profecto enim & laudabiles canes eſſent; ſi & latrare ſcirent, & vigilare amarent. Et certè illi trecenti in numero per crucis (T ſcilicet, apud Græcos trecenteſimum numerum ſignificante) ſacratiſſimo non eligerentur ad victoriam faciendam, qui tanquam canes lamberent aquam, niſi aliquid magnum ſignificarent, (ſignificabant autem vtentes hoc mundo tanquam non vtantur, nec incubando, ſed pertranſeundo, rebus mundi præterlabentibus vtentes. Boni etiam ſunt canes, Lazari vlcera, id eſt, proximi damna ex charitate lingentes, & medicantes; & Chriſti vulnera, in Lazaro figurati, in ipſo Sacramento deoſculantes, qui priùs Æthyopes nigredine peccati, & inimici Dei, coram illo procidunt, &

Marginal notes: 2. Petr. 2.22. — Num. 11.7. — Pſ. 21.17 — Aug. ep. 59. — Eſa. 56. 10. — Iudic. 7.6. — 1. Cor. 7.31. — Pſ. 71.9

terram eius, hoc eſt humanitatem, de terra promiſſa virginis, ortam lingant.) Vigilant enim, & latrant boni canes, & pro domo, & pro Domino, & pro grege, & pro paſtore. Denique & hîc in Eccleſiæ laudibus cùm prophetia exereretur, lingua canum eſt commemorata, non dentes. Tuorum autem canum dixit ex inimicis: id eſt, vt qui erant inimici tui, fierent canes tui, & latrarent pro te, qui ſæuiebant in te. Addidit autem ab ipſo, vt non à ſeipſis hoc factum intelligerent, ſed ab ipſo, id eſt, miſericordiâ eius & gratiâ.» Canes igitur multi in altaris menſa Chriſtum circumdant, vt manna ſimile coriandro albo comedant, ſed effectu diſpari. Canes Eccli. 15. 3. enim bonos & rationales confortat cerebro, «cibat eos pane vitæ & intellectus, pane, inquam, robuſtorum & fortium.» Sed irrationales & immundi ca- Phil. 3. 2 iuxta Syr. nes, « cauete canes videte malos operarios mali, foris canes» immundi, ne vos in rabiem acti canibus Apoc. 22. 15. datâ prædâ inferni, diſcerpamini, aut iuſto Dei iu- Pſ. 68. 23. dicio Iudæ ſimiles, mensâ vobis in laqueum factâ, in vos ipſos crudeliter ſæuiatis, & ſicut palea ex area Cypr. de Cœn. Dom. à P. eiecti igni inextinguibili ardeatis. Cyprianus id de Iuda aſſeruit: « Manifeſtata, inquit, ſpiritalis, & corporalis cibi diſtantiâ, aliud fuiſſe quòd priùs eſt appoſitum & conſumptum (id eſt, Agnus paſchalis in cœna legali) aliud quod à magiſtro datum eſt & diſtributum, quando cibi illi qui erant ad diem feſtum parati, à conueſcentibus Apoſtolis ſumebantur, veteris paſchæ agebatur memoria, nec dum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente, & occupante animam eius, egredi cogebatur. Sed vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit, parricidalis animus vim tanti Sacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exſufflatus eſt; & præceps cucurrit,

(vt canis rabidus ſumpto coriandro,) cucurrit ad proditionem, & pretium, ad deſperationem & laqueum.» Nec minus manet indignè communicantes ſupplicium. Alexander non immeritò ſeuerus, Nicephor. lapſam fortè; dum in ora fluminis ambularet, coronam in fluuium, quidam mergulus, gratum Principi præſtare ſe credens obſequium, datus in præceps, vt ex aquæ profundo faciliùs enataret, ſuo capiti impoſuit, quem ſubitò pro mercede qualiſcumque irreuerentiæ, capite mulctari iuſſit. Quæ Chriſti corona, niſi diadema carnis, quo eum coronauit mater ſua, in die deſponſationis, quo noſtram in eius Cant. 3. 11. vtero ſibi naturam Dei Filius inſolubili fœdere copulauit. Et tu ſacrilege hanc purpuram, hanc coronam immundis manibus, corde, capite, corpore, ſordibus inquinatus impunè tractabis? Dum efferretur corpus Eudoxiæ Heraclij Imperatoris vxoris, quædam Baron. an. 611 puella caſu per feneſtram in eius feretrum expuit, & ſtatim apprehenſa viua in ignem proiecta eſt. Et tu memoriale mortis Domini « ſepulchro gutturis patente» plenus cadaueribus mortuorum, Pſ. 5. 11. id eſt peccatorum, indignè recipies? cœno fœtenti luxuriæ, auaritiæ, &c. immerges, & ignes æternæ gehennæ non formidabis? Baltari profanum vinum in ſacris vaſis potanti ſententia condemnationis eadem nocte exequenda ſcribitur, & tu in profano corporis & animæ vaſe, corpus & ſanguinem ſummi Regis excipiens eâdem horâ & momento iudicium tibi non manducabis & bibes? Ah video hominem veſtitum lineis, Chriſtum ipſum candidâ hu- Ezech. 9. manitatis veſte byſſinâ, de virginea terra nata veſtitum, cum atramentario ad renes, mortis æternæ Paſchaſ. l. de corp. Chriſti. cap. 8. ſententiam contra te ſcribentem, ſtipatum ſex viris, vaſa interfectionis habentibus in manu ſua, hoc eſt omnibus creaturis opere ſex dierum creatis, ad vltio-

nem pro Domino & Creatore contra te inſurgentibus armatis. Paſchaſius: « Stat, inquit, cum atramentario, vt omnium peccata deſcribat, maximè dum ad altare veniunt. » Nadab & Abiud, quòd
Leuit. 1. 2. alienum portauerant ignem, diuino igni altaris referuntur extincti: & tu cum profano concupiſcentiæ igne non trepidas ad altare diuinum accedere. Surdus es? Non audis Chriſtum de altari dicentem:
Leuit. 26 2. « Pauete ad Sanctuarium meum.) Et rurſum, « qui
Baſil. l. 2. de Bapt. appropinquant mihi, appropinquant igni. » Et Baſilius ex Leuitico: « Omnis homo qui acceſſerit de
Leuit. 22. 3. ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, in quo eſt immunditia, peribit corã DOMINO. Ego ſum DOMINUS. Si, inquit, tales minæ contra eos qui in figurâm peccabant, quales iræ & vindictæ manent eos qui in ipſam veritatem? Quid dicendum de eo qui in tantum myſterium temerarius eſt. Quantò Domini corpus excellentius eſt, quàm arietes & tauri? » Si in Iconoclaſtas tam durè & promptè ſæuiit, vt pluries retorto in imagines gladio, repente percuſſerit impios, quid faciet in proprij corporis reos, & qui Lothario Francorum Regi Euchariſtiâ ſumptâ falsò iurando ſe Vvaldradem concubinam demiſiſſe paulo poſt Papiæ mortem improuiſam intulit, & omnes aulicos
Bern. Hab. 1. 10. pariter pro Rege peierantes intra annum morte percuſſit; « qui diſcernit inter ſtellas, non diſcernet in-
Iob. 12. 18. ter glebas? cuius Reges & tyranni ridiculi ſunt, & ſoluit balteum principum & fune ſuccingit lumbos eorum. » Viliores forſitan à tanti ſacrilegij reatu ex-
Hebr. 10. 29. cipiet vermiculos. Quantò grauiora putas mereri
Gal. 6. 7. ſupplicia, « qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit: nolite errare,
Prou. 31. 1. Deus non irridetur: ſediſti ad menſam principis, attende diligenter quæ appoſita ſunt ante faciem tuam & ſtatue cultrum, alij cultros gutturi tuo »

nec enim vnâ pœnâ vel morte dignus est semel indignè communicans; & miror cœlo fulminante non conteri, terrâ dehiscente non sorberi, à dæmoniis non corripi, ab Angelis non iugulari, ab omnibus denique creaturis non in nihilum redigi, sed expectat pœnitentem, ne in æternum damnet sceleratum impœnitentem.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Attende quàm iustè Paulus tantum Sacramentum recepturis inculcet ne, iudicium manducent, qui corpus Domini non diiudicant, & à communibus cibis non discriminant. « Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. » 1. Cor. 11. 28. In aliis Regum mensis apponendorum eis ciborum fit præuia ministris prælibatio & probatio, ne fortè quid veneni fuerit admixtum. In mensa autem Regis Regum non esca ipsa, sed escam suscepturi diligenti examine probandi sunt, ne indignè suscipiant, pro vita aliàs mortem & iudicium recepturi. Esca quippe ab ipso primùm Rege seipsum communicante, deinde ab Apostolis sumpta, probatissima est. Et hîc miror sacramentariorum Hæreticorum insaniam, qui ad cœnam sine vlla probatione præuisa, sine vlla ceremonia accedunt. Rogo panis quem accipiunt, vel communis est, & sic nulla est requisita probatio, & quæro ab eis, si communis est, quomodo iudicium manducant inter eos, qui communem panem indignè recipiunt? Deinde peto ab eis, cùm Paulus exigat à sumente panem, vt eum à communi discernat, quo quidem verbo magnam huius ab omni alio pane differentiam significat, quâ notâ diiudicant & discernunt? Panes certè propositionis à laïcis differebant. Nam Achimelech Dauid petenti communem panem, respondit se non habere laïcos,

ſed tantùm panes propoſitionis, quibus niſi extra extremam neceſſitatem veſci licebat, niſi ſolis ſacerdotibus, qui tamen erant tantùm figuræ panis viui qui de cœlo deſcendit. Vrgeo Miniſtrum, num ipſe & ſui ſodales pridie abſtineant thoro, ſicut Abimelech interrogauit ipſum David, num mundi eſſent pueri, maximè à mulieribus, quaſi ſordibus maioris cum Sacramento mundiſſimo repugnantiæ: vnde & boum negotiatore, & villæ emptore modeſtè ſaltem ſe excuſantibus à cœna, & dicentibus,
Luc.14. 19. « rogo te, habe me excuſatum » crudè nimis inuitatori reſpondit, qui dixit, « Vxorem duxi, & ideo
Ibid. 20. non poſſum venire. » Et David reſpondit: « Et quidem heri & nudiuſtertius abſtinuimus à mulieribus, &
1. Reg. 21. 5. fuerunt vaſa puerorum ſancta, ſed & hodie ſanctificabimur in vaſis. » An qui in peccato mortali nudum ac ſimplicem panem edit, mortaliter peccat, iudiciumque ſibi manducat. Sed fide, inquiunt, non re in cœna noſtra ſumimus corpus Chriſti & ſolam eius figuram non veritatem. Quæro iterum, & vltro ſuppono, vos hunc panem ſumere, quem dicit Paulus, & eodem ſenſu quo intellexit Apoſtolus. Debetis ergo vos probare ſicut iubet Apoſtolus: quæ ergo probatio veſtra? Fidei dicitis quâ Chriſtum creditis pro vobis mortuum: cuius mortis memoriam cùm fide in cœna recolitis. Peto an actus fidei in peccato mortali elicitus, ſit non tantùm illicitus, ſed & mortalis? « Cùm iuſtus ex fide viuat, » vel eâ adhuc informi, viuat, inquam, ſaltem inchoatiuè ex ea. Certum igitur eſt iudicium manducari ab indigno, non quia fide ſignum & figuram nudam corporis & ſanguinis Domini ſuſcipit, ſed quia ipſum corpus Domini ſuſcipit in ſtatu peccati mortalis. Nec
1. Cor. 11. 28. dixit Apoſtolus reus erit ſigni & figuræ corporis; aut qui manducat & bibit ſignum corporis & ſanguinis:

Sed, qui manducat hunc ſignatè panem, & bibit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Secvnda Reflexio. Quantò grauiùs Hæretico peccat Sacerdos, qui credens ſe verè conſecraturum corpus & ſanguinem Chriſti, & vtrumque ſumpturum, reus peccati lethalis, abſque condigna pœnitentia, ad altare ſacra facturus accedit. Hieronymum audiat: « Non ſolùm ab opere immundo abſtineat, ſed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore, mens Chriſti corpus confectura ſit libera. » Quia ab intentione Sacerdotis pendet conſecratio, cui nihil terrenum, aut lucrum ſapiens, aut vanitatem, immiſcere debet miniſter altaris. Quod arguit Damianus in pleriſque: « cùm paſſus ſit Dominus in cruce pro ſalute mundi, nunc mactatur in altari pro vnius commodo & facultate preſbyteri, &c. Eant preſbyteri, & pro lucris huius vitæ ſacris ſe altaribus ingerant. Eant, inquam, & ſe ſuoſque dumtaxat reficiant, & poſtmodum medullis ſuis ignis æterni voraginem paſcant. »

Hiero. in c. 1. ep. ad Tit.

Dam.

Tertia Reflexio. Quicumque porro communicaturus accedit, probet diligenter ſemetipſum, & vt ait Chryſoſtomus, ſimilis ſit tribus pueris coram rege Babylonio miniſtrantibus, « in quibus nulla erat macula, decori formâ, eruditi omni ſapientiâ; quantò magis, inquit, aſtantes menſæ Dei. In menſa principum probatur cibus, hic teipſum proba. Si victimam nocentem parare non potes, qualia te oportet præparare, macta nocentem. » Scythæ quotannis in vno & celebri conuiuio, non admittebant, ſed cum ignominia eiiciebant eum qui in bello aliquem ex hoſtibus non occidiſſet. Tu macta peccatum, ne cum iniquis deputes Chriſtum, eumque inter latrones crucifigas. Addo, nec pec-

Chryſoſt. ex Dam.

Herodot.

catum veniale; cui affectu adhoreas, nec quidquam quod oculos regis offendat domi vel foris habeas. Quod vt præſtes, proba teipſum exacto examine
Iob.3. 24. præuio, & confeſſione ſacramentali. Cum ſancto Iob: « ſuſpira antequam comedas » cum Ruth:
Ruth.2. 14. « intinge buccellam tuam in aceto.» Cum Iſraëlitis toto mari rubro ſanguinis Chriſti mergere, & ſubmerge Ægyptios peccatorum, antequam manna comedas, cuius è cœlo lapſum ventus, terram verrens
Tertul. cont. Iud.c.3. ſordibus, præcedebat. Vnde & Tertullianus aduertit tranſitum maris rubri antequam plueret manna
1. Cor. 10. 2. Iſraeli, ſicut & Paulus: baptizatos in nube & in mari ſpiritalem eſcam, & potum ſumpſiſſe. Sic de populo Tertullianus:« Per Erythræum pelagum tranſuectus eſt, in eremo manna cibatus, quadraginta annis adinſtar æternitatis redactus, nec humanis paſſionibus contaminatus, (id eſt veſtibus & calceamentis integris manentibus, quod non ſolet fieri) aut ſæculi huius cibis paſtus, ſed Angelorum panibus
Aug.tr. 11.in Io. 3. manna cibatus.» Quærit Auguſtinus: « Quando manna manducauit populus Iſraël? cùm tranſiſſet
1.Cor. 10. 2. mare rubrum. Mare autem rubrum quid ſignificet, audi Apoſtolum, in Moſe baptiſati ſunt in nube & in mari. Si ergo figura maris tantùm valuit, ſpecies baptiſmi quantùm valebit? Si quod geſtum eſt in figura, traiectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui, traiecto populo ſuo? &c. Quo traiiciebat? Ad manna. Quod eſt manna? Ego ſum, inquit, panis viuus qui de cœ-
1. Petr. 2.2. lo deſcendi.» Sicut ergo recèns baptiſati, « quaſi modo geniti infantes rationales, ſine dolo (ſine fictione & hypocryſi) lac concupiſcite.» Innocen-
1. Par. 18. 8. tiam baptiſmalem, ſi integram non poteſtis, per mare pœnitentiæ reparatam abluti proferte. Victimam carnis & cordis in mari æneo abluite.

QVAR-

QVARTA REFLEXIO. Sed & præter gratiam reparatam, dignum virtutum omnium apparatum, & ſimilem virtutibus Chriſti ad menſam eius [P. 44. 10.] accumbentes aptate, vt cum regina in veſtitu deaurato circumdata varietate virtutum accumbatis, [Pſalm. 131. 9.] excitate fidem, erigite ſpem, charitatem accendite, [Prou. 23. 1.] induimini iuſtitiam, accingimini fortitudine, cum prudentia quid apponitur diligenter attendite, & præuiâ temperantiâ, ieiuni, & caſti, panem Angelorum comedite. Nec vos turbet tantus apparatus, neque enim veſtris ſumptibus, ſed Patris cœleſtis: & primò veſtes, & calceamenta, cum annulo, recepto prodigo, contrito priùs, & pœnitenti & ſeruo manumiſſo, cuncta neceſſaria ad ſuperabundantiam dabit. « Recordatur Patris Dei, ſatisfacto redit, veſtem priſtinam recipit, ſtatum ſcilicet eum, [Tertul. de pudic. c. 9.] quē Adam tranſgreſſus amiſerat. Annulū quoque accipit tunc primum, quo fidei pactionem interrogatus obſignat. Atque ita exinde, opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtiâ ſcilicet. » De ſeruo autem manumiſſo idem Tertullianus. « Oro te, ſi [Tertul. de Reſurr. c. 57.] famulum tuum libertate mutaueris; &c. & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine ac tribu, menſâque honoratur. Permitte hanc [Manut. l. 3. c. 1. Alex. Neap. l. 2. c. 19.] & Deo poteſtatem. » Legibus quidem Romanis vtentes togam albam induiſſe proindéque ſeruos manumiſſos, hoc ciuium iure potitos, author eſt [Cujac. ad tit. Pand. de excuſ. a. l. 1. Idem in l. 50. ff. tit. 10. de iu e aur. annul.] Manutius. De aureo annulo Alexander Neapolitanus, « erat, inquit, conſtitutum, vt qui libertas annulo donaretur, exploſo veteri nomine, equeſtre ſumeret. » Et Cujacius. « Libertus qui ius annulorum impetrauit, pro ingenuo habetur, vt datio teneat, id eſt, vt datus ei tutor ingenuus non excuſet ſe, &c. » Et rurſus, « Si ius anulorum aureorum à Principe impetrauerit id eſt equeſtrem dignitatem, aut bene-

ficium, equeſtri dignitati compar. Hac enim dignitate quæſitâ deponebant ferreum annulū, ſumebant aureum. » Quod ad patroni nomen, aſſumebant ſerui manumiſſi nomen ſui mauumiſſoris, vt patet exemplis à Cicerone allatis. Demus & hanc Deo poteſtatem, vt peccatori per pœnitentiam manumiſſo depoſitis ãnulis & cathenis ferreis ſeruitutis factus ingenuus, amicus Dei, & filius, patroni ſui nomine donetur, & eius tribu & menſâ Euchariſticâ albis indutus honoretur. « Quis enim, vt ait Cicero, vnquam cœnauit atratus? » Et quidem cum ſacrificantes cereri albis indutæ procederent, « ob cultum omnia candidatum & ob notam vittæ & priuilegium galeri (quia capite tecto erant galero albo) cereri initiantur. » Quantò magis verò frumenti electorum Chriſto largitori conſecrati, ab eo veſte candidâ induentur: « Ambulabunt mecum in albis quoniam digni ſunt. » Quantò enim iuſtiùs Philoſopho Pericle de munda veſte ſugillato ab aliquo Cynico, à formoſiſſimo iuuene ad conuiuium inuitato dicemus: « Sine, decet, vt pulcher ad pulchrum vadam. » Dicamus ergo cùm Sponſa: « Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, totus deſiderabilis. » Nec præteribo, quod adnotauit Gregorius, Agnum Paſchalem figuram Sacramenti, lunâ decimâ quartâ iuſſum comedi cum nullæ tenebræ ſunt. Tunc enim occidente ſole oritur luna plena. Siue quòd in hoc myſterio occidente ſole rationis, luna fidei nocti præſidens, & obſcuritati myſterij profundæ, debeat intellectui dominari: ſiue quod nullæ debeant in participante huic menſæ eſſe tenebræ peccati. Neque verò ſolâ peccati carentiâ luce gratiæ, & candore innòcentiæ debet eſſe cõtenta probati communicantis anima: ſed inſuper vt orta luna innumerarum ſtellarum choro ſtipatur,

Cic. lib. 4. ad Attic.

Cic. ad Affric.

Tertul. de idol. cap. 4.

Apoc. 3. 4.

Cant. 1. 14.

Cant. 5. 10. 16. 16.

Greg. Nyſſen.

ſic illa virtutum ſit omnium firmamentum, vt reſ- Pſ.104.
pondeat firmamento panis, & Domino virtutum 16.
omnium: de quo Pſaltes: « Et erit firmamentum in Pſ.71.
terra, in ſummis montium (vel vt alij transferunt) 16.
placenta tritici, in capitibus Sacerdotum. » Quod
impletur ad litteram, dum conſecratam ſuper ca-
put ſuum eleuant hoſtiam. Et quid putas cauſæ fuiſ-
ſe cur cùm quartâ die opificij mundi « Spiritus Do- Iob. 25.
mini ornauerit cœlos, & ſpiritu oris eius omnis vir- 13.
tus eorum, » elaborata ſit: ante tamen, hoc eſt ter- Pſ.32.6.
tiâ die terra amœniſſimô viriditatis graminis tapete
conſtrata, mille diſtincta floribus, innumeris con-
ſita arboribus? Anaſtaſius Synaïta reſpondet: « An- Anaſt.
te, inquit, Deus ornauit terram, quàm cœlum, Synait.
tanquam ſit terra ante cœlum, ditata Chriſti myſte- lib.4.in
rio & aduentu. » Priùs enim « Veritas de terra or- Hexa.
ta eſt, Chriſtus de terra natus eſt » & Nazaræus Pſ. 84.
flos campi, & lilium conuallium, in Nazareth de 12.
lilio inter ſpinas, quàm transferretur in cœlum. Vt Aug.
diſcamus omnibus vernare virtutum floribus, nec ibid.
Angelis in apparatu cedere, qui tanto plauſu paſcen- Cant.2.
dum inter ſe velut lilia regium & triumphale lilium, 1.
& « candorem lucis æternæ » ſuſceperunt. Ibid. 2. Sap. 26.

Tandem vt de timore tractans, cum timore con-
cludam tremorem terræ Chriſto reſurgente cum
Chryſoſtomo penſito. « Depoſitum, inquit, cum Chry-
tremore reddidit. » Et lego cum Pſalte: « Terra tre- ſoſt.
muit & quieuit. Si ſic terra tremuit, cùm ſuorum Pſ.75.9.
Dominus reſurgit ad veniam, quemadmodum con- Chry-
tremiſcet, cum noxiorum conſurget ad pœnam? ſol. ſer.
Dicente Prophetâ terra tremuit, &c. Et quæ con- 77.
ſerui, hoc eſt Angeli præſentiam ſuſtinere non va-
luit, quemadmodum Deum iudicem ſuſtinebit? »
O Pater & Iudex, quanti factus ſum depoſiti cuſtos!
Mortuum terra ſuſcepit; & viuum cum tremore

redddidit: viuum recipio, heu quàm vereor & tremo, ne mortem annuntians, reus sim mortis, ac per hoc iudicij. O cœlum & terra, vestra mihi Angeli lumina, & terra ornamenta aptate, vt dignè tantum depositum excipiens, & panem viuum Angelorum in Eucharistica mensa accipiens, beatus in regno Dei eundem panem absque Sacramento, & Ps. 35.9. vinum nouum de torrente voluptatis bibere merear. Amen.

IN FESTO S. BARNABÆ Apostoli.

Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Psalm. 46.

DEos suos vana & superstitiosa Gentilitas perperam dictos immortales, propter immarcessibilitatem, amarantho coronabant. Petrus verò, sanctos « diuinæ factos consortes naturæ, amaranthinam gloriæ coronam accepturos » à iusto iudice pol-
1. Pet.5. licetur. « Cùm apparuerit, inquit, Princeps Pasto-
4. rum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam, »
1. Pet.1. qualem & vocat « conseruatam in cœlis hæredi-
4. tatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem. » Neque enim Sancti, Dij sunt fra-
1 Reg. giles, & terreni; sed à Psalte iure dicuntur: « Dij
24. fortes terræ vehementer eleuati. » Nec Ziphæis, inter quos latebat Dauid; sicut inter mundanos occultè vix parent in hoc sæculo Iusti; sunt comparandi.
D.Aug. « Si quæramus, quid interpretentur Ziphæi, inueni-
in Ps.53. mus florentes. Attende Dauid latentem: mortui

enim eſtis, dicit Apoſtolus membris Chriſti, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Iſti ergo latentes, quando erunt florentes? Cùm Chriſtus, inquit, apparuerit vita veſtra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. Quando erunt iſti florentes, tunc erunt illi Ziphæi areſcentes.» Scripturam Chryſoſtomus flos aureus Græciæ, pulchrè prato florido conferebat, mira ſanctorum exemplorum varietate diſtincto, cuius flores longè diſſimiles, in ſinu cordis contemplatione reconditi, & manibus, imitatione tractati, ætate non marceſcunt, ſed viuido ſemper odore fragrant, & vegeto colore nitent. Ita coronatus Ioanni apparuit Angelus: « Iridis ambitu ornatur, cœleſti prato » inquit Tertullianus, Chriſtum innuens, non terrenis & areſcentibus pratorum floribus, ſed imputribilibus, & cœleſtibus coronatum; qualem & Pſaltes Sponſam eius Eccleſiam, « in veſtitu deaurato circumdatam varietate conſpexit.» Si enim Paulo licuit diſcipulis eius dicere: « Gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi; » ſic ſtate incorrupti flores; non ſicut Ziphæi « manè ſicut herba florete tranſeuntes: » quantò magis Chriſtus id, omnibus Sanctis circumdatus, & coronatus dicet? Deus verus, & fortis, Nazaræorum floridiſſimum caput, « ſtans in Synagoga Deorum » circumſtantium? Inter cæteros nobis hodie annua dies ſancti Barnabæ reuoluitur, quem in Eccleſiæ prato ſplendore fulgentem, & odore ſuauiſſimo fragrantem lubet contemplari; te prius, ſummi Dei Matre, & coronatâ Sanctorum Reginâ cum Angelo ſalutatâ, quam vt « hortum concluſum » omnibus ſanctitatis omnigenæ floribus conſperſum, miſſus in Nazareth citatem florum Gabriel aggreſſus obſtupuit, dicens: Aue.

Coloſſ. 3. 3.

Chryſoſt. ho. 42. in Gen.

Tertul. de cœn. cap. 15.

Apoc. 10. 1.

Pſ. 44. 11.

Pilipp. 4. 1.

Pſ. 81. 1.

Cant. 4. 12.

Digitized by Google

terram eius, hoc eſt humanitatem, de terra promiſſa virginis, ortam lingant.) Vigilant enim, & latrant boni canes, & pro domo, & pro Domino, & pro grege, & pro paſtore. Denique & hîc in Eccleſiæ laudibus cùm prophetia exereretur, lingua canum eſt commemorata, non dentes. Tuorum autem canum dixit ex inimicis: id eſt, vt qui erant inimici tui, fierent canes tui, & latrarent pro te, qui ſæuiebant in te. Addidit autem ab ipſo, vt non à ſeipſis hoc factum intelligerent, ſed ab ipſo, id eſt, miſericordiâ eius & gratiâ.» Canes igitur multi in altaris menſa Chriſtum circumdant, vt manna ſimile coriandro albo comedant, ſed effectu diſpari. Canes

Eccli. 15. 3. enim bonos & rationales confortat cerebro, « cibat eos pane vitæ & intellectus, pane, inquam, robuſtorum & fortium.» Sed irrationales & immundi ca-

Phil. 3. 2 iuxta Syr. nes, « cauete canes videte malos operarios mali, foris canes » immundi, ne vos in rabiem acti canibus

Apoc. 22. 15. datâ prædâ inferni, diſcerpamini, aut iuſto Dei iu-

Pſ. 68. 23. dicio Iudæ ſimiles, menſâ vobis in laqueum factâ, in vos ipſos crudeliter ſæuiatis, & ſicut palea ex area

Cypr. de Cœn. Dom. à P. eiecti igni inextinguibili ardeatis. Cyprianus id de Iuda aſſeruit: « Manifeſtata, inquit, ſpiritalis, & corporalis cibi diſtantiâ, aliud fuiſſe quòd priùs eſt appoſitum & conſumptum (id eſt, Agnus paſchalis in cœna legali) aliud quod à magiſtro datum eſt & diſtributum, quando cibi illi qui erant ad diem feſtum parati, à conueſcentibus Apoſtolis ſumebantur, veteris paſchæ agebatur memoria, nec dum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente, & occupante animam eius, egredi cogebatur. Sed vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit, parricidalis animus vim tanti Sacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exſufflatus eſt; & præceps cucurrit,

(vt canis rabidus ſumpto coriandro,) cucurrit ad proditionem, & pretium, ad deſperationem & laqueum.» Nec minus manet indignè communicantes ſupplicium. Alexander non immeritò ſeuerus, lapſam fortè; dum in ora fluminis ambularet, coronam in fluuium, quidam mergulus, gratum Principi præſtare ſe credens obſequium, datus in præceps, vt ex aquæ profundo faciliùs enataret, ſuo capiti impoſuit, quem ſubitò pro mercede qualiſcumque irreuerentiæ, capite mulctari iuſſit. Quæ Chriſti corona, niſi diadema carnis, quo eum coronauit mater ſua, in die deſponſationis, quo noſtram in eius vtero ſibi naturam Dei Filius inſolubili fœdere copulauit. Et tu ſacrilege hanc purpuram, hanc coronam immundis manibus, corde, capite, corpore, ſordibus inquinatus impunè tractabis? Dum efferretur corpus Eudoxiæ Heraclij Imperatoris vxoris, quædam puella caſu per feneſtram in eius feretrum expuit, & ſtatim apprehenſa viua in ignem proiecta eſt. Et tu memoriale mortis Domini « ſepulchro gutturis patente » plenus cadaueribus mortuorum, id eſt peccatorum, indignè recipies? cœno fœtenti luxuriæ, auaritiæ, &c. immerges, & ignes æternæ gehennæ non formidabis? Baltari profanum vinum in ſacris vaſis potanti ſententia condemnationis eadem nocte exequenda ſcribitur, & tu in profano corporis & animæ vaſe, corpus & ſanguinem ſummi Regis excipiens eâdem horâ & momento iudicium tibi non manducabis & bibes? Ah video hominem veſtitum lineis, Chriſtum ipſum candidâ humanitatis veſte byſſinâ, de virginea terra nata veſtitum, cum atramentario ad renes, mortis æternæ ſententiam contra te ſcribentem, ſtipatum ſex viris, vaſa interfectionis habentibus in manu ſua, hoc eſt omnibus creaturis opere ſex dierum creatis, ad vltio-

Nicephor.

Cant. 3. 11.

Baron. an. 611

Pſ. 5. 11.

Ezech. 9.

Paſchaſ. l. de corp. Chriſti. cap. 8.

Digitized by Google

nem pro Domino & Creatore contra te inſurgentibus armatis. Paſchaſius: « Stat, inquit, cum atramentario, vt omnium peccata deſcribat, maximè
Leuit.1. 2. dum ad altare veniunt.» Nadab & Abiud, quòd alienum portauerant ignem, diuino igni altaris referuntur extincti: & tu cum profano concupiſcentiæ igne non trepidas ad altare diuinum accedere. Sur-
Leuit. 26 2. dus es? Non audis Chriſtum de altari dicentem: « Pauete ad Sanctuarium meum.) Et rurſum,« qui
Baſil. l. 2. de Bapt. appropinquant mihi, appropinquant igni.» Et Baſilius ex Leuitico: « Omnis homo qui acceſſerit de
Leu t. 22. 3. ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, in quo eſt immunditia, peribit corā Domino. Ego ſum Dominus. Si, inquit, tales minæ contra eos qui in figurâm peccabant, quales iræ & vindictæ manent eos qui in ipſam veritatem? Quid dicendum de eo qui in tantum myſterium temerarius eſt. Quantò Domini corpus excellentius eſt, quàm arietes & tauri?» Si in Iconoclaſtas tam durè & promptè ſæuiit, vt pluries retorto in imagines gladio, repente percuſſerit impios, quid faciet in proprij corporis reos, & qui Lothario Francorum Regi Euchariſtiâ ſumptâ falsò iurando ſe Vvaldradem concubinam demiſiſſe paulo poſt Papiæ mortem improuiſam intulit, & omnes aulicos
Bern. Hab. 1. 10. Iob. 12. 18. pariter pro Rege peierantes intra annum morte percuſſit; « qui diſcernit inter ſtellas, non diſcernet inter glebas? cuius Reges & tyranni ridiculi ſunt, & ſoluit balteum principum & fune ſuccingit lumbos eorum.» Viliores forſitan à tanti ſacrilegij reatu ex-
Hebr. 10. 29. Gal. 6. 7. cipiet vermiculos. Quantò grauiora putas mereri ſupplicia, « qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit: nolite errare,
Prou. 31. 1. Deus non irridetur: ſediſti ad menſam principis, àttende diligenter quæ appoſita ſunt ante faciem tuam & ſtatue cultrum, alij cultros gutturi tuo »

nec enim vnâ pœnâ vel morte dignus est semel indignè communicans; & miror cœlo fulminante non conteri, terrâ dehiscente non sorberi, à dæmoniis non corripi, ab Angelis non iugulari, ab omnibus denique creaturis non in nihilum redigi, sed expectat pœnitentem, ne in æternum damnet sceleratum impœnitentem.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Attende quàm iustè Paulus tantum Sacramentum recepturis inculcet ne, iudicium manducent, qui corpus Domini non diiudicant, & à communibus cibis non discriminant. « Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. » 1.Cor. 11. 28.
In aliis Regum mensis apponendorum eis ciborum fit præuia ministris prælibatio & probatio, ne fortè quid veneni fuerit admixtum. In mensa autem Regis Regum non esca ipsa, sed escam suscepturi diligenti examine probandi sunt, ne indignè suscipiant, pro vita aliàs mortem & iudicium recepturi. Esca quippe ab ipso primùm Rege seipsum communicante, deinde ab Apostolis sumpta, probatissima est. Et hîc miror sacramentariorum Hæreticorum insaniam, qui ad cœnam sine vlla probatione præuisa, sine vlla ceremonia accedunt. Rogo panis quem accipiunt, vel communis est, & sic nulla est requisita probatio, & quæro ab eis, si communis est, quomodo iudicium manducant inter eos, qui communem panem indignè recipiunt? Deinde peto ab eis, cùm Paulus exigat à sumente panem, vt eum à communi discernat, quo quidem verbo magnam huius ab omni alio pane differentiam significat, quâ notâ diiudicant & discernunt? Panes certè propositionis à laïcis differebant. Nam Achimelech Dauid petenti communem panem, respondit se non habere laïcos,

ſed tantùm panes propoſitionis, quibus niſi extra extremam neceſſitatem veſci licebat, niſi ſolis ſacerdotibus, qui tamen erant tantùm figuræ panis viui qui de cœlo deſcendit. Vrgeo Miniſtrum, num ipſe & ſui ſodales pridie abſtineant thoro, ſicut Abimelech interrogauit ipſum Dauid, num mundi eſsẽt pueri, maximè à mulieribus, quaſi ſordibus maioris cum Sacramento mundiſſimo repugnantiæ: vnde & boum negotiatore, & villæ emptore modeſtè ſaltem ſe excuſantibus à cœna, & dicentibus,
Luc.14. 19. « rogo te, habe me excuſatum » crudè nimis inuitatori reſpondit, qui dixit, « Vxorem duxi, & ideo
Ibid. 20. non poſſum venire. » Et Dauid reſpondit: « Et qui-
1. Reg. 21. 5. dẽ heri & nudiuſtertius abſtinuimus à mulieribus, & fuerunt vaſa puerorum ſancta, ſed & hodie ſanctificabimur in vaſis. » An qui in peccato mortali nudum ac ſimplicem panem edit, mortaliter peccat, iudiciumque ſibi manducat. Sed fide, inquiunt, non re in cœna noſtra ſumimus corpus Chriſti & ſolam eius figuram non veritatem. Quæro iterum, & vltro ſuppono, vos hunc panem ſumere, quem dicit Paulus, & eodem ſenſu quo intellexit Apoſtolus. Debetis ergo vos probare ſicut iubet Apoſtolus: quæ ergo probatio veſtra? Fidei dicitis quâ Chriſtum creditis pro vobis mortuum: cuius mortis memoriam cùm fide in cœna recolitis. Peto an actus fidei in peccato mortali elicitus, ſit non tantùm illicitus, ſed & mortalis? « Cùm iuſtus ex fide viuat, » vel eâ adhuc informi, viuat, inquam, ſaltem inchoatiuè ex ea. Certum igitur eſt iudicium manducari ab indigno, non quia fide ſignum & figuram nudam corporis & ſanguinis Domini ſuſcipit, ſed quia ipſum corpus Domini ſuſcipit in ſtatu peccati mortalis. Nec
1. Cor. 11. 28. dixit Apoſtolus reus erit ſigni & figuræ corporis; aut qui manducat & bibit ſignum corporis & ſanguinis:

Sed, qui manducat hunc ſignatè panem, & bibit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Secunda Reflexio. Quantò grauiùs Hæretico peccat Sacerdos, qui credens ſe verè conſecraturum corpus & ſanguinem Chriſti, & vtrumque ſumpturum, reus peccati lethalis, abſque condigna pœnitentia, ad altare ſacra facturus accedit. Hieronymum audiat: « Non ſolùm ab opere immundo abſtineat, ſed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore, mens Chriſti corpus confectura ſit libera. » Quia ab intentione Sacerdotis pendet conſecratio, cui nihil terrenum, aut lucrum ſapiens, aut vanitatem, immiſcere debet miniſter altaris. Quod arguit Damianus in pleriſque: « cùm paſſus ſit Dominus in cruce pro ſalute mundi, nunc mactatur in altari pro vnius commodo & facultate presbyteri, &c. Eant presbyteri, & pro lucris huius vitæ ſacris ſe altaribus ingerant. Eant, inquam, & ſe ſuoſque dumtaxat reficiant, & poſtmodum medullis ſuis ignis æterni voraginem paſcant. »

Hiero. in c. 1. ep. ad Tit.

Dam.

Tertia Reflexio. Quicumque porro communicaturus accedit, probet diligenter ſemetipſum, & vt ait Chryſoſtomus, ſimilis ſit tribus pueris coram rege Babylonio miniſtrantibus, « in quibus nulla erat macula, decori formâ, eruditi omni ſapientiâ; quantò magis, inquit, aſtantes menſæ Dei. In menſa principum probatur cibus, hic teipſum proba. Si victimam nocentem parare non potes, qualia te oportet præparare, macta nocentem. » Scythæ quotannis in vno & celebri conuiuio, non admittebant, ſed cum ignominia eiiciebant eum qui in bello aliquem ex hoſtibus non occidiſſet. Tu macta peccatum, ne cum iniquis deputes Chriſtum, eumque inter latrones crucifigas. Addo, nec pec-

Chryſoſt. ex Dam.

Herodot.

catum veniale; cui affectu adhoreas, nec quidquam quod oculos regis offendat domi vel foris habeas. Quod vt præſtes, proba teipſum exacto examine præuio, & confeſſione ſacramentali. Cum ſancto Iob: « ſuſpira antequam comedas » cum Ruth: « intinge buccellam tuam in aceto. » Cum Iſraëlitis toto mari rubro ſanguinis Chriſti mergere, & ſubmerge Ægyptios peccatorum, antequam manna comedas, cuius è cœlo lapſum ventus, terram verrens ſordibus, præcedebat. Vnde & Tertullianus aduertit tranſitum maris rubri antequam plueret manna Iſraeli, ſicut & Paulus: baptizatos in nube & in mari ſpiritalem eſcam, & potum ſumpſiſſe. Sic de populo Tertullianus: « Per Erythræum pelagum tranſuectus eſt, in eremo manna cibatus, quadraginta annis adinſtar æternitatis redactus, nec humanis paſſionibus contaminatus, (id eſt veſtibus & calceamentis integris manentibus, quod non ſolet fieri) aut ſæculi huius cibis paſtus, ſed Angelorum panibus manna cibatus. » Quærit Auguſtinus: « Quando manna manducauit populus Iſraël? cùm tranſiſſet mare rubrum. Mare autem rubrum quid ſignificet, audi Apoſtolum, in Moſe baptiſati ſunt in nube & in mari. Si ergo figura maris tantùm valuit, ſpecies baptiſmi quantùm valebit? Si quod geſtum eſt in figura, traiectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui, traiecto populo ſuo? &c. Quo traiiciebat? Ad manna. Quod eſt manna? Ego ſum, inquit, panis viuus qui de cœlo deſcendi. » Sicut ergo recèns baptiſati, « quaſi modo geniti infantes rationales, ſine dolo (ſine fictione & hypocryſi) lac concupiſcite. » Innocentiam baptiſmalem, ſi integram non poteſtis, per mare pœnitentiæ reparatam abluti proferte. Victimam carnis & cordis in mari æneo abluite.

Iob. 3. 24. Ruth. 2. 14. Tertul. cont. Iud. c. 3. 1. Cor. 10. 2. Aug. tr. 11. in Io. 3. 1. Cor. 10. 2. 1. Petr. 2. 2. 1. Par. 18. 8.

QVAR-

QVARTA REFLEXIO. Sed & præter gratiam reparatam, dignum virtutum omnium apparatum, & ſimilem virtutibus Chriſti ad menſam eius accumbentes aptate, vt cum regina in veſtitu deaurato circumdata varietate virtutum accumbatis, excitate fidem, erigite ſpem, charitatem accendite, induimini iuſtitiam, accingimini fortitudine, cum prudentia quid apponitur diligenter attendite, & præuiâ temperantiâ, ieiuni, & caſti, panem Angelorum comedite. Nec vos turbet tantus apparatus, neque enim veſtris ſumptibus, ſed Patris cœleſtis: & primò veſtes, & calceamenta, cum annulo, recepto prodigo, contrito priùs, & pœnitenti & ſeruo manumiſſo, cuncta neceſſaria ad ſuperabundantiam dabit. « Recordatur Patris Dei, ſatisfacto redit, veſtem priſtinam recipit, ſtatum ſcilicet eum, quẽ Adam transgreſſus amiſerat. Annulũ quoque accipit tunc primum, quo fidei pactionem interrogatus obſignat. Atque ita exinde, opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtiâ ſcilicet. » De ſeruo autem manumiſſo idem Tertullianus. « Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaueris; &c. & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine ac tribu, menſâque honoratur. Permitte hanc & Deo poteſtatem. » Legibus quidem Romanis vtentes togam albam induiſſe proindéque ſeruos manumiſſos, hoc ciuium iure potitos, author eſt Manutius. De aureo annulo Alexander Neapolitanus, « erat, inquit, conſtitutum, vt qui libertas annulo donaretur, exploſo veteri nomine, equeſtre ſumeret. » Et Cujacius. « Libertus qui ius annulorum impetrauit, pro ingenuo habetur, vt datio teneat, id eſt, vt datus ei tutor ingenuus non excuſet ſe, &c. » Et rurſus, « Si ius anulorum aureorum à Principe impetrauerit id eſt equeſtrem dignitatem, aut bene-

P. 44. 10. Pſalm. 131. 9. Prou. 23. 1.

Tertul. de pudic. c. 9.

Tertul. de Reſurr. c. 57.

Manut. l. 3. c. 1. Alex. Neap. l. 2. c. 19. Cujac. ad tit. Pand. de excuſ. ad l. 1. Idem in l. 50. ff. tit. 10. de iu e aur. annul.

ficium, equeſtri dignitati compar. Hac enim dignitate quæſitâ deponebant ferreum annulũ, ſumebant aureum.» Quod ad patroni nomen, aſſumebant ſerui manumiſſi nomen ſui mauumiſſoris, vt patet exemplis à Cicerone allatis. Demus & hanc Deo poteſtatem, vt peccatori per pœnitentiam manumiſſo depoſitis ãnulis & cathenis ferreis ſeruitutis factus ingenuus, amicus Dei, & filius, patroni ſui nomine donetur, & eius tribu & menſâ Euchariſticâ albis indutus honoretur. « Quis enim, vt ait Cicero, vnquam cœnauit atratus?» Et quidem cum ſacrificantes cereri albis indutæ procederent, « ob cultum omnia candidatum & ob notam vittæ & priuilegium galeri (quia capite tecto erant galero albo) cereri initiantur.» Quantò magis verò frumenti electorum Chriſto largitori conſecrati, ab eo veſte candidâ induentur: « Ambulabunt mecum in albis quoniam digni ſunt.» Quantò enim iuſtiùs Philoſopho Pericle de munda veſte ſugillato ab aliquo Cynico, à formoſiſſimo iuuene ad conuiuium inuitato dicemus: « Sine, decet, vt pulcher ad pulchrum vadam.» Dicamus ergo cùm Sponſa: « Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, totus deſiderabilis.» Nec prætenibo, quod adnotauit Gregorius, Agnum Paſchalem figuram Sacramenti, lunâ decimâ quartâ iuſſum comedi cum nullæ tenebræ ſunt. Tunc enim occidente ſole oritur luna plena. Siue quòd in hoc myſterio occidente ſole rationis, luna fidei nocti præſidens, & obſcuritati myſterij profundæ, debeat intellectui dominari: ſiue quod nullæ debeant in participante huic menſæ eſſe tenebræ peccati. Neque verò ſolâ peccati carentiâ luce gratiæ, & candore innòcentiæ debet eſſe cõtenta probati communicantis anima: ſed inſuper vt orta luna innumerarum ſtellarum choro ſtipatur,

Cic. lib. 4. ad Attic.

Cic. ad Affric.

Tertul. de idol. cap. 4.

Apoc. 3. 4.

Cant. 1. 14.

Cant. 5. 10. 16.

Greg. Nyſſen.

Digitized by Google

ſic illâ virtutum ſit omnium firmamentum, vt reſ- Pſ.104.
pondeat firmamento panis, & Domino virtutum 16.
omnium: de quo Pſaltes: « Et erit firmamentum in Pſ.71.
terra, in ſummis montium (vel vt alij transferunt) 16.
placenta tritici, in capitibus Sacerdotum. » Quod
impletur ad litteram, dum conſecratam ſuper ca-
put ſuum eleuant hoſtiam. Et quid putas cauſæ fuiſ-
ſe cur cum quartâ die opificij mundi « Spiritus Do- Iob. 25.
mini ornauerit cœlos, & ſpiritu oris eius omnis vir- 13.
tus eorum, » elaborata ſit: ante tamen, hoc eſt ter- Pſ.32.6.
tiâ die terra amœniſſimô viriditatis graminis tapete
conſtrata, mille diſtincta floribus, innumeris con-
ſita arboribus? Anaſtaſius Synaïta reſpondet: « An- Anaſt.
te, inquit, Deus ornauit terram, quàm cœlum, Synait.
tanquam ſit terra ante cœlum, ditata Chriſti myſte- lib. 4. in
rio & aduentu. » Priùs enim « Veritas de terra or- Hexa.
ta eſt, Chriſtus de terra natus eſt » & Nazaræus Pſ. 84.
flos campi, & lilium conuallium, in Nazareth de 12. Aug.
lilio inter ſpinas, quàm transferretur in cœlum. Vt ibid.
diſcamus omnibus vernare virtutum floribus, nec Cant. 2.
Angelis in apparatu cedere, qui tanto plauſu paſcen- 1. Ibid. 2.
dum inter ſe velut lilia regium & triumphale lilium, Sap. 26.
& « candorem lucis æternæ » ſuſceperunt.

Tandem vt de timore tractans, cum timore con-
cludam tremorem terræ Chriſto reſurgente cum
Chryſoſtomo penſito. « Depoſitum, inquit, cum Chry-
tremore reddidit. » Et lego cum Pſalte: « Terra tre- ſoſt.
muit & quieuit. Si ſic terra tremuit, cùm ſuorum Pſ.75.9.
Dominus reſurgit ad veniam, quemadmodum con- Chry-
tremiſcet, cum noxiorum conſurget ad pœnam? ſol. ſer.
Dicente Prophetâ terra tremuit, &c. Et quæ con- 77.
ſerui, hoc eſt Angeli præſentiam ſuſtinere non va-
luit, quemadmodum Deum iudicem ſuſtinebit? »
O Pater & Iudex, quanti factus ſum depoſiti cuſtos!
Mortuum terra ſuſcepit; & viuum cum tremore

Digitized by Google

enim eſtis, dicit Apoſtolus membris Chriſti, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Iſti ergo latentes, quando erunt florentes? Cùm Chriſtus, inquit, apparuerit vita veſtra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. Quando erunt iſti florentes, tunc erunt illi Ziphæi areſcentes. » Scripturam Chryſoſtomus flos aureus Græciæ, pulchrè prato florido conferebat, mira ſanctorum exemplorum varietate diſtincto, cuius flores longè diſſimiles, in ſinu cordis contemplatione reconditi, & manibus, imitatione tractati, ætate non marceſcunt, ſed viuido ſemper odore fragrant, & vegeto colore nitent. Ita coronatus Ioanni apparuit Angelus: « Iridis ambitu ornatur, cœleſti prato » inquit Tertullianus, Chriſtum innuens, non terrenis & areſcentibus pratorum floribus, ſed imputribilibus, & cœleſtibus coronatum; qualem & Pſaltes Sponſam eius Eccleſiam, « in veſtitu deaurato circumdatam varietate conſpexit.» Si enim Paulo licuit diſcipulis eius dicere: « Gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi; » ſic ſtate incorrupti flores; non ſicut Ziphæi « manè ſicut herba florete tranſeuntes: » quantò magis Chriſtus id, omnibus Sanctis circumdatus, & coronatus dicet? Deus verus, & fortis, Nazaræorum florididiſſimum caput, « ſtans in Synagoga Deorum » circumſtantium? Inter cætetos nobis hodie annua dies ſancti Barnabæ reuoluitur, quem in Eccleſiæ prato ſplendore fulgentem, & odore ſuauiſſimo fragrantem lubet contemplari; te prius, ſummi Dei Matre, & coronatâ Sanctorum Reginâ cum Angelo ſalutatâ, quam vt « hortum concluſum » omnibus ſanctitatis omnigenæ floribus conſperſum, miſſus in Nazareth citatem florum Gabriel aggreſſus obſtupuit, dicens: Aue.

Coloſſ. 3. 3.

Chryſoſt. ho. 42. in Gen.

Tertul. de cœn. cap. 15.

Apoc. 10. 1.

Pſ. 44. 11.

Pilipp. 4. 1.

Pſ. 81. 1.

Cant. 4. 12.

by Google

EXORDIVM.

Fatendum est primos nascentis Ecclesiæ filios, vt propinquiores omnis sanctitatis origini & fonti, maiorem ex eo sanctitatem hausisse: sicut viciniores Adæ, qui à Deo fonte vitæ creatus est, longioris etiam vitæ extitere, vt & terra quæ prius gygantes parturiebat, nunc pigmæos & pusiones profert; adeò vt in comparatione heroüm illorum terræ promissæ, cum exploratoribus illius lactei, & mellei soli, dicere possimus: « Vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere gygantæo, quibus comparati, quasi locustæ videbantur. » Quid dico gygantes? terræ filios? Deos potius fortes terræ vehementer eleuatos, & illi pro modo suo similes, qui « exultauit vt gygas ad currendam viam. Exultauit, inquit, Augustinus, sicut fortissimus & cæteros homines incomparabili virtute præcedens, non ad habitandum viam, sed ad currendam viam, non enim in via peccatorum stetit, » sed eam impolluto calle transiuit. Pusillos itaque sublimauit, qui sibi Dei filios, fratres, & cohæredes adoptauit: « cuius est vnicus, multos filios habet ex gratia. Cæteri ergo omnes sancti, filij Dei sunt gratiâ solus ille naturâ. Qui gratiâ filij sunt, non sunt quod Pater. Denique nullus Sanctorum ausus est dicere, quod ille vnicus ait; Ego, & Pater, vnum sumus. Nunquid non Pater & noster? Si non est Pater noster, quomodo dicimus orantes: Pater noster qui es in cœlis? sed nos filij sumus, quos voluntate sua filios fecit (voluntariè enim genuit nos verbo veritatis) non ex natura sua filios genuit, genuit quidem & nos, sed quomodo dicitur, adoptatos ab adoptante generatos, beneficio, non naturâ. Denique & hoc dicti sumus: quia vo-

Num. 13. 34.

Aug. in Ps. 18.

Ps. 1. 1.

Aug. ser. 51. de verb. Dom.

Io. 10. 30.

Matth. 6. 9.

Iac. 1. 18.

Eph. 1. 5.

Digitized by Google

cauit nos Deus in adoptionem filiorum; homines adoptati ſumus. Ille dicitur vnigenitus, quia hoc eſt, quod Pater, nos autem hominesi ſumus. » Sed quid dicit Ioannes de fidelibus omnibus? « Poteſtatem dedit filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Quid eis præſtitit? Magnam beneuolentiam, magnā miſericordiā. Vnicus natus eſt, & noluit manere vnus. Aug. tr. 2. in Io. 1.
Multi homines, cùm filios non habuerint, peracta ætate adoptant ſibi, & voluntate faciunt, quod naturâ non potuerunt: hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium vnicum, gaudet de illo magis, quia ſolus omnia poſſeſſurus eſt, & non habebit qui cum eo diuidat hæreditatem, vt pauperior remaneat. Non ſic Deus: vnicum, eumdem ipſum quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, miſit in hunc mundum, vt non eſſet vnicus, ſed fratres haberet adoptatos. » Quamuis autem omnes Chriſtiani, filij Dei ſint, & participatione Dij dici poſſint: « primitias tamen ſpiritus adoptionis habentes » Apoſtoli, per excellentiam Dei fortes terræ iure merito vocandi ſunt; inter quos S. Barnabas nobis hodie recenſendus. Rom. 8. 3.
Sed vt ordine procedamus, primò diſcutiendum eſt, quomodo Apoſtoli Dij terræ fuerint, ſecundò, quomodo inter eos Barnabas Deus fortis, tertiò, pro Reflexionibus, quomodo nos per eius imitationem, ad dignitatem diuinam eleuari poſſimus, eius gratia, « qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine, qui ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem, vt ſedeat cum principibus & ſolium gloriæ teneat. » DIVISIO. Coloſſ. 1. 12. 1. Reg. 2. 8.

Supponenda eſt primò ſolidiſſima ſancti Hilarij doctrina, notantis Dominum noſtrum Ieſum Chri- Hilarius l. 7. de Trinit. à P.

ſtum, Regem & Principem Apoſtolorum, longè aliter, & ſublimius incomparabiliter Deum dici, & eſſe, quàm fuerint alij Dij, ſiue cœli, ſiue terræ. Primò enim non fuit Deus conſtitutione, ſicut in Exodo dictum eſt Moyſi: « Conſtitui te Deum Pharaonis: » ſed abſolutè: ſicut Ioannes exertè dicit? « Et Deus erat Verbum. » Secundò quia Filius eſt & Deus, non adoptione ſicut cæteri, ſed generatione: « Filius meus es tu ego hodie genui te? » Tertiò non conſortio gratiæ, quales Petrus dicit: « Diuinæ conſortes naturæ, » ſed naturæ identitate. « Ego enim & Pater, vnum ſumus. » Quartò non participata & limitata, ſed abſoluta poteſtate: « Data eſt mihi poteſtas in cœlo & in terra. » Quintò publica & vera teſtificatione patris: « Hic eſt Filius meus dilectus: » & ipſius Filij profeſſione, qua & ſæpius ſe talem coram Iudæis profeſſus eſt, & in Cruce ſuo ſanguine conteſtatus. Vnde & vox illa fidei percutientium pectora & clamantium: « Verè Filius Dei erat iſte. » Accipite Hilarium: Deum Dominum Ieſum Chriſtum his modis nouimus, nomine, natiuitate, natura, poteſtate, profeſſione. Sed de nomine nihil puto ambiguitatis remanſiſſe. Legimus enim: In principio erat Verbum, &c. Quid calumniæ eſt? Cur non ſit, quod nuncupatur? Aut nunquid nomen, non naturæ ſignificatio eſt? &c. Reſpice ad cæteras, aut deputatiuas, aut aſſumptiuas appellationes. Ad Moyſen dictum eſt: dedi te Deum Pharaonis: ſed nunquid non adiecta nominis cauſa eſt, cùm dicitur, Deum Pharaonis? Aut nunquid Dei naturam ei intulit, & non potius in eum qui metueret terrorem; cùm dracones magicos draco Moyſi, mox virga manens deuorat? Cùm cœnomyam quam immiſerat, abigit? Cùm grandinem, poteſtate, qua euocauerat, auertit? Cùm locuſtas,

Exod. 7. 1. Io. 1. 1. Pſ. 109. 4. 2. Pet. 1. 4. Io. 10. 30. Math. 28. 18. Matth. 3. 17. Matth. 27. 54. Hilar. l. 7. de Tr. a p. Exo. 7. 1 Exo. 7. 12. Pſ. 77. 45.

Digitized by Google

ea virtute qua inuexerat, repulit? Cùm in operationibus eius Magi confitentur digitum Dei eſſe? Sic Moyſes Pharaoni Deus datus eſt, dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur. Et aliud eſt, Deum dari, aliud eſt, Deum eſſe. In Pharaonem enim Deus datus eſt. Cæterùm non ei eſt & natura, & nomen vt Deus ſit. Memini quoque & alterius nuncupationis vbi dicitur, ego dixi dij eſtis. Sed in eo indulti nominis ſignificatio eſt. Et vbi refertur, ego dixi, loquentis eſt potius ſermo, quàm rei nomen intelligentiam rei affert: cæterum voluntas appellationis, ex alio eſt. Et vbi ſe nuncupationis Author oſtendit, ibi per ſermonem Authoris eſt nuncupatio, non naturale nomen in genere. At verò hîc, Verbum Deus eſt, res exiſtit in Verbo, Verbi res enuntiatur in nomine. Verbi enim appellatio de Sacramento natiuitatis eſt, &c. Non ſicuti ſuperius in Moyſe Deo, & in cognominatis Diis per appellationem, nomen adiectum ſit. Hîc autem res ſignificata, ſubſtantiæ eſt, cùm dicitur: Deus erat: eſſe enim non eſt accidens nomen, ſed ſubſiſtens veritas: & manens cauſa & naturalis generis proprietas.» Idipſum alibi confirmat, inculcans inter Chriſtum, & nos filiationis deitatiſque diſtantiam. «Nunquid, inquit, pictori pictura filius, aut gladius fabro filius, aut architecto domus filius? Hæc enim opera efficientium ſunt: at verò Patri ſolus qui ex eo naſcitur filius eſt. Et nos quidem filij Deo, ſed per facturam, filij: fuimus enim aliquando filij iracundiæ, ſed filij Deo per Spiritum adoptionis effecti, & dici meremur (per gratiam) potius quàm naſcimur: Et quia omne quod fit, antequam fiat, non fuit: nos cùm filij non fuiſſemus, ad id quod ſumus, efficimur, &c. Sumus autem non nati, ſed facti: neque generati, ſed acquiſiti. Acquiſiuit enim ſibi Deus popu-

Pſ. 81. 6.

Io. 1. 1.

Hilar. l. 12. de Tr. à P.

Eph. 2. 3

lum; & per hoc genuit, &c. Ex adoptione enim eſt
Pſ.21.32 filius, (populus qui naſcetur quem fecit Dominus)
non ex generatione: neque ei proprietas ſed nuncupatio
eſt, &c. Et in Natiuitate Chriſtus Filius primùm
ſuus eſt, (Hic eſt filius meus,) & ſic dilectus:
& in electione (Iſraël primogenitus) filius primùm
primogenitus, & poſtea ſuus. Vt adoptato
ex omnibus populis filio Iſraël proprium eſſet, quod
primogenitus eſt: nato verò vni Deo, manifeſtum
ſit, proprium eſſe quod filius ſit:» Rurſum & ſcribens
Hilar. in Pſ. 136. in pſalm. 136. in verſum « cognoui quàm magnus
eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus Diis.
Non præ diis omnibus illis eſt, de quibus infra ait;
Simulachra gentium, &c. Nihil enim magnum ſi
metallis & ſaxis, & lignis comparatus profertur. Et
quia iſti Dij non ſunt, quærendum eſt quos Deos dixerit.
Non enim Deorum multitudinem Eccleſia
cognoſcit. Error hic gentium, vt coïtus, & conceptus
& procreationes, & ſucceſſiones Deorum, aut
fingat, aut credat: nobis autem ſecundùm Apoſtolum,
1. Cor. 8.6. vnus Deus ex quo omnia, &c. Videndum eſt
autem præ quibus omnibus Diis Deus noſter ſit.
Pſ. 81.1. Inuenio Deos dici per Prophetam ita; Deus ſtetit in
congregatione Deorum, in medio autem Deos diſcernit,
&c. Dominus in Euangeliis errore nos huius
nuncupationis liberauit, dicens: Ego dixi Dij
Io.10.35 eſtis: & adiecit: Si ergo illos dixit Deos, ad quos verba
Dei facta ſunt; & non poteſt ſolui Scriptura, indiſſolubilis
Dei ſermo eſt homines Deos nuncupantis.
Exo. 7.1 Inuenio & Moſen Deum nuncupari: cùm
1. Cor. 8.5. ei dicitur, poſui te Deum Pharaoni. Sed & Apoſtolus
docuit, dici alios Deos, cùm ait: Namque etſi
ſunt Dij, qui dicuntur, ſiue in cœlo, ſiue in terra;
ſicut ſunt Dij multi, & Domini multi: ſed nobis Deus
Pater eſt, ex quo omnia, & vnus Dominus noſter

Ieſus Chriſtus,per quem omnia. Vnus quidem nobis Deus eſt,& vnus Dominus:ſed multi Dij ſuntqui vocantur in cœlo & in terra. Et quidem,ſi hoc Deorum nomen,hominibus ſecundùm ſententiã Dei competit:multò magis Angelis, Archangelis, Thronis, Dominationibus, Principatibus, Poteſtatibus dignum: quos Apoſtolus Deos in cœlo nuncupari demonſtrat. Dij ergo ſunt qui vocantur, ſed præ omnibus Deus noſter, non cõparatione,qui incomparabilis præcellit, (cui enim vnquam Angelorum dixit,Filius meus es tu, ego hodie genui te?) ſed poteſtate,& quomodo præ cæteris ſit,mox oſtendit dicens: Omnia quæcumque voluit fecit. Soli Deo congruit omnia facere quæ velit. Sola enim perfecta virtus, in nullo impeditur, quod minus quod velit, & faciat: & ei ex quo omnia ſunt, nihil difficultatis occurrit. Inferioris ab eo naturæ eſt, ne totum quod velit & faciat: dum enim alij ſe debet, caret omnipotentiæ virtute: quia in idipſum quod ſubſiſtit, habet alium Authorem: & qui non ſe ſibi debet, non omnia poteſt, dum à potiore ſubſiſtit.»

Hebr. 1. 5.

Pſ. 130. 6

At ſuæ poteſtatis participationem prouexit Apoſtolos Dominus fortis & potens, vt eos etiam ſupra Moyſem Deos fortes terræ vehementer eleuaret: quibus Euthymius thema noſtrum applicat; & ſic vertit: « Dei fortes, à terra vehementer eleuati ſunt.» Quos Hieronymus, & Caſſiodorus, Deos terræ fortes, per ſigna, & prodigia vehementer eleuatos dicunt. Sed quod Moyſes à Patribus, ob virtutes, portenta, & infuſam à Deo in omnia elementa, poteſtatem, Deus Pharaonis conſtitutus, reſpectu Sanctorum noui Teſtamenti, & maximè Apoſtolorum quos « conſtituit principes ſuper omnem terram?» Vnius Pharaonis Deus dictus eſt.

Euthy. in Pſ. 46 Hiero. & Caſſiod. Hug. Card. ibid. Cyril. 1. cõt. Iul. Iuſtin. ad Gent. Euſeb. de præpar. Euang. Pſ. 44. 17.

Digitized by Google

An non, & vnius diœceſis Epiſcopi, Baſilius Valenti Imperatori, Chryſoſtomus Arcadio, Ambroſius Theodoſio & Iuſtinæ: Hilarius, Athanaſius, Lucifer Calaritanus, ab ipſo Athanaſio Elias ſui temporis dictus, Conſtantio; non vni Ægypto, ſed toti Imperio præfectis, quaſi Dij loquebantur, pro Deo legatione functi? Vnde & Bernardus ad Eugenium ſcribens: « Oportere, inquit, te eſſe conſidera formam iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, &c. Oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, vltorem ſcelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, ſal terræ, orbis lumen, Sacerdotem Altiſſimi, Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini, poſtremo Deum Pharaonis. » Et quibus Moyſes imperabat? Elementis: Apoſtoli verò & dæmonibus, « mundi rectoribus, & poteſtatibus tenebrarum harum, adeo vehementer eleuati, vt quod ſoluerent in terris, ſolueretur in cœlis. »

2. Cor. 5. 20. Ber. l. 4. de conſid. ad Eugen. cap. 7. Eph. 6. 12. Matth. 18. 18.

Inter eos quomodo recenſendus fuerit ſanctus Barnabas, videamus; cùm fuerit de numero Septuaginta duorum Diſcipulorum, nec in Euangeliis inter duodecim Apoſtolos computetur; & Iudæ præuaricatoris loco, Matthias ſit ſuffectus. Sed ſi duodecim tantum à Chriſto electi, ad Apoſtolicum gradum prouecti inter Deos fortes terræ habendi ſunt, & Apoſtoli nomine, & gloria donandi; quem Paulo in Apoſtolatu locum dabimus glorianti: « Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum, operatus eſt & mihi inter Gentes? » Creſcente enim Eccleſia, creſcere debuit, & numerus Prælatorum. Vnde & Spiritus ſancti iuſſu mandatum eſt Apoſtolis: « ſegregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos: » vbi gloſſa, « opus Apoſtolatus » intelligit.

Gal. 2. 8. Act. 13. 2.

Quin & ipse paulus istam à communi grege separationem tanquam eleuationem à terra, pro nota Apostolatus sui, in ipso Epistolarum limine proposuit. « Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei : » & rursum : « Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. » Vbi in plurali loquitur, propter Barnabam secum assumptum & segregatum. Rom. 1. 1. & 5.

Quanta gloria Barnabæ, vt de eo Venerabilis Beda Doctori Gentium Paulo collegam & supparem faciat : « Hunc inquit, puto esse Barnabam, qui cum Paulo Gentium Apostolus est ordinatus : » in quo sensum Chrysostomi secutus est, de Paulo testantis : « Ordinatur, inquit, in Apostolum, vt cum potestate prædicet. » Quem & Theodoretus, & Oecumenius sequuntur, de Barnaba accipientes illud Apostoli : « Misimus cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: non solùm autem ; sed & ordinatus est comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam quæ ministratur à nobis, ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram : deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, (Syr. dignitate) quæ ministratur à nobis. » Beda. Chrysost. ho. 27. in Acta. Theod. & Oecum. in 2. Cor. 8 18.

Magnificam Apostolorum Barnabæ & Pauli ad tantam dignitatem assumptionem adnotauit Eminentissimus Cardinalis Baronius ; quòd primò iubente Spiritu sancto, dehinc indicto ieiunio, tum oratione præmissa, tandem solemni manuum impositione ordinati Apostoli, Euangelij prædicandi acceperint potestatem : lubet hunc textum ipsum proferre Actuum : « Ministrantibus illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus : Segregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad quod assum- Baron. an. Chr. 44. Nu. 32. Act. 13. 2.

Digitized by Google

catum veniale; cui affectu adhoreas, nec quidquam quod oculos regis offendat domi vel foris habeas. Quod vt præstes, proba teipsum exacto examine præuio, & confessione sacramentali. Cum sancto
Iob.3.24. Iob: « suspira antequam comedas » cum Ruth:
Ruth.2.14. « intinge buccellam tuam in aceto.» Cum Israëlitis toto mari rubro sanguinis Christi mergere, & submerge Ægyptios peccatorum, antequam manna comedas, cuius è cœlo lapsum ventus, terram verrens
Tertul. cont. Iud.c.3. sordibus, præcedebat. Vnde & Tertullianus aduertit transitum maris rubri antequam plueret manna
1. Cor. 10. 2. Israeli, sicut & Paulus; baptizatos in nube & in mari spiritalem escam, & potum sumpsisse. Sic de populo Tertullianus: « Per Erythræum pelagum transuectus est, in eremo manna cibatus, quadraginta annis adinstar æternitatis redactus, nec humanis passionibus contaminatus, (id est vestibus & calceamentis integris manentibus, quod non solet fieri) aut sæculi huius cibis pastus, sed Angelorum panibus
Aug.tr. 11.in Io. 3. manna cibatus.» Quærit Augustinus: « Quando manna manducauit populus Israël? cùm transisset
1.Cor. 10. 2. mare rubrum. Mare autem rubrum quid significet, audi Apostolum, in Mose baptisati sunt in nube & in mari. Si ergo figura maris tantùm valuit, species baptismi quantùm valebit? Si quod gestum est in figura, traiectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Christus in veritate baptismi sui, traiecto populo suo? &c. Quo traiiciebat? Ad manna. Quod est manna? Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœ-
1. Petr. 2.2. lo descendi.» Sicut ergo recens baptisati, « quasi modo geniti infantes rationales, sine dolo (sine fictione & hypocrysi) lac concupiscite.» Innocen-
1. Par. 18. 8. tiam baptismalem, si integram non potestis, per mare pœnitentiæ reparatam abluti proferte. Victimam carnis & cordis in mari æneo abluite.

QVAR-

QVARTA REFLEXIO. Sed & præter gratiam reparatam, dignum virtutum omnium apparatum, & ſimilem virtutibus Chriſti ad menſam eius accumbentes aptate, vt cum regina in veſtitu deaurato circumdata varietate virtutum accumbatis, excitate fidem, erigite ſpem, charitatem accendite, induimini iuſtitiam, accingimini fortitudine, cum prudentia quid apponitur diligenter attendite, & præuiâ temperantiâ, ieiuni, & caſti, panem Angelorum comedite. Nec vos turbet tantus apparatus, neque enim veſtris ſumptibus, ſed Patris cœleſtis: & primò veſtes, & calceamenta, cum annulo, recepto prodigo, contrito priùs, & pœnitenti & ſeruo manumiſſo, cuncta neceſſaria ad ſuperabundantiam dabit. « Recordatur Patris Dei, ſatisfacto redit, veſtem priſtinam recipit, ſtatum ſcilicet eum, quẽ Adam tranſgreſſus amiſerat. Annulũ quoque accipit tunc primum, quo fidei pactionem interrogatus obſignat. Atque ita exinde, opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtiâ ſcilicet. » De ſeruo autem manumiſſo idem Tertullianus. « Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaueris; &c. & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine ac tribu, menſâque honoratur. Permitte hanc & Deo poteſtatem. » Legibus quidem Romanis vtentes togam albam induiſſe proindéque ſeruos manumiſſos, hoc ciuium iure potitos, author eſt Manutius. De aureo annulo Alexander Neapolitanus, « erat, inquit, conſtitutum, vt qui libertas annulo donaretur, exploſo veteri nomine, equeſtre ſumeret. » Et Cujacius. « Libertus qui ius annulorum impetrauit, pro ingenuo habetur, vt datio teneat, id eſt, vt datus ei tutor ingenuus non excuſet ſe, &c. » Et rurſus, « Si ius anulorum aureorum à Principe impetrauerit id eſt equeſtrem dignitatem, aut bene-

P. 44. 10. Pſalm. 131. 9. Prou. 23. 1.

Tertul. de pudic. c. 9.

Tertul. de Reſurr. c. 57.

Manut. l. 3. c. 1. Alex. Neap. l. 2. c. 19. Cujac. ad tit. Pand. de excuſ. ad l. 1. Idem in l. 50. ff. tit. 10. de iure aur. annul.

ficium, equestri dignitati compar. Hac enim dignitate quæsitâ deponebant ferreum annulũ, sumebant aureum.» Quod ad patroni nomen, assumebant serui manumissi nomen sui mauumissoris, vt patet exemplis à Cicerone allatis. Demus & hanc Deo potestatem, vt peccatori per pœnitentiam manumisso depositis ãnulis & cathenis ferreis seruitutis factus ingenuus, amicus Deĩ, & filius, patroni sui nomine donetur, & eius tribu & mensâ Eucharisticâ albis indutus honoretur. « Quis enim, vt ait Cicero, vnquam cœnauit atratus?» Et quidem cum sacrificantes cereri albis indutæ procederent, « ob cultum omnia candidatum & ob notam vittæ & priuilegium galeri (quia capite tecto erant galero albo) cereri initiantur.» Quantò magis verò frumenti electorum Christo largitori consecrati, ab eo veste candidâ induentur: « Ambulabunt mecum in albis quoniam digni sunt.» Quantò enim iustiùs Philosopho Pericle de munda veste sugillato ab aliquo Cynico, à formosissimo iuuene ad conuiuium inuitato dicemus: « Sine, decet, vt pulcher ad pulchrum vadam.» Dicamus ergo cùm Sponsa: « Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, totus desiderabilis.» Nec præteribo, quod adnotauit Gregorius, Agnum Paschalem figuram Sacramenti, lunâ decimâ quartâ iussum comedi cum nullæ tenebræ sunt. Tunc enim occidente sole oritur luna plena. Siue quòd in hoc mysterio occidente sole rationis, luna fidei nocti præsidens, & obscuritati mysterij profundæ, debeat intellectui dominari: siue quod nullæ debeant in participante huic mensæ esse tenebræ peccati. Neque verò solâ peccati carentiâ luce gratiæ, & candore innocentiæ debet esse cõtenta probati communicantis anima: sed insuper vt orta luna innumerarum stellarum choro stipatur,

Cic. lib. 4. ad Attic.

Cic. ad Affric.

Tertul. de idol. cap. 4.

Apoc. 3. 4.

Cant. 1. 14.

Cant. 5. 10. 16. 16.

Greg. Nyssen.

ſic illa virtutum ſit omnium firmamentum, vt reſpondeat firmamento panis, & Domino virtutum omnium: de quo Pſaltes: « Et erit firmamentum in terra, in ſummis montium (vel vt alij transferunt) placenta tritici, in capitibus Sacerdotum. » Quod impletur ad litteram, dum conſecratam ſuper caput ſuum eleuant hoſtiam. Et quid putas cauſæ fuiſſe cur cùm quartâ die opificij mundi « Spiritus Domini ornauerit cœlos, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, » elaborata ſit: ante tamen, hoc eſt tertiâ die terra amœniſſimô viriditatis graminis tapete conſtrata, mille diſtincta floribus, innumeris conſita arboribus? Anaſtaſius Synaïta reſpondet: « Ante, inquit, Deus ornauit terram, quàm cœlum, tanquam ſit terra ante cœlum, ditata Chriſti myſterio & aduentu. » Priùs enim « Veritas de terra orta eſt, Chriſtus de terra natus eſt » & Nazaræus flos campi, & lilium conuallium, in Nazareth de lilio inter ſpinas, quàm transferretur in cœlum. Vt diſcamus omnibus vernare virtutum floribus, nec Angelis in apparatu cedere, qui tanto plauſu paſcendum inter ſe velut lilia regium & triumphale lilium, & « candorem lucis æternæ » ſuſceperunt.

Pſ. 104. 16. Pſ. 71. 16. Iob. 25. 13. Pſ. 32. 6. Anaſt. Synait. lib. 4. in Hexa. Pſ. 84. 12. Aug. ibid. Cant. 2. 1. Ibid. 2. Sap. 26.

Tandem vt de timore tractans, cum timore concludam tremorem terræ Chriſto reſurgente cum Chryſoſtomo penſito. « Depoſitum, inquit, cum tremore reddidit. » Et lego cum Pſalte: « Terra tremuit & quieuit. Si ſic terra tremuit, cùm ſuorum Dominus reſurgit ad veniam, quemadmodum contremiſcet, cum noxiorum conſurget ad pœnam? Dicente Prophetâ terra tremuit, &c. Et quæ conſerui, hoc eſt Angeli præſentiam ſuſtinere non valuit, quemadmodum Deum iudicem ſuſtinebit? » O Pater & Iudex, quanti factus ſum depoſiti cuſtos! Mortuum terra ſuſcepit; & viuum cum tremore

Chryſoſt. Pſ. 75. 9. Chryſol. ſer. 77.

Digitized by Google

enim eſtis, dicit Apoſtolus membris Chriſti, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Iſti ergo latentes, quando erunt florentes? Cùm Chriſtus, inquit, apparuerit vita veſtra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. Quando erunt iſti florentes, tunc erunt illi Ziphæi areſcentes. » Scripturam Chryſoſtomus flos aureus Græciæ, pulchrè prato florido conferebat, mira ſanctorum exemplorum varietate diſtincto, cuius flores longè diſſimiles, in ſinu cordis contemplatione reconditi, & manibus, imitatione tractati, ætate non marceſcunt, ſed viuido ſemper odore fragrant, & vegeto colore nitent. Ita coronatus Ioanni apparuit Angelus: « Iridis ambitu ornatur, cœleſti prato » inquit Tertullianus, Chriſtum innuens, non terrenis & areſcentibus pratorum floribus, ſed imputribilibus, & cœleſtibus coronatum; qualem & Pſaltes Sponſam eius Eccleſiam, « in veſtitu deaurato circumdatam varietate conſpexit.» Si enim Paulo licuit diſcipulis eius dicere: « Gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi; » ſic ſtate incorrupti flores; non ſicut Ziphæi « manè ſicut herba florete tranſeuntes: » quantò magis Chriſtus id, omnibus Sanctis circumdatus, & coronatus dicet? Deus verus, & fortis, Nazaræorum floridiſſimum caput, « ſtans in Synagoga Deorum » circumſtantium? Inter cætetos nobis hodie annua dies ſancti Barnabæ reuoluitur, quem in Eccleſiæ prato ſplendore fulgentem, & odore ſuauiſſimo fragrantem lubet contemplari; te prius, ſummi Dei Matre, & coronatâ Sanctorum Reginâ cum Angelo ſalutatâ, quam vt « hortum concluſum » omnibus ſanctitatis omnigenæ floribus conſperſum, miſſus in Nazareth ciuitatem florum Gabriel àggreſſus obſtupuit, dicens: Aue.

Coloſſ. 3. 3.

Chryſoſt. ho. 42. in Gen.

Tertul. de cœn. cap. 15.

Apoc. 10. 1.

Pſ. 44. 11.

Pilipp. 4. 1.

Pſ. 81. 1.

Cant. 4. 12.

Digitized by Google

cauit nos Deus in adoptionem filiorum; homines adoptati ſumus. Ille dicitur vnigenitus, quia hoc eſt, quod Pater, nos autem homines ſumus. » Sed quid dicit Ioannes de fidelibus omnibus? « Poteſtatem dedit filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Quid eis præſtitit? Magnam beneuolentiam, magnã miſericordiã. Vnicus natus eſt, & noluit manere vnus. Multi homines, cùm filios non habuerint, peracta ætate adoptant ſibi, & voluntate faciunt, quod naturâ non potuerunt: hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium vnicum, gaudet de illo magis, quia ſolus omnia poſſeſſurus eſt, & non habebit qui cum eo diuidat hæreditatem, vt pauperior remaneat. Non ſic Deus: vnicum, eumdem ipſum quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, miſit in hunc mundum, vt non eſſet vnicus, ſed fratres haberet adoptatos. » Quamuis autem omnes Chriſtiani, filij Dei ſint, & participatione Dij dici poſſint: « primitias tamen ſpiritus adoptionis habentes » Apoſtoli, per excellentiam Dei fortes terræ iure merito vocandi ſunt; inter quos S. Barnabas nobis hodie recenſendus. Sed vt ordine procedamus, primò diſcutiendum eſt, quomodo Apoſtoli Dij terræ fuerint, ſecundò, quomodo inter eos Barnabas Deus fortis, tertiò, pro Reflexionibus, quomodo nos per eius imitationem, ad dignitatem diuinam eleuari poſſimus, eius gratia, « qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine, qui ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem, vt ſedeat cum principibus & ſolium gloriæ teneat. ».

Aug. tr. 2. in Io. 1.

Rom. 8. 3.

DIVISIO.

Coloſſ. 1. 12.

1. Reg. 2. 8.

Supponenda eſt primò ſolidiſſima ſancti Hilarij doctrina, notantis Dominum noſtrum Ieſum Chri-

Hilarius l. 7. de Trinit. à P.

Digitized by Google

ſtum, Regem & Principem Apoſtolorum, longè aliter, & ſublimius incomparabiliter Deum dici, & eſſe, quàm fuerint alij Dij, ſiue cœli, ſiue terræ. Primò enim non fuit Deus conſtitutione, ſicut in
Exod. 7. 1. Exodo dictum eſt Moyſi: « Conſtitui te Deum Pharaonis: » ſed abſolutè: ſicut Ioannes exertè dicit?
Io. 1. 1. « Et Deus erat Verbum. » Secundò quia Filius eſt & Deus, non adoptione ſicut cæteri, ſed generatio-
Pſ. 109. 4. ne: « Filius meus es tu ego hodie genui te? » Tertiò non conſortio gratiæ, quales Petrus dicit: « Diuinæ
2. Pet. 1. 4. conſortes naturæ, » ſed naturæ identitate. « Ego
Io. 10. 30. enim & Pater, vnum ſumus. » Quartò non participata & limitata, ſed abſoluta poteſtate: « Data
Math. 28. 18. eſt mihi poteſtas in cœlo & in terra. » Quintò publica & vera teſtificatione patris: « Hic eſt Filius
Matth. 3. 17. meus dilectus: » & ipſius Filij profeſſione, qua & ſæpius ſe talem coram Iudæis profeſſus eſt, & in Cruce ſuo ſanguine conteſtatus. Vnde & vox illa fidei percutientium pectora & clamantium: « Verè
Matth. 27. 54. Filius Dei erat iſte. » Accipite Hilarium: Deum Dominum Ieſum Chriſtum his modis nouimus, nomine,
Hilar. l. 7. de Tr. ap. natiuitate, natura, poteſtate, profeſſione. Sed de nomine nihil puto ambiguitatis remanſiſſe. Legimus enim: In principio erat Verbum, &c. Quid calumniæ eſt? Cur non ſit, quod nuncupatur? Aut nunquid nomen, non naturæ ſignificatio eſt? &c. Reſpice ad cæteras, aut deputatiuas, aut aſſumptiuas appellationes.
Exo. 7. 1 Ad Moyſen dictum eſt: dedi te Deum Pharaonis: ſed nunquid non adiecta nominis cauſa eſt, cùm dicitur, Deum Pharaonis? Aut nunquid Dei naturam ei intulit, & non potius in eum
Exo. 7. 12. qui metueret terrorem; cùm dracones magicos draco Moyſi, mox virga manens deuorat? Cùm cœno-
Pſ. 77. 45. myam quam immiſerat, abigit? Cùm grandinem, poteſtate, qua euocauerat, auertit? Cùm locuſtas,

ea virtute qua inuexerat, repulit? Cùm in operationibus eius Magi confitentur digitum DEI eſſe? Sic Moyſes PHARAONI DEUS datus eſt, dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur. Et aliud eſt, DEUM dari, aliud eſt, DEUM eſſe. In Pharaonem enim DEUS datus eſt. Cæterùm non ei eſt & natura, & nomen vt DEUS ſit. Memini quoque & alterius nuncupationis vbi dicitur, ego dixi dij eſtis. Sed in eo indulti nominis ſignificatio eſt. Et vbi refertur, ego dixi, loquentis eſt potius ſermo, quàm rei nomen intelligentiam rei affert: cæterum voluntas appellationis, ex alio eſt. Et vbi ſe nuncupationis Author oſtendit, ibi per ſermonem Authoris eſt nuncupatio, non naturale nomen in genere. AT verò hîc, Verbum DEUS eſt, res exiſtit in Verbo, Verbi res enuntiatur in nomine. Verbi enim appellatio de Sacramento natiuitatis eſt, &c. Non ſicuti ſuperius in Moyſe DEO, & in cognominatis DIIS per appellationem, nomen adiectum ſit. Hîc autem res ſignificata, ſubſtantiæ eſt, cùm dicitur: Deus erat: eſſe enim non eſt accidens nomen, ſed ſubſiſtens veritas: & manens cauſa & naturalis generis proprietas.» Idipſum alibi confirmat, inculcans inter Chriſtum, & nos filiationis deitatiſque diſtantiam.«Nunquid, inquit, pictori pictura filius, aut gladius fabro filius, aut architecto domus filius? Hæc enim opera efficientium ſunt: at verò Patri ſolus qui ex eo naſcitur filius eſt. Et nos quidem filij Deo, ſed per facturam, filij: fuimus enim aliquando filij iracundiæ, ſed filij DEO per Spiritum adoptionis effecti, & dici meremur (per gratiam) potius quàm naſcimur: Et quia omne quod fit, antequam fiat, non fuit: nos cùm filij non fuiſſemus, ad id quod ſumus, efficimur, &c. Sumus autem non nati, ſed facti: neque generati, ſed acquiſiti. ACQUISIUIT enim ſibi DEUS popu-

Pſ. 81. 6.

Io. 1. 1.

Hilar. l. 12. de Tr. à P.

Eph. 2. 3

lum; & per hoc genuit, &c. Ex adoptione enim eſt
Pſ.21.32 filius, (populus qui naſcetur quem fecit Dominus)
non ex generatione: neque ei proprietas ſed nuncupatio eſt, &c. Et in Natiuitate Chriſtus Filius primùm ſuus eſt, (Hic eſt filius meus,) & ſic dilectus: & in electione (Iſraël primogenitus) filius primùm primogenitus, & poſtea ſuus. Vt adoptato ex omnibus populis filio Iſraël proprium eſſet, quod primogenitus eſt: nato verò vni Deo, manifeſtum ſit, proprium eſſe quod filius ſit:» Rurſum & ſcribens in pſalm. 136. in verſum « cognoui quàm magnus eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus Diis. Non præ diis omnibus illis eſt, de quibus infra ait; Simulachra gentium, &c. Nihil enim magnum ſi metallis & ſaxis, & lignis comparatus profertur. Et quia iſti Dij non ſunt, quærendum eſt quos Deos dixerit. Non enim Deorum multitudinem Eccleſia cognoſcit. Error hic gentium, vt coïtus, & conceptus & procreationes, & ſucceſſiones Deorum, aut fingat, aut credat: nobis autem ſecundùm Apoſtolum, vnus Deus ex quo omnia, &c. Videndum eſt autem præ quibus omnibus Diis Deus noſter ſit. Inuenio Deos dici per prophetam ita; Deus ſtetit in congregatione Deorum, in medio autem Deos diſcernit, &c. Dominus in Euangeliis errore nos huius nuncupationis liberauit, dicens: Ego dixi Dij eſtis: & adiecit: Si ergo illos dixit Deos, ad quos verba Dei facta ſunt; & non poteſt ſolui Scriptura, indiſſolubilis Dei ſermo eſt homines Deos nuncupantis. Inuenio & Moſen Deum nuncupari: cùm ei dicitur, poſui te Deum Pharaoni. Sed & Apoſtolus docuit, dici alios Deos, cùm ait: Namque etſi ſunt Dij, qui dicuntur, ſiue in cœlo, ſiue in terra; ſicut ſunt Dij multi, & Domini multi: ſed nobis Deus pater eſt, ex quo omnia, & vnus Dominus noſter

Hilar. in Pſ. 136.
1. Cor. 8.6.
Pſ. 81.1.
Io.10.35
Exo.7.1
1. Cor. 8.5.

Ieſus Chriſtus,per quem omnia. Vnus quidem nobis Deus eſt,& vnus Dominus:ſed multi Dij ſuntqui vocantur in cœlo & in terra. Et quidem,ſi hoc Deorum nomen,hominibus ſecundùm ſententiã Dei competit:multò magis Angelis ,Archangelis, Thronis, Dominationibus , Principatibus , Poteſtatibus dignum: quos Apoſtolus Deos in cœlo nuncupari demonſtrat. Dij ergo ſunt qui vocantur , ſed præ omnibus Deus noſter, non cõparatione,qui incomparabilis præcellit, (cui enim vnquam Angelorum dixit,Filius meus es tu, ego hodie genui te ?) ſed poteſtate,& quomodo præ cæteris ſit,mox oſtendit dicens : Omnia quæcumque voluit fecit. Soli Deo congruit omnia facere quæ velit. Sola enim perfecta virtus , in nullo impeditur , quod minus quod velit , & faciat : & ei ex quo omnia ſunt , nihil difficultatis occurrit. Inferioris ab eo naturæ eſt , ne totum quod velit & faciat : dum enim alij ſe debet , caret omnipotentiæ virtute.: quia in idipſum quod ſubſiſtit, habet alium Authorem : & qui non ſe ſibi debet, non omnia poteſt , dum à potiore ſubſiſtit. »

Hebr. 1. 5.

Pſ. 130. 6

At ſuæ poteſtatis participationem prouexit Apoſtolos Dominus fortis & potens , vt eos etiam ſupra Moyſem Deos fortes terræ vehementer eleuaret : quibus Euthymius thema noſtrum applicat ; & ſic vertit : « Dei fortes , à terra vehementer eleuati ſunt. » Quos Hieronymus , & Caſſiodorus , Deos terræ fortes , per ſigna , & prodigia vehementer eleuatos dicunt. Sed quod Moyſes à Patribus , ob virtutes , portenta , & infuſam à Deo in omnia elementa , poteſtatem , Deus Pharaonis conſtitutus , reſpectu Sanctorum noui Teſtamenti , & maximè Apoſtolorum quos « conſtituit principes ſuper omnem terram ? » Vnius Pharaonis Deus dictus eſt.

Euthy. in Pſ. 46 Hiero. & Caſſiod. Hug. Card. ibid. Cyril. 1. cõt. Iul. Iuſtin. ad Gent. Euſeb. de præpar. Euang. Pſ. 44. 17.

by Google

An non, & vnius diœceſis Epiſcopi, Baſilius Valenti Imperatori, Chryſoſtomus Arcadio, Ambroſius Theodoſio & Iuſtinæ: Hilarius, Athanaſius, Lucifer Calaritanus, ab ipſo Athanaſio Elias ſui temporis dictus, Conſtantio; non vni Ægypto, ſed toti Imperio præfectis, quaſi Dij loquebantur, pro Deo legatione functi? Vnde & Bernardus ad Eugenium ſcribens: « Oportere, inquit, te eſſe conſidera formam iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, &c. Oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, vltorem ſcelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, ſal terræ, orbis lumen, Sacerdotem Altiſſimi, Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini, poſtremo Deum Pharaonis. » Et quibus Moyſes imperabat? Elementis: Apoſtoli verò & dæmonibus, « mundi rectoribus, & poteſtatibus tenebrarum harum, adeo vehementer eleuati, vt quod ſoluerent in terris, ſolueretur in cœlis. »

2. Cor. 5. 20.
Ber. l. 4. de conſid. ad Eugen. cap. 7.
Eph. 6. 12.
Matth. 18. 18.

Inter eos quomodo recenſendus fuerit ſanctus Barnabas, videamus; cùm fuerit de numero Septuaginta duorum Diſcipulorum, nec in Euangeliis inter duodecim Apoſtolos computetur; & Iudæ præuaricatoris loco, Matthias ſit ſuffectus. Sed ſi duodecim tantum à Chriſto electi, ad Apoſtolicum gradum prouecti inter Deos fortes terræ habendi ſunt, & Apoſtoli nomine, & gloria donandi; quem Paulo in Apoſtolatu locum dabimus glorianti: « Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum, operatus eſt & mihi inter Gentes? » Creſcente enim Eccleſia, creſcere debuit, & numerus Prælatorum. Vnde & Spiritus ſancti iuſſu mandatum eſt Apoſtolis: « ſegregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos: » vbi gloſſa, « opus Apoſtolatus » intelligit.

Gal. 2. 8.
Act. 13. 2.

Quin & ipſe Paulus iſtam à communi grege ſeparationem tanquam eleuationem à terra, pro nota Apoſtolatus ſui, in ipſo Epiſtolarum limine propoſuit. « Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei : » & rurſum : « Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. » Vbi in plurali loquitur, propter Barnabam ſecum aſſumptum & ſegregatum.

Rom. 1. 1. & 5.

Quanta gloria Barnabæ, vt de eo Venerabilis Beda Doctori Gentium Paulo collegam & ſupparem faciat : « Hunc inquit, puto eſſe Barnabam, qui cum Paulo Gentium Apoſtolus eſt ordinatus : » in quo ſenſum Chryſoſtomi ſecutus eſt, de Paulo teſtantis : « Ordinatur, inquit, in Apoſtolum, vt cum poteſtate prædicet. » Quem & Theodoretus, & Oecumenius ſequuntur, de Barnaba accipientes illud Apoſtoli : « Miſimus cum illo fratrem, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias : non ſolùm autem ; ſed & ordinatus eſt comes peregrinationis noſtræ in hanc gratiam quæ miniſtratur à nobis, ad Domini gloriam, & deſtinatam voluntatem noſtram : deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, (Syr. dignitate) quæ miniſtratur à nobis. »

Beda. Chryſoſt. ho. 27. in Acta.

Theod. & Oecum. in 2. Cor. 8. 18.

Magnificam Apoſtolorum Barnabæ & Pauli ad tantam dignitatem aſſumptionem adnotauit Eminentiſſimus Cardinalis Baronius ; quòd primò iubente Spiritu ſancto, dehinc indicto ieiunio, tum oratione præmiſſa, tandem ſolemni manuum impoſitione ordinati Apoſtoli, Euangelij prædicandi acceperint poteſtatem : Iubet hunc textum ipſum proferre Actuum : « Miniſtrantibus illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus : Segregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad quod aſſum-

Baron. an. Chr. 44. Nu. 32. Act. 13. 2.

pſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponenteſquè eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto abierunt Seleuciam.»

Baron. an. Chr. 51. nu. 3. Epiph. & Hier. ad Gal. 2 Quidquod & Barnabas ab Antiochena Eccleſia cum Paulo miſſus eſt ad Concilium Ieroſolymitanum, cauſam Gentium contra Iudæos defenſurus; cui Synodo, Petrus, Iacobus, Barnabas, & Paulus tantùm interfuiſſe ab ipſo Paulo narrantur; licet alij & Ioannem Euangeliſtam annumerent. In eodem porrò Concilio, Gentilium curam & prouinciam Barnabæ, & pauló commiſſam nil dubium. Cum Baron. eod. an. num. 6. Chryſ. hom. 25 in Acta 11. 26. Paulo Antiochiam miſſus Barnabas; tanto fructu conuerſatus eſt, vt ibi primum fideles Chriſtiani ſint appellati. Sic enim profectibus eius adgratulatus eſt Chryſoſtomus: « Valde, inquit, vtilis erat vir ille, & propter eius cum paulo ibi moram, noſtri dicti ſunt Chriſtiani.» Adeò præ cæteris Apoſtolis Pſ. 142. 10. liqueſcebant & ſupereffluebant oleo Chriſti, vt primorum Chriſtianorum patres meritò ſint appellandi.

Si boni, vt « bono Spiritu pleni, & in terram rectam deducti » dicendi ſunt alij Apoſtoli: de Bar-Act. 11. 24. naba ſpecialiter Scriptura teſtatur: « Erat, inquit, 1. Reg. 9 vir bonus.» Vt de Saül quondam: « Electus & bo-1. Reg. 29. nus:» vt Dauid, « ſicut Angelus Dei, » vt Tobias: Tob. 7. « boni & optimi viri filius es:» Sicut Onias ponti-2 Mach. fex, & Ioſeph Arimatheus viri boni, virtute præ-Luc. 23. cellente nuncupantur. Ita de Barnaba, teſte Hieronymo, « de eo nullu[s] verbum malum dixit, ab omnibus honoratus eſt:» ſi Apoſtoli repleti ſunt Spiritu ſancto, de Barnaba ſcribitur: « Hortabatur omnes Act. 11. 24. in propoſito cordis permanere in Domino, quia erat vir bonus, & plenus Spiritu ſancto, & fide, & appoſita eſt multa turba Domino.» Hic charitate diffuſa in corde per Spiritum ſanctum, cum Paulo ſua-

Digitized by Google

ſit Antiochenis charitatẽ exhibere fratribus, ſpoliatis à Iudæis poſt mortem Stephani. Quid mirum ergo ſi plenus gratia fuerit, cùm Sapiens dicat: « Qui bonus hauriet ſibi gratiam à Domino. » Et iterum: « Homini bono, in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam, ſcientiam, & intelligentiam. » Primam ad myſteria, ſecundam ad naturalia, tertiam ad ſui ipſius cognitionem. Plenus fuit Barnabas vir Apoſtolicus Spiritu ſancto; in corde quidem, per puritatem & charitatem in intellectu & voluntate per gratiam ſeptiformem: in ſubſtantia animæ, per habitualem & ſanctificantem: in ore, per Euangelij prædicationem: in manibus, per bonorum operum, & miraculorum operationem. Quid ad hæc, gratiæ Apoſtolicæ defuit Barnabæ? Parum eſt eum Apoſtolis laudare parem, cum Paulo; erat in eo quod diceret: « Plus ego: Deus terræ vehementer eleuatus. » Primò quidem genere: neque enim de abiecta plebe, & humili ſorte piſcatorum ortus Barnabas; de quo Chryſoſtomus, de Marco conſobrino eius tractans: « Iſtum, inquit, à cognatione laudat: vir enim erat magnus Barnabas. » Mater eius dicta Maria, diues erat, addicta eleemoſynis, frequenter excipiens Apoſtolos, cuius domum eductus carcere per Angelum Petrus intrauit. In ea putant aliqui vltimam cœnam à Domino celebratam, & primam Euchariſtiam conſecratam.

Prou. 12. 2. Eccle. 2. 26. Pſ. 46. 9. Chryſ. hom. 11. ad Col. Baron. tom. 1. annal.

Quid te, & Coapoſtolos tuos extollis Petre, vt Domino dicas: « Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? » Nauiculam & retia dimiſiſti. Sed Barnabas amplam poſſeſſionem dereliquit. Cùm enim Lucas ageret de primis fidelibus vendentibus ſua, & Apoſtolis pretia deferentibus, ſingulariter meminit Barnabæ, tanquam præ cæteris eminentis. « Ioſeph autem, qui cogno-

Matth. 19. 27. Act. 4. 36.

minatus eſt Barnabas, ab Apoſtolis, quod eſt interpretatum, filius conſolationis, Leuites, Cyprius genere, cùm haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.» Et
Lyr. ib. quanquam Leuitæ, iuxta Lyranum, non haberent agros & poſſeſſiones, ſed Deus eſſet poſſeſſio illorum in Iudæa: tamen parentes eius, tempore Antiochi vel alterius tyranni, tranſlati in Cyprum, poterant ibi multa poſſidere. Vnde Baronius notat, Barnabam ſolum à Luca præ cæteris nominatum, qui pedibus Apoſtolorum facultates ſuas, & bona ſubmittebant, eo quòd ditiſſimus eſſet, & latifundium vendidiſſet.

Baron. an.Chr. 34. nu. 75.

Ad hæc, quid ante Spiritus ſancti deſcenſum Doctoris veritatis, rudes & craſſi ſciebant Apoſtoli? Paulus quidem Doctor in lege, ſed & Barnabas vna cum Stephano à Gamaliele eruditus erat. Quin & cæteris prophetis, & Doctoribus anteceſſor & prælatus, « erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus.» Nec decebat, vacuo nomine, ſine re, Barnabam vocitari, qui ex gloſſa, « filium prophetæ» ſonat.

Baron. ſupra ex Metaphr. Surio & Alex. Monacho Ieroſolymitano. Act.13.1

Omnes quidem Apoſtoli maximo Dei munere coronas Martyrij triumphales meruerunt: ſed Barnabas grauius omnibus martyrium ſubiit, maiori vtique gloria & honore coronandus. Præterquam enim in Actis legitur: « placuit nobis collectis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos, cum chariſſimis noſtris, Barnaba, & Paulo, hominibus, qui tradiderant animas ſuas pro nomine Domini noſtri.» Vbi gloſſa: « tradiderunt, inquit, ſeipſos, & vitam, in omnem tentationem.» Poſt multos igitur agones, tandem

Act. 15. 25.

Digitized by Google

tandem Salaminæ in Cypro, viuus combuſtus eſt. Et quod de nullo Apoſtolo legi, etiam viuente Chriſto, ipſum Romæ prædicauit, & quodammodo beatum Clementem adduxit ad Ieſum; vt patet ex ipſo S. Clementis itinerario. Quidquod & poſt mortem, vt alter Eliſæus mortuus prophetauit. Nam eius corpus anno 11. Zenonis Imperatoris inuentum eſt; de quo ſic Baronius: « Rediuiuus, inquit, collega Pauli Apoſtoli S. Barnabas Apoſtolus, cum S. Matthæi Euangelio, ad ipſius pectus appoſito, & manu eius ſcripto, quo maximè Chriſti humanitas probatur, in opprobrium Euthychianæ hæreſis, tunc graſſantis apparuit in inſula Cypro, ex reuelatione ab eodem facta Anthemio Salaminæ Epiſcopo, certis ſignis miraculoſa virtute, veluti digito oſtendens, vbi eſſet fides Catholica. Quam Hiſtoriam Alexander Monachus illius temporis omni acceptione dignam, breuiter à Theodoro Lectore, Suida, aliiſque relatum habet Surius, falliturque Nicephorus, ſub Anaſtaſio narrans inuentum, cæteris hiſtoricis ſub Zenone repertum vnanimi conſenſu referentibus. »

Vincēt. in ſpeculo.

Eccli. 48.14. Baron. an. Ch. 485.

Surius 11. Iun.

Quid vltra laudis adiiciam Barnabæ non habeo, nec inter Apoſtolos, quem cum eo componam, inuenio, quàm ſimul ad opus Apoſtolicum ſegregatum Paulum. De quo Chryſoſtomus « Barnabas, inquit, mitis quidem & manſuetus erat, amicus Pauli, » & rurſum: « Valde, inquit, vtilis erat vir ille, ideo venit (quaſi Coadiutor & Compar) ad Athletem, ad ducem belli, ad leonem; nec habeo quo nomine dignè vocem illum. Venit ad canem venaticum leones occidentem, ad taurum fortem, ad facem claram, ad os orbi ſufficiens; » Quem & tonitruo Hieronymus comparauit.

Chryſ. hom. 21 in Acta. & hom. 25. in Acta.

Hierō. « Quotieſcumque, inquit, Paulum Apoſtolum lego, videor mihi non verba audire, ſed tonitrua, &c. Quocumque reſpexeris, fulmina ſunt: » & quem Barnabam putas, tanto Apoſtolo collegam vtilem? Qui prior Paulo miſſus eſt Antiochiam, & Paulum in eam aduexit. « Qui cùm perueniſſet, & vidiſſet gratiam Dei, gauiſus eſt: & hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in Domino &c. Profectus eſt autem Barnabas Tarſum, vt quæreret Saulum: quem cùm inueniſſet, perduxit Antiochiam, & annum totum conuerſati ſunt ibi in Eccleſia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani. Et quanquam Paulus plures eo ſcripſerit Epiſtolas; Barnabas tamen ſcripſit Epiſtolam ædificatiuam Eccleſiæ. Et Tertullianus Epiſtolam Pauli ad Hebræos, Barnabæ imputauit. De quo rurſum Chryſoſtomus: « Sua, inquit, ſponte ad nos venit. Laudat ex Euangelio, non per duos vel tres homines, ſed per totas Eccleſias, & à iudicio eorum qui eum delegerant, venerabilem facit: vnde videtur, magnam illius dignitatem ſignari. Vide quantas illius laudes in Euangelio, in Euangelio clarus erat, & Eccleſias habebat teſtes, & delectus eſt à nobis: & ad eadē ad quæ Paulus, & vbique ſocius illius fuit, & in tentationibus & in periculis. » Quamuis autem, vt habetur in Actis, facta ſit diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicem: » ob Ioannem cognomento Marcum, quem Paulus nolebat cum ipſis venire, quod eos in prima peregrinatione deſeruiſſet: Gloſſa tamen ibi: « Non inquit, vitio commoti, ſed Spiritu inſtigati ſeparantur, vt pluribus prædicent: » & Chryſoſtomus: « Non fuit, inquit, mala diſſenſio, ſed Dei ordinatio: corrigebatur enim diſcipulus præceptorum pugnâ. » Cui ſubſcripſit Ba-

Marginal notes: Hierō. in Apol. ad Pāmach. pro lib. cont. Iouin. — Act. 11. 22. & 25. — Hierō. de ſcri. Eccl. vita. Orig. & Clem. Alex. — Tertul. — Chryſoſt. ho. 18. in 2. Cor. — Act. 15. 39. — Chryſ. hom. 34 in Acta.

ronius, ſecundùm Acta: « Conſilio Spiritu ſancti factum eſt, vt Barnabas Marco ſumpto, Paulus Sila, hinc inde fructificarent. » Et quia Barnabas ad miſericordiam flectebatur, Paulus ad iuſtitiæ rigorem; vterque inter metas charitatis, quia « latum mandatum tuum nimis: » vterque Dei veſtigia ſequebatur: de quibus Pſaltes: « Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas, requirentibus teſtamentum eius & teſtimonia eius.

Baron. an. Chr. 51. Act. 15. 39. Pſ. 118. 96. Pſ. 24. 11.

Quid addi poteſt Barnabæ laudibus, niſi vt qui cum Paulo vt Deus vias diuinas ingreditur, iuxta thema noſtrum, ad nomen Dei cum Paulo eleuetur: « Quoniam Dij fortes vehementer eleuati ſunt. » Hi duo tantum inter Apoſtolos, expreſsè pro Diis ab hominibus habiti ſunt. Cùm enim Paulus & Barnabas, Lyſtris claudum erexiſſent « Paulo dicente magna voce; Surge ſuper pedes tuos rectus, turbæ cùm vidiſſent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem ſuam, (viden Deos fortes terræ vehementer eleuatos) Lycaonicè dicentes: Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem, (tranſlat. Syr. Dominum Deorum,) Paulum verò Mercurium: quoniam ipſe erat Dux verbi. » Vel vt habet Syriaca: « Paulum verò Hermetē, quippe qui inciperet ſermonem. » Nec poterant Barnabam ſublimius eleuare, quàm ſummo omnium Deo ipſum comparando. Quod quidem multis rationibus authores, Lycaonios dixiſſe contendunt: primò quidem Chryſoſtomus: « quòd ipſe etiam aſpectu venerabilis ipſis Barnabas appareret, & vultu pulchro, Iouialis, & beneficus. » Secundò quia ſtatura, & ætate grandior erat Paulo, à Chryſoſtomo « tricubitali appellato, quem & Nicephorus paruum, & Auguſtinus Paulum quaſi paruulum cenſuit appella-

Act. 14. 10.

Chryſ. hom. 30 in Acta. Lyr. ib. cap. 14. Niceph. l. 2. c. 37

Aug. 1. de conſenſu Euang. cap. 22.

tum. Idem autem Auguſtinus ſecundùm Varronem, Iouem dicit Deum Iudæorum reputatum. Iehoua quippe ab Hebræis, & per craſin Ioua nuncupatur. Barnabas autem, vt & Paulus ſupra ex Hieronymo, fulminans, & tonans, ob minas peccatoribus intentatas meruit nuncupari. Denique vt Iouem Græci ζῆνα vocant, quaſi vitæ largitorem, eumque olea coronabant, propter dulcedinem, & bonitatis effuſionem: ſic ex Rabano, & Ioſeph dictus eſt, quia auctus eſt incremento ſpecialis boni: (ô magnum Iouis incrementum!) & Barnabas, hoc eſt filius conſolationis: vel propter eleemoſynas, quibus pauperes eſt conſolatus, & à Deo meruit conſolari; vel vt Beda teſtatur, quia ſpretis præſentibus, ſpe futurorum conſolatus eſt. Vel ex aliis, quòd dans multa, conſolatus ſit Apoſtolos, exemplo ſuo plurimos ad vitam communem impellens: vel vt cenſuit Alexander Monachus, ob ſuauitatem dicendi, & hilaritatem qua conſolabatur afflictos; vel ex Chryſoſtomo quòd mitis eſſet & manſuetus. Alij nomen eius deducunt à « bar » id eſt, filius, & « Naphas » id eſt, reſpirauit: Vnde ex « Nephes » id eſt anima, halitus, reſpiratio, refrigerans & conſolans cor. Vt à Græcis dicitur ψυχὴ, id eſt anima, à ψυχῶ, id eſt refrigero, iuxta Platonem. Et licet « phas, & bas » diuerſa ſint; tamen vt literæ labiales facilè commutantur, ſic & Germani dicunt « Barnabas: » Pagninus deriuat a « Naba » id eſt eructauit, ebulliit, prolocutus eſt: quòd Barnabas homo eloquens eſſet, & vena fluens. In Lexico Syriaco, Barnabas filium conſolationis vel refugij ſignificat. Quanta eleuatio! « Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. » Vt quod de Deo benefico, conſolatore, refrigerio, & refugio noſtro, per eſſentiam dicimus; hoc de Barnaba, præ

Raban. in act. 4.

Beda in Act. 4.

Alex. monac. in eius vita

Chryſ. hom. 21 in Acta.

Plato. in Cratylo.

cæteris Apoſtolis, per participationem cum Scriptura ſancta aſſeramus. Iupiter quaſi iuuans pater Deus Optimus Maximus, olea coronatus, à Lyſtrenſibus colebatur: Et hunc honorem Barnabæ detulerunt, quem velut alterum Iouem, cathena vinctum aurea, neque Mars terrore ſuo bellico, nec Vulcanus malleis & ignibus, nec tridente, vel tempeſtate Neptunus, vel Apollo cantu, aut Mercurius eloquentia, Iuno diuitiis, Minerua ſcientia, Venus blanditiis, de ſtatu conſtantiæ potuit dimouere. Sed nec ipſe populus Lyſtrenſis applauſu, & lenocinio ſummæ Diuinitatis; aut Pontifex magnus Iouis, coronis, & victimis. «Sacerdos quoque Act. 14.
Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas 12.
ante ianuas afferens, cum populis volebat ſacrificare.» Vbi verſio Syriaca, « Sacerdos autem illius Domini Deorum, &c. Volebat eis ſacrificare.» ſed ſtatim ſubiicit Lucas: « quod vbi audierunt Apoſtoli Barnabas, & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis, exilierunt in turbas, clamantes & dicentes: viri, quid hæc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum, & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, &c. Et hæc dicentes, vix ſedauerunt turbas, ne ſibi immolarent.» Sciderunt autem Hebræo more veſtimenta ſua, in horrorem, & deteſtationem blaſphemiæ, quòd vni Deo debitum cultum ſibi exhiberi viderent. O verè Baptiſtæ Chriſti meritiſſimè conferendum Barnabam, Meſſiæ dignitatem oblatam ſibi recuſanti; qui vt maneret quod erat, « inter natos mulierum maior» negauit ſe eſſe quod non erat. Mane ergo Barnaba quod es, Iouialis, & beneficus, « vnctus oleo lætitiæ præ participibus tuis, inter Deos fortes terræ vehementer eleuatus,» virgo,

Thalm. in lib. Magiſtratuū, & lib. Miſnaroth. Matth. 11. 11. Pſ. 44. 9. Pſ. 46. 9.

Apostolus, Martyr, Collega pauli, tantò altius in gloria sublimatus, quantò vera tui cognitione tibi ipsi vilescens fuisti humilitate depressus.

SECVNDA PARS MORALIS.

Ps. 47. 9 PRIMA REFLEXIO. Si « secundùm nomen ita & laus» & pro potestate, & beneficentia, spes nobis esse debet erga Barnabam, & refugium: filius consolationis, & refugij Barnabas, nostrum in eum affectum excitet, & suffugium: nunquam verius de Noë dictum: « Iste consolabitur nos. » Magnam pro meritis eius laudem reposcunt à nobis Encomia ab Alexandro monacho decantata. «Barnabas, inquit, magnus Ecclesiæ orator, Euangelicæ prædicationis tuba, magna Christi vox (en Baptistæ comparem) Spiritus sancti cythara, electum Dei vas, (quid amplius Christus Ananiæ de paulo ?) Sanctissimæ Trinitatis Templum, Christiani ouilis dux certus, fidei germen, spei flos incorruptus, charitatis rosa, fluctuantium portus, adiutor pauperum, viduarum consolatio, orphanorum procurator & pater, gratiarum ager fertilissimus, virginitatis Margarita, parem Angelis vitam duxit. » Ad eum itaque tota deuotione mentis, tota cordis fiducia recurramus.

Gen. 5. 29.

Alexander monach. in eius vita in princ.

SECVNDA REFLEXIO. Ne Apostolis diuinum nomen inuideamus, sed illud humili fide, & virtutis opere consequi studeamus. Vehementer & supra modum eleuati sunt, & intumuerunt primi nostri parentes, creduli serpenti, Deos futuros promittenti terrenis. « Illi qui erant Dij fortes terræ, præsumentes de terra. De qua terra? de seipsis, Quia omnis homo terra. Homini enim dictum est, terra es, & in terram ibis. Debet autem homo de Deo præsumere, & inde sperare auxilium, non de se. Non enim terra pluit sibi, aut lucet sibi. Quo-

Aug. in Ps. 46.

Gen. 3. 19.

Modo autem terra de cœlo expectat pluuiam, & lucem, ſic homo de Deo debet expectare miſericordiam, & veritatem. Illi ergo Dij fortes terræ (de Iudæis agebat de terra Abrahæ & genere gloriantibus) valde eleuati ſunt, id eſt valde ſuperbierunt: non ſibi Medicum neceſſarium putauerunt, & ideò in ſua ægritudine remanſerunt, & ipſa ægritudine ad mortem producti ſunt. Præciſi ſunt rami naturales, vt humilis inſereretur oleaſter. Rom. 11. 17.
Quoniam Dij fortes terræ valde eleuati ſunt. Teneamus ergo fratres humilitatem, charitatem, pietatem, quia vocati ſumus, illis reprobatis, vel illorum exemplo ſuperbire timeamus admoniti. »

Tertia Reflexio. Conſiderate, fratres, & « videte qualē charitatem, dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & ſimus. « De hæreditatis ſuæ largitate omnibus ſufficiente ſecurus, vnigenito ſuo cooptare dignatus eſt plurimos adoptiuos. « Tanta charitas eſt in illo hærede, vt voluerit habere cohæredes. Sed & quis inuenitur velle diuidere cum eis hæreditatem, minus habens ipſe diuidens, quàm ſi ſolus poſſideret? Hæreditas autem in qua cohæredes Chriſti ſumus, non minuitur copia poſſeſſorum, nec fit anguſtior numeroſitate cohæredum: Sed tanta eſt multis, quanta paucis: tanta ſingulis, quanta omnibus. Videte, inquit Apoſtolus, qualem dilectionem dedit nobis Deus, vt filij Dei vocemur, & ſimus, &c. » Idem ipſe Ioannes amplius aliquid promiſſum innuit, vbi ait: « Dilectiſſimi nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. » Vbi ſic interrogat Auguſtinus: « quid eſt ergo, inquit, quod expectamus, ſi iam filij Dei ſumus? Quid autem erimus aliud quàm filij Dei? Audi quid ſequitur: ſcimus quia cùm apparuerit ſimiles ei erimus, & videbimus eum

Marginal notes: 1. Io. 3. 1. — Aug. in Pſ. 49. — 1. Io. 3. 1. & ibid. 2. — Aug. tr. 4. in 1. Io. 3.

ficuti eft. Intelligat charitas veftra. Magna res, fcimus quia cùm apparuerit, » &c. Hoc eft non iam commutabilem formam ferui, in qua primò apparuit, fed incommutabilem formam DEI, in qua filiis in eandem imaginem immutabilem transformatis apparebit; vt mutentur in DEOS immortalitatis participatione: cùm vehementer eleuatis DIIS & raptis fecum in aëra, & fic femper immutabiliter cum DOMINO futuris dicet: & dicendo perficiet:
Pf.81.6. « Ego dixi DIJ eftis, & filij Excelfi omnes. »

QVARTA REFLEXIO. « Poteftatem quidem dedit filios DEI fieri: » Sed quibus putas hanc tradidit poteftatem? « Vnicus, inquit AUGUSTINUS, Aug. in Pf.49. fimilis nafcendo: nos fimiles viuendo. » Et iterum contra Iudæos fcribens: « DEUS, inquit, Abraham, Aug. in Pf.46 & DEUS Ifaac, & DEUS Iacob. Verum eft, dixit hoc Io.8.33. DEUS: & fuperbierunt inde Iudæi, & dixerunt: nos filij Abrahæ fumus. Superbientes de nomine paterno, gerentes eius carnem, non tenentes eius fidem: femini adhærentes, moribus degenerantes. DENIQUE Io.8.39. DOMINUS quid ait eis ita fuperbientibus: fi filij Abra- Matth. 3.7. hæ eftis, facta Abrahæ facite. Item quid dixit illis Ioannes? progenies viperarum. Illi fe dicebant filios Abrahæ, & ipfe illos dicebat filios viperarum. Nunquid Abraham vipera erat? Sed quia malè viuendo, dæmones imitati erant, & eorum filij facti erant, quos imitando malè viuebant, progenies, inquit, viperarum, &c. Non enim remanfurus eft Abraham fine filiis, fi vos damnauerit DEUS. Potens eft enim & damnare quos odit, & illi Ibid. verf. 9. reddere quos promifit. Et vnde illi redditurus eft filios, fi dănaret Hebræos de carne eius progenitos? DE lapidibus iftis. Oftĕdebat illis lapides in eremo: qui erant lapides nifi gentes quæ lapides adorabant? Lapides quare? Adorando lapides, dicti erant

lapides, quia Pſalmus prædixerat; Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Tamen de ipſis lapidibus reddidit filios Abrahæ. Modò omnes qui lapides adorabamus, filij Abrahæ facti ſumus. Non ducendo ab illo carnem, ſed imitando fidem. » Contremiſcite fratres ad minas Chriſti, ſi fueritis à fide & imitatione patris veſtri degeneres. « Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni eiicientur foras. » Vbi Auguſtinus: « Sani, inquit, Iudæi, ſibi videbantur, & periculoſius ægrotabant, quando Medicum non cognoſcentes occidebant. Cùm ergo reprobaret, & repudiaret illorum ſuperbiam, quid ait? Ideo vobis dico, quia multi ab Oriente, &c. O filij regni, de puſillo grege eſtote, hoc eſt humiles eſtote, & in ſummo, & imo à capite ad pedes, non iam Abrahæ, ſed Barnabæ Deo forti terræ conformamini, in humilitate & charitate; in hac ſummi, in illa infimi: & « nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum, » quod humilitati, & charitati promiſſum eſt. Et de charitate quidem benefica, & non quærente quæ ſua ſunt. Quid ſubiecit Chriſtus regnum promittens? « Vendite, inquit, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt. « Vnde Chryſoſtomus: « eſt, inquit, conſuetudinis; eſt animi fœlicis, vt adſcitus ad regnum, quod fuit proprium, quod priuatum, mox parentibus, mox propinquis, ciuibus indigentibus liberaliter prorogare, ne ſit mendicus animo, qui cenſu functus eſt, & honore. » Et preſſiùs de accubitu cum Abraham: « Quia, inquit, duos cum Deo terrenam ſuſcepit ad menſam; Orientis & Occidentis populum, menſam ſuſcepit ad cœle-

Pſ. 113. 16.

Matth. 8. 11.

Aug. ib. ſupra.

Luc 12. 32.

& verſ. 33.

Chryſol. ſer. 23.

& ſer. 42.

Gen. 18.

leſtem. Venient, inquit, ab Oriente, &c. & recumbent cum Abraham, &c.» De regno autem: «qui dederit eſurienti panem, dabit ſibi regnum: negabit ſibi fontem vitæ, ſitienti aquæ calicem qui negauit. Amore pauperes Deus regnum ſuum vendit: & vt emere omnis homo poſſit, fragmentum panis ponit in pretium, quia vult habere omnes, &c. Quis excuſare poterit non ementem, quem tanta vilitas venditionis accuſat?» Et ſi cum Barnaba latifundium tibi vendendum eſſet, & pretium Chriſti pedibus, hoc eſt viliſſimis membris impendendum, quantulum eſſet ad comparandam totius regni cœleſtis amplitudinem, & Dei filij, Dei, inquam, appellationem & recubitus in eius menſa dignitatem? « Fratres prandium noſtrum pauperis ſit cœna: vt menſa Chriſti noſtrum paretur ad prandium, promittente ipſo, cùm dicit: manducabitis in menſa mea, in regno meo.» Et quid expreſſius ad promerendum Dei nomen, quàm quod habet Nazianzenus: « Eſto, inquit, calamitoſo Deus.» Similis eſto Macario maiori, qui « fuit quaſi quidam Deus terrenus fratribus, operiens delicta illorum, quaſi non videns, & quaſi non audiens.» Quid vltra? Eſto Barnabas, filius conſolationis, refugij, refrigerij. « Reficite laſſum, & hoc eſt refrigerium meum.» Sed ô degeneres qui non hoſpitio excipitis, ſed oſtio expellitis; non paſcitis, ſed fame & inopia occiditis pauperes, &c. Defectus non operitis charitate, ſed detractione nudatis, &c. « Eiiciendi foras in tenebras exteriores, &c. progenies viperarum, &c. quis vos docuit fugere à ventura ira?»

[Margin: & ſer. 41. — Chryſolog. ſer. 41. — Luc. 22. 30. — Naz. orat. de cura paup. in vita Patrum ſent. 107. — Iſa. 28. 12. — Matth. 8. 12. — Matth. 3. 7.]

QVINTA REFLEXIO. Qui inter Deos fortes terræ voluerit vehementer exaltari, diſcat inter homines vehementer humiliari: & quid Pſaltes

cùm dixiſſet: « Ego autem humiliatus ſum nimis; » Pſ. 115.1
immediatè ſubiecit: « Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax? Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.» Deficit certè à vera gloria, quicumque niſi in ſeipſo Pſ. 61.10
deficiendo, alios excedere præſumit. Barnabam inſpice, hinc vehementer inter Deos fortes terræ in Lycaonia eleuatum, inde vehementer in ſeipſo humiliatum. Hunc nobis poſuit in exemplum Chryſoſtomus, Iouis honores ſibi exhibitos auerſantes: « Etiam, inquit, hæc tentatio non parua, Chryſ. hom. 30 in Acta.
&c. Verùm & hinc Apoſtolorum virtus oſtenditur; & vide quomodo omnia vbique tribuunt Deo. Hos & nos imitemur. Nihil noſtrum eſſe putemus, Io. 6.29
quandoquidem & ipſa fides, non eſt noſtrum opus, &c. quare ſuperbis? eleemoſynas dediſti? &c. Cogita ſi non voluiſſet Deus te facere diuitem, &c. Num virgo es? quid fatuæ? (an non clauſo oſtio repudiatæ?) Induſtria vales? &c. cur ſuperbis quòd Matth. 25.12.
doces ſermonibus? te melior ille qui operibus docet. Vtilius fuerit tacere, quàm non facere. Quare? quia opus mihi proponis, quaſi impoſſibile foret, te non faciente quod proponis. Deo igitur omninm bonorum Authori referenda ſunt Act. 3.12 & 14.14
omnia. Sic in Actis Petrus, ſic Paulus, & Barnabas, prodigia ſtupentibus: quid nos reſpicitis, inquiunt, quaſi virtute noſtra fecerimus hos ambulare. Sic Ioſeph: nomen, ait, à Deo manifeſtatio ſomniorum? Et ſimiliter Daniel: « Mihi, inquit, non in ſapientia quæ eſt in me, reuelatum eſt.» Dan. 2. 30.
Quanquam igitur omnes virtutes à virtutum Domina participatę quædam veluti lineamenta diuinitatis in nobis effigiem exprimant: nihil ſic nos Deo aſſimilat ſicut humilitas, & laudis humanæ contemptus: « Contemnendo laudem hominum, Deo Chryſ. hom. 2. in ep. ad Tit.

ſimiles efficimur. Non prohibeo appeti gloriam, ſed illa volo ambiatur, quæ vera eſt, quæ ex Deo eſt. vnum id intendamus. Quomodo mereamur Dei ore laudari, &c.» Probat autem contemptu laudis humanæ hominem Deo pariari, quòd Deus ſeipſo contentus, Angelica, & humana laude tota æternitate caruerit. Viden vt aſtra nec laudibus, nec blaſphemiis mortalium moueantur; quorum

Pſ.72.9 non « lingua ſolùm in terra tranſit, ſed & in cœlum os ſuum blaſphemiis ponunt.» Vis ſupra dæmonem Ægypti, id eſt mundi Pharaonem, cum Apoſtolis Diis fortibus terræ Deus conſtitui? Eſto humilis in ſublimi. Diabolus S. Macarium acuta falce percu-

Lib. 7. de vitis Patrum cap. 13. tere non valens; « Magnam, inquit, vim à te patior Macari; aliquando ieiunas, ego nunquam comedo: ſæpe vigilas: ego nuſquam dormio: caſto viuis ſanctus in corpore: ego ſine corpore viuo; pauper es: nihil ego poſſideo. Vna re me ſuperas, humilitate, quam fugio.» Inde Rupertus de Moyſe Deo

Rupert. Pharaonis loquens: « Ecce, inquit, quam glorioſa virtutum Regina humilitas, quæ in cœlum volare conſueuit!» Et nos humiles poſt Barnabam Dij facti eleuemur ad gloriam. Amen.

Digitized by Google

IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ.

Quis putas puer iste erit? Luc. 1. 66.

BEllè Chryſoſtomus Feſta Sanctorum frequenter occurrentia Chriſtianis, Inſulis, & portubus, nautis refrigerandis, & refocillandis opportuna pariauit. Vt enim illi quaſſas illic naues reſarciunt, & variâ ibi nata rerum copiâ onerant: ſic nos in Sanctorum ſolemnibus florum, fructuum, gemmarum, virtutum, & exemplorum ſupellectile, reparatas otio ſancto, animarum noſtrarum naues, per eorum merita, & ſuffragia, cumulamus. Sed ſi qua noſtris ſtatio fida nauigiis: ſi quis naufragis ſinus excipiendis optatus: ſi qua inſula, inter fortunatas auſpicatiſſima; hodierna certè feſtiuitas, ab Eccleſia natali S. Ioannis Baptiſtæ conſecrata, cenſenda eſt, Floribus, fructibus, gemmis, auri, argenti, meritorum omnium, & gratiarum venis ditiſſima panditur. Enimuerò tanta me copia inopem, exuberantia pauperem, & fœcunditas matris annoſæ ſterilem, ſilentium Zachariæ, mutum faceret: niſi de eiuſdem Spiritus bonitate, ſperarem fandi copiam, qui Ioannem vocem Verbi, & ſummi iudicis fecit eſſe præconem. Per tua, Virgo, merita poſcimus; quæ ſicut eius natiuitati, Bernardo teſte adfuiſti, ſic noſtro laudum eius partui præſidebis, per eundem Angelum inuocata, qui & Ioannis ortum Zachariæ, & tibi Verbi incarnationem nuntiauit, cùm te gratia plenam ſalutauit. Aue Maria.

Chryſoſt.

Ber. 1. ſer. de priuil. S. Io. Bapt.

EXORDIVM.

Vt vera ſanctitas manat ex gratia; & hæc iuxta Petrum, participatio quædam eſt naturæ diuinæ: « gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione
2.Pet.1. 4. Dei, & Chriſti Ieſu Domini noſtri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam & pietatem donata ſunt, per cognitionem eius, qui vocauit nos propriâ gloriâ & virtute; per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ: fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptio-
Ibid. verſ.1. nem: » quæ licet, vt in principio præfatus eſt Petrus, communia ſint omnibus, « qui coæqualem ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti: » Specialiter tamen de S. Ioanne
Pſ.44.9 dicenda ſunt, verè « vncto oleo lætitiæ præ comparticipibus ſuis: » qui ab vtero matris infans exultauit gaudio; qui conceptus quidem, vt cæteri, « filius iræ, » & gehennæ; gratia, & pace adimpletus eſt, in cognitione Dei & Chriſti Ieſu; cui omnia diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam & pietatem; & maxima, & pretioſa per Angelum Gabrielem promiſſa donauit, vt per hæc efficeretur diuinæ conſors naturæ, Quam vt inuiolabilem cuſtodiret, à puero, antra deſerti Eremitarum iam inde Princeps petens, fugit eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.

1. Tim. 6. 16. Et quidem vt Deus Sol eſt « lucem inhabitans inacceſſibilem » Sancti omnes eius ſplendoris par-
Ber.ſer. de priu. Io.Bap. melius Dam. ticipes ſunt radij, ad quorum ſplendorem oculi noſtri caligant hebetes. « Hodie dilectiſſimi dies nobis illuxit inſignis, & tanto diebus cæteris ſanctior, quantò ſanctiorem hominem terris infudit. In hac

Digitized by Google

ſiquidem die natus eſt Sanctorum ſplendor, iuſtorum gloria, lætitia Angelorum, excellentiſſimus homo, conſanguineus Chriſti, & amicus Sponſi, Sponſæ præparator. Vnus eſt, & ſimilem non habet, qui choris inſertus Angelicis, ſublimioris coronæ titulis, vniuerſitatis humanæ tranſcendit aſcenſum, &c. nec alicuius præcluditur faſtigio dignitatis, quem ſummæ fœlicitatis immenſitas largius irrorauit. Lætantur Angeli, & vtriuſque naturæ numeroſitas admiratur hominem ſic ingreſſum abyſſum luminis, & intra interna diuinitatis abſorptum, vt ipſam reuerberet aciem Angelicæ puritatis. Leuentur omnes viri meritorum, & prærogatiuis ante conſiſtorium maieſtatis exultent: non erit tamen qui ad B. Ioannis Baptiſtæ priuilegium audeat aſpirare. » Quantò exultantius Paulo, diceret cœlitibus: Angeli ſunt? & ego. Ieremias in vtero ſanctificatus eſt? & ego. Prophetæ ſunt? & pluſquam Propheta ego. Apoſtoli ſunt? Martyres, Doctores, Virgines? & ego plus omnibus, vnus omnium gratiam, merita, ſanctitatem, gloriamque poſſideo. Tanti infantuli parentibus, Pater æternus radium ſuæ fœcunditatis, Verbum Patris, ſapientiæ & rationis anticipatæ; Spiritus ſanctus gratiæ lumen infudit: vt non immeritò pro omnibus ſanctis natalis vna Baptiſtæ celebretur; « quia Diſcipuli Domini nati ſunt, & per ætatis acceſſum, ad annos capaciores perducti, in Diſcipulos aſſumpti ſunt: illorum poſtea fides Domino adhæſit, ſed nullius illorum natiuitas Domino militauit. Recordemur & Prophetas, recolamus Patriarchas. Nati ſunt homines; ætatis acceſſu, pleni Spiritu ſancto Chriſtum prophetauerunt: nati ſunt, vt poſtea prophetarent: Ioannis autem Dominum Chriſtum ipſa natiuitas prophetauit, quem conceptum ex vtero ſalutauit. » Athle-

ſer. 1. de S. Ioan. Bapt.

Ierem. 1. 5.

Aug. ſer. 4. de S. Io. Bapt.

Digitized by Google

Tertul. de corona c. 1. tam ſuum Spiritus vnxit ab vtero: ampliſſimo quippe virtus eius certamini parabatur. Cernite nouum militem in medio vteri matroni campo clauſo, Rom. 13. 12. « totum de Apoſtolo armatum, armis lucis indutum » contra naturam peccatum, principem tenebrarum ſingulari certamine pugnantem, & victoriosiſſimè triumphantem. Et hæc velitatio prima pugnarum ſequentium præludia deputa. « Quis putas puer iſte erit? » quas palmas, quæ ſpolia, quas coronas de hoſtibus cum « in virum perfectum, in Eph. 4. 13. menſuram ætatis plenitudinis Chriſti occurrerit » reportabit? Heu ſterile ſolum, terram auidam, vacuam, & inanem doleo: ſed ex amœniſſimis ſcripturarum & Patrum hortis varios legam flores, & Divisio. duplicem ex his meritiſſimo Ioannis capiti coronam, primò quidem laudis, ſecundò imitationis imponam.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Si quis Mathematicus, aut Aſtrologus, vti ſæpe in nobilium natalitiis factitatum nouimus, ad Ioannis ortum, & horoſcopum eius inſpiciendum, & latum eius exitiumque præfandum vocatus adfuiſſet; vt nobilitati generis blandiretur, magnum haud dubiè aliquid de hoc infantulo, conſtellationibus inſcriptum ſe legiſſe iactaſſet, quem Tertullianus exploderet; « Ipſe, inquit, clauſula legis & pro- Tertul. Scorp. cap. 8. phetarum, nec prophetes, ſed Angelus dictus, contumelioſa cæde truncatur, in puellæ pſalticæ lucar. » Sed hæc planè contumelia ſit hominum oculis; nam « pretioſa in conſpectu Domini mors ſan- Pſ. 115. 5 ctorum eius: » Et huius quia maximè Sancti cuius ipſi fuit natiuitas glorioſa. Quis putas puer iſte erit, cuius ortui Sol Iuſtitiæ Chriſtus, & Maria, pulchra & luna

& luna præfuit ? Alexandrum referunt Theſſaloni-
ca ante Orphei ſtatuam tranſeuntem coram ipſo
inanimem lapidem plurimo immaduiſſe ſudore, &
inde ariolos blandientes, Poëtas in canendis eius
fortiter factis ſudaturos conieciſſe. Ego verò niſi
ſacra prophanis miſcere pertimeſcerem, & regiam
Pſaltis lædere majeſtatem, myſticum eum Or-
pheum non immeritò appellarem; cui vt & Am-
phioni Verbum ipſum incarnatum Clemens Ale- Clem.
xandrinus conferre non erubuit. Hunc enim, pſal- Alex.
terium pulſans, cytharamque de longè percutiens cont. Gent.
Dauid, rogatus, quis putas puer iſte erit? lucernam
Domini, ſed lucentem ardentemque lucernam ce-
cinit, & ipſe præcurſoris anteceſſor, Mariam in
ſpiritu videns, vrna corporis aurea, Verbum &
manna abſconditum circumferentem totis viribus 2. Reg.
coram arca tripudians, Ioannemque in vtero ma- 6. 14.
tris exultantem delineans: « Illuc, inquit, produ- Pſ.131.
cam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo.
Inimicos eius induam confuſione, ſuper ipſum au-
tem efflorebit ſanctificatio mea. » Illuc, inquit,
proferam. Quo tandem? In domum Zachariæ.
Quod cornu Dauid? « Vt de Chriſto præſumatur,
ipſa erit altitudo Dauid; cornu enim ſignificat alti- Aug. in
tudinem, » Et cui contulit cornu ſuum Dauid? Pſ.131.
« Exaltabitur, inquit, ſicut vnicornis cornu meũ. » Pſ.91.11
Habet hoc cornu vim indagatricem expultricem-
que veneni. Infecerat in ipſo materni vteri fonte
peccati originalis mortiferum virus Ioannis ani-
mam; illuc virgo captum vnicornem ſuoque ſinu
complexum produxit, qui iam inde efficaciſſimo
poteſtatis & gratiæ ſuæ antidoto venenum pelleret
à Ioanne, & pararet ex eo lucernam Chriſto ſuo.
Et quid ſequitur? Inimicos eius induam confuſio- pſalm.
ne: proh quanta diabolis & principibus tenebra- 131.18.

Aug. ſe. 5. de Io. Bapt. ex cod. Reg.

rum ex accenſa lucerna confuſio ! « Deus Pater in Propheta loquens , paraui lucernam Chriſto meo , Ioannem Saluatoris præconem , Iudici præcurſorem venturo, futuro amicum Sponſo, paraui, inquit, lucernam Chriſto meo. Quare paraſti ? Inimicos eius induam confuſione , &c. Quomodo per hanc lucernam inimici eius induti ſunt confuſione? Euangelium perſcrutemur : calumniatores Iudæi Domino dixerunt , in qua poteſtate iſta facis ? ſi tu es Chriſtus dic nobis palam , &c. quid reſpondit confuſurus eos de lucerna ? Baptiſmus Ioannis vnde eſt illi continuò repercuſſi & quamuis tenuiter radiante Sole ad palpandum compulſi , quoniam claritatem illam ſpeculari non poterant ; ad ſui cordis tenebras confugerunt , & ibi ſecum turbari cœperunt , offendentes & ruentes. Si dixerimus , inquiunt , de cœlo eſt, &c.» Ita vel ad ſolam lucernæ reflexionem inimicos induit confuſione , & « operuit ſicut diploïde confuſione ſua. »

Pſ. 108. 29.

Aug. ib. ſupra.

Eſt & alia ratio , propter quam præmiſſam lucernam ante ſolem credidit Auguſt. « Lippientibus, inquit, & infirmis oculis parum de ſe teſtificatur dies: infirmi oculi diem expaueſcunt , lucernam ferunt. Ideo præmiſit lucernam dies venturus. Sed in corda fidelium lucernam præmiſit, ad confirmanda infidelium. » Quidquod ne ad Virginis partum increduli hominum oculi hebeſcerent , voluit ſterilis Elizabeth cuius & exemplo Angelus trepidam Mariam confir[illegible]uerat, præire conceptum. « Quia vniuerſum mundum peccatorum tenebræ , & nox infidelitatis oppreſſerant , & Solem Iuſtitiæ aſpicere non volebant; Beatus Ioannes quaſi lucerna præmittitur , vt cordis oculi , qui lippitudine iniquitatis oppreſſi fuerant , magnum & verum lumen videre non poterant; ad lumen lucernæ primùm qua-

Aug. ſer. 2. de S. Io. B.

Digitized by

ſi tenuem ſplendorem videre conſueſcerent; vt paulatim peccatorum nubilo remoto, & infidelitatis humore digeſto, adueniente Chriſto, ab illo cœleſti lumine lætificari poſſent potius quàm retorqueri, &c.» Cui conſonat & Chryſologus, dicens: « Hinc eſt quod Dominus terro infidelitatis nubilo cordibus iam cæcatis, vt irradiaret partus virginei Sacramentum, deſperatæ & annoſæ ſterilitatis ante præmiſit conceptum, &c. In Ioanne Dominus accendit ſui luminis, & præmiſit lucernam, vt deguſtato lumine, in ſe iam diuini Solis iubar ipſum perferrent, ipſam Deitatis caperent claritatem, &c. vt ille denſas noctis placido lumine aperiret tenebras, ipſe noctis neſcium diem iam deſiderantibus, ad lucem perpetem, redonaret. Hinc eſt quod & magis adhuc noctis incolas, & totis obſtupeſcentes oculis, tenuiter micans ſtella aſſuefacit ad lucem, & gradatim pertrahit ad ipſum fontem luminis & dierum, &c. vt compendio credulitatis iſto (Ioannis de ſterili nati) ad illud vbi partus eſt ſine patre, vbi creatur author ipſe procreantis, vbi naſcitur ipſa origo generantis, inter hyemales ac nubibus & nebulis dubias luces, lucerna præuia, ſtella duce peruenire poſſimus.» Chryſol. ſer. 87.

Hinc eſt quod ſicut aurora & Lucifer noctem diemque dirimens, inter vtrumque mediator exiſtit, ſic « & nos limitem quemdam agnoſcamus Ioannem, conſtitutum inter vetera & noua, ad quem deſineret Iudaiſmus, & à quo inciperet etiam Chriſtianiſmus, &c. Ioannes antecurſor & præparator oſtenditur viarum Domini, Euangelium ſuperducturi, & regnum Dei promulgaturi; & ex hoc iam quod Ioannes venit, ipſe erit Chriſtus qui Ioannem erat ſubſecuturus vt antecurſorem, &c. deſierunt vetera, & cœperunt noua interſtite Ioan- Tertul. 4. cont. Marc. cap. 33.

Aug.ſe. ne. » Sed Auguſtinus expreſſiùs : « Hic, inquit, eſt
20. de illenoui & veteris Teſtamenti idoneus mediator,&
SS. & ſer.5. glorioſi agni dignus oſtenſor : qui Dominum ſuum
ex no- & annuntiare vno tempore meruit, & viuere : vna
uis & eademque ſuæ natiuitatis ætate, & noua incipiens,
cod. & vetera concludens. »

Reg^io. Tertul. « Idem Ioannes non tantum Angelus Chriſti vo-
cont. catus eſt, ſed & lucerna lucens ante Chriſtum. Pa-
Iud.c.9. raui enim lucernam Chriſto meo Dauid prædicat.
Io.5.35. Quare ipſe Chriſtus veniens adimplere Prophetas,
Io.1.22. dicit ad Iudæos. Ille fuit, inquit, lucerna ardens &
& 23. lucens : vtpote qui non tantum vias eius parabat in
eremo, ſed & agnum Dei demonſtrando illumi-
nabat mentes hominum præconio ſuo, vt eum eſſe
intelligerent agnum quem Moyſes paſſurum nun-
tiabat. » Sed ſicut lucerna templi, ſic & ipſius Ioan-
Apoc.21 nis lucernæ dicti, « lucerna eſt agnus: qui vita ſimul
23. & lux hominum, illuminans omnem, quicumque
Io.1.9. ſit ille qui illuminatur, veniens in hunc mundum.»
Ioannem primum illuminauit, voce Dauidica retrò
Pſ.17. 29. poſcentem : « quoniam tu illuminas lucernam
meam Domine, Deus meus illumina tenebras
meas. » Vnde & cùm ſupra Pſaltes de parata lu-
Pſ. 131. cerna Chriſto dixiſſet : immediatè ſubiecit ipſum
18. Chriſtum de Ioanne loquentem inducens : « ſuper
1. Reg. ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Et quis
2.2. ſanctus ſicut Dominus noſter ? » de quo ad Virgi-
Luc.1. nem Angelus : « Quod naſcetur ex te ſanctum, vo-
35. cabitur filius Dei : » de quo & ipſe apud Ioannem
alterum Ioannes: « de plenitudine eius omnes acce-
pimus. » Sanctificationis itaque plenitudo ſuper
Io.1.16. Ioannem effloruit, cum in Nazareth, id eſt, ciui-
Eſa.11.1 tate florum, vix conceptus flos virgæ Ieſſe, in do-
mum Zachariæ, Sanctorum omnium florem, om-
nium coronis, & aureolis ornandum, primitias ſan-

Digitized by Google

ctitatis, Ioannem Nazaræum, ab vtero vinum & siceram non bibiturum, consecraturus intrauit, & purissimnm gratiæ oleum, in lucernam, seipsum inter noctis incredulitatis tenebras ostensurum, diem, & solem præcessurum effudit. Audite verò quid de lucernæ nostræ lumine senserit Euangelista Ioannes: « Hic venit in testimoniũ, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent perillũ. » Luc. 1. 15. Io. 1.

Quanta lucerna fuit hæc, quæ à Deo præmissa, & accensa fuit, vt de ipso originali testimonium lumine perhiberet, & vnus testis ab omnibus crederetur: cùm præscriptum fuerit: « In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum? » Quanta vox Verbi, nuntiatrix, & linguæ Patris muti solutrix! O quanta silentio vox nascitur! « Zacharias tacet, & amittit vocem, donec Ioannes nasceretur præcursor Domini, & aperiret vocem. Quid est silentium Zachariæ, nisi prophetia latens? Et ante prædicationem Christi quodammodo occulta & clausa aperitur illius aduentu, clara fit venturo eo qui prophetabatur. Hoc est apertio vocis Zachariæ in natiuitate Ioannis, quod est discissio veli in cruce Christi. » Vox est silentium imponens omni prophetiæ. « Lex enim & Prophetæ vsque ad Ioannem. » Sic & Augustinus hanc Ioannis vocem exposuit, qua de Christo dixit: « Illum oportet crescere, me autem minui. O magnum, inquit, & mirabile Sacramentum! Attendite personam vocis, in qua persona erant Sacramenta omnium vocum, dicentem de persona Verbi, illum oportet crescere, &c. Apostolus dicit, Ex parte scimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. Quid est perfectum? In principio erat Verbum, &c. Quid est perfectum, dicat & Apostolus Paulus; 2. Cor. 13. 1. Aug. s. 5. de Io. Bapt. ex cod. R. Matth. 11. 13. Aug. s. 23. ex nouis. 1. Cor. 13. 9.

Phil. 2. 6. qui cùm in forma Dei eſſet, &c. hunc æqualem Deo Patri, hoc Verbum Dei apud Deum, per quod facta ſunt omnia, ſicuti eſt, ſed in fine, &c. Ergo omnium vocum (Prophetarum) perſona Ioannes Verbi perſona Chriſtus. Omnes voces neceſſe eſt minuantur. Amando, ad Chriſtum videndum proficimus. Quantò enim proficis ad videndam ſapientiam, tantò minus vox eſt neceſſaria. Vox in Apoſtolis, vox in Pſalmis, vox in Euangelio. Veniat illud, in principio erat Verbum. Cùm enim viderimus ſicuti eſt, numquid ibi recitabitur Euangelium? Numquid prophetias audituri ſumus? Numquid Epiſtolas Apoſtolorum lecturi ſumus? Quare? Quia deficient voces, creſcente Verbo. Quia illum oportet creſcere, &c. Et Verbum quidem per ſeipſum nec creſcit, nec deficit, » &c. Aug. ib. præmiſerat Auguſtinus: « In ſecretario mentis meæ Præceſſit verbum vocem meam, &c. ineſt iam verbum cordi meo, vt autem exeat ad te quod corde concepi, miniſterium vocis inquirit, &c. præceſſit verbum vocem meam, & in me prius eſt verbum, poſterior vox. Ad te autem vt intelligas prior venit vox auri tuæ, vt verbum inſinuetur menti tuæ. Noſſe enim non poſſes quod in me fuerit poſt vocem. Ergo ſi vox Ioannes, Verbum Chriſtus, ante Ioannem Chriſtus, ſed apud Deum: poſt Ioannem Chriſtus, ſed apud nos. Magnum Sacramentum fratres, &c. Quanta verba, immo quantas voces facit Verbum corde conceptum! Quantos prædicatores fecit Verbum apud Patrẽ manens! miſit Patriarchas, miſit Prophetas, miſit tot & tantos prænuntiatores ſuos. Verbũ manens voces miſit, & poſt multas voces præmiſſas, vnum ipſum Verbum venit, tanquam in vehiculo ſuo, in voce ſua, in carne ſua. Collige ergo tanquam in vnum omnes voces

quæ præcesserunt Verbum, & eas omnes constitue in persona Ioannis. Harum omnium Sacramentum ille gestabat, horum omnium persona sacrata & mystica, ille vnus erat. Ideo propriè dictus est vox, tanquam omnium vocum signaculum atque mysterium. » Interroga iam quanta vox fuerit, quam Deus Pater ad annuntiandum Verbum suum inter se & omnem mundum præmiserit. « Qualis iste qui testimonium perhibet de lumine, vt omnes crederent per illum? &c. quia sic erat homo Christus, vt lateret in illo Deus; missus est ante illum magnus homo, per cuius testimonium inueniretur plusquam homo. » Ille homo à Deo missus est, per quem in Deum crederent qui pro hominibus factus est homo. « Veracem veritas misit, & ideo verax erat, quoniam à veritate missus erat. »

Aug. tr. 2. in Io.

Aug. tr. 5. in Io.

Adeo cæteros homines prætergressus est Ioannes, vt cum Psalte verè diceret, quia verax erat: « Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. » Sudauit vt diximus arte fallaci patris mendacij coram Alexandro Magno Orphei statua fabulosi: & quis patrum non sudet in scribendis Ioannis laudibus, qui non ab Astrologo, sed ab eodem quo Christus nuntiatus est Archangelo, « magnus coram Domino » fuit prophetatus? « Cœli non sunt mundi in conspectu eius, & in Angelis suis reperit prauitatem. Et Sponsa tota pulchra & sine macula & ruga, coram Sole se decolorem & infuscatam agnoscit: « nolite, inquit, me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol. Omnes denique gentes ante eum quasi gutta & situla » & Ioannes vnus magnus coram Domino, Lucifer ante Solem, vox ante Verbum.

Ps. 115. a

Luc. 1. 15.

Iob. 15. 15.

Iob. 4. 18.

Cant. 4. 7.

Cant. 1. 5.

Esa. 40. 15.

Sudet & Chrysologus, sed aureas Pactolus stillet guttas: factus est Ioannes: « Sacramenti filius in-

Chrysol. ser. 88.

ter sacraria delatus, inter Sacramenta concessus, vt esset Antistes, de venerando generatus Antistite; esset Angelus ore Angeli sancta delatus in viscera, esset vox Christi, ad Christum sua reseruatus ad tempora, esset præco, iudicis præsentiam clamaturus, esset pœnitentia populos Christi vocaturus ad veniam, &c. Non est vnigenitus, qui est cunctorum creatus ad gaudium. Erit magnus coram Domino. Qui coram Deo magnus est, quantus sit penes homines, quis probabit? &c. B. Ioannes qui ante Dei spiritu meruit intonare, quam hominis vagiret in fletu. B. qui ante diuina possidere meruit, quam sortiretur humana. B. qui antequam videret præsentia, futura meruit nuntiare, &c. Beatus qui non peruenit ad gratiam per laborem, sed ad labores ipsius gratiæ dignatione descendit.» Quid vltra? «Ioannes maior homine, par Angelis, legis summa, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, præco iudicis, præcursor Christi, metator Domini, Dei testis, totius medius Trinitatis.» Qui inter Deum Patrem, & Filium baptisatum cum Spiritu sancto medius manum Christi capiti Baptista imposuit, nec modo præcursoris officium implens, & metatoris, colles humilians, & valles implens vias Domino & locum præparauit, sed & insuper magnitudinem eius meritus est, qui «stetit & mensus est terram, qui mensus est & pugillo aquas, & montes appendit in statera.»

Chrysol. ser. 127.

Esa. 40. 12.

Sudauit & Cypriani calamus qui verticem meritorum eius extulit. «Ioannes, inquit, maior inter Prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in vtero matris impletus, ille Eliæ spiritu & virtute subnixus, qui non aduersarius Domini (id errore suo de rebaptizandis hæreticis Christi aduersarius dixit)

Cypr. ep. 73. ad Iubaianū.

ſed præcurſor ac prædicator fuit, qui Dominum non tantum verbis prænuntiauit, ſed & oculis oſtendit, qui ipſum Chriſtum per quem baptizentur cæteri, baptizauit.»

Sudauit & inter myſticos Orpheos Bernardus insignis: « Salua, inquit, Redemptoris reuerentia, quia non derogamus Regi, ſi Regis militem honoramus, &c. digniori præmonſtratione Ioannes nuntiatur quam Chriſtus. Chriſtus fortaſſis in thalamo, Ioannes in templo, & non ſolum in templo, ſed etiam ante Sancta Sanctorum, & inſigni die ſolemnitatis eorum, &c. Longè minor Ieremiæ ſanctificatio quam Ioannis, &c. multò quippe excellentius eſt Spiritu ſancto repleri, quam ſanctificari: ibi enim ſanctificatio emundationem, hîc repletio inundationem ſignat. Denique & Apoſtoli qui manibus ſuis tractauerunt de Verbo vitæ, cùm Spiritum ſanctum accepiſſent de Saluatoris afflatu, vix quinquageſimo à reſurrectione die, ad illum gradum potuerunt peruenire, vt diceretur de eis, repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, Ioannem longè glorioſior virtus impleuit, qui & ſanctificatus eſt à peccato, & ita dominante Spiritu ſuperfuſus, vt & purgatus exeat & repletus, &c. prorſus obſtupenda dignatio puerum vix conceptum in motum exultationis erumpere, eique gratanter occurrere ſeruitio dulciori, quem virginali ſubſtantiæ præſenſit infuſum. Beata anima quæ in via peccatorum non ſtetit, ſed ſecretiori ſemita de cœleſtibus officinis egrediens, inauditæ gratulationis eſt ſortita dulcedinem, &c. Erubeſce Lucifer, & conatuũ tuorũ fruſtratus impulſibus, tandè intellige, &c. Machinationibus tuis factũ eſt vt humani generis vniuerſitas, in peccatis cõciperetur, in triſtitia naſceretur: ſed ecce iſte ſanctificatus in vtero, naſcitur in gaudio, lætitiã-

Ber. ſer. de priu. S. Io. B. verius Damia. ſer. 1.

Act. 2. 4

Pſ. 1. 1.

que mundo ſua natiuitate refundit, &c. Quis putas puer iſte erit? Amicus ſponſi, inimicus ſibi, ſeipſo potentior, &c. intra teneretudinem annorum Beatus iſte puer ad eremum ſpiritu ducente deductus eſt, &c. reliquit Ioannes mundum, homines fugit, patriam neſcit, parentes aſpernatur, & in ſolius diuinitatis apicem defigit obtutus. Mira rerum conuerſio; hominem vix mundum ingreſſum mundi fugere gloriam, & ſæculi cupiditates non ſolum obliuiſci, ſed neſcire, perpetuumque cum diuinitate habere conſortium, &c. Ioannes ætatis ſupergreſſus infantiam, & nobilioris generis generoſitatem oblitus, ſoli vacat diuinitati, factus forma vitæ, Monachorum propoſitum, Anachoretarum principium, totius Religionis aſſertio, &c. Verbum caro factum eſt, & in perfectum virum egrediens relicta hominum vniuerſitate, Ioannem quærit, Ioannem deſiderat, ad Ioannẽ venit. Terribilis in conſiliis Deus ſuper filios hominum, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationẽ peccatorum faciens, venit à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizetur ab eo, &c. Exuitur veſtimentis ſuis Rex gloriæ, ſplendor luminis, & figura ſubſtantiæ Dei, Ioannis manibus attrectatur caro illa ſumpta de Virgine, candidiorique deriuata materia nudatur in flumine, fœlicis Baptiſtæ manibus infundenda, &c. Infundit aquam capiti Creatoris, creatura nobilior, & Dei verticem mortalis dextera contrectat & contingit. Pauet cœlum, ſtupet terra, Iordanis arridet, mirantur Angeli Dominum Sabbaoth inter manus Baptizantis concludi. Quid eſt Ioannes? quem Cherubim & Seraphim vix audent aſpicere, tu nudum tenere præſumis? Tibi datum eſt quod omnibus negatum eſt, baptizare eum, qui baptizat omnes in Spiritu ſan-

Pſ.65.5. Hebr.1.3. Luc.3.16.

cto & igni. Virginem, virginisque filium virgineis manibus irrigare, &c. à creatione cœli & terræ, vsque ad hunc locum, nunquam Trinitas manifestè hominibus apparuit, sed rerum ac vocum inuolucris inuoluta fuit tantæ claritatis æternitas. Et vt breuiter concludamus, omnis illa Patriarcharum, siue Prophetarum societas, nullam vel in sermonibus, vel in rebus, de Patre & Filio, & Spiritu sancto apertè legitur fecisse mentionem. Veni ergo & intuere filium Zachariæ, Deum & hominem propriis manibus contingentem. Et vide quia cœli aperiuntur ibi, &c. Pater auditur in voce, Filius baptizatur in flumine, Spiritus sanctus demonstratur in columbæ specie. Adest Ioannes totius medius Trinitatis, &c. Domine quis est iste, quia innotuisti ei, &c. Quid existis in desertum videre. Arundinem vento agitatam? O mira testificatio Redemptoris! quis ingressus est mundum, & mundum vel in aliquo non cognouit? quis est quem ventosa fœlicitas, vel aduersitas turbida, vel cuiuslibet peccati aura tenuior non inflexit? Ad extremum subinfert, quod terram excedat, transeat cælum, ipsum verticem Angelicæ dignitatis attingat. Inter natos mulierum, dicit Dominus, non surrexit maior Ioanne Baptista. Quid vis amplius? de nullo dici potuit, dicit Augustinus, quod dictum est de Ioanne. Non opponas mihi Euangelistam cæteris Discipulis magis dilectum; non Apostolorum Principem, omnibus Apostolis antelatum, non vas electionis ad tertij cœli secreta translatum: nec Apostolicus splendor audeat occurrere præcursori: quia iam omnes isti adolescentiæ metas excesserant, cum à Veritate prolatum est: Inter natos mulierum, &c. »

Matth. 3. 16. Ps. 143. 4. Matth. 11. 11.

Et quoniam à Bernardo citatus est Augustinus,

Ioannis Elogia cum eo concludamus. Præter innumera quæ in eius commendationem paſſim retulit nouem ſaltem de eo Sermones magna arte & eloquentia conſcripſit. Ex multis pauca decerpam « Reuiuiſcit ſenectus, fides concipit, parit caſtitas. naſcitur maior homine, par Angelis, tuba cœli, præco Chriſti, arcanum Patris, Filij nuntius, ſignifer ſuperni Regis, peccatorum venia, Iudæorum correctio, vocatio Gentium, & vt propriè dicam, legis & gratiæ fibula, quæ diploïdem ſummi Sacerdotis, ſancto Patri iungebat in corpore. » Et ipſum alibi Chriſtum interroga. « Venturo Domino Ieſu Chriſto qui plus eſt quam homo, ne putaretur tantum eſſe homo, teſtimonium debuit illi perhibere magnus homo. Chriſtus, inquam, Deus, non tantum Deus, ſed & Deus & homo. Deus qui nos fecit, homo qui nos refecit. Ioannes autem homo tantum; ſed quantus homo? Audi de eo Deum & hominem dicentem. O Domine Ieſu Chriſte quis eſt Ioannes? & dicit Deus: In natis mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.» Et rurſum: «Ioannes magnus erat homo, ſed homo. Tā magnus autē erat homo, vt quidquid plus illo eſſet, Deus eſſet. » Et iterum: «O gratia gratis data! mirantur omnes, obſtupeſcunt, & motu cordis ſui dicunt, vt ſcriberetur nobis quod legeretur: Quis putas puer iſte erit? Excedit metas humanæ naturæ. Nouimus pueros, ſed quid putas puer iſte erit? &c. Vtique valde magnus erit, qui tam magnus cœpit. Quid erit, qui tantillus tantus eſt? quid erit? hebeſcit humana infirmitas, omnium conſiderantium corda contremiſcunt. » Quid plura? « Miſſus eſt ſummus homo, qui perhiberet teſtimonium ei qui plus eſſet quam homo. » Tandem & mortuo Ioanne, Chriſtus ab Herode Antipa pro Ioanne habitus eſt.

Aug. ſer. 22. de SS.

Aug. to. nou. p. 2. ſer. 5. de S. Io.

tom. 1. nouo. ſer. 40. to. 2. ex nouis ſer. 4.

& ibid. ſer. 3.

Marc. 6. 16.

« Audiuit Rex Herodes, & dicebat quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, quia Elias eſt. Alij verò dicebant, quia Propheta eſt quaſi vnus ex Prophetis. Quo audito Herodes ait: quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis reſurrexit. » Quò reſpexit Auguſtinus, vel ad nuntium à Leuitis miſſum Ioanni, Meſſiam eum putantibus. « Si comparetur hominibus Ioannes, omnes ſuperat ille homo: non eum vincit, niſi Deus homo. Ioannes præmiſſus eſt ante Deum. Tanta in illo excellentia erat, tanta gratia, vt ipſe putatus ſit Chriſtus. » Et vt omnia verbo vno compendiosè colligeret: « Hic Ioannes non inuenitur inter Diſcipulos Domini, ſed inuenitur potius Diſcipulos habuiſſe cum Domino. Quid eſt hoc? Quid eſt iſte homo? Homo tantum. Quis homo tantus, quantus tantus homo? tamen non ſequebatur inter Diſcipulos Dominum, & ſequebantur eum Diſcipuli. Abſit vt dicam contra Dominum, ſed tamen quaſi extra Dominum. Diſcipulos habebat Chriſtus, Diſcipulos habebat & Ioannes. Docebat Chriſtus, docebat & Ioannes. Quid iam dicam? Baptizabat Ioannes, baptizabat Chriſtus. Plus hic de baptiſmo dico, à Ioanne baptizatus eſt Chriſtus, &c. Si in natis mulierum, hoc eſt in hominibus, nemo exſurrexit maior Ioanne Baptiſta, quiſquis Ioanne plus eſt, non tantum homo, ſed & Deus eſt, &c. Quod eſt maius teſtimonium veritatis quam ſe humiliando eum agnoſcere, cui æmulando potuit inuidere? putari Chriſtus potuit, & noluit, &c. reſpondit ille quod non erat, vt maneret quod erat, &c. » Sileat omnis homo vbi loquitur Angelus quod magnus erit coram Domino: taceat Angelus, vbi aſſerit Deus, quod nullus hominum ſurrexit maior illo. « Nec

Aug. ſ. 3. ex nouis 10. & ſer. 23. de SS.

Aug. ſ. 21. de SS.

est quod illi iam adiiciat homo, cui Deus contulit totum. »

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Si cultus merito Sanctorum adæquari debet; & diuino constet oraculo nullum esse maiorem eo qui « præcellit cæteros, eminet vniuersis, antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere natus est, inferior est Ioanne: » Et vt ait Chrysologus, « Sacramenti Filius, inter sacraria delatus, inter Sacramenta concessus, Antistes de venerando generatus antistite, Angelus ore Angeli, sancta delatus in viscera: » super omnes Sanctos post Reginam & Regem Sanctorum omnium est colendus. Hinc solius Christi, Mariæ, Ioannis festiua solemnitas celebratur. « Hinc & Mater & Magistra omnium Ecclesiarum Ecclesia Romana cui dictum est, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, in honorem Ioannis Baptistæ, post Saluatoris nomen consecrata est & signata. Dignum namque erat, vt sententiam Sponsi, Sponsæ sequeretur authoritas, & singularem amicum eius illuc proueheret, vbi principatum ipsa conscendit. Electio proculdubio hæc singularis est, & in illa ipsa vrbe Ioannem vendicare primatum Ecclesiæ, quam duo cœli luminaria morte clarissima consecrarunt. Crucifigitur Petrus, gladiatur Paulus, & dignitas remanet præcursori. Purpuratur Roma multitudine Martyrum, totaque sublimitas Beato refunditur Patriarchæ. Ioannes vbique maior, in omnibus singularis, mirabilis super omnes. Quis sic gloriosè annuntiatus est? Quis ita specialiter in vtero matris Spiritu sancto legitur fuisse repletus? quem legistis intra

Aug. s. 21. de SS.

Chrysol. ser. 88.

Ber. ser. de priu. Io. Bap. vel verius Dam. ser. 1.

matris vterum exultaſſe? Quis ſic eremum concupiuit? quis ita ſublimiter legitur conuerſatus? quis pœnitentiam & regnum cœlorum primus oſtendit? quis baptizauit Regem gloriæ? Cui ſe primum Trinitas reuelauit? Cui teſtimonium tale perhibuit Veritas? Quis ſicut ille Martyrum lumen inter natiuitatem mortemque Chriſti conſtantiſſima forma Martyrij? Quem ſic honorauit Eccleſia? Vide ſi non omnia hæc ita ſingulariter ſint ſingularia, vt nullus mortalium prædictis audeat inhiare.» Et vnde ego tam impiè ſanctiſſimi viri ſolemnitas profanatur? Vnde abſtinentiſſimi à vino & ſicera Nazaræi feſtiuitas comeſſationibus & ebrietatibus inquinatur? Vnde exultantis in vtero & ſi nondum vocibus, ſed motibus Regem gloriæ conceptum in vtero virginali cum gaudio ſalutantis, natiuitas tripudiis & ſaltationibus impudicis conculcatur à fidelibus, tot criminum reis, quot priuilegiorum ſingularibus donis Ioannes à Domino creditur honoratus?

Secvnda Reflexio. Si labor & ſudor eſt in tanta meritorum ſegete colligenda, multo maior ſupereſt nobis, in virtutum imitatione ſequenda. Celebrem recolo Catholicæ maieſtatis concionatorem Ordinis noſtri, referentem admirabilem partum mulieris, quæ ex inſpectu Imaginis S. Ioannis Baptiſtæ, à teneris in eremo, aſpera cameli pelle veſtiti, in conceptionis inſtanti; ſimilem prorſus infantulum enixa eſt pellicula cilicinum habitum referente indutum, & extenſo digitulo velut agniculum præmonſtrantem. Vtinam & nos ex conceptis Baptiſtæ laudibus ſimilem virtutum eius habitum, Spiritu ſancto Dei digito corda noſtra reformante, per imitationem induamur. « Ioannes virtutum ſchola, magiſterium vitæ, ſan-

Valderama Auguſtinianus ſer. de S. Io.

Chryſol. ſer. 127.

ctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina. »
Sed duas præ cæteris nobis suo exemplo virtutes præscripsit imitandas, & ambas omnibus ex necessitate præcepti impositas, humilitatem & pœnitentiam. Et primò quidem de humilitate dicamus.

« Audi ipsum de quo agimus, amicũ Sponsi. Certè cum Christo Discipulos habebat, & Christi Discipulus non erat. Audi illum confitentem se Christi Discipulum. Vide illum inter Christi Discipulos, & tanto certiorem, quanto humiliorem: (dixerat enim & docuerat, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde) tanto humiliorem, quanto maiorem. Vide illum facientem quod scriptum est: quãto magnus es, tantò humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Iam dixit, non sum dignus corrigiam calceamenti soluere, &c. Audi apertiùs fatentem Discipulum, qui habet Sponsam Sponsus est, amicus autem Sponsi stat & audit eum. Et audio stat, quia audit eum. Stat, & audit: quia si non audiat, cadit. Merito ille, auditui meo dabis, inquit, exultationem & lætitiam. Quid est, auditui meo? Audire illum, non audiri velle pro illo. (Vbi sunt nostri prurientes auribus semetipsos prædicantes, inflati scientiâ, pascentes seipsos, & verbum Dei adulterantes, sagenæ denique suæ immolantes in captura piscium, & non cum Petro in verbo Domini rete laxantes.) Et vt nouerimus quia in eo qui audit eum, humilitatem commendat; cum dixisset: Auditui meo dabis exultationem & lætitiam; continuò subjunxit, & exultabunt ossa humiliata, quia franguntur elata. (Vnde & dixit: Dissipabit Dominus ossa eorum qui hominibus placent.) Nullus ergo sibi seruus potesta-

Aug. to. 2. ex nouis ser. 2. de Nat. 10.
Matth. 11. 29.
Eccli. 3. 20.
Io. 1. 27.
Io. 3. 29.
Ps. 50. 9
2. Tim. 4. 3.
Luc. 5. 5.
Ps. 52. 6.

Digitized by Google

poteſtatem Domini aſſumat: Gaudeat ſe eſſe in familia, & ſi eſt præpoſitus, proferat in tempore conſeruis cibaria, ſed vnde & ipſe viuat, non vt de ipſo illi viuant. Nam quid eſt proferre in tempore cibaria, niſi proferre Chriſtum, laudare Chriſtum, commendare Chriſtum, prædicare Chriſtum? Hoc eſt proferre in tempore cibaria. Nam & ipſe Chriſtus cibaria iumentorum ſuorum natus in præſepi poſitus.» Quanta Magiſtri & Diſcipuli humilitas? Vtrumque audiamus, & baptizatum, & baptizantem. Ille « ſine modo, inquit, ſic enim nos decet implere omnem iuſtitiam.» Et iſte: « Domine tu venis ad me, & ego à te debeo baptizari. Sic qui iuſtus eſt, iuſtificatur adhuc.» Pergit Auguſtinus: « Quantumcumque, inquit, ſe iactet humana ſuperbia, de quauis excellentia ſanctitatis; quis erit quod Ioannes? Quiſquis es qui te magnum putas, non eris quod Ioannes. Nondum natus erat, & iam naſciturum Dominum exultans in vtero pronuntiabat. Quid excellentius iſta ſanctitate? Imitare; audi quid dicat de Chriſto. Nos de plenitudine eius omnes accepimus. Lucerna in nocte fontem tibi oſtendit (fontem omnis boni) inde & ipſe bibit. Nos enim, inquit, de plenitudine eius accepimus. Nos omnes. Ille fons, nos vaſa; ille dies, nos lucernæ. Magna infirmitas hominum, per lucernam quæritur dies, &c. Cùm dixiſſet, vos eſtis lux mundi, adiunxit, & ait: Nemo accendit lucernam, &c. quod vos dixi lucem, lucernam vos dixi. Nolite exultare in ſuperbia veſtra, ne flammula extinguatur. Non vos pono ſub modio: ſed vt luceatis, in candelabro eritis. Quod eſt candelabrum lucernæ. Audite candelabrum, eſtote lucernæ, & habebitis candelabrum. Crux Chriſti eſt magnum candelabrum. Qui vult lucere, non

Matth. 3.15. & ib. 14 & ibid. ser. 3.

Io. 1.16.

Matth. 5. 14. & ſeq.

erubeſcat de ligneo candelabro. Audi vt intelligas quod candelabrum crux Chriſti eſt. Nemo accendit lucernam, &c. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona facta veſtra & glorificent, non vos, ſicut tu quæris glorificari, quæris extingui, ſed Patrem veſtrum qui eſt in cœlis. Vt lucernæ eſſe poſſitis, accendere vos non potuiſtis, ponere vos ſupra candelabrum non potuiſtis, ille glorificetur, qui vobis hoc præſtitit. Audi ergo Paulum Apoſtolum, audi lucernam in candelabro exultantem. Mihi autem, ait, clamat. Qui nouerunt, quid ſequitur? Mihi autem. Quid tibi autem? abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. In candelabro glorior. Si ſe candelabrum ſubtraxerit, cœlor » à cruce gratia, à Crucifixo lux omnis, & ſapientia, &c. « Ioannis ſicut Chriſti natiuitas plena eſt myſterio. Quo myſterio? Altitudinis noſtræ, in homine minuamur; in Deo creſcamus: in nobis humiliemur, vt in illo exaltemur. » Sic dicebat humilis Ioannes: « Illum oportet creſcere, me autem minui: Ego à te debeo baptizari. Magna confeſſio, & ſecura lucernæ in humilitate profeſſio. Illa ſi contra Solem extolleretur, vento ſuperbiæ citò extingueretur, &c. Ioannes non omnem illuminat hominem, Chriſtus omnem hominem. Et Ioannes agnouit ſe lucernam, ne vento ſuperbiæ extingueretur. Lucerna & accendi & extingui poteſt. Verbum Dei extingui non poteſt, lucerna numquam poteſt. » Nec fruſtra Doctor eiuſdem humilitatis Ioannes, iuxta Eſaïam de ſeipſo dixit: Ego vox clamantis in deſerto » & quid clamauit, niſi quod ſubiecit Eſaias « Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius ſicut flos fœni; fœnum aruit, & flos decidit; Verbum autem Domini manet in æternum. Gloriare de natalibus, infla-

Gal. 6. 14.

Aug ib. ſupra.

Io. 3. 30

Matth. 3. 14.

Aug. to. 2. ex nouis ſer. 2. de S. Io. & ſer. 3. de eod.

Eſa. 40. 3. & 6.

re de carnis flore & ſpecie, de opibus cum diuitibus ſæculi intumeſce, de intellectus ſcintillantis lampade inſoleſce: dicit tibi vox clamantis in deſerto, dicit tibi lucerna ardens & lucens: dicit tibi humilis ſuperbo: « Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni, &c. » Audi & humilem Auguſtinum: « Quid eſt, inquit, Ioannes vox clamantis in eremo? Quid eſt Chriſtus? In principio erat Verbum. Quid eſt vox? quid tu homo? omnis caro fœnum, &c. Verbum autem Domini manet in æternum. Tene te ad Verbum, pro te enim ſuſcepit fœnum Verbum. Incarnatum Verbum Chriſtus. Sed omnis caro fœnum, & omnis honor carnis vt flos fœni. Contemnamus præſentia, ſperemus futura. Omnis vallis implebitur, omnis humilitas exaltabitur: & omnis mons & collis humiliabitur, omnis ſuperbia deiicietur. Depone montes, imple valles, & facta eſt campi æqualitas. Da mihi diuites, & honoratos: de flore fœni ipſi audiant, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Da mihi pauperes, deſperatos, (id eſt de ſe non præſumentes, neque confidentes in homine, neque ponentes carnem brachium ſuum,) conſcios infirmitatis ſuæ: non deſperent, credant in eum qui venit propter omnes (tam ſuperbos humiliandos, quam humiles exaltandos) illi erigantur, illi premantur. Venturus ille campum inueniat, non lapidem vbi pedem offendat. »

Aug. ſupra. ſer. 3. — Eſa. 40. 4. — Ierem. 17. 5.

Tertia Reflexio. Si humilitas eſt ita neceſſaria ad ſalutem vt comminatus ſit Chriſtus: « Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum: » ita & de pœnitentiæ præcepto: « Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. » Ioannes illam mirificè

Matth. 18. 3. — Luc. 13. 5.

Ber. ser. de priu. S. Ioan. vel melius Dam. ser. 1. prædicauit, & verbo & exemplo. « Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos eius. Esca autem eius erat locusta & mel syluestre. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Rigida vestis, & durissimis hispiditatibus contexta, rigore squalifero corpus afficit Patriarchæ, carnemque tenerrimam, immatura districtio disciplinæ feritate coarctat; teneros aptus, & sacratiori spiritu superfusos continuè quassat longitudo martyrij. Cibus autem eius qualis erat? Non quæruntur perdices, fasiani, seu aliæ aues: non per totam curriturregionem, vt Patriarchalis stomachus impleatur; sed erat esca eius locusta, & mel syluestre. Cœli rore pascitur, & animalis vilissimi satiatur edulio, nihilque coctum accepit ieiunantis austeritas. Castigato ventri, & diuturna maceratione distento, ignota fuit varietas ferculorum, nec introiuit in os eius, quod gulam alliceret, suffarciret ventrem, stomacho blandiretur. Elias comedit carnes, & si quid aliud apponebatur, cum gratiarum actione percepit: nec aliquem legimus ex illa veteri legis officina, ad legis huius aspirasse fastigium, &c. » Tantæ denique vir fuit pœnitentiæ, vt Chrysologus in eius morte dixerit pœnitentiam interemptam. « Quam, inquit, meretur veniam, qui in morte Ioannis ipsam pœnitentiam tam crudeliter interemit? » Nec mirum si Christus dixit: « A diebus Ioannis regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. » An non facta est violentia Iordani in caput refugo, circa quem Ioannes baptismum pœnitentiæ prædicabat? An non ipse vim sibi in omnibus intulit, patriam, domum, parentes, delicias, honoresque contemnens, sensibus cunctis etiam licitas, denegans voluptates? Et « quem desiderant Angeli prospice-

Chrysol. ser. 174.

Matth. 11. 12.

1. Pet. 1. 12.

re,» cùm poſſet oculis ſuis cernere, per annos etiam triginta magna vtique violentia videre nolens? Vbi ſunt qui procliuem in malum naturam toto impetu ſubſequuntur? qui nil negant ſenſibus? qui totas habenas ſuis paſſionibus laxant? qui nullam vim ſibi inferunt pro regno cœlorum? Et pro tuenda, vel recuperanda valetudine, quot ſorbent medicas potiones? quam ferri, & ignis vim non ſuſtinent? Pro momentanea vita eripienda naufragio quas pretioſiſſimas merces non proiiciunt? &c. Cum Angelo luctemur, Iacob imitantes. « Luctatur, præualet, & vult benedici ab eo cui præualuit. Quid eſt ergo quod luctatur, & vult tenere? Ait Dominus in Euangelio; regnum cœlorum vim patitur. Luctare, vt teneas Chriſtum, & diligas inimicum. Tenes enim Chriſtum hîc, ſi inimicum dilexeris. » O violentiam! « Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos » &c. Qua mercede tanta violentia munerabitur? « Vt ſitis filij Patris veſtri. Si filij, & hæredes regni. Regnum cœlorum vim patitur. » Abſtinere deliciis, atteri pœnitentiis, violentum, ſed non durabile. « Nec enim condignæ ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. » Violentiam hanc ponderat Auguſtinus: « quàm verum eſt, inquit, quod regnum cœlorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud. Quanta enim vi opus eſt, vt homo diligat inimicos, & oderit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres. Vtrumque enim iubet qui ad regnum cœlorum vocat. » Et aliter exponit: « Regnum cœlorum vim patitur, &c. non ſolùm vt quiſque iſta contemnat, ſed etiam linguas deridentium ſe talia contemnentem. Hic enim vi facta inuadit quodãmodo prædator violentus regna

Aug. ſer. 1. ex nouis tom. 1.

Matth. 5. 44.

Rom. 8. 18.

Aug. li. 1. de ſer. Do. in monte cap. 25. Lib. 2. quæſt. Euang. q. 37.

cœlorum. Hoc enim ſubiunxit Euangeliſta, cùm dixiſſet, deriſum fuiſſe Ieſum à Phariſæis, cùm de contemnendis terrenis diuitiis loqueretur: » Sed fuſiùs alibi: « Cùm mens humana cœperit cogitare vltimi diei neceſſitatem, ac futuri Iudicij pondus, incitata & ſtimulata, vel ſpe præmij, vel timore ſupplicij, voluntarium bellum indicit paſſionibus, & vim facit priſtinis ſuis deſideriis, & violenter ſe vincere ipſa contendit, &c. non ſine violentia fieri poteſt, vt vnuſquiſque iracundiam patientia, ſuperbiam humilitate commutet, &c. Hæc qui facit, prærupto paſſionis muro, violenter ad cœlorum regna conſcendit, &c. Adhuc & alio ordine regnum cœlorũ vim patitur, quando illud homines acquirunt, quod Angeli perdiderunt; quando illuc adoptati homines aſcendunt, vnde ſuperbi incolæ ceciderunt. Ergo cùm inter tantos inuidos, inter tantos latrones, & inuiſibiles inſidiatores viuamus, quibus tandem viribus cœlorum regna capiemus? O Ioannes! tua interceſſione & meritis gratiam naturæ victricem in te, hodie imploramus. O vox clamans in omnibus pœnitentiam violentam! locuſtæ tuæ contra gulam, pellis cameli contra mollitiem, deſertum contra mundi frequentiam, ſocietatemque corruptam inclamat, &c. Quid egiſti puer? In vtero ſanctificate quod ſcelus admiſiſti vt tam rigida te pœnitentia mactares; &c. Sed tu par Angelis, homine maior, totius medius Trinitatis, eſto nobis apud ſanctiſſimam Trinitatem mediator; pacem Agni pacifici demonſtrator inter duo regna concilia: digitum tuum Hiſpania tenet, caput tuum poſſidet Gallia. Caput Galliæ protege, & ſubditis eius virtutum tuarum exempla ſectari concede; maximè vt regno cœlorum vim infera-

Et ſer. 20. de Sãctis.

mus, & legitimo certamine, & iugi victoria passionum expositam propositamque violentis cœlestis regni coronam obtinere. Amen.

IN FESTO SANCTORVM
Apostolorvm Petri et Pavli.

Isti sunt duo filij olei, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Zach. 4. 14.

Licet ad literam hic locus Zachariæ, in thema hodiernæ Festiuitatis Apostolorum Principum memoriæ consecratæ assumptus, propriè de Iesu Iosedach Sacerdote, & Zorobabel Principe sit intelligendus; & ab Hieronymo duobus temporis extremi Prophetis, & Eliæ sitconuenienter applicatus; quòd in Apocalypsi, duo Christi testes, & duo candelabra, in densissima illa & fulminea Antichristi nocte, fidelibus illucere debeant: « Dabo duobus testibus meis, & prophetabũt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis: hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes: » Damiano tamen tantò lubentius assentior, quò vberius, sanctis Apostolis Petro & Paulo, hunc Zachariæ textum adaptauit. « Quòd, inquit, ipsi sint duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum, Zacharias Propheta manifestè his verbis innuit dicens: Isti sunt duo filij olei, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Sunt enim filij olei, quia viri sunt misericordiæ; sunt & splendoris, quia sunt candelabra lucentia: lucent ante

Apoc. 11. 3.

Damiã. ser. 27.

Dominum, quia assistunt Dominatori vniuersæ terræ.» Sed quidquid de Apostolis olei filiis dixero, plenis liquore gratiæ, principibus vnctis Ecclesiæ; tu Virgo, fons & mater olei, vncta Domina omnium & Regina: « oliua speciosa in campis » & ostium tabernaculi ex oliua; vas denique oleo gratiæ plenissimum ab Angelo salutata, de quo stillam cum eo poscimus, dicentes: Aue Maria.

Eccli. 24.19.

EXORDIVM.

Quàm vana fuit in Deorum suorum cultu, quàm ridicula superstitio Gentilis; tam solidam probat Augustinus Christi Dei veri hominisque cultricem religionem Christianam, ab ipso Christo sic primitus appellatam, festiuè siquidem carpit Athenienses Mineruæ præ Neptuno cultores. « Nam vt Athenæ vocarentur, quod certè nomen à Minerua est, quæ Græcè Athena dicitur; hanc caussam Varro indicat. Cùm apparuisset illic repentè oliuæ arbor, & alio loco aqua erupisset, Regem prodigia ista mouerunt; & misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum, quid intelligendum esset, quidve faciendum. Ille respondit, quòd olea Mineruam significaret, vnda Neptunum. Et quòd esset in ciuium potestate, ex cuius nomine potius duorum Deorum, quorum signa illa essent, Ciuitas vocaretur. Iste Cecrops (Rex) oraculo accepto, ciues omnes vtriusque sexus: mos enim tunc in eisdem locis erat, vt etiam fœminæ publicis consultationibus interessent; ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerua tulere sententias. Et quia vna plus est inuenta fœminarum, Minerua vicit. Tunc Neptunus iratus, marinis flucti-

Aug. l. 18. de Ciuit. cap. 9.

Digitized by Google

bus exæſtuantibus, terras Athenienſium populatus eſt: quoniam ſpargere latius quaſlibet aquas difficilè dæmonibus non eſt. Cuius vt iracundia placaretur, triplici ſupplicio dicit idem Author ab Athenienſibus affectas eſſe mulieres: vt nulla vlterius ferrent ſuffragia: vt nullus naſcentium maternum nomen acciperet: ne quis eas Athenæas vocaret. Ita illa Ciuitas mater ac nutrix liberalium doctrinarum, & tot tantorumque Philoſophorum, qua nihil habuit Græcia clarius atque nobilius, ludificantes dæmonibus de lite Deorum ſuorum maris & fœminæ, & de victoria per fœminas fœminea Athenas nomen accepit. Et à victo læſa, ipſam victricis victoriam punire compulſa eſt, plus aquas Neptuni quam Mineruæ arma formidans. Nam in mulieribus quæ ſic punitæ ſunt, & Minerua quæ vicerat, victa eſt: nec affuit ſuffragatricibus ſuis, vt ſuffragiorum deinceps perdita poteſtate, & alienatis filiis à nominibus matrum, Athenæas ſaltem vocari liceret, & eius Deæ mereri vocabulum, quam viri Dei victricem fecerant, ferendo ſuffragium.» Proh ridiculos in Deorum ſexu, zelo, pugna, electione, appellatione Gentiles! Proh Deo vero eique debito cultui, eiuſque vnigenito filio Chriſto; non fictitiæ Mineruæ de Iouis cerebro prodeuntis, ſed veræ ſapientiæ intellectu Patris æterni genitæ, & in vtero ex ſubſtantia ſanctiſſimæ Virginis Matris incarnatæ gloriæ detrahentes: qui « nomen incommunicabile lignis, & lapidibus imponentes » non fabuloſi Neptuni, ſed cœli, terræ, mariſque rectoris, « cui mare & venti obediunt » iram cœlitus meruerunt: « Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, &c. Et mutauerunt gloriam incor-

Sap. 14. 21.
Matth. 8. 27.
Rom. 1. 18. & 23

ruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corrupti-
bilis hominis. »

Ego verò « non doctas ſecutus fabulas » dicam
2.Pet.1. Reipublicæ Chriſtianæ debuiſſe iure meritiſſimo à
16. Chriſto nomen imponi. Nec vllam inter attributa
diuina diſceptationem interceſſiſſe, cùm vnum
idemque ſint cum eſſentia diuina, nec vlla ſit inter
ea realis diuerſitas, ſed formalis, & intellectus hu-
mani infirmitate cõcepta. Faceſſant procul Neptu-
ni & Mineruæ certamina; illius equos aut aquam,
Plin. l. huius oleam de terra vtiliorem homini producen-
16.c.44 tis. « Athenis quoque olea durare traditur, in cer-
Pſ.84. tamine edita à Minerua. » Nos ſecundùm Scriptu-
14. ræ veritatem à Pſalte diſcimus & docemus: « Iuſti-
Apoc. tia ante eum ambulauit, & poſuit in via greſſus
12.7. ſuos: » & facto prælio magno in cœlo, à Michaële
victore draco cum ſuis apoſtaticis Angelis fulguris
inſtar præcipitatus in tartara, iuſtitia iniuſtum in-
uaſorem iuſtiſſimè iudicante. Eadem pariter æqui-
tate paradiſi finibus Adam proſcriptus: eadem
Iudæ 7. mundus vniuerſus diluuio deletus, eadem « Sodo-
ma & Gomorrha, & finitimæ vrbes ſimiliter ex-
Pſ.29.11 fornicatæ factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam
ſuſtinentes. » Sed « quæ vtilitas in ſanguine noſtro
Gal. 4. deſcendente homine in corruptionem? » quæ vin-
24. dici Deo niſi Domini Sabbaoth gloria? Quid lex
2. Cor. vetus niſi « Agar in ſeruitutem generans, & mini-
3.7. ſtratio mortis literis deformata in lapidibus » vt
lapidaret infractionis cauſa tranſgreſſores? Veniat
illa pacifica Minerua, incarnetur ex viſceribus mi-
ſericordiæ Patris, in vterum Virginis Matris effu-
ſa ſapientia, quæ tot plagis in naturam humanam
de phialis iræ Dei vindicantis effuſis, oleam pacis
olei gratiam ſuperinfundat: & oliua de impolluto
Virginis vtero, de terra virgine prodeunte, fons

olei Romæ ſcaturiat: Circumciſo nomen ſicut oleum effuſum Ioſeph imponat, in montem Olivueti frequenter oraturus aſcendat, de quo & veniam adulteræ largiturus deſcendat. Pridiè mortis in monte Olivueti factus in agonia, toto corpore pretioſiſſimum, « Libanum non inciſum, myrrham primam » peccatorum vulnera medicantem exſudet, de tumulo ſurgens & diluuio dolorum exacto in cœnaculum Apoſtolicum velut arcam vt columba regrediens, virentis oleæ ramum pacis præferat Diſcipuſis ſymbolum. De morte poſtremo Olivueti relicto plantarum ſignaculo, in cœleſtem Ieruſalem pacis æternæ viſionem aſcendat. Et poſt hæc de nomine regno ſuo imponendo quis requirat? Non vna voce ſuperante, ſed vno omnium ore, « Audiui vocem Angelorum multorum in circuitu Throni & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo, omnes audiui dicentes: Sedenti in Throno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum: » Imponat Chriſtus omni fideli & credenti ſibi nomen clariſſimum Chriſtiani, & de plenitudine, & cornu olei eius accipiant vniuerſi. Sed licet omnes « poteſtatem acceperint filios Dei fieri hi qui credunt in nomine eius; » de principibus noſtris, « Vnctis oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis » cum Zacharia dicam: « Iſti ſunt duo filij olei qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ. » Primò itaque de eorum ſimili præcellentia: ſecundò de imitatione virtutum pro reflexione dicemus. Atque

Eccli. 24. 1.
Cant. 5. 13.
Apoc. 5. 11.
Io. 1. 16.
Io. 1. 12.
Pſ. 44. 9.
Zach. 4 14.
DIVISIO.

Ps. 54. 22. vtinam, « Molliti sint sermones nostri super oleum, & ipsi sint iacula. »

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Si Prophetam Regium interrogem, quam præ cæteris plantam virtutis suæ symbolum exprimentem eligeret; quemlibet virum probum, « tan-
Ps. 1. 2. quam lignum plantatum secus decursus aquarum, ferentem fructum in tempore suo » diceret, quem-
Ps. 91. 13 libet iustum palmæ conferret, & caneret; « Iustus vt palma florebit. » Virginem omnem imputribili cedro compararet: « Sicut cedrus Libani multiplicabitur. » Tu verò, quid dicis de te ipso? dic no-
Ps. 51. 10 bis palam cui te similem æstimas? « Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei mei, speraui in misericordia Dei mei. » Quidni speres vir secun-
Matth. 5. 7. dum cor Dei « Beati enim misericordes, quoniam misericordiã consequentur. Beati pacifici, quoniam
1. Reg. 16. 13. filij Dei vocabuntur. Imple Samuel cornu tuum oleo. Surge, & vnge eum in medio fratrum. » Et de nostris Apostolis quid? « Quid sunt duæ oliuæ
Zach. 4. 11. & 14. istæ ad dexteram candelabri aurei Ecclesiæ, & ad sinistram eius? » Responde Zacharia. « Isti sunt duo filij olei, qui assistunt Dominatori vniuersæ
Ps. 44. 16. terræ. Constitues eos principes super omnem ter-
Cant. 1. 2. ram, memores erunt nominis tui Domine. » Et cuius nominis? An non huius de quo pacifica Sulamitis Ecclesia in Canticis: « Oleum effusum nomen tuum. » Nomen olei super omne nomen, sicut oleum natat super omnem liquorem: nomen Iesu
Ps. 132. Aug. in Ps. 132. Christi, vncti Domini, cuius « vnguentum in capite, descendit in barbam, barbam Aaron. Aaron quid erat? Sacerdos. Quis est Sacerdos, nisi vnus Sacerdos, qui intrauit in Sancta Sanctorum? &c. qui cum in mundo non inueniret mundum quod offerret, seipsum obtulit? In capite ipsius vnguen-

tum ; quia totum Chriſtus cum Eccleſia. Sed à capite venit vnguentum , &c. quo ? ad barbam. Barba ſignificat fortes , &c. Ergo illud primum vnguentum deſcendit in Apoſtolos , &c. » Sed & oram veſtimenti perfudit. « Veſtis Sacerdotalis Eccleſiam ſignificat. Ipſa eſt veſtis de qua dicit Apoſtolus , vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam , non habentem maculam neque rugam,mundatur vt non habeat maculam, extenditur vt non habeat rugam. Vbi eam extendit fullo, niſi in ſigno ? videmus quotidie à fullonibus tunicas quodammodo crucifigi, crucifiguntur vt rugam non habeant. » Et quidem ſi veſtis Sacerdotis & Chriſti corpus Eccleſia, Chriſti corpus in cruce extenſum eſt , & à Ieſu Nazareno Rege vnguentum & oleum regni deſcendit à capite , vt totam veſtem , id eſt , Reginam Eccleſiam vngeret , ſed primùm vncta eſt barba , per quam vnguentum in veſtem flueret, & « Gentem ſanctam , genus electum , regale Sacerdotium , Deo noſtro regnum & Sacerdotes » conſecraret. Sed præcellunt cunctis duo filij olei , Petrus & Paulus eminent vniuerſis. Et ſi primatum Petro ſingulariter datum excipias , quo poſt Chriſtum caput Eccleſiæ conſtitutus eſt , ambos meritis pares , & velut duas guttas olei per omnia ſimiles demonſtrabo.

Epheſ. 5. 27.

1. Pet. 2. 9.

Apoc. 5. 10.

Atque vt ab ipſa Chriſtianiſmi natiuitate exordiar, quo filij Dei , olei filij , regni filij , « non ex voluntate carnis , neque ex voluntate viri , ſed ex Deo naſcimur. » Magnum Petri priuilegium à Clemente en Alexandrino, & ipſo Euodio, primo Petri Antiochiæ cathedræ ſucceſſore relatum , quo ſolus Petrus propria Chriſti manu baptizatus , & primus omnium Chriſtianus appellandus; Ioannem poſtea, & cæteros cum eo Apoſtolos baptizauit. Paulus

Io. 1. 13.

Baron. an. Ch. 31. n. 17.

verò, paulòminus à Petro minoratus dicam, an supra eum exaltatus, de cœlo Christum audire meruit, oleum sui nominis in se copiosissimè fundentem, & dicentem: « Ego sum Iesus quem tu persequeris. » A quo ad Ananiam tanquam ouem, vt lupinam ab eo baptizandus pellem exutus, agnum indueret, est missus. « Cum Petro viuit in terris, sed Paulum compellare non dedignatur è cœlis. » O miram vtriusque conuersionem! vt Christianus populus « sugeret mel de petra, Petro; oleumque de saxo durissimo, Paulo. » Augustinum accipite, « Piscatoris, inquit, & persecutoris sacratissimum diem geminæ festiuitatis occursu deuotione præcipua hodie celebremus, ille quo retia euasit sæculi, iste quo ex prædone confessor factus est Christi. Elegit ecce duos, vnum piscatorem, alterum grassatorem: illum vocat ex littore, istum clamat ex itinere. Illum accersit ex Ponto, istum terret de cœlo. » De piscatore piscium factus est Petrus piscator hominum. « Qui ad se turbas errorum fluctibus mersas hamo sanctitatis inuitat, & doctrinæ suæ reti concludit ad fidem hominum multitudinem copiosam. » Et cui Paulum nisi aucupi comparabo? « Est enim ipse beatissimus & Apostolicus auceps, qui animas hominum per aëra volantes, calamo diuini sermonis attingit. » Elegantius Augustinus: « Cum Petrus linea castra laxaret in freto, Christus retia misit in verbo. Cœpit Christus, cœpit & Petrus. Christus Discipulum, Petrus pisciculum: Et dum circumdat gentem squameam, ipse venit in retia. » Et de Paulo baptizato ab Anania iubente Christo: « Abiit Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, (quia

Act. 9. 5

Aug. ser. 29. de SS.

Aug. ser. 28. de SS.

Chrysol. ser. 107.

Aug. ser. 28. de SS.

Act. 9. 18.

Photiſinus & illuminatio eſt baptiſmus) & implearis Spiritu ſancto. (Vtique oleo vt vas electum portet inde oleum Ieſu nomen effuſum.) Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ (velut à piſce,) & viſum recepit, & ſurgens baptizatus eſt. » Proſequitur Auguſtinus: « Stabat Petrus mobilitate pendulus, & inter obſcuras aquas inquieti maris, victum quem non habebat, artificio requirebat: nutabat ſuper ambiguam vndam, vt poſſet inuenire capturam, &c. Et dum inſidiatur Petrus gregibus æquoreis piſcium in mari, ipſe in rete incidit Saluatoris. Fit de prædone, prædatio; de piſcatore, piſcatio; de pyrata captiuitas, &c. Et dum inſequitur grauidi ſemper æquoris prolem; captorem ſuum, emptorem, Saluatorem trahebat, & trahebatur. O aquæ genus! Pyrata reptilium deſeruit artificium; quem mutaſti de piſce, ad piſcem. Eſt enim Chriſtus piſcis ille, qui ad Tobiam aſcendit de flumine viuus; cuius iecore per paſſionem aſſato, fugatus eſt diabolus; & per amaritudinem fellis, afflatus eſt cæcus, & illuminatus eſt mundus, &c. Reliquit ergo Salon fluctuantem, & cœpit ambulare poſt piſcem. Similitudo artis inflammat deſiderium audientis, vt qui ante capturam latebat in ſalo, verbi nunc retia ſpargat in mundo. Tunc enim piſces induxit, nunc autem homines ſagenis ſpiritalibus irretiuit. » De Saulo autem à ſalo furente, & vndis ſæuientibus in rupem Eccleſiæ inſultante, vocato de cœlo, ſubinfert: « Paulus, inquit, paruus, ſed ex paruo magnus, dũ diceretur Saulus (magnus & ſuperbus, ſydereæ vocis tuba conterritus, certè eliſus audacia, &c. Ibat Saulus furiis inuectus, duri pectoris efflabat incendium, Sanctorumque ſanguinem ſitiens, per totam Iudæam alienus ferebatur inſania, vt Chri-

Aug. ſupra.

Tob. 6. 19.

Aug. ib.

ſti membra laniaret in terris, &c. Et germinantem fidei campum, manu nefaria detruncaret. Dum ergo portat Saulus funereum contra milites Chriſti gladium, fulmineum de cœlo accepit teſtimonium, &c. Sed ecce proſternitur audacia tua, vt ſanctitas erigatur. Cadit miles diaboli, vt ſurgat ſignifer Chriſti. Mittit Petrus in ſæculum retiaculum, circumfert Paulus Dominicum in mundo vexillum, &c.» Vt de Paulo referam quod narrant hiſtorici de Corebo; in cuius tumulo, cum diu oleaſter ipſius arma ſuſpenſa tuliſſet, tandem intra corticem admiſſa & cõcluſa eadẽ arbor inciſa veluti de nouo parturiuit. Quid dicam, Paule, dum Saulus eſſes ſpirans minarum & cædis totus in Chriſtum armatus, ſed de cœlo proſtratus, ad Ananiam miſſus, quam repente mutatus es. «Venit Ananias, baptizauit Saulum, & fecit Paulum; «Baptizauit lupum, & fecit agnum.» Conſepultus Chriſto in baptiſmo, in oliua pacis arma bellica ſuſpendit quæ abſorpta feritate ſuauitatem olei demutata, alia de miſericordiæ viſceribus, & lacteorum vberum turribus arma pacifica protulerunt, ſcutum fidei, galeam ſalutis, gladium ſpiritus, Iuſtitiæ cingulum, calceos in præparationem Euangelij pacis, quibus ſuum coronæ contemptorem militem, Tertullianus totum de Apoſtolo armauit. Vel ex eodem gladium iuxta Prophetam in vomerem, & lanceam conflauit in falcem. «Paulus, inquit, Apoſtolus, qui primus Eccleſiæ ſanguinem fudit, poſtea gladium ſtilo mutans, & machæram conuertens in aratrum; lupus rapax Benjamin; dehinc ipſe adferens eſcam, ſecundùm Iacob.» Non eſt ergo deinceps quod Ananias, aut Petrus, aut ex Diſcipulis quilibet alius, ſibi timeat à lupo, facto iam agno; nec fugiat à Saulo armato: «O Sancte Petre, benedic Patrem,

Et ſer. 25.

Aug. ſ. 25. de SS.

Coloſſ. 2. 12.

Epheſ. 6. 17.

Tertul. de cor. mil. c. 1.

Eſa. 2. 4

Tertul. Scorp. cap. 13.

Gen. 49. 27.

Aug. ſer. 25. de SS.

patrem, & ſuſcipe fratrem, & habes cum quo potes defendere matrem. O beate Petre! quia conuerſus eſt Saulus, miraris: qualis es tu, erit & ipſe talis; & vnus vobis erit natalis. Qui fecit ex Saulo Paulum, ipſe fecit ex Simone Petrum. Vnus vos honorauit, vnus vos coronauit. Mutauit perſecutorem, mutauit & piſcatorem.»

«Qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, & duo luminaria magna fecit» ille Petrum velut ſolem, diei Circumciſionis Iudæorum, & Paulum nocti, Gentium præputio præfecit, vt lunam. «Solem in poteſtatem diei, lunam in poteſtatem noctis.» Duos vtriſque populis oculos itineris luces, duas tubas argenteas ductiles; duo vbera, & turres; duas templi Salomonis columnas æneas; duos campi, & vineæ Eccleſiæ impigros agricolas: duos ſagaciſſimos regni cœleſtis negotiatores. «Hi enim duo electi ſunt ad duorum populorum ſalutem, Petrus ad Iudæorum, Paulus ad Gentium. Petrus vt in Iudæa veterem ac deſertum agrum repararet, atque eum ſub vmbra legis, infructuoſum, & à calore veri Solis abſconditum, fidei ſalubritate, & gratiæ fœcundaret: Paulus verò ad Gentes mittitur, & ad terram nouam, quæ nullam antę dederat frugem, nullum fuerat experta cultorem; qui aratro Dominicæ crucis proſcinderet, & in rudi campo Chriſti nouellam infatigabilis operarius excitaret.» Vultis audire & vineæ Domini Sabbaoth indefeſſos agricolas, & arborum plantatores. «Petrus itaque vineam vbi iam fuerat, reparat: Paulus plantat vbi non erat. Petrus in Iudæis arborem ab antiqui germinis nobilitate degenerem, in radice ſuo excolit: Paulus verò in alieno fomite peregrinos ponit gentium ramos, &c.» Sed preſſius in tem thematis, & ad duos olei filios, & duas oliuas

2. Cor. 4. 6. Gen. 1. 16. Pſ. 135. 8. & 9.

Aug. ſer. 291 de SS.

candelabri accommodatius : « à petro in Iudæa olea reparatur: à paulo in Gentibus oleaster inseritur. petrus in Iudæis mollit duritiam : paulus in Gentibus illuminat ignorantiam. petrus tenebras

Esa.42.19. & vitia pellit ex oculis, (quis enim cæcus nisi populus meus ?) paulus reddit oculos à natiuitate cæcatis. » Vultis & videre Duces ac principes exercitus Domini Sabbaoth, & Sponsæ eius Ecclesiæ,

Cant.6.9. quæ « terribilis est vt castrorum acies ordinata. »

Aug. supra. Sic enim prosequitur Augustinus: « Vario ac diuerso genere, innumeri populi ad vnius Regis militiam congregantur : ac sic duo potentissimi duces, petrus antiquum de veteribus, (Iudæis quasi veteranis militibus) reducit : paulus nouum de tyronibus Christi conducit exercitum. » Et negotiatores pretiosissimarum mercium exercentes negotiationẽ ab eodem discite. « Discurrunt itaque per vniuersum mundum splendidissimi negotiatores, portantes (vt vasa electionis) coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israël, pretiosa fidei mercimonia : circumferunt aromata Iustitiæ, thura diuinæ venerationis, incensum compunctionis, balsamum castitatis. Illi igitur sal prudentiæ spiritalis, de quibus dicitur,

Matth.5.13. Vos estis sal terræ, quibus vtique animæ condiantur, vt inuiolatæ ab æterna peccati corruptione seruentur. Erogant per omnem terram spiritales dispensatores pretia salutis, thesauros sanctitatis. Quærunt quos secum attrahant piissimi animarum parentes, dispares partium studiis, (zelo Iudæorum & Gentium,) operum meritis pares. »

Quid vobis videtur de duobus olei filiis ? Ego verò duos censeo Cherubim tabernaculi, materia & forma consimiles. Oliua quippe deaurata constant,

3.Reg.6.26. toti charitate & misericordia compositi. Alti decem cubitis extiterunt, perfectione legis insignes :

« Finis enim præcepti eſt charitas. » Duabus alis hinc inde vtrumque parietem tangunt, vt ex Gentili & Iudæo vnam inſtruant, doceant, foueant Eccleſiam. Et ſi diuiſi ab inuicem in Circumciſionis cauſa ciuiſque Iudaïcis, duabus alis ſuo quiſque populo applaudentes, eodem zelo Dei gloriæ iuncti, ambo vultu in propitiatorium verſo, Chriſtum dico, qui « propitiatio eſt pro peccatis noſtris, » Dei miſericordiam & gratiam per pœnitentiam commendant. In his duobus Cherub plenitudo diuinæ ſcientiæ. His inſidens Deus pandit oracula. Petrus quidem Theologiæ vertex, & vt ait Damaſcenus, « ſuprema & antiquiſſima Theologiæ ſummitas : » rete miſit in ipſum Diuinitatis Oceanum, & ſcrutatus profundum pelagi exclamauit : « Tu es Chriſtus Filius Dei viui. » Et audire meruit : « Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi. » Et Petrus Paulo teſtimonium perhibens : « Secundùm datam ſibi ſapientiam, ſcripſit intellectu difficilia. » Et de eodem Auguſtinus: « neſcio, inquit, quid ei defuerit ſanctitatis, de cuius pectore Dominus, quaſi de peculiari templo ſuo, ſalutaria populis reddebat oracula. » Et de vtroque Tertullianus : « Cui, inquit, potius figuram vocis ſuæ declaraſſet, quàm cui effigiem gloriæ ſuæ reuelauit, Petro, Iacobo, Ioanni, & poſtea Paulo. » Nam ſi apparuit Simoni Apoſtolorum principi : « Nouiſſimè, inquit, omnium apparuit mihi tanquam abortiuo. » Et quidem ſi Petro tradidit claues regni cœlorum, Paulus etiam fuit Cherubim non modo cuſtodiens Eccleſiæ paradiſum, ſed tanta fuit prærogatiua donatus, « quem paradiſi quoque compotem fecit ante Martyrium. » Et ſi Petro clauis data eſt potentiæ, « vt præcedat ſententia Petri, ſententiam cœli. » Paulo certè data eſt clauis ſcien-

1. Tim. 1.5. — 1. Io. 2. 2 — Damaſ. ſer. 2. de dormit. virg. — Matth. 16.16. — 2. Pet. 3. 16. — Aug. ſ. 29. de SS. — Tertul. Scorp. cap. 12. — 1. Cor. 15. 8. — Tertul. ſupra. — Ber. ſer. 1. de Pet. & Paulo — S. Maximus homil. 3. de Apoſt.

tiæ, & petro potentiæ. « Ambo claues à Domino perceperunt, ſcientiæ iſte, ille potentiæ. Diuitias immortalitatis ille diſpenſat, ſcientiæ theſauros ille largitur. Sunt enim ſcientiæ theſauri ſicut ſcriptum eſt, in quo ſunt omnes theſauri, &c. Clauis enim dicenda eſt, quâ ad fidem peccatorum dura corda reſerantur, mentium ſecreta panduntur, & quicquid intrinſecus clauſum tenetur, in palam rationabili manifeſtatione producitur. »

Quid miracula & portenta referam? petrus tunica charitatem quæ numquam excidit, exprimente præcinctus non mergitur, & ambulat ſuper aquas: paulus ex naufragio merſus, enatat ex aquis ſaluus, Et quid mirum ſi duo filij olei ſupernatantis ex natura, non merguntur ex gratia? « petrus ambulare ſuper aquas, debita ſoli Deo poteſtate præſumpſit,
Aug. ſer. 29. de SS. & rerum obſtante natura, per inſueti itineris nouas vias pendulum inferens greſſum, tumentia maris dorſa calcauit: ſed non minor paulus, qui ſicut ipſe de ſe dicit, nocte & die in profundo maris fuit. Non minor, inquam, paulus, quem velut noui Teſtamenti Ionam, die ac nocte, per maris profunda iactatum, abſorbuit fluctus, & reddidit, quaſi ſacrum depoſitum violare non audens: quia famulatrix eum vnda cuſtodiens, illæſum populorum prædicationibus reſeruabat. »

Et quæ miracula, velut oleum, & balſamum morbis omnibus, & morti ipſi ſalutiferum, duo olei filij, in nomine Ieſu produxerunt, cùm & vmbra petri, & ſudaria pauli, & oliuæ geminæ rami ſanarent
Iob 29. 15. ægrotos. Numquid & ad literam, & ſecundùm allegoriam, petrus & paulus, « oculus fuit cæco, »
Pſal. 17. 46. & oleum ad lucernam Gentili, & ad ſoluendos neruos Iudæo, in Iacob « claudicanti à ſemitis ſuis. »
Ambr. ſer. 66. Et quidem petrus in primo miraculo, iuſtè pes fa-

ctus eſt claudo. « Si enim Petrus, petra eſt, ſuper quam ædificatur Eccleſia, rectè prius pedes ſanat; vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet, &c. Beata planè largitas, quæ petenti argentum quidem non contulit, ſed contulit ſanitatem. Beata largitas, quæ de theſauris ſuis aurum non protulit ſed protulit medicinam. Beatus eſt ille claudus, qui dum ſtipem quærit pecuniæ, diuitias incolumitatis accepit. Hoc enim ab Apoſtolis donum meruit, quod multis theſauris à medicis redimere potuiſſet. »

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Ne vacua in ſono tranſeat laus Apoſtolica, de oleo medicinali virtutum & exemplorum, fructum aliquem oliuæ decerpamus. Nec oleæ fabuloſa plantatrix Minerua, ſed caſtitatis inuentrix Patris æterni ſapientia, in Petro quidem coniugalis, & continentis poſtea cœlibatus relicta ex conſenſu coniuge, & virginitatis aureæ Petronillæ pudiciſſimæ filiæ dato conſilio; & in Paulo virgine, & virginitatis conſilium dante, cœleſtia ſemina in agro ſparſit Eccleſiæ. Nec myſterio vacat, quod naturæ genij referunt, virginum manibus collectas oliuas vberius & abundantius oleum effundere. Atque vtinam purior lingua, & manus mea caſtior tam ſanctas tractaret oleas. « Oleam quidem etiam ſi lambat capra, ſterileſcere author eſt Varro. » Nil tale nobis etiam peccatoribus, ſi Apoſtolorum exempla lambentibus metuendum, vterque quod Amaſiam Neronis ab luxuria ad caſtitatis amorem abduxiſſet, velut oleo ſuperfuſo, magis iræ eius in ſe concitauit incendium. Hæc neceſſaria ad tabernaculum cœli iuran-

Plin. lib. 17. cap. 24. Et li. 15. cap. 8.

dum porta ex oliua, quò nil admittitur inquinatum, sine qua nemo videbit Deum. Et quis illuc admitti præsumat, cum nec paradiso quidem terrestri, dignos senserit Deus, quos primo concupiscentiæ prurigo fœdauerat. « Quanti & quantæ in Ecclesiasticis ordinibus de continentia censentur, qui Deo nubere maluerunt, qui carnis suæ honorem restituerunt, quique se iam illius æui filios dicauerunt, occidentes in se concupiscentiam libidinis, & totum illud quod intra paradisum non potuit admitti? Vnde præsumendum est, hos qui intra paradisum recipi volent, tandem debere cessare ab ea re, à qua paradisus intactus est. » Quid facient, quorum « oculi pleni sunt adulterij, & incessabilis delicti? Quorum mens & conscientia cogitationibus, os verbis, manus tactibus impudicis diu noctuque polluitur. « Illa quæ vera est, quæ pudica, quæ sancta, carebit etiam aurium maculis. » Abstinebit & à mollium vestium illecebris. « Pudicitiæ etenim Christianæ satis non est esse, verùm & videri. Tanta enim debet esse plenitudo eius, vt emanet ab animo ad habitum, vel eructet à conscientia ad superficiem; vt & à foris inspiciat quasi supellectilem suam, quæ conueniat fidei continendæ in perpetuum. Discutiendæ sunt enim delitiæ, quarum mollitiæ & fluxu, fidei virtus effœminari potest. » Audiant mulieres Christianæ hodierni temporis, Petrum, & quantum à castitate habitus Christiani & modestia distent, erubescant. Nec viris contra præceptum Apostoli placere se posse ornatu meretricio prætexant. « Mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem, sine verbo lucrifiant, (videte quid possit etiam ad Gentilem maritum Christo lucrandum, casta & pudica conuersatio.)

Tertul. de exhort. cast. c. 13.

2. Pet. 2. 14.

Tertul. de pud. cap. 1.

Tertul. 2. de cultu fœm. cap. 13.

1. Pet. 3. 1. & seq.

Conſiderantes in timore caſtam conuerſationem veſtram : (Syriac. planius : cùm viderint, in timore & caſtitate vos conuerſari.) Quarum non ſit extrinſecùs capillatura (proh pudor hodierni temporis in criſpandis, torquendis, effundendis, puluere Cyprio conſpergendis crinibus) aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus : ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, (& quantum animi inquietudinem & impotentiam proditis aſſidua conſultatione ſpeculi, & manuum admotione, &c.) qui eſt in conſpectu Dei locuples. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſperantes in Deo, ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris. » Et quantæ non vt propriis exornant ſe, ſed vt placeant alienis. Et vt ad oleum redeam, quanquam & me in hac cauſa oleum perdere non fruſtra credam ; Beelzebut, hoc eſt muſcarum principi maximè placent, quæ fictis vultus vulneribus, veras animæ plagas infligunt ; quæ vt augeant innatum cutis candorem, muſculas ſibi plurimas impingunt, de quibus hærente animi ad vanitatem volaticam affectu dixit Sapiens : « Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. » Vel vt habet Pagninus ex Hebræo « muſcæ mortuæ fœtere faciunt, emanare faciunt, fœtorem vnguentorum aromatarij. » 70. expreſſiùs ad oleum : « muſcæ morientes putrefaciunt compoſitionem olei ſuauitatis. » Quid muſcis inquietius? Ex corruptione natæ, corrumpunt oleum, & fœtere faciunt nomen Chriſtianum. Quid vanum fingentes vulnus, vulnera veras imprimitis animæ cicatrices ? quid hominibus placere volentes, ancillas Chriſti vos eſſe doletis ? « Adulteri, neſcitis quoniam amicitia huius mundi inimica eſt Dei ? » Et Paulum audite : quales vos exigit Apoſtolus virgo, retinete. « Mu-

Eccle. 10. 1.

Iac. 4. 4.

1. Tim. 2. 9.

lieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate, ornantes se, & non in tortis crinibus, aut margaritis, vel veste pretiosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.» Paulò clarius Syriaca translatio: «Mulieres in habitu casto vestimenti, (quasi totus ornatus vester sit castitas) cum verecundia & pudicitia exornent seipsas: non in tortis crinibus, &c. aut vestibus elegantibus: sed in operibus bonis, sicut decet mulieres, quæ profitentur timorem Dei.» Et vbi timor saltem purgatorij, & tremendi Iudicij?

SECVNDA REFLEXIO. Nobilis quidem virtus & ipsi Deo Immortali incorruptibilem hominem assimilans castitas, sed sine humilitate lampas est virginis fatuæ, oleo deficiente. Humillimus Christus, olei filios similes sibi genuit Apostolos. Quid Petro, quid Paulo humilius? Petrus de piscium captura copiosa conterritus, nec in suam Christum intrare nauiculam patiens excla-
Luc. 5. 8. mat: «Exi à me, Domine, quia homo peccator sum.» Christum lauandis suis pedibus aduolutum non sustinens, vix supremo anathemate, & forte Sanctorum frustratione compulsus id passus est;
Io 13. 8. adeo vt diceret humilitate confusus, «non lauabis mihi pedes in æternum.» Marcum Euangelistam Discipulum suum, occultam alias trinam negationem scribere, & omnibus voluit propalare, quam ad mortẽ vsque inexhausto lachrymarũ fluxu defleuit. Et mortis genus non ignominiosum tantummodo, sed & ipso habitu humile subire gestiuit. Nec enim sursum erecto, vt Dominus capite, sed deorsum posito voluit expirare. «In illa cruce metuens sacrificium Redemptoris, capite in terra demergi elegit; (proprij scilicet sanguinis fluuio.) O virtus humilitatis ingenitæ! honorari etiam sup-

Aug. ser. 29. de SS.

Digitized by Google

plicij genere pertimeſcit: Et qui non recuſat Dominici tormenta patibuli, ſimilitudinem expaueſcit triumphi.» Confirmauit & ſcripto, quod viuens & moriens docuerat exemplo. Et cuius cordi de oliua ſpecioſa in campis; Chriſto Domino palam vbique & in aperto humilitatem profitente, ſurculum eius intimo cordi inſeruerat, humilitatem altè omnium fidelium mentibus inſitam capiebat. « Omnes inuicem humilitatem inſinuate (id eſt cordi & ſinui veſtro inceſſanter inſerite) quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.» Et quid aliud Paulus ſcriptis & exemplis inſinuat, de Saulo Paulus, de magno & ſuperbo paruulus? qui in alio neſcit, niſi in infirmitatibus gloriari. Qui ſe blaſphemum & perſecutorem omnibus publicat, & Lucam ter in Actis 9. 22. 26. quanta contra Eccleſiam molitus ſit, inculcare mandauit, qui ſe minimum Apoſtolorum, indignum, abortiuum, prædicat. Qui luctas carnis, Sathanæ colaphos perſonat; qui nec vnam cogitationem bonam ſibi, totum Deo, & inchoare, & velle, & operari, & perficere imputat. Qui etiam vas electionis factus, ne reprobus efficiatur expaueſcit. Cuius tandem hoc elogium vt oleum omnibus ſupernatans: « Gratia Dei ſum id quod ſum.» Qui nos non in hoc, vel illo humiliari, ſed omnem humilitatem intus & foris docuit profiteri. « Obſecro vos, inquit, ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis cum omni humilitate.» Quid pluribus immorer? ambo coniunctiſſimis ſtudiis duo olei filij, non ſibi vel ſuo nomini filios, & ex eis gloriam & iactantiam, ſed Chriſto eiuſque nomini pepererunt.« Lex iuſſerat illis qui morerentur ſine liberis, vt acci-

1. Pet. 5. 5.

1. Cor. 15. 10.

Epheſ. 3. 4.

Aug. in ſuppl. to. 1. ſer. 2. de S. Io. Bap.

perent fratres vxores fratrum ſuorum, & reſſuſcitarent ſemen fratribus ſuis, &c. Vt quid enim hoc Deus præceperat, niſi vt eo modo ſignificaretur ſemen ſuſcitandum fratris, ad nomen fratris? Hoc enim præceptum erat, vt qui inde naſceretur, nomen haberet defuncti. Defunctus eſt Chriſtus; acceperunt coniugem eius Apoſtoli Eccleſiam; quos de illa genuerunt, non Paulianos, aut Petrianos, ſed Chriſtianos nominauerunt.» Audite & ipſum Paulum: «Vnuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego autem Cephæ, ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?» Nos verò & diuidimus Chriſtum, dum non plenam ei damus gloriam, & cum eo partimur, & frequenter primas nobis retinentes, vix ei ſecundas adſcribimus. In hoc vno filij olei reputandi, quod ſurſum in omnibus ferimur, & nos in omnibus, proximis noſtris, ingenio, eloquentia, donis naturalibus & ſupernaturalibus, etiam præferimus. O degeneres à Chriſto & patribus noſtris Apoſtolis filios, qui ad auriculam Sacerdotis turpitudines confiteri erubeſcimus. De donis aduerſum donatorem gloriantes inſultamus, ignorantes, quod «niſi efficiamur paruuli, non intrabimus in regnum cœlorum.» Nec aduertentes cum fidelibus cœleſtis agricolæ domeſticis, quamlibet bonam frugem, in agro noſtro, non à nobis, ſed à Domino ſeminari. Audite quid dicunt: «Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Seminaſti, non ſeminauimus. Nos quod per te facimus, tibi ſemper noſtro aſſignamus authori: & tu in iis quæ nobis facienda præcipis, ipſe operator aſſiſtis, &c. tu quod vis, vnde vis, quando vis habes: nos præter gratiam tuam nil ha-

1. Cor. 1.12.

Matth. 18.3.

Chryſol. ſer. 97.

bemus, per quam ſtamus, viuimus, mouemur & Act.17.
ſumus: & ſine qua iacemus, deficimus, & perimus.» 28.

Tertia Reflexio. Caſtitati & humilitati ſupernatat in filiis olei,« maior horum charitas, » quæ ex Apoſtolo, nunquam excidit.» Hi non tantùm Cherubim ex oliua deaurati, ſed aurum ignitum, & Seraphim incenſi, & ardentes charitate, clamantes alter ad alterum, Deum propter ſe, proximum propter Deum,« charitate non ficta, ſed ex corde puro, & conſcientia bona » diligendum. O quàm in corde Petri ardebat charitas cum diceret: « Domine, tu noſti corda, tu ſcis quia amo te, & animam pono pro te.» Cui vt plus cæteris diligenti gregem ſuum, Paſtorum Princeps, & dilectam Eccleſiam ſponſam, tota ſecuritate vt fideliſſimo domus ſuæ diſpenſatori commiſit. « Vbi eſt ille negator? &c. Reſurgendo Chriſtus abſtulit mortis timorem, & quoniam abſtulerat mortis timorem, meritò interrogabat Petri amorem. (Quem perfectum infundendo foras miſerat de corde Petri timorem.) Ter negauerat timor, ter confeſſus eſt amor. Trinitas negationis, deſertio veritatis, Trinitas confeſſionis, teſtimonium dilectionis.» Et quid minus Paulus? Quantum dilexit, « Chriſto confixus cruci, in quo viuit Chriſtus, ſtigmata Domini portans in corpore» hinc à Chriſto nullo aduerſante vel fauente ſeparabilis, inde etiam à Chriſto anathema fieri volens pro fratribus ſuis. O pugnam amoris, & amoris: « diſſolui cupit & eſſe cum Chriſto,» Anathema deſiderat eſſe pro fratribus à Chriſto! Sed vterque tandem vnctus athleta metam charitatis attingit, dum vterque animam pro Chriſti ouibus ponit.« Currunt vterque ad palmam Martyrij, & vterque perueniunt ad coronam; non quidem eodem temporis curſu, ſed eodem an-

1. Cor. 13. 13. ibid. v. 8
2. Cor. 6. 6.
1. Tim. 1. 5.
Io. 21. 17.
& Io. 13. 37.
Aug. ſer. 24. de SS.
Gal. 2. 19.
Gal. 6. 17.
Philip. 1. 23.
Aug. ſ. 28. de Sãctis.

Digitized

ni vertentis occursu. Petrus pro Christo capite deorsum verso in ligno suspenditur; Paulus pro Christo gladio trucidatur. Ille propriis gressibus proficiscebatur ad Christum, oculisque superiora respiciens, beatum spiritum deducebant ad cœlum: iste ceruicem curuat ad pœnam, & offerebat ceruicem capitis ad coronam. Petrum crux necat, Paulum gladius immolat. Duo genera suppliciorum Domini & Christi in duobus Apostolis Christi. Petrus patitur crucem, Paulus sentit pugionem. Piscatorem suspendit hamus crucis, persecutorem mucro minuit persecutoris. » Quis hîc cum Tertulliano non exclamet gratulans Romæ: « Fœlix statu Ecclesia (tantorum Apostolorum sanguine cæmentata) cui totam doctrinam Apostoli cum suo sanguine profuderunt. Vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur. » Cui Ambrosius adiecit: « De Pauli ceruice, cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vnda quam sanguinis: & mirum in modum sanctum Apostolum baptismi gratia (Martyrium intelligit qui baptismus est sanguinis) in ipsa nece fecit splendidum potius quam cruentum. Quæ quidem res in sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum si abundat lacte nutritor Ecclesiæ? Sicut ipse ad Corinthios ait: Lac vobis potum dedi, non escam? hæc est planè repromissionis illa terra quam Patribus nostris promisit Deus dicens: Dabo vobis terram melle & lacte manantem, &c. Quæ enim Epistola Pauli non melle dulcior, non lacte candidior? Quæ Epistolæ tanquam vbera Ecclesiarum populos nutriunt ad salutem. » De petro quid minus? Cùm & ipse sic suos hortetur infantulos: « Quasimodo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt cum eo crescatis in salu-

Tertul. de præscript. cap. 36.

Ambr. ser. 66.

1. Cor. 3. 2.

Exod. 3.

tem.» Et vt ad vtriuſque Martyrium cum Tertulliano regrediar, & ad quælibet dura pro charitate Dei & proximi, eorum exemplis ferenda vos prouocem; « orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci adſtringitur. Tunc Paulus ciuitatis Romanæ conſequitur natiuitatem, cum illic Martyrij renaſcitur generoſitate. Hæc vbicumque iam legero, pati diſco. Nec mea intereſt quos ſequar Martyrij magiſtros, ſenſuſne an exitus Apoſtolorum, niſi quod & ſenſus in exitibus recognoſco. Nihil enim paſſi fuiſſent, quod non prius patiendum eſſe ſenſiſſent.» Nos verò quid pro Deo, quid pro fratribus patimur, qui nec doctrinam Apoſtolicam nec exempla ſectamur? Quis pro Chriſto animam ponet, qui nec honoris punctulum, vel pecuniæ obolum ponit? Quis pro fratribus anathema fieri velit, qui nec vult leuem ab eo iniuriam pati? Quis gaudeat cum Paulo dicere, « quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? an gladius, an fames? &c.» Quos tam facile à Deo vel leuiſſima tentatio diuidit ac ſeparat? Quis lac aut ſanguinem pro Deo fundere ſit paratus, qui nec modicum olei miſericordiæ vult ſtillare? Petrus quidem clauiger eſt cœli, ſed longo peccatorum vſu, ſera nobis obſtructa, ſine oleo non panditur; cuius defectu nec virginibus aperitur. Paulus cuſtos alter paradiſi gladio verſatili oſtium prohibet, niſi & oleo aciem gladij eius obtundamus. Nec tamen deſperemus, ſi humiliter & deuotè hodie Apoſtolorum ſuffragia poſtulemus. « Quis iam deſperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? &c. Ille ex piſcatore, iſte ex perſecutore. In illo infirma mundi electa ſunt, vt confundat fortia; in iſto abundauit peccatum, vt ſuperabundaret gratia. In vtroque magna Dei

Tertul. ſcorp. cap. 15.

Rom. 8. 35.

Aug. ſer. 25. de Sanctis. Et in ſuplem. tom. 2. ſer. de natali. Apoſt.

gratia, atque eius gloria claruit, qui eorum fecit merita, non inuenit, &c. Habet Roma caput Gentium duo lumina Gentium, ab illo accensa qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnum in quo Deus abiectam exaltauit humilitatem; alterum in quo damnandam sanauit iniquitatem. In illo discamus non superbire, in isto non desperare, &c. Nemo ergo se de huius sæculi celsitudine extollat, Petrus piscator fuit; nemo iniquitatem propriam cogitando misericordiam Dei refugiat, Paulus persecutor fuit.» Ad duas oliuas & earum vmbraculum refrigerandi à tentationum æstu curramus. Si tam medicabilis vmbra fuit transeuntium, quanto magis iam cum Deo permanentium? Si inanis quædam species vacuæ imaginis habere potuit in se vim salutis, « si opem ferre poterat vmbra corporis, quanto magis nunc plenitudo virtutis?» O tubæ argenteæ ductiles, surdorum auriculas aperite! O columnæ templi Ecclesiæ, claudos erigite; fulcite nutantes! O vbera lacte turgentia, esurientes gratiæ & doctrinæ esca nutrite! O duo olei filij, vngite luctatores, vt per luctam strenuam peruenire mereamur ad coronam! Amen.

Aug. se. 29. de Sãctis.

Digitized by Google

IN FESTO VISITATIONIS
BEATÆ MARIÆ.

Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Luc. 1. 43.

QVanti ſit meriti, quantæque diuinitatis S. Elizabeth mater Baptiſtæ, & Domini præcurſoris, Sacerdotis Zachariæ vxor « de filiabus Aaron: » non ignarus, illuſtrium eius natalium, & cum Maria Dei genitrice conſanguinitatis, & cum tribu Iudæ Regia affinitatis; timerem aliquam excellentiæ eius iniuriam irrogare, ſi eam cum Ruth illa Moabitide, & alienigena componerem: niſi & Matthæus Euangeliſta eam inter proximos Dauid Regis auos recenſuiſſet, de cuius ſemine per Mariam Rex Regum ortus eſt Chriſtus. « Boos enim genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Ieſſe; Ieſſe autem genuit Dauid Regem. » Et quamuis magna ſit vtriuſque nominis, & interpretationis diſtantia, magna tamen in vtraque humilitatis, & meriti eius conſonantia. Ruth namque idem ſonat, quod « ſaturatam; » fortè quòd « rogauit Boos, vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia: » de quibus ſaturabatur. Elizabeth autem ſignificat, « Deum iuramenti. » Vnde & Zacharias vir eius in Cantico: « Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis. » Quid daturum iuramento ſpopondit, niſi florem virgæ de radice Ieſſe, ex Ruth prodeuntem?

Luc. 1. 5. Matth. 1. 5. Ruth. 2. 7. Luc. 1. 73. Eſa. 11. 1.

florem, inquam, de quo in Canticis: « Ego flos campi: » vel vt alij legunt: « Ego rosa Saron: » id est flos saturitatis: « De cuius plenitudine omnes accepimus. » Repletus enim Spiritu sapientiæ, & intellectus, &c. repleuit & matrem; cuius plenitudo in Zachariam, Elizabeth, Ioannem exundauit, vt impleretur sermo Dauidis, filij Ruth: « Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam: » Vnde tanta hæc saturitas? flumen Dei repletum est aquis. » Maria pridem ab Angelo salutata gratia plena, salutauit Elizabeth, & eam exosculans, « diffusa in labiis gratia, aquæductus de paradiso exiens » de plenitudine sua in os Elizabeth eructauit. « Flumen Dei repletum est aquis. » Mira Ruth nouæ saturitas. « Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius; in stillicidiis eius lætabitur germinans. » Et quidem, si vel prima stilla vocis, & effusæ gratiæ ex labiis eius, Ioannis exhilarauit animum, vt de nouo germinans, & in primum actum rationis fruticans, exultaret in vtero matris; quid tribus mensibus in hac domo flumen exundans, velut Nilus septemplici gratiæ septiformis gurgite, saturitatis, & abundantiæ, genimina multiplicans, non produxit? Vnum est quod maximè themati nostro, & humilitati Elizabeth, de Mariæ Visitatione confusæ, B. Ruth sua humilitate prælusit. Præuenta siquidem à benignitate Boos, spicas aquamque sibi liberalissimè concedentis: « Cadens in faciem suam, & adorans super terram dixit ad eum: vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? » Haud aliter S. Elizabeth verba ex eius ore excipiens: « Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? » Humilis Ruth, humilis Elizabeth,

Cant. 2. 1. Io. 1. 16. Esa. 11. 2. Ps. 64. 9. Ibid. 10. Ps. 44. 3. Ps. 64. 10. Psalm. 44. 3. Ruth 1. 10.

Elizabeth, vtraque plena, vtraque saturata: sed plenior vtraque humiliorque Maria, quæ inferiorem se sua salutatione præuenit. De Ruth scriptum est: quod dixerit ad Boos: « Inueni gratiam apud oculos tuos, Domine mi, qui consolatus es me. » Mariæ autem à Deo missus Angelus dixit: « Inuenisti gratiam apud Deum. » Ruth subintulit: « Locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius puellarum tuarum: » Maria, vt se tanquam minimam Elizabeth puellarum exhiberet: prius dixerat: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum, quam ante Elizabeth Gabriel benedictam inter mulieres & Domini matrem futuram visitauerat, & salutauerat dicens: Aue Maria.

Ruth 1. 13.

Luc. 1. 30.

EXORDIVM.

« Magnum mysterium, fratres mei, mater Ioannis & sterilis erat, & anus, pater senex: prorsus in vtroque desperata posteritas. Sed quia Deo impossibile nihil est, promissus est filius non credenti. Vox ablata est patri, cui defuit fides: iam enim fuerat scriptum: Credidi, propter quod locutus sum. Non credidit, & non locutus est, interea etiam Virgo concepit, & hoc sublime miraculum, longéque præstantius. Concipit sterilis Præcursorem, Virgo Iudicem. Ioãnes de masculo & fœmina, Christus de sola fœmina. Comparandus est fortè Ioannes Christo? Absit. Non tamen frustra tantus tantum præcessit. » Lucifer solem, vox Verbum, lucerna lumen, quod illuminat omnem hominem. « Hominem concepit Elizabeth, hominem Maria: Elizabeth mater Ioannis, Maria mater Christi, sed Elizabeth solum hominem, Maria Deum & hominem. Mira res est, quomodo potuerit concipere

S. Aug. ser. 3. in nat. S. Io. B. Ex cod. bibl. Reg. fol. 316.

Ps. 115.

Aug ib.

creatura Creatorem. Quid est ergo intelligendum, fratres mei? nisi quod ipse fecit sibi carnem de sola matre Maria, qui fecit primum hominem sine patre & matre » vt ait Andræas Ierosolymitanus de Virgine & inculta terra. « Primus ille noster casus fuit, quando fœmina per quam mortui sumus, in corde concepit, venena serpentis: persuasit enim serpens peccatum, & admissus est malè suadens. Si primus noster casus fuit, cum fœmina concepit corde venena serpentis, non mirandum quod salus nostra facta est, cùm fœmina concepit in vtero carnem omnipotentis. Vterque ceciderat sexus, vterque fuerat reparandus. Per mulierem in interitum missi eramus, per mulierem nobis reddita est salus. » Et sicut primò serpens, quam seduceret consilio suo maligno, adorsus est mulierem: sic Deus æternum & absconditum à sæculis, mulieri, ad salutem humani generis suum voluit æmula operatione, vt ait Tertullianus, aperire consilium. An non stupendum audire mulieribus reuelatum arcanum, quod cunctis fuerat hominibus, Angelis, & dæmonibus occultum: cùm Catonem Censorinum Sejanus, inter tria sibi tota vita pœnitenda, si fortè accidissent, primùm illud recensuisse: « Si mulieri secretum aliquod detexisset. » Enimverò non elegit homines, illa quæ « perdit sapientiam sapientum, & prudentiam senum infatuat » æterna Patris sapientia: sed omni Catone prudentior incarnati Verbi mysterium, omni hominum sapientiæ incognitum duabus mulieribus electis reuelauit; de quo mutuo inter se colloquio, mirabili animi suauitate, & cordis humilitate dissertant; nullamque Deo, pro facta illis reuelatione pœnitentiam faciendam, iuxta prophetiam Sapientis: « Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. » Cùm enim pœni-

Andr. Ierosf. in salut. Angel. Aug. supra.

Plutarchus l. de viris illustr.

Eccli. 26. 18.

Digitized

tentia ſit animi demutatio Tertulliano Authore ; non eſt quòd « conſilium Domini in æternum manens, & eruditis cogitationibus præſidens » immutet animi ſui ſententiam, propter reuelatam vtrique mulieri ſenſatæ , & tacitæ , Verbi Domini Incarnationem. De vtriuſque merito in themate noſtro contento , dicamus , deinde reflexiones morales ex hoc myſterio colligamus.

Pſ. 32. 11
Prou. 8. 12.
DIVISIO.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Bernardus plenitudinem gratiæ in Mariam deſuper infuſam & in omnes refuſam contemplatus : « Vita, inquit, æterna, fons indeficiens, qui vniuerſam irrigat ſuperficiem paradiſi , nec modo irrigat , ſed inebriat, fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano: & fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Quis verò fons vitæ, niſi Chriſtus Dominus? ſanè ipſa ſeſe plenitudo exinaniuit , vt fieret nobis iuſtitia , & ſanctificatio , & remiſſio. Deriuatus eſt fons vſque ad nos , in plateis deriuatæ ſunt aquę, licet nõ bibat alienus ex eis. Deſcendit per aquæductum vena illa cœleſtis , non tamen fontis exhibens copiam , ſed ſtillicidia gratia arentibus cordibus noſtris infundens , aliis quidem plus, aliis verò minus. Plenus equidem aquæductus, vt accipiant cæteri de plenitudine , ſed non plenitudinem ipſam. Aduertiſtis iam, ni fallor , quem velim dicere aquæductum , qui plenitudinem fontis ipſius de corde Patris excipiens, nobis edidit illum, ſed ſi non provt eſt , ſaltem provt capere poteramus. Noſtis enim cui dictum ſit : Aue gratia plena, &c. Miramur vnde talis ac tantus fieret aquæductus, cuius nimirum ſummitas, inſtar profectò ſcalæ illius quam vidit Patriarcha Iacob, cœlos tangeret , imò & tranſcenderet cœlos , vt viuidiſſimum

Ber. ſer. de aquæductu.
Cant. 4. 15.
Pſ. 45. 4
1. Cor. 1. 30.
Luc. 1. 28.
Gen. 28. 12.

Digitized by Google

illum aquarum quæ ſuper cœlos ſunt, poſſet attingere fontem, &c. propterea tanto tempore humano generi fluenta gratiæ defuerunt, quòd necdum intercederet is de quo loquimur, tam deſiderabilis aquæductus, &c. Quomodo ergo noſter hic aquæductus fontem illum attigit tam ſublimem? quomodo putas, niſi vehementia deſiderij, niſi feruore deuotionis, niſi puritate orationis, ſicut ſcri-
Eccli. ptum eſt: Oratio iuſti penetrat cœlos? Et quis iu-
35.21. ſtus, ſi non Maria iuſta, de qua Sol iuſtitiæ ortus eſt nobis? Quomodo ergo illa inacceſſam attigit maieſtatem, niſi pulſando, petendo, quærendo? Denique & quod quærebat inuenit: cui dictum eſt; In-
Luc. 1. 30. uenisti gratiam apud Deum. Quid? plena eſt gratia, & gratiam adhuc inuenit? Digna prorſus inuenire quod quærit, cui propria non ſufficit plenitudo, nec ſuo poteſt eſſe contenta bono: ſed quem-
Eccli. 24. 29. admodum ſcriptum eſt: Qui bibit me adhuc ſitiet: petit ſupereffluentiam ad ſalutem vniuerſitatis: Spiritus ſanctus, ait, ſuperueniet in te, & pretioſum illud balſamum tanta tibi copia, tantaque plenitudine influet, vt copioſiſſimè effluat circumquaque.» Vix enim Angelo conſenſerat, vix exemplo ab eo præmiſſo cognatæ Elizabeth ſterilis pridem, & iam ſexto menſe grauidæ allato crediderat, quin ſtatim ſuam eructare geſtiens plenitudinem, feſtina leuitate plaudens, in domum Zachariæ properauit.
Luc. 1. 38. Lucam accipe ſalutationem vtramque Angeli & Mariæ connectentem. « Et diſceſſit ab illa Angelus. Maria in diebus illis abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth.» Et quibus diebus? « Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus.» Præmiſerat Angelus: « Et hic menſis ſextus eſt illi quæ vocatur ſterilis.» Vnde ſequitur

ſtatim à diſceſſu Angeli profectam. « Nec fatua Ber. ib.
virgo, cui non modo oleum eſt, ſed olei plenitudo ſupra.
in vaſe recondita. (Pergit propera lucernam Chriſto ſuo in vtero concepto paratura) Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, conuerſatione pariter & oratione aſcendens. Pſ.83.6. Denique abiit in montana cum feſtinatione, & ſalutauit Elizabeth, & in miniſterio eius erat quaſi menſibus tribus. Vt iam tunc poſſet dicere matri mater, quod tanto poſt filio dixit filius: ſine modò, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Planè montana conſcendens, cuius iuſtitia ſicut montes Dei, &c. Aſcendit planè Epheſ. 4. 10.
ſupra omne humanum genus, aſcendit vſque ad Angelos, ſed & ipſos quoque tranſcendit, & cœleſtem omnem ſupergreditur creaturam, &c. feruebat ſiquidem in quærenda gratia charitas, ſplendebat in carne virginitas, humilitas in obſequio eminebat. Etenim ſi omnis qui ſe humiliat exaltabitur, Luc. 18. 14.
quid hac humilitate ſublimius? Veniſſe eam mirabatur Elizabeth, & dicebat: Vnde hoc mihi vt veniat Mater Domini mei ad me? ſed iam magis miretur, quod inſtar vtique filij, & ipſa non miniſtrari venerit, ſed miniſtrare. »

Quanta plenitudine fluminis impetus lætificauerit ciuitatem Dei, rurſum attendit Bernardus. « Aſcendit, inquit, cum feſtinatione in domum Ber. ſer. de priu. S. Io. B.
Zachariæ ad ſalutandam Elizabeth portans in vtero Filium Dei, Regem gloriæ, Dominum maieſtatis. Occurrit Elizabeth, & antiquæ ſterilitatis carens opprobriis, amicum Sponſi, præconem Verbi fœliciſſimo ventre deportat. Iunguntur amplexus, venitur ad oſcula, & copulantur fœlices vteri: Regem & militem non niſi duo tenerrimi parietes abiungunt. Quid mirum ſi miratur puer, & exultat à tactu tam proximæ diuinitatis, & afflatu? Poterat-

ne vacare à quocumque miraculo, cui præſens erat Regis præſentia, regnantis mater, mundi Redemptor? &c. Fœlix Elizabeth ad quam properat mater Saluatoris, quam ſalutaribus obſequiis cœlorum Imperatrix amplectitur: ſed puer multò fœlicior, qui ſalutantis maieſtatem agnoſcens, intra viſcerum tenebroſa volumina gaudio gaudet, quia vim tam beatæ ſalutationis attendit!»

Sed quoniam nuper de priuilegiis S. Ioannis Baptiſtæ diximus, in themate noſtro prærogatiuas Elizabeth, & Mariæ contentas explicemus. Mariæ Virginis lampas, oleo Spiritus prophetiæ ſuperplena, in Ioannem lucernam Domini deſtinatum effudit, vt in caliginoſo materni vteri loco luceret & (2. Pet. 1. 19.) arderet; ſed de plenitudine filij repleuit & matrem. Atque vt penitius excellentiſſimum introſpiciam S. Elizabeth prophetiæ donum; duo illud præ cæteris cuiuſcumque æui Prophetis magnopere commendant. Primùm quidem quòd cùm alij Prophetæ non omnem temporis differentiam fuerint amplexi, hæc vaſtiſſimo prophetici ſpiritus ſinu, præteritum, præſens, futurum, participata diuini luminis amplitudine comprehendit. Secundò profundiſſimum diuinæ Incarnationis arcanum acutiſſimo penetrauit perſpicaciſſimæ mentis obtutu, & ſublimiſſimam Deiparæ Virginis vnico verbo attigit dignitatem. Propheticum eius lumen ampliſſimum in verbis Euangelicis ſubtiliter aduertit ſanctus Gregorius: « Spiritus, inquit, prophetiæ nec (Greg. lib. 1. in Ezech. hom. 1.) ſemper, nec eodem modo Prophetæ animum tangit. Aliquando enim ſpiritus prophetiæ ex præſenti tangit animum prophetantis, & ex futuro nequaquam tangit, aliquando ex futuro tangit, & ex præſenti non tangit: aliquando verò ex præſenti, & ex futuro tangit; aliquando autem ex præ-

terito, & ex præſenti, atque ex futuro pariter tangitur animus prophetantis. » De futuro dat exemplum ipſius Ioannis. « Ex præſenti, inquit, prophetiæ ſpiritu tactus fuerat, qui humanitatem Mediatoris videns, & diuinitatem eius intelligens Io.1.29. confitebatur agnum qui peccata mundi tolleret: ſed tactus ex futuro non fuerat, quia aduentum illius in inferno neſciebat: » cum diceret: « Tu es Matth. 11. 3. qui venturus es, an alium expectamus? » Aliud exemplum ponit de Iſaac benedicente Iacob pro Eſaü, « cui futura prædixit, & præſentia tamen ignorauit. » De præſenti pariter & futuro, Iacob Ephraïm, & Manaſſe prophetauit, imponens manus & dicens Ioſeph manus mutare volenti: « Scio Gen. 48. 19. fili mi: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur, ſed frater eius iunior maior illo erit » quod & notat in Abia Propheta qui licet caligantibus 3. Reg. 14. 6. oculis vxorem Ieroboam agnouit, & ei futura prænuntiauit. In Paulo item qui ex reuelatione Euan- Act.20. 22. gelium accepit, qui tamen ventura ſibi in Ieruſalem ignorauit. De Elizabeth autem cæteris omnibus Prophetis prælata: « Aliquando, inquit, ex præterito, & ex præſenti, atque ex futuro pariter animus tangitur prophetantis; ſicut Elizabeth venire ad ſe Mariam conſpiciens, quia Incarnatum Verbum geſtaret in vtero agnouit, eamque iam Domini ſui matrem vocauit, dicens: vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? De cuius conceptione per Angelum quoque ad Ioſeph dicitur: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Quæ videlicet Elizabeth dicit: Beata quæ credidiſti: apertè indicat, quia verba Angeli, quæ dicta ad Mariam fuerant, per ſpiritum agnouit. Atque ſubiungens: perficientur ea quæ ſunt dicta tibi à Domino, quæ eam in futuro ſequerentur,

præuidit ſimul ergo de præterito, & præſenti, atque ex futuro, per prophetiæ ſpiritum tacta eſt, quæ & eā promiſſionibus Angeli credidiſſe cognouit, & matrem nominans, quia Redemptorem humani generis in vtero portaret, intellexit, Et cùm ad omnia perficienda prædiceret, quid etiam de futuro ſequeretur, aſpexit. »

Et de myſterio Incarnationis mirabili, tanta breuitate verbi, & fidei firmitate cognito ab Elizabeth, & expreſſo, quid dicam? « Spiritus ſanctus deſuper veniens, Virginis interiora ſanctificauit, & in his ſpirans, quia vbi vult Spiritus ſpirat, naturæ ſe humanæ carnis immiſcuit, & id quod alienum à ſe erat, vi ſua ac poteſtate præſumpſit: atque vt ne quid per imbecillitatem humani corporis diſſideret, virtus Altiſſimi Virginem obumbrat, infirmitatem eius veluti per vmbram circumfuſam confirmans, vt ad ſementiuam ineuntis Spiritus efficaciam corporalem, diuinæ virtutis inumbratio temperaret. Hæc conceptionis eſt dignitas » inquit Hilarius. Et rurſum: « Humani, inquit, generis cauſa, Dei Filius natus ex Virgine eſt, & de Spiritu ſancto, ipſo ſibi in hac operatione famulante, & ſua videlicet Dei inumbrante virtute, corporis ſibi initia conſeuit, & exordia carnis inſtituit; vt homo factus ex Virgine, naturam in ſe carnis acciperet; perque huius admixtionis ſocietatem, ſanctificatum in eo vniuerſi generis humani corpus exiſteret: vt quemadmodum omnes in ſe, per id quod corporeum ſe eſſe voluit, conderentur: ita rurſum in omnes ipſe, per id quod eius eſt inuiſibile, referretur. Dei igitur Imago inuiſibilis, putorem humani exordij non recuſauit: & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ noſtræ contumelias tranſcucurrit. Quid tandem

Hilar. l. 2. de Tr. circa f.
Io. 3. 8.

dignum à nobis tantæ dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis à Deo originis vnus vnigenitus Deus, in corpuſculi humani formam, ſanctæ Virginis vtero inſertus accreſcit. Qui omnia continet, & intra quem, & per quem cuncta ſunt, humani partus lege profertur: ad cuius vocem Archangeli & Angeli tremunt, cœlum, terra, & omnia mundi huius reſoluuntur elementa, vagitus infantiæ auditur: qui inuiſibilis & incomprehenſibilis eſt, non viſu, ſenſu, tactuque moderandus, cunis eſt obuolutus. Hæc ſi quis indigna Deo recolet, tantò ſe maioris beneficij obnoxium confitebitur, quantò minus hæc Dei conuenerint maieſtati. Non ille eguit homo effici; per quem homo factus eſt: ſed nos eguimus vt Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id eſt, aſſumptione carnis vnius, interna vniuerſæ carnis incoleret. Humilitas eius, noſtra nobilitas eſt: contumelia eius, honor noſter eſt: quod ille eſt Deus in carne conſiſtens; hoc nos viciſſim, ex carne in Deum renouati. Sed ne fortè detineant ſcrupuloſas mentium cogitationes, cunæ vagitus, partus, atque conceptio; reddenda eſt ſingulis Dei dignitas; (quòd Deus eſt qui concipitur, Deus qui naſcitur, &c.) vt voluntatis humilitatem, (quod voluerit hæc humiliter ſubire,) poteſtatis ambitio præcedat: (id eſt prius in mentem veniat nobis dignitas & maieſtas eius, qui non infirmitate, ſed poteſtate his ſe ſubiecit, exinanitus in forma ſerui, quam ex nihilo ſumens, nihilo ſe coniunxit,) nec dignationem dignitas derelinquat. » Vtrumque Prophetes maxima Elizabeth collegit in vnum: & conceptum virginali fide, dicens: Beata quæ credidiſti; & naſciturum iuxta ſermonem Angeli incorrupta virtute Altiſſimi & obumbratione Spiritus ſancti, virginitate: cùm dixit: « Perficientur in te; quæ

Philip. 2.7.

dicta sunt tibi à Domino : » Et ad sublimissimam Matris Dei dignitatem, & humillimam Visitationis eius dignationem, exclamauit : « Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me ? » Et quidem cum Elizabeth prima credente fidelium, Beatissimam Virginem, non solum huius hominis Christi, sed Dei Matrem, & genitricem, cum Concilio Ephesino, & Chalcedonensi, & sexta, & septima Synodo, & Concilio Lateranensi sub Martino primo confitemur, & cum Petro Diacono apud Fulgentium : « Beatam Virginem Mariam, non propter dignitatem hominis illius, qui ex ipsa natus est, quem gratia & non natura Deum, quidam impiè prædicare non metuunt, sed propriè & secundùm veritatem credimus Theotocon, id est Deigenitricem, eo quòd peperit verè & propriè Deum Verbum incarnatum, & hominem factum, atque essentialiter, siue naturaliter carni vnitum. Propterea etiam essentialem, siue naturalem factam naturarum vnitionem omnimodis confitemur ; non sicut illi, qui tanquam in Propheta, ita in Christo Domini Verbum inoperasse contendunt. Quos redarguit beatus Gregorius Nazianzenus ad Clidonium, dicens : si quis, sicut in Propheta, secundùm gratiam dicit inoperasse Domini Verbum, & non essentialiter factam confitetur vnitionem, sit vacuus melioris inoperationis, magis autem plenus sit deterioris. Nec sicut illi qui secundùm illustrationem, aut dilectionem, aut personalem, vel subsistentialem, siue secundùm authoritatem, aut potentiam, aut æqualitatem honoris, vnitionem tentant astruere naturarum ; quos beatus Cyrillus anathematizat, dicens contra Nestorium : si quis in vno Christo diuidit substantias post vnitatem, sola societate connectens secundùm dignitatem, & au-

Concil. Ephes. & Chalced. Sexta Syn. act. 4. & 11. Septima Synod. act. 4. & 7. Concil. Lat. Ca. 3. Conc. 5. Constát. cā. 6. Apud S. Fulgent. de Inc. & gr. Iesu cap. 3. Greg. Naz. ad Clidonium.

Cyrill. Anath. 3.

thoritatem, aut potentiam, & non magis coniunctionem, quæ est secundùm vnitatem naturalem, anathema sit. Deus enim Verbum, non nomine vacuo, non particula sui, sed natura Deus, tantus quantus & Pater est, æqualis per omnia Patri, præter hoc tantummodo quod ille Pater est, iste Filius, naturæ se humanæ vniens, factus est homo.» Ita & sanctus Fulgentius: «Firmissimè, inquit, tene, & nullatenus dubites, &c. Dei Filium, qui de natura Patris solus natus est, & vnius eiusdemque naturæ cum Patre est, ipsum in plenitudine temporis, secundùm susceptionem formæ seruilis, voluntariè in Virgine conceptum, & de Virgine natum, Verbum carnem factum, ipsum quoque esse, qui essentialiter natus est de Patre, & essentialiter conceptus est, natusque de Virgine; ipsumque vnum esse, & vnius naturæ cum Virgine.» Conceptum mirabilem Virginis spiritu prophetico & fide plena cognouit Elizabeth, quem gentiles incredibilem irriserunt. «Et tamen quid mirum videtur, si Virgo conceperit, cùm Orientis auem quam Phœnicem vocant, in tantùm sine coniuge nasci, vel renasci constet, vt semper & vna sit, & semper sibi ipsa nascendo, vel renascendo succedat? Apes certè nescire coniugia, nec fœtus nixibus (alij legunt, nexibus, sexibus) omnibus palam est. Sed & alia nonnulla deprehenduntur vti huiuscemodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur? Et tamen mirandum, cur hoc gentilibus impossibile videatur, qui credunt Mineruam suam de cerebro Iouis natam. Quid ad credendum difficilius? aut quid magis contra naturam? Hîc fœmina est, hîc naturæ ordo seruatur, hîc conceptus, &

Fulg. de fide ad Petrū.

Cypr. in exposit. Symb.

partus temporibus ſuis editur. Ibi nuſquam fœmineus ſexus, ſed vir ſolus, & partus. Qui illa credit, cur iſta miretur? Sed & Liberum de femore eius aſſerunt natum. Ecce aliud portenti genus, & tamen creditur. Venerem quoque quam Aphroditem vocant, de ſpuma maris ſicut etiam nominis ipſius compoſitio oſtendit, credunt eſſe progenitam: de ouo natos Caſtorem, Pollucemque confirmant: ex formica Myrmidones: & alia mille ſunt, quæ contra naturam venientia, ipſis tamen viſa ſunt credibilia: vt Deucalionis, & Pyrrhæ lapides iactos, & hominum ex his ſegetem natam; & cùm hæc tot, & talia figmenta crediderint; vnum eis verbum impoſſibile videtur, quod adoleſcens fœmina diuinum germen, non hominis vitio, (concupiſcentia dominante in generationis actu, ex reliquiis peccati, non enim vult peccatum eſſe, hunc actum, ſed libidinem in eo, pœnam eſſe peccati,) ſed Deo inſpirante conceperit: qui vtique ſi ad credendum difficiles ſunt, illis tot & tam turpibus monſtris fidem nequaquam commodare debuerant: ſi verò faciles ſunt ad credendum, multo promptius hæc noſtra tam honeſta, & tam ſancta recipere, quàm illa tam indigna, & tam fœda credere debuiſſent.» Et quidem Elizabeth noſtra in ſeipſa primum experta ſterilitatis ſolutionem, impoſſibilem non credidit Chriſti de Virgine conceptionem. Phœnicem credidit de patre & matre; imò de patre, ſine matre ab æterno; de matre, ſine patre in tempore ſingulariter ortum; exhauſtâ tam patris, quàm matris fœcũditate, in vnica prole. Nec fides tamen, abſque miraculi ſtupore, & maternæ dignitatis ãdmiratione, dixit: « Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?» Obſtupuit & Ieremias dicens: « Nouum fecit Dominus ſuper terram, fœ-

Luc. 1. 43.

Digitized by Google

mina circumdabit virum.» Stella concepit Solem, filia Patrem, creatura Creatorem. « Ager fructum edebat, & fructus carebat cultore; meſſem reddebat, quæ ſemen non acceperat.» Quo portento, & raptus Epiphanius exclamat: « Stupendum miraculum, mulieris filius, qui & ipſius, & ſæculorum eſt Pater.» Miratur ergo Elizabeth, non virgam in ſerpentem commutatam, ſed virgam virtutis Dei Verbum caro factum, habitans in Virgine; virgam Ieſſe abſque humano cultore florem immarceſſibilem, & manentem in æternum germinaſſe; rubum incombuſtum virginitatis, maternitatis fœcunditate illæſum; Oceanum diuinitatis, paruulo virgunculæ gremio collectum. Nec Matrem Domini tantum agnoſcit, cuius de puriſſimo ſanguine carnis materiam ſumpſerit Dei Filius, quod vel ex Angelico Doctore ſufficeret, vt Mater eſſet; ſed etiam quod ex D. Bonauentura effectiuè cum Spiritu ſancto cooperata fuerit ad Christi Domini generationem; eodem Spiritu ſancto, ſecundùm Damaſcenum, tribuente Virgini virtutem actiuam ad concipiendum, & generandum. In quo licet ratione ſupernaturalis actiuitatis,& modi concipiendi abſque opera viri, & quia momento temporis, ſupra omnem naturæ ordinem, efformato Chriſti corpuſculo, vt poſt Dionyſium docuit Euthychianus Pontifex; tamen abſolutè loquendo cum Bonauentura præcitato, eam naturalem Chriſti ſalutauit Matrem; quia genuinum ac naturale fuit, quod filio præſtitit, nempe cum materia ſanguinis, concurſus neceſſarius, quem matres omnes ad prolis ſuæ formationem exhibent. Hinc Ambroſius: « Multa, inquit, ſecundùm naturam veniens, multa ſupra naturam fecit. Secundùm enim conditionem naturæ, in vtero formatum eſt corpus; ſed

Heſyc. Ieroſ. ſer. 2. de Deipara.

Epiph. ſer. de Encom. Virg.

D. Th. 3. p. qu. 32. a. 4.

Bonau. in 3. diſt. 4. a. 2. q. 1.

Damaſ. l. 3. fidei Orthodoxæ.

Dion. ep. ad Gaium

Eutychianus Papa ep. Decret.

Ambr. lib de Incarn. Filij Dei.

ſupra naturam Virgo concepit : vt crederes ; quia Deus erat, qui innouat naturam; & homo erat, qui ſecundùm naturam naſcebatur ex homine.»

Aug. to. 2. ex nouis ſer. 4 de Io. Ba.

Subtiliter Virginis conceptum, ex Virgine verè Matre, aduertit Auguſtinus, dum Gabrielem ad Virginem, non autem ad Elizabeth miſſum adnotauit. « Venit, inquit, Angelus Gabriel ad Zachariam, non ad Elizabeth vxorem eius, matrem Ioannis, &c. Quare? quia Ioannes per Zachariam futurus erat in Elizabeth. Ergo Angelus annuntians venturum Ioannem, non venit ad exceptorium ventris, ſed ad fontem ſeminis. Nuntiauit amborum futurum filium, ſed patri nuntiauit. Venturus enim erat Ioannes de connubio maſculi & fœminæ. Ecce ipſe iterum Gabriel venit ad Mariam, non ad Ioſeph: vnde erat caro illa cœptura, vnde erat initium habitura, ad ipſam Angelus venit.» Et longè quidem excellentius & verius, præ omnibus matribus eſt mater; tum quia viri neſcia, Virgo Mater effecta, de Spiritu ſancto Deo, in vtero, & de vtero ipſum Patris æterni Filium, Deum verum, de Deo vero concepit: tum quia ipſa ſola ſine viro totam materiam, quam patres, & matres ſimul communicant filiis, ſuo filio ſubminiſtrauit. Vnde & præ omnibus matribus, virgo mater filium, & filius matrem pariter diligebat: « Amorem quem pater & mater filiis debent, filio ſuo debet hæc fœliciſſima mater; amorem etiam quem debet quilibet filius ſimul ſuo patri & matri, ille filius verè Virginis, debet ſoli matri.»

Anſel. l. de excel Virgin. c. 3.

Quod autem dixit eam Elizabeth Domini Matrem, eo ſenſu dixit, quo Dauid Dominum ſuum Chriſtum. Quo argumento Chriſtus diuinitatem ſuam voluit comprobare, vbi ait dicentibus,

Digitized by Google

Meſſiam filium eſſe Dauid. « Quomodo, inquit, ergo Dauid in ſpiritu dixit: Dixit Dominus Domino meo, &c. ſi filius eius eſt? » quem locum exponens Auguſtinus: « Quomodo, inquit, nos diceremus, niſi à te diſceremus? Nunc ergo quia didicimus, dicimus. In principio erat Verbum, &c. omnia per te facta ſunt: Ecce Dominus Dauid (per quem factus eſt & Dauid) ſed nos propter infirmitatem noſtram, quia caro deſperata iacebamus, Verbum caro factus es, vt habitares in nobis; Ecce filius Dauid. Certè tu in forma Dei cùm eſſes, nõ rapinam arbitratus es, eſſe æqualis Deo: Ideo Dominus Dauid: ſed temetipſum exinaniſti, formam ſerui accipiens; inde filius Dauid, &c. Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuël, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. (quod & Angelus promiſit dicens: Dominus tecum. Et Elizabeth credidit factum ſic loquens: Vnde hoc mihi, &c.) Accipiet virgo in vtero, virgo ex ſemine Dauid, pariet filium, vt ſit filius Dauid: erant enim Ioſeph, & Maria de domo, & patria Dauid. Sed ille quem peperit, vocabunt nomen eius Emmanuël, nobiſcum Deus, ecce habes & Dominum Dauid. » Subſcripſit Auguſtino Gregorius: « Incarnationis, inquit, ſuæ myſterio, Vnigenitus Patris noſtra auxit, ſua non minuit. Vna itaque perſona eſt, Verbum & caro, ſicut ipſe ait: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Qui filius Dei in cœlo, erat filius hominis, qui loquebatur in terra, &c. Si iuxta errorem Neſtorij, alius Verbum, atque alius eſſet homo Ieſus Chriſtus; qui verus eſt homo, vtique verus Deus non eſſet, & vita æterna. Sed vnigenitus filius, Verbum ante ſæcula, factus eſt homo,

Matth. 22. 44.

Aug. in Pſ. 109.

Phil. 2.

Eſa. 7.

Greg. l. 9. ep. 61. ad Quiriin. Ep. contra Neſtor.

hic est ergo verus Deus, & vita æterna. Certè cùm hunc sancta Virgo conceptura esset, & loquentem ad se Angelum audiret, ait: Ecce ancilla Domini, &c. quæ cùm eum concepisset, & ad Elizabeth cognatam suam pergeret, ab eadem Elizabeth protinus audiuit; vnde ergo digna, vt Mater Domini mei veniat ad me? Ecce eadem Virgo, & ancilla Domini dicitur, & mater. Ancilla enim Domini, quia Verbum ante sæcula vnigenitus æqualis est Patri: Mater verò, quia in eius visceribus ex sancto Spiritu, de eiusque carne factus est homo. Nec alterius ancilla, alterius Mater: quia dum Vnigenitus Dei existens ante sæcula, ex eius vtero natus est homo, inuestigabili miraculo facta est & ancilla hominis per diuinitatem, (ratione vnitatis personæ adorandæ) & Mater Verbi, per carnem.» Neque verò vel naturâ, vel tempore prius vnitam animam carnis, quàm Verbum vtrique, debemus concipere: sic enim prius fuisset homo, quàm Deus: nec Virgo Deum concepisset, sed hominem qui postea accedente Verbo, Dei Filius factus esset; sicut dicimus Presbyteri, & Episcopi matrem, non quem ipsa Presbyterum, aut Episcopum genuit, sed qui genitus homo; postea factus est Presbyter & Episcopus. Hinc Augustinus doctissimè probat Christum secundùm Paulum factum ex semine Dauid secundùm carnem, prædestinatum esse Filium Dei, ex mera Dei gratia, & nullo suo merito præcedente: quia mereri non potuit, qui non erat; vel potius qui statim ac conceptus est, Filius Dei erat. «Vt hoc, inquit, esset, quibus tandem suis, vel operum, vel fidei præcedentibus meritis, natura humana quæ in illo est, comparauit? Respondeatur quæso; ille homo, vt à Verbo Patri coæterno in vnitatem personæ assumptus,

Aug. de præ-destin. Sancto-rũ c. 15.

aſſumptus, Filius Dei Vnigenitus eſſet, vnde hoc meruerit? quod eius bonū qualecumque præceſſit? quid egit ante, quid credidit, quid petiuit, vt ad hunc ineffabilem excellentiam perueniret? Nonne faciente, ac ſuſcipiente Verbo, ipſe homo ex quo eſſe cœpit, Filius Dei vnicus eſſe cœpit? Nonne Filium Dei vnicum, fœmina illa gratia plena concepit? Nonne de Spiritu ſancto, & Virgine Maria Dei Filius vnicus natus eſt, non carnis cupidine, ſed ſingulari Dei munere? &c. Prædeſtinatus eſt ergo Ieſus, vt qui futurus erat ſecundùm carnem filius Dauid, eſſet tamen in virtute Filius Dei, ſecundùm Spiritum ſanctificationis, quia natus eſt de Spiritu ſancto, & Virgine Maria. Ipſa eſt illa ineffabiliter facta hominis à Deo Verbo ſuſceptio ſingularis, vt Filius Dei, & Filius hominis ſimul; & Filius hominis, propter ſuſceptum hominem; & Filius Dei, propter ſuſcipientem vnigenitum Deum, veraciter & propriè diceretur; ne non Trinitas, ſed quaternitas crederetur. » Si filius hominis in propria ſubſiſtentia humana crederetur; non enim duo, ſed vnus eſt Chriſtus. Vnde idem alibi: « Vnus, inquit, Chriſtus eſt, & Dei Filius ſemper naturâ; & hominis filius: qui ex tempore aſſumptâ, non vt prius creatus, poſt aſſumeretur; ſed vt ipſa aſſumptione crearetur. » Et in hoc Auguſtinum imitatus eſt Gregorius: « Non prius, inquit, in vtero Virginis caro concepta eſt, & poſtmodum diuinitas venit in carnem, ſed mox vt Verbum venit in vtero, mox Verbum ſeruata propriæ veritate naturæ, factum eſt caro: & perfectus homo, in veritate carnis, & animæ rationalis, natus eſt per vterum Virginis vnigenitus Filius Dei. Vnde & vnctus præ participibus dicitur, ſicut Pſalmiſta ait: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.

Aug. li. côt. ſer. Arianorum c. 8

Greg. l. 9. ep. 61.

Pſ. 44. 9

Vnctus quippe eſt oleo, dono videlicet Spiritus ſancti; ſed præ conſortibus vnctus eſt: quia omnes nos prius peccatores homines exiſtimus, & poſtmodum per vnctionem ſancti Spiritus, ſanctificamur. Ipſe autem qui exiſtens Deus ante ſæcula, per Spiritum ſanctum in vtero Virginis homo conceptus eſt in fine ſæculorum, ibi ab eodem Spiritu vnctus eſt, vbi conceptus. Nec ante conceptus, & poſtmodum vnctus eſt, ſed hoc ipſum, de Spiritu ſancto ex carne Virginis concipi, à ſancto Spiritu vngi fuit. Hanc ergo natiuitatis eius veritatem, quicumque à peruerſo errore Neſtorij reuertuntur, coram ſancta fraternitatis veſtræ Congregatione (Epiſcoporum Hyberniæ) fateantur: Eundem Neſtorium cum omnibus ſequacibus ſuis, & reliquas hæreſes anathematizantes.» Hunc errorem & Dei Filio, & veræ eius matris honori ſupremo detrahentem omnium maximo elogio extinxit Elizabeth dicens: «Beata quæ credidiſti;» quia fides tua, poteſtatem dedit tibi matrem Filij Dei fieri: «Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?»

Luc. 1.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Et nos cum Elizabeth, ſi beatam Virginem condignè laudare volumus, Matris Dei dignitatem, ſi fieri poteſt, æſtimemus. Ac primò quidem, dum matrem Domini dixit, ſtatim & vno momento, præ cunctis fœtibus, per Spiritus ſancti nomen cognouit animatum fœtum; cùm in aliis quadraginta dierum ſpatio organizetur, antequam animetur. Secundò nihil maius de Virgine potuit concipere, quàm eam verum Dei Filium, de Spiritu ſancto concepiſſe. In quo qui-

dem elogio, tria maximè penſanda veniunt. Primò intima matris, & filij coniunctio; de qua Damianus: « Cùm Deus in aliis rebus ſit tribus modis, (per eſſentiam, præſentiam, poteſtatem,) in Virgine fuit quarto ſpeciali modo; ſcilicet per identitatem: quia idem eſt, quod ipſa. Hinc taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem. » Secundò quòd vt tota gloria Patris æterni, Filius eſt, quòd videlicet tantum, ac talem genuerit; ſic & matris. Et ſicut Pater genuit Filium, « candorem lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula; » ſic mater in virgine, tanquam mundiſſimo ſpeculo eundem Filium imaginem bonitatis ſuæ, & figuram propriæ ſubſtantiæ impreſſit. Et velut Spiritus ſanctus eſt nexus Patris, & Filij; ſic idem Spiritus, ita Virginem inter Patrem Filiumque coniunxit, vt ſicut Pater, ſic & mater incorrupto vtero eundem filium genuerit, quem de Spiritu ſancto miſſum à Patre concepit. Et hoc ſenſu Iſidorus Ieroſolymitanus Mariam meritiſſimè dixit: « Trinitatis complementum: » Hoc enim vnum deerat, vt ſicut ab æterno ex ſua ſubſtantia generat Filium Pater, & cum eo producit Spiritum ſanctum, ſic idem Pater, per eundem Spiritum ſanctum, eundem Filium hominem factum ex Virgine matre, gloria & honore coronaret. Tertiò tandem, quòd dignitas Matris ſecundùm Angelicum Doctorem, ad infinitam aſſurgat dignitatem, conſtat ex maternitatis eius termino; qui idem ipſe Dei Filius, Deus eſt. Et proinde, cùm Deus Pater non poſſit nobiliorem à ſe Filium, quàm Deum producere; eundemque ſuo conceptu admirabili Virgo attigerit terminum; per hunc, attollitur ad tam ſublimem maternitatis eminentiam, quia nec potentia, nec ſapientia, nec boni-

Damiã. ſer de Annun.

Sap. 7. 26.

Ibidem Ieroſ. l. de laud. Virg.

D. Th. 1. p. qu. 25. art. vlt. ad 4

Digitized by Google

tas Dei possit producere maiorem. Christus itaque conceptus, & « natus est ex Virgine Matre, qui ante sæcula æternus est genitus ex Deo Patre. In illa natiuitate, ex impassibili nascitur genitore, in ista, incorrupta natus ex Virgine. Illum solus Pater sciuit, ipse qui genuit; hanc in se sola virgo, & mater intemerata cognouit, quæ virum in concipiendo non pertulit. In Patre impassibilitas; in Matre incorruptibilitas. In ista matrem habet virginem, sed hominem non habet patrem: In illa coæternus est Patris, & coæternus authoris; in ista filius est Virginis, & author est matris.» Audeo dicere & sui authoris, & principij, principium & authorem, cui omnibus imperanti, materno iure potuit imperare. Vnde cum ei etiam Deus, & Dei Filius sit subditus; debet ei omnis subiici creatura. Nec mirum si « mulier amicta Sole » & tota radiis gloriæ Filij circumcincta, stellis coronatur, & luna, cum omnibus sublunaribus, pro suppedaneo ponitur; quam adorant omnes in Empyreo cœlites, quæ ad vsque solium paternæ maiestatis, vt eiusdem filij mater extollitur. « Sufficit Angelis, & pro magno habent, quod cùm sint spiritus, & conditione & gratia facti sint, & vocati sint Angeli, testante Dauid, qui facit Angelos suos spiritus: Maria verò matrem se agnoscens, maiestatem illam, cui illi cum reuerentia seruiunt, cum fiducia suum nuncupat Filium.» An non « ipsa est Virginis nostræ gloria singularis, & excellens prærogatiua Mariæ, quòd Filium vnum eundemque cum Deo Patre meruit habere communem?» Et Doctor Angelicus: « Humanitas, inquit, Christi, ex eo quòd est vnita Deo; & beatitudo creata, ex eo quod est fruitio Dei; & Beata Virgo, ex hoc quod est Mater Dei, habent quandam dignitatem infini-

Aug. ser. 22. de tempore.

Apoc. 12. 1.

Ber. ho. 1. de B.

Ps. 103. 5.

Ber. ho. 1. in Missus.

D. Th. 1. p. qu. 25. ar. 6. ad 4.

tam, ex bono infinito quod eſt Deus, & ex hac parte non poteſt fieri aliquid melius eis, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo.» D. Bonauentura: «Virgo, inquit, eſt Mater, quia maiorem Deus facere non poſſet. Maiorem mundum poſſet facere Deus: maiorem Matrem, quam Matrem Dei, non poſſet facere Deus.» Vnde fit, vt ſicut Dei maieſtas comprehendi, ſic nec Matris Dei dignitas concipi poſſit.« Huius dignitatis effectum nec cor concipere, nec lingua valet exprimere.» Succumbat igitur cum Elizabeth dignationem viſitationis eius admirante, humana & Angelica infirmitas, & imparem ſe laudibus & honori fateatur.

Bonau. in opuſcul. Vir. cap. 8.

Aug. ſ. de Aſſumpt.

Secvnda Reflexio. Et Mariæ, & Elizabeth imitemur exempla, plurimùm enim poſſunt ad inferiores excitandos in bonum, principum & potentum illuſtria facta: quod aduertit ſanctus Fulgentius in conuerſione Theodori Senatoris à ſæculo: «Quamuis, inquit, Chriſtus æqualiter ſit pro cunctis fidelibus mortuus, & æquale cunctis beneficium redemptionis impenderit, dicente Apoſtolo: Quicumque enim Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina, omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu: tamen conuerſio potentium ſæculi multum militat acquiſitionibus Chriſti. Sicut enim multi fratres, & amici, clientes & ſubditi, &c. talium authoritate ad mundanæ dilectionis excitantur ardorem, & eò magis igne ſæcularis concupiſcentiæ ſuccenduntur, quò ſublimes ſæculi dilectione mundana libenter teneri captiuos conſpiciunt: ita quotiens ille qui reſpicit terram, & facit eam tremere, &c. dum terrenis rebus intenta corda miſericorditer reſpicit, & conſideratione Iudicij ſui tremere compellit, &c. In ta-

Fulg. ep. 6. ad Theod. cap. 2. Gal 3.

Pſ. 103. 32.

lium tremore plurimi contremiſcunt, & in talium conuerſione multi ad ſubſidium miſerationis diuinæ confugiunt. Ita fit, vt qui ſunt in ſæculi culmine conſtituti, aut plurimos ſecum perdant, aut ſecum multos in via ſalutis acquirant. Magna tales aut pœna manet, ſi multis præbeant malæ imitationis laqueum; aut gloria, ſi multis oſtendant ſanctæ conuerſationis exemplum. » Videant igitur potentes, & magni, quæ dederint virtutum omnium Elizabeth, & Maria principes illæ fœminæ, virtutum omnium, ſed præcipuè humilitatis exempla. Et de humilitate quidem Elizabeth ſic Ambroſius. « Vnde hoc mihi, inquit, non quaſi ignorans dicit: ſcit enim Spiritus ſancti gratiam, & operationem, vt mater Prophetæ, à Matre Domini, ad profectum ſui pignoris ſalutetur: ſed quaſi non humani hoc meriti, ſed diuinæ gratiæ munus eſſe cognoſcat; ita dicit: Vnde hoc mihi? hoc eſt, quò tantum bonum mihi accidit, vt Mater Domini mei veniat ad me? non cognoſco meum. Vnde hoc mihi? qua iuſtitia? quibus factis? pro quibus meritis? Non vſitata hæc officia fœminarum ſunt; (quæ naturâ tumidæ: longò inferiores ſibi dedignari ſolent,) vt veniat mater, &c. miraculum ſentio, agnoſco myſterium: Mater Domini Verbo fœta, Deo plena eſt. » Quaſi diceret gratia plena eſt? & proinde humillima. Et nos ad quodlibet Dei beneficium & communionem maximè, confuſi dicamus: Vnde hoc mihi? &c.

Ambr. l. 2. in Luc. c. 1.

« Expauit Petrus potentiæ magnitudinem, (dicens: Exi à me, Domine:) Expauit Centurio præſentiæ maieſtatem; Exhorruit nimirum & Ioſeph, ſicut homo, huius tanti miraculi nouitatem, myſterij profunditatem; & ideo occultè voluit dimittere eam. Miraris quod Ioſeph prægnantis ſeſe conſor-

Ber. ho. 2. ſuper Miſſus.

tio Virginis iudicabat indignum, cùm audias & ſancta Elizabeth, eius non poſſe ferre præſentiam, niſi cum tremore quidem, & reuerentia? Ait namque, vnde hoc mihi? &c.» Diſce qua reuerentia cum Elizabeth, Matrem Dei proſequaris, quam cœlites omnes humilibus frequentant obſequiis: & eius humilitatem non ſequi erubeſcas. «Quæ vocatur ab Angelo Domina, ipſa ſe cognoſcit & confitetur ancillam. Quia deuotus animus infulis beneficiorum, creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit, non ad ſuperbiam pertimeſcit, &c. mittitur autem Maria ad Elizabeth, Virgo ad ſterilem, infans ad anum; vt certamine pio ſumant ambæ, percipiant pariter, altera de nouitate fidem, altera de neceſſitate virtutem.» Humilitatem videlicet, quâ ex cognatæ neceſſitate, pueri, & ipſius Zachariæ muti, humiliter adiuuandi neceſſitate, vehementer accreuit. Ex interioris humilitatis adyto manet in ſanctis exterior humilitas. Vt enim ferrum ignitum, non ſibi, ſed igni feruorem ſuum tribueret, ſi intelligeret; ſic ſancti, nil ſibi, totum Deo tribuunt, & dicunt: Quia Domine vidi, & cognoui quàm magnus & potens ſis, ideo me puluerem iudicaui. Et quia ſingulos ſibi ſuperiores æſtimant, in his iuuandis, tota animi humilitate, etiam in viliſſimis obſeruiunt.

Chryſol. ſer. 142.

Iob. 42.

TERTIA REFLEXIO. Totam Viſitationis hiſtoriam moraliter explicauit Doctor Angelicus, his verbis. «Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione. Vbi dicit gloſſa: Accepto Virginis conſenſu, cœleſtia petit Angelus; quem Virgo ſequitur, quæ in montana progreditur. Sic anima quæ Verbum Dei concepit, virtutum cacumina aggreſſa amoris conſcendit, vt ciuitatem Iuda, id eſt con-

D. Th. opuſc. 60. de humanitate

feſſionis & laudis arcem penetret, & vſque ad perfectionem Fidei, Spei, & Charitatis, quaſi tribus menſibus in ea commoretur. In hoc autem aſcenſu ſunt tria; videlicet vallis timoris, & humilitatis; aſcenſus laboris & difficultatis, cacumen amoris, ſiue charitatis. Vnde Bernardus; Virtus vult cum humilitate doceri, cum labore acquiri, cum amore poſſideri. Secundum tangitur ibi: & intrauit domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. Salutatio enim eſt ſalutis optatio. Salutem autem optare proximo, pertinet ad fraternam dilectionem. Vnde Auguſtinus: Quiſquis, inquit, rectè proximum diligit, hoc cum eo agere debet, vt etiam ipſe toto corde, tota anima, & tota mente Deum diligat. Huic ergo dilectioni anima ſancta, poſtquam ſpiritualiter Verbum Dei conceperit debet inſiſtere. »
1. Io. 3. Sed vt ait Apoſtolus: « Non diligamus verbo neque lingua, ſed opere, & veritate. » Et quidem verum Dei cultum, veram ac ſolidam regionem Iacobus docuit in Viſitatione, hoc eſt ſubleuatione
Iac. 1. 27. proximorum poſitam. « Religio, inquit, munda & immaculata apud Deum, & Patrem, (Syr. miniſterium purum & ſanctum coram Deo Patre,) hæc eſt: viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo. » Per pupillos, & viduas, qui plerumque mi-
Nyſſ. de Virg cap. 3. ſerabiliores ſunt, vnde & Nyſſenus: « Quæ ſunt viduitatis propria incommoda? quotuſquiſque eſt qui omnia accuratè enumeret? » Omne genus pauperum intelligitur, & fruſtra Deum colimus,
Ber. in Pſ. 14. Quis aſcẽdet in montẽ Do. fruſtra eius viſitationes in bonis ſpiritualibus & temporalibus accipimus, niſi cum Virgine de plenitudine noſtra in proximos effundamus. Hinc pulchrè Bernardus expendens illud Pſaltis: Qui iurat proximo ſuo & non decipit: « non ſimus, in

quit, inutiles proximo, ne in vano ei iuraſſe probemur: nec de vtilitate proximi ſimpliciter voluit commonere: de iuramento nos conuenit, vt agnoſcamus debitum, vt promiſſam fidem irritam facere vereamur. Omnes proximis iurati ſumus, cum quibus in Eccleſiæ viuimus vnitate. Noli ergo putare gratuitum bonum quod exhibes proximo, (hinc iuſtitiam vocat Scriptura ſæpiſſimè,) vt liceat etiam diſſimulare, ſi velis: debitor es ſacramenti cautione, & propria profeſſione teneris.» Vt fideles omnes tanquam membra corporis, iuramento, & Religione conſtrictos ſeſe intelligant. Monet & Eccleſiaſticus « Nō deſis plorātibus conſolatione, & non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim, in dilectione firmaberis.» Et Auguſtinus: «In omnibus, inquit, officiis generis humani bonum opus facit, qui pupillum conſolatur, qui viduam non deſerit.» Et hic profecto non deſeretur, ſed viſitabitur à Deo, & omnibus bonis implebitur: cui dicitur: « Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam. Vbi ſanctus Hilarius: « Viſitauit, inquit, Deus terram, id eſt humani generis natiuitatem; eaque viſitata à Deo multiplicatis gratiarum muneribus diteſcit, Apoſtolo dicente: In omnibus ditati eſtis in ipſo, in omni verbo, & ſcientia. His in bonis replemur, & ſine ceſſatione potandi quotidie, bonorum cœleſtium munus haurimus, pleni diuinis copiis atque ebrij.» Nec vno modo potamur. « Modis enim quatuor viſitat nos Deus. Exhibitione præcepti, aſperitate flagelli, cuius ſunt quinque cauſæ: vt ab iniquitate corrigat; ne quis de collata virtute ſuperbiat; vt virtus hominibus innoteſcat; vt alios eius exemplo compeſcat, vt corona cumuletur, & creſcat. Nouitate miraculi, inſpiratione ſubtili.»

Eccli. 7. 39.

Aug. in Pſ. 45.

Pſ. 64. 10.

Hilar. ibid.

1. Cor. 1. 5.

Ber. lib. ſent.

Sed optabilior omnibus, hæc viſitatio eſt, quam deſiderabat Pſaltes; & poſt eum ſanctus Auguſtinus: « Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: id eſt, vt in eis ſimus, in quibus beneplacitum eſt tibi; quia non in omnibus illis beneplacitum eſt Deo. Viſita nos in ſalutari tuo, hoc eſt in Chriſto tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ. Id eſt, ad hoc nos viſita in ſalutari tuo; vt videamus in bonitate, &c. Alij codices habent, in ſuauitate, &c. Sed quid eſt viſita nos vt videamus in bonitate electorum tuorum; id eſt in ea bonitate quam præſtas electis tuis; niſi vt non remaneamus cæci: ſicut illi quibus dictum eſt: Nunc autem dicitis, quia videmus, peccatum veſtrum manet? Dominus enim illuminat cæcos, non meritis eorum, ſed in bonitate electorum ſuorum, id eſt quam exhibet, vel donat electis ſuis, &c. ad lætandum, id eſt, vt lætemur in lætitia gentis tuæ. Vnam gentem Dei intelligere debemus vniuerſum ſemen Abrahæ; ſed filios promiſſionis, non carnis, &c. & quæ huius gentis lætitia, niſi Deus eius, cui dicitur: Exultatio mea redime me: & cui dicitur: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in cor noſtrum: ſummo ſcilicet, vero, incommutabili, & beatifico bono, quod ipſe Deus eſt?» Sic viſitauit domum Zachariæ Maria cum Chriſto; ſic Ioannis intellectui lumen, ſic cordi lætitiam, in bonitate electorum infudit. Sic & nos viſitet in ſalutari ſuo, vt illuminet cæcos; vt terram inebriet: donec in cœlo torrente voluptatis ad ſe rapiat. Amen.

Aug. in Pſ. 105.
1. Cor. 10.5.
Io. 9.41
Pſ. 145. 6.
Pſ. 31.7.
Pſ. 4.7.

IN FESTO SANCTÆ MAGDALENÆ.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.

QVid vobis videtur de Magdalena? An non meritò cum Regina illa Austri comparanda, de qua scriptum est; « Non sunt allata vltra aromata, tam multa, (Pagninus, talia aromata, vltra in multitudine) quàm ea quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni? » Qui & vbera sponsæ dixit fragrantia vnguentis optimis. » Quàm excellenter apposuit optima, spiritus ille subtilis, qui totam sibi libri huius rapit positionem! Est enim vnguentum bonum, quod Maria pedibus Saluatoris infundit: est & melius, quod eadem, si tamen eadem, (quæ tota ex peccatrice in sanctam mutata est,) super caput recumbentis: est & optimum, quod & ipsa præparauit toti corpori Christi.» Verè Regina facta dilectione maiore, & regnante super omnes virtutes charitate: quæ prius ancilla diaboli, & tota fuerat serua peccati. Regina Austri, in splendoribus Sanctorum posita, & meridie cœlestis amoris; quæ prius feruebat in olla super carbones denigrata Aquilonis. Sed & Saba vtrumque statum, & peccatricis, & pœnitentis expressit. Saba enim significat « inflatam, circumeuntem, ebriam, sessionem, militantem. » Syriacè autem, & « senem. » quæ omnia in peccatis inueteratæ conueniunt. Se-

3. Reg. 10.10.

Ber. ser. de S. Magd.

Cant. 1.

Ier. 1.13

Apoc. 17. 4. debat vt altera Babylon mater fornicationum, de vino proſtitutionis ſuæ porrigens amatoribus ſuis; & ipſa ebria delitiis, filia vaga, circumiens pomaria, & delubra voluptatum, epulis, & choreis, ludis addicta; inflata diuitiis, veſtibus, forma præcellens. Sed & Saba ſignificat « conuerſionem, & præceptum in ea. » Vt iuxta Paulum, quem in conuerſione præuertit, quæ militauerat mundo, caſtrorum aciem ordinatam inſtruxerit, vt pugnaret pro Chriſto: & quæ exhibuerat membra ſua arma iniquitatis peccato, exhibuerit ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem Deo. Et quodnam eſt illud præceptum in ea? An quod dilexit multum, « quod eſt primum, & maximum mandatum? » An quòd & à Domino præceptum eſt, « vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur: & quod hæc fecit in memoriam eius. » Et quidem « repleta eſt domus odore vnguenti » dum pedes eius nardi pyſtici libra perfudit. Sed & cùm hodie alabaſtro vnguenti pretioſi pedes eius infundit, cùm capillis extergit, omnia redolent balſamum charitatis. Quam quia Chriſtus vnam commendat dicens: quoniam dilexit multum. Hanc ſolam hodie primò in Magdalena conſiderabo odore fragrantiſſimam, feruore flagrantiſſimam, vt ſecundò reflexionibus moralibus, vos ad eius imitationem impellam. Sed dum laudes Mariæ pœnitentis charitate ſanctificatæ aggredior, te prius Mariam innocentem cum Angelo ſaluto. Magdalena fœtoris peccati ſui conſcia, attulit vnguenta pretioſa, quibus Iudicis ſui pedes illinens, emolliret affectum: & « myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis: & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata. » Fimbrias aureas cum Gabriele oſculamur, &

Cant. 6. 3. — Rom. 6. 6. 13. — Matth. 22. 38. — Matth. 26. 13. — Ioi 12. 3 — Divisio. — Pſ. 44. 10. — Cant. 4. 10.

tuis pedibus aduoluti, te Reginam Austri, charitatis spiritu, venientis ab Austro fœtam adoramus. Aue Maria. Habac. 3.3.

EXORDIVM.

« Hodie misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, & multitudo miserationum Domini in peccatricem fœminam refusa est. Filius enim Virginis, peccatricis & menstruatæ manibus attrectatur, Deumque atque Dei Filium mulier infrunita contingit. Tangit pedes mundi, atque mundantis immunda, & vestigiis Creatoris mulier criminosa procumbit. Transit in affectum cordis præuaricatrix, & redit ad cor: & magnitudinem scelerum, lachrymarum multitudo condemnat. Dissimulat pietas tangẽtis officium, & obsequiorum iustitiam remuneratorius ille maiestatis oculus fœlici dedignatione non inspicit. Osculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis inundantibus vestigia Redemptoris infundit; tergit crinibus, odoriferis illinit, & irrorat vnguentis. Videt, & inuidet singularitatis amor, & vtrumque redarguit Pharisæi iactantia; illum ignorantiæ, præsumptionis istam. Sed deliberans prouidentia suspendit iudicium, dum affectat obsequium; & inuectiuam retinet præparatam, donec Mariæ sacrificium in holocaustum pertranseat. Gaudent Angeli super peccatrice pœnitentiam agente, & odoris fragrantia cœlestis ille conuentus aspergitur, saluantemque & saluandam tota misericordiæ dulcedo pertingit. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, numerositatem criminum præponderans pietas excludit. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, in peccatricis confessione: quàm iusta

Ber. ser. de Mar. Magd. vel Damian. ser. 29. — Ps. 72. 7. — Luc. 15. 10. — Rom. 5. 20. — Ps. 30. 20.

reprehensio in Pharisæi superbia & abusione! enumerentur obsequentis obsequium, & per obliquum tangitur indignantis iniquitas, tota literali cohærentia Simonis inuidiam impugnante. Et quia vbi spiritus Domini, ibi libertas: dimittuntur illi peccata multa, quæ multùm diligit: immittuntur illi, qui multùm negligit.» Et hunc quidem Pharisæum secundùm Augustinum Christus Medicus in mercedem prandij à tumore suo sanare volebat, & eius excutere negligentiam, diligentiam prouocare. « Etiam ipsum, inquit, sanare cupiebat, ne gratis apud eum panem comederet: ipsum pascentem esuriebat, ipsum emendare, ipsum mactare, ipsum manducare, ipsum in corpus suum traiicere volebat: sicut & illi mulieri Samaritanæ dixit, Sitio, Quid est, sitio? desidero fidem tuam, &c.» Dehinc adducta parabola duorum debitorum, & confessione extorta ab ore Pharisæi; eum cui plus creditor donauerat, plus dilectionis rependisse; pensitans hæc verba Domini: « Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem modicum dimittitur, modicum diligit. Metuendum est, inquit, & valde metuendum, ne in his verbis Domini non benè intelligentibus his qui concupiscentias suas carnales faciunt, & ab eis in libertatem educi pigrescunt, subrepat illa sententia, quæ prædicantibus etiam Apostolis, nata est in linguis maledicorum: vnde dicit Apostolus; & sicut quidam dicunt nos dicere: faciamus mala, vt veniant bona; dicit enim aliquis; si cui modicum dimittitur, modicum diligit; cui autem dimittitur, plus diligit: expedit plus diligere, quam minus diligere, oportet vt multum peccemus, & multum debeamus, quod nobis dimitti cupiamus, vt dimissorem magnorum debitorum amplius diligamus. Peccatrix

2. Cor. 3.17.
Luc. 7. 7.47.
Aug. hom. 23
Io. 4.10
Rom. 3. 8.

enim illa mulier, quanto plus debebat, tanto dimissorem debitorum suorum amplius diligebat, Domino ipso dicente, dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Quare autem dilexit multum, nisi quia debebat multum, &c. Videtis certè profunditatem quæstionis, &c. Da nunc duos homines: vnus eorum plenus est peccatis: diu pessimè vixit: alter autem eorum peccauit pauca: accedunt ambo ad gratiam, baptizantur ambo: intrant debitores, exeunt liberi: plus donatum est vni, minus alteri: interrogo quantum quisque diligat: si inuenero plus diligere eum cui plura peccata dimissa sunt, &c. Vtilior erat multa iniquitas, ne esset tepida charitas, &c. Quid ergo facere debui? multa mala committere, vt multa essent quæ posset ille mihi dimittere, vt amplius possem diligere? Angustat nos; sed quia hæc vera Dominus proposuit, ab angustiis liberet me. Dictum est propter Pharisæum illum, qui vel nulla, vel pauca se putabat habere peccata. Non enim Dominum inuitaret, nisi aliquantum diligeret. Sed quàm parum erat? Non osculum dedit, &c. O Pharisæe ideo parum diligis, quia parum tibi dimitti suspicaris, non quia parum dimittitur, sed quia parum putas esse quod dimittitur. » Dehinc inducit Pharisæum respondentem se nullius homicidij, adulterij aut alterius grauis criminis reum, nec putantem posse sibi, à se non commissa verè dici dimitti. Tum vrget Augustinus adducto grauis, aut leuis peccatoris exemplo. « Hinc, inquit, multa commisit, ille gubernante Deo pauca commisit. Cui deputat ille quod dimisit, huic & iste deputat quod non commisit. » Pharisæus ergo minus, Maria plus dilexit, quia ille pauca, hæc autem multa sibi dimissa intellexit. In hac autem misericordissimum in-

telligente creditorem, in qua fuit abundantior iniquitas, ex ipsa cognitione remissionis exorta est abundantior charitas; cui superadde, charitatis exuberantiã, vt formam incomparabilem cum deformitate peccati, omnem in ea penitus extinxisse
Luc. 7. 47. iniquitatem. « Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. » Neque verò charitas eam tantummodo ab iniquitate purgauit, sed & insuper
Chrysol. ser. 94. animam superexcellenti sanctitate repleuit: « Quã conspicimus non solùm caruisse peccatis, sed ad totum sanctitatis verticem peruenisse. »

Aug. Præclarè Diuus Augustinus: « Fides, inquit, est fundamentum ædificij, spes murus, charitas tectum, atque fastigium. » Huc Magdalenæ charitas attigit, quæ de domo & familia Aminadab censenda est: de quo principe sic Gregorius scribit
Greg. in 1. Reg. 17 l. 3. c. 5. cum exponeret verba libri Regum: « Intulerunt Arcam in domum Aminadab in Gabaa. Aminadab, inquit, interpretatur, populus meus spontaneus, Gabaa sublimis. Nimirum talibus arca Dei committenda est. Populus namque spontaneus est,
Prou. 8. 35. ex 70. quem ad exercenda virtutum opera, sola bona voluntas trahit, (quam præparat, & operatur Deus) quem ad implenda mandata Dei necessitas non compellit, (non vrget timor, sed impellit amor primus & spontaneus actus voluntatis, quam mouet
Rom. 5. 5. infusa charitas per Spiritum sanctum qui datus est nobis,) quos sub vnius descriptione Beatus Paulus
2. Cor. 9. 7. prædicat dicens: hilarem datorem diligit Deus. Quæ est domus spontanei populi, nisi munimentum sanctæ dilectionis? Nam in virtutum ministerio spontaneus esse non posset, si mansionem sibi dilectionis non conderet. Quæ profectò domus in Gabaa, id est in sublimi sita cognoscitur, quia charitatis altitudine ad cœlestia subleuamur. Vel certè in

tè in ſublimi eſt domus: quia charitas omnibus virtutibus antefertur. Nam ſublimitatis huius altitudinem inſinuans Paulus, ait : adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro: ſi linguis hominum loquar, &c. » O Magdalena verè tu digna per Spiritum ſanctum effecta es domus Aminadab, quæ nullo cogente timore, ſola vrgente charitate, veram arcam fœderis amplexata ſponte oſcula, lacrymas, capillos, vnguenta, tam libenter impendiſti omnium hominum linguis & Angelorum extollenda in Gabaa, ſublimitate charitatis euecta. Liceat mihi de pennigera Magdalenæ charitate illud Cantici vſurpare : « Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. » Parum erat dilecto, ſponſæ lampadas cryſtallinas, argenteas, aureas, gemmeas, nominare. Pretioſa nihili pendit amor. Subiicit enim: « Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. » Vel cum maiore emphaſi, Pagninus ex Hebræo, & 70. « contemptu contemnet eam. » Vnicum amorem habet amor in pretio : qui quia per ignem exprimitur, « Lampades eius, lampades ignis » dixit: Cùm ſatis ſit lampadi vt luceat, ignem in ſe oleo plenam enutrire. Pagninus porro, & ipſi 70. non lampades legunt; ſed « pennæ eius prunæ ignitæ, flammæ vehementiſſimæ, alæ eius, alæ ignis, flammæ eius. » Alij tandem transferunt : « Impetus eius, impetus ignis atque flammarum. » Sic conſonat locus Danieli cernenti ; « fluuium ignitum & rapidum egredientem à facie Dei. » Hoc fluuio & impetu igneo rapta Magdalena ferebatur : & velut igne vehementi in domo aliqua prædiuite ſuccenſo, ſupellex omnis pretioſa foras per feneſtras mittitur : & cum impetu vehementi proiicitur : ſic charitatis igne in Magdalenæ corde feruente, per oculorum fene-

1. Cor. 12. 1.

Cant. 8. 6.

Ibid.

Dan. 7. 10.

ſtras, lacrymas pretioſiores margaritis, ore oſcula roſeo, amplexus manibus, vnguentum pretioſum alabaſtro, crines aureos Domini pedibus effundit, tota diffuſione charitatis. His Tertullianus argumentis, ſolidam ac palpabilem Chriſti carnẽ contra Marcionem comprobauit. Nos iiſdem perfectam Magdalenæ in tractando demulcendoque tot blãditiis Chriſti corpore dilectionem æſtimamus. «Illius, inquit, peccatricis fœminæ argumentum eò pertinebit, vt quum pedes Domini oſculis figeret, lacrymis inundaret, crinibus detergeret, vnguento perduceret, ſolidi corporis veritatem, non phantaſma inane tractauerit. Et vt peccatricis pœnitentia ſecundùm Creatorem meruerit veniam præponere ſolitum ſacrificio. Sed & ſi pœnitentiæ ſtimulus ex fide acceſſerat, per pœnitentiam ex fide iuſtificatam, ab eo audiit: Fides tua te ſaluam fecit: qui per Habacuc pronuntiarat, iuſtus ex fide ſua viuet.» Sic mortua reuixit ex fide viua per dilectionem operante quam accepit à Chriſto; « igne à facie eius exardente, quo carbones eius prius nigri & frigidi ſuccenſi ſunt ab eo, & impetu fluuij ignei rapta » ad pedes Saluatoris adducta, ad totum ſanctitatis verticem, & domus Aminadab culmen in Gabaa ſublimi prouecta eſt. Sic factum eſt, vt « alæ eius, alæ ignis, » lampadem eius, ſupra cryſtallinam ſororis Marthæ virginis lampadem extulerint. « Superextolletur ſuper Libanum fructus eius. » Candorem Libanus ſonat, & multa in Libano nix caſtitatem virgineamque puritatem. Sed ſuper eam extollitur charitas. Quæ licet ferueret in Martha circa frequens miniſterium exhibitum paſcendo Saluatori: ſuperextolli tamen meruit charitas Mariæ, verbis Domini audiendis intentæ; de

Tertul. cont. Marc. cap. 18.

Oſee 6. 6.

Habac. 3. 4.

Pſ. 17. 9.

Dan. 7. 10.

Cant. 8. 6.

Pſ. 17. 15

qua Sapiens in Cantico; pro Chriſto Mariæ loquens: « Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. » 70. cum Pagnino: « Cor abſtuliſti meum, vno ex oculis tuis, &c. » Non iam Magdalena circumquaque voluit oculos, non iam « diſſoluta delitiis filia vaga: » cogitationum crines ſpargit vndique, non ſicut Martha turbatur circa plurima; vno neceſſario contenta, in vnum collecta, vni Domino intenta. Optimam partem elegit, vnicum ſponſum diligit, ex millibus vnum eligit, in pace in idipſum totam ſe colligit, in hanc partem ſortis ſanctorum qui non auferetur ab ea, pro qua negligit omnia, & alis igneis charitatis ſuperuolat & prætergreditur omnia. Hanc, ni fallor, intenta mente cernebat Eccleſiaſticus: « Non eſt minuere, neque adiicere, nec eſt inuenire magnalia Dei. » Quaſi diceret, immenſa ſunt, infinita ſunt, captum omnem creaturæ rationalis excedunt attributa diuina. Perfecta ſunt, quibus aliquid detrahi, vel addi non poteſt, ſiue affirmando, ſiue negando, attributa poſitiua, vel negatiua pertractes, ea nullatenus intellectu comprehendes. « Delicta quis intelligit » miſericordia Dei, & diffuſiſſima charitate, & perfectiſſima dilectione Magdalenæ dimiſſa? pergit Sapiens: « Cùm conſummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quieuerit, aporiabitur. » Cùm quilibet ſanctus ad conſummationem perfectionis ſuæ peruenerit, ibi mulier peccatrix incipiet: & cùm vir quiuis ſanctiſſimus terminum ſuum attigerit & veluti quietem cœperit; ſi collectas ſpiritales diuitias in conſummatione virtutis, cum ipſis Magdalenæ principiis comparauerit, quaſi nihil operatum ſe eſſe, & præ theſauris illius & abundantia, pauperem & inopem æſtimabit. Quid Petro ſanctius?

Cant. 4. 9.
Ier. 31. 22.
Eccli. 18. 5.
Pſa. 18. 12.
Eccli. 18. 6.

Matth. 26. 35. temerè de ſua dilectione præſumens dixit : Etiamſi me oportuit mori tecum , non te negabo. Sed
Pſ. 29. 9. auertente Christo faciem ſuam , ad ancillæ & ſerui vocem conturbatus , ter negauit : & ſuo lapſu cautior factus , vix quærenti poſt reſurrectionem Do-
Io. 21. 16 mino : « Simon Ioannis diligis me plus his ? » auſus eſt reſpondere : « Domine tu omnia noſti , tu ſcis quia amo te. » Magdalena quæ non triennio vt Petrus , cum Chriſto conuerſata, verbis eius , exemplis , miraculis inſtructa , media hora Domino ſeruiens , audire meruit à Chriſto : « dimittuntur ei
Luc. 7. 47. peccata multa , quoniam dilexit multum. » Vt verè
Pſ 86. 1. de ea cantemus : « Fundamenta eius in montibus ſanctis : diligit Dominus portas Sion , ſuper omnia tabernacula Iacob. « Ingreſſu enim primo , intrans in domum Phariſæi peruenit , quo Petrus in longo
Luc. 9. 33. progreſſu vix attigit. Petrus in monte Thabor tria, neſciens quid diceret figere volebat tabernacula , & cum Domino glorioſè transfigurato commorari , quem in monte Caluariæ timidus extimuit ſequi. Maria autem quæ glorioſum non viderat in monte ſancto, mulier fortis & impauida aſtitit morienti in Caluariæ loco. « Maria Magdalenæ Dominum noſtrum ſuper omnia diligendo , Diſcipulis
Orig. ho. 10. de S. Magd. fugientibus , eum ad mortem euntem ſequebatur , ac veri amoris igne ſuccenſa , nimio ardens deſiderio indeſinenter plorans à monumento non recedebat , &c. Venerat deferens ſecum aromata , & vnguenta quæ portauerat , vt ſicut antea pedes viuentis vnguento pretioſo vnxerat , ſic & nunc totum corpus defuncti , & vnguento vngeret, & aromatibus condiret. Et ſicut prius ad pedes eius lacrymas fuderat , fleuerat prius , & lacrymis ſuis pedes eius rigauerat pro morte animæ ſuæ , veniebat nunc ad monumentum , lacrymis rigare pro

magiſtri ſui morte, &c. Amor faciebat eam ſtare, & dolor cogebat eam plorare, &c. dolor renouatus erat, quia prius doluerat defunctum, & nunc dolebat ſublatum, &c. Cùm enim non inueniſſet corpus in monumento, labor vngendi periit, ſed dolor lugendi creuit, &c. defuit quem condiret, ſed non defuit quem ploraret; eoque magis plorabat, quo magis ille deerat, &c. duoſque dolores eximios vno geſtabat in corde, quos mitigare lacrymis volebat, ſed non valebat. » Pſ. 38. 3.

Fortiorem autem ſe mulier fragilis & infirma præbuit, & plus omnibus Apoſtolis diligente Petro, & præ cunctis amabili & dilecto Diſcipulo. « Petrus quidem & Ioannes venerant cum ea ad monumentum, ſed non inuento corpore, abierunt ad ſemetipſos: Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans, & quaſi deſperando ſperans, & ſperando perſeuerans. » Stabat, inquit Euangeliſta, quaſi in ſtatione ſua peruigiles ageret excubias. Stabat, vt cum Maria matre inconcuſſa ſteterat iuxta crucem gemens, ſic ad monumentum plorans. Stabat, quia æmula Seraphim eodem ſpiritu accenſa, de quibus Eſaïas: « Seraphim ſtabant ſuper illud, » ſcil. templum: ſic Maria ſtabat ad monumentum. « Petrus & Ioannes timuerunt, & ideo non ſteterunt: Maria autem non timebat, quia nihil ſuſpicabatur ſibi ſupereſſe, quod timere debebat. Perdiderat enim magiſtrum ſuum, quem ita ſingulariter diligebat, vt præter ipſum, nihil poſſet ſperare. » Et quomodo timeret quæ multum & perfectè diligebat, ſuum amatorem, cùm « perfecta charitas foras mittat timorem? » Et dilectio fortis foras teneret ad monumentum ſtantem. « O Maria tu ante illos veniſti, & cũ illis rediiſti, & poſt illos remanſiſti. Cur hoc feciſti? ſapiebas plus illis,

Orig. ib. ſup. — Eſa. 6. 2. — Orig. ibid. — 1. Io. 4. 18.

aut diligebas pluſquã illi, quia non timebas vt illi. »

Proſequitur Euangeliſta vehementiam dilectionis eius exprimens, qua vnicum vnicè ex toto corde diligebat, & præ dilectionis in vnam impenſæ & penitus exhauſtæ ipſorum etiã Angelorũ conſolationem negligebat, cum Pſalte dicens: « Renuit conſolari anima mea. » Et quid ait textus Euange-
Pſ.73.6. licus? « Dum fleret inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſe-
Io 20.11 dentes, vnum ad pedes, & vnum ad caput, qui dicunt ei, mulier, quid ploras? » Quem in locum Origenes: « O Maria! Ecce magnam conſolatio-
Orig. nem inueniſti, & forſitan melius tibi contigit quàm
ſupra. ſperaſti. Nam tu quærebas vnum, & duos inueniſti. Quærebas mortuum, & viuentes reperiſti. Reperiſti eos qui volunt dolorem tuum lenire: ille verò quem quæris, dolorem tuum negligere, lacrymas tuas non videtur reſpicere. Vocas eum, & non audit; oras, & non exaudit; quæris illum, & non inuenis; pulſas & non aperit; tu ſequeris illum, ſed fugit, &c. Olim te diligebat, olim à Phariſæo te defendebat, & à ſorore tua diligenter excuſabat, &c. Olim quærebat te cùm non adeſſes; vocabat te cùm abeſſes, &c. O bone Ieſu tu quoque cum vidiſti eam lacrymantem, lacrymatus es, &c. Quare ſic recedis ab ea & abſcondis te, qui diligis
Prou.8. omnes diligentes te? Tu enim dicis, Ego diligen-
17. tes me diligo, & qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Ergo mulier iſta quæ valde mane vigilat ad te, quare non inuenit te? &c. O verax Magiſter & fidelis, recordare teſtimonij tui quod olim reddidiſti Marthæ ſorori eius. Dixiſti enim, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Verè optimam partem elegit, quia te elegit. Sed quomodo verum eſt, quæ non auferetur ab ea, ſi

tu es ablatus ab ea? &c. Ergo ô cuſtos hominum, aut tu partem quam elegit cuſtodi in ea, aut ego neſcio quomodo verum eſt quæ non auferetur ab ea? Niſi & hoc ita intelligatur, quod licet tu ſis ablatus ab oculis eius, tamen non es ablatus à corde eius, &c. » Quid verò cogitauerit Maria videns ante ſe conſolatores Angelos, niſi vt eos ſicut Iob conſolatores oneroſos æſtimaret? « Ego, inquit, non quæro Angelos, ſed eum qui me fecit & Angelos. Heu quo abiit gaudium meum, vbi latet amor meus, vbi eſt dulcedo mea? O dolores & anguſtiæ intolerabiles! &c. O amabilis, ô deſiderabilis, redde mihi lætitiam ſalutaris præſentiæ tuæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. O ſpes mea, ne confundas me ab expectatione mea. »

Iob. 16. 2. Orig. ſupra. Pſ. 21. 2. Pſ. 50. 14. Cant. 2. 14. Pſ. 118. 116.

Dum vnicè dilecti ablati ſibi apud Angelos quereretur abſentiam, ecce ſibi ex improuiſo dilectus adſtat, ſed ſpecie hortulani incognitus. Et quia « fortis eſt vt mors dilectio » Mariam vita & ſenſu priuauerat. « Quid enim aliud faceret mors in Maria? facta erat exanimis, facta inſenſibilis. Sentiens non ſentiebat, videns non videbat, audiens non audiebat: ſed neque ibi erat, vbi erat: quia tota ibi erat, vbi Magiſter eius erat, de quo tamen vbi eſſet neſciebat, &c. » O Domine cùm amatrix tua te ſolum quærat, te ſolum diligat, te vnicum lugeat, quid ab ea quæris, mulier quem quæris, aut quid ploras? « Tota pendet in te, tota manet in te, tota ſperat de te, & tota deſperat de ſe. Ita quærit te, vt quærens, nihil quærat, nihil cogitet præter te. Ideoque forſitan non cognoſcit tè, quia non eſt in ſeſe, ſed propter te, eſt extra ſe, &c. Viderat defunctum corpus tuum de cruce deponi, & in monumento reponi: tantuſque dolor inuaſerat

Cant. 8. 6. Orig. ſupra.

eam de morte tua, vt non poſſet ſperare de vita tua: & tantus dolor inuaſerat eam de ſcpultura tua, vt nihil poſſet cogitare de reſurrectione tua. Denique vbi Ioſeph poſuit in monumento corpus tuum, Maria ſepeliuit ibi ſpiritum ſuum: & ita indiſſolubiliter iunxit, & quodammodo vniuit eum cum corpore tuo, (ô vim admirabilem amoris vnitiui

Dion. de diu. nomin.

iuxta Dionyſium, ſimul & extatici, & ſecundùm Platonem cor amantis in amatum transferentis!) vt facilius poſſet ſeparare animam ſe viuificantem à viuificato corpore ſuo, quam ſpiritum ſuum te diligentem, à defuncto corpore tuo. Spiritus enim Mariæ magis erat in corpore tuo, quàm in corpore ſuo. Cúmque requireret corpus tuum, requirebat pariter ſpiritum ſuum: & vbi perdidit corpus tuum, perdidit cum eo ſpiritum ſuum, (ſic amor in ea non tantùm cordis, ſed & mentis exceſſum

Tertul. 4. cont. Marc. cap. 22.

ſiue exſtaſim à Tertulliano ſæpius dictam amentiam, dum de Petro neſciente quid diceret, egit, operabatur.) Quid igitur mirum ſi ſenſum non habebat, quæ ſpiritum amiſerat? Quid mirum ſi te neſciebat, quæ ſpiritum non habebat quo ſcire debebat. Redde ei itaque ſpiritum ſuum quem habet in ſe corpus tuum, & mox recuperabit ſenſum ſuum, & relinquet errorem ſuum. Sed quomodo errabat, quæ ſic pro te dolebat, & ſic te amabat? Sic error non procedebat ab errore, ſed ab amore & dolore, &c.»

Alium rurſum prodit Magdalena intimæ ſuæ in Ieſum dilectionis effectum, dum ebria & amens amans hortulano quem credidit, illuſtri eum no-

Io. 20. 15.

mine compellans, «Domine, inquit, ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam. O quàm ſcienter neſcit, & quam doctè errat! &c. Quia tu reuera teipſum de monumento

Digitized by Google

ſuſtuliſti, & in loco vbi es poſuiſti, &c. Tu enim virtute tua ſurrexeras, & quod de te factum fuerat, tu ipſe feceras. Quid eſt autem hoc Domine quia Maria tam crebro dicit & repetit verbum iſtud, vbi poſuiſti eum? » Certè quia amati verba ipſius Samuëlis verbis pretioſiora ſunt, de quo ſcriptum eſt: « Erat ſermo Dei pretioſius, & non cecidit de verbis eius in terram. » Et Magdalena beatiſſimæ Virginis imitatrix, « conſeruabat verba eius omnia, conferens in corde ſuo. » Et quia collacrymatus ipſi Ieſus dixerat ſemel de Lazaro: « Vbi poſuiſtis eum? » Ter idipſum Maria repetiit. Primo Apoſtolis, ſecundò Angelis, tertiò ipſi Chriſto. « Multum dulceſcit in corde eius, quod ſic abundat in ore eius, &c. Ex quo enim audiuit verbum hoc ab ore tuo, conſeruauit illud diligenter in corde ſuo, & delectata eſt vti eo in ſermone ſuo. O quantum diligit perſonam tuam, quæ ſic diligit vocem tuam! O quantum deſiderat videre vultum tuum, quæ tam deſideranter pronuntiat verbum tuum! Et quàm libenter oſcularetur pedes tuos, quæ tam libenter loquitur ſermones tuos! »

1. Reg. 3. 1. Luc. 2. 19. Io. 11. 34.

Vultis & in ſequentibus verbis imperterritum eius amorem agnoſcere? « Dicito, inquit, mihi, & ego eum tollam: » Ioſeph timuit, & non fuit auſus tollere corpus Ieſu, niſi hoc peteret à Pilato: Maria nec noctem præſtolata, nec Pilatum reuerita, intrepida ſpondet, & ego eum tollam. Sed ſi poſitum fuerit in atrio Pontificis, in quo frigidus Petrus ſe calefaciens abnegauit, tolles? & ego eum tollam. Ancillæ verò oſtiariæ percontanti, quid reſpondebis? Et ego eum tollam. Et ſi miles obſiſtat? tollam. Mortuum tanges contra legem? ſed hic mortuus non polluit viuos, ſed mundat immundos. « Mira res, hominem perfectæ ætatis, virum,

Io. 20. 15. Io. 19. 38. Ber. vel Dam. ſer. de

Magd. cuius corpori (vncto à Nicodemo ferente mixtu-
Io.19.39 ram myrrhæ & aloës quasi libras centum) vix centum libræ sufficiunt vnguentorum, tenerrima mulier portabis, & tolles? Ardens & affecta locutio, quæ de puritatis amore refusa, promittit quod implere non potest. Nihil enim amanti difficile esse videtur. » Tolles infirma mulier grande & graue
Cant 8. 6. corpus? Et ego eum tollam. O verè « fortis sicut mors dilectio » quæ & Mariam inpauidam fecit, & foras, vt morte fortior, mortis ipsius timorem expulit, & Mariam de omnibus victricem præstitit.

Et quoniam amanti nil sufficit, post ascensum Christi cum fratre & sorore in odium Christi, & pro eius fide & amore, à Iudæis naui, & mari, sine velo, remis, gubernaculo, exposita naufragio, Deo duce Massiliam appulsa; partem optimam quam elegerat, non perdidit, sed verbo diuino eiusque assidua contemplatione pasta, in solitudine nulli alteri quam amori vacans, septies per singulos dies inter Seraphicos spiritus eleuata, non sibi sed Christo viuens, inter amplexus eius quem dilexerat, post triginta annos amore mortis amaritudinem vincente, mortua est. « O quàm benè
Aug. tr. 45. in Io. ex Cant. 7. cantatur tibi in illo Cantico Canticorum, velut Epithalamio tuo, quia charitas in delitiis tuis est. Ipsa non comperdit cum impiis animam tuam, ipsa discernit causam tuam, (à vita, inquam, sæculariũ, qui propter amorẽ sæculi & rerum mundi subeunt mortem.) Et sicut mors valida est, & in delitiis tuis est: quam mirandi generis mors est, cui parum fuit non esse in pœnis, nisi esset insuper in delitiis. »

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. « O qualis charitas! multum miranda, multum laudanda, multumque diligenda. Verumtamen non omnes qui charitatem mirantur & laudant, ſtatim diligunt charitatẽ Et ideo niſi eam quiſque diligat, nihil ei proderit, quòd eam miratur & laudat. Tunc autem fructuoſa erit admiratio charitatis & laudatio, ſi non deſit in admirante atque laudante dilectio. » Duo itaque nobis cautè in hac cauſa prouidenda ſunt: primum vt Pſaltem vigilanter audiamus, & laudes Sanctorum dicentem, & eaſdem audientem ſic monentem: « Laudate Dominum in ſanctis eius » vt primum & vnicum ſanctitatis, & charitatis, à quo omnis ſanctitas procedit, authorem: quia « hæc charitas quam Spiritu ſancti dono, cum in-indigni eſſemus, accepimus, tam bona, tam ſancta, tam immenſa eſt, vt eam etiam qui habet in corde nunquam poſſit ſermonibus explicare. » Secundò vt ſterilis in ſono laus non prætereat, ſed ei fructus imitationis accedat. Quantum ad primum non erremus in eo quod dictum eſt à Domino: « Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: » quaſi dilectio in Magdalena ex ipſa fuiſſet effuſa, niſi prius in corde eius per Spiritum ſanctum eſſet infuſa. Poſt Scripturam hoc Patres omnes, ſed Gregorius maximè, Auguſtinuſque teſtantur. Gregorius quidem ſcribens in illud Ezechielis: « Audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei. Quid eſt, inquit, quod alarum ſonus, in ſanctis animalibus, quaſi ſonus ſublimis Dei dicitur, niſi quod omnipotens Deus, & ipſe implet mentes ſan-

S. Fulg. ep. 5. ad Eugyp. Abbat.

Pſ. 51. 1

S. Fulg. ib. ſup.

Greg. l. in Ezec. homil. 8

ctorum cœleſti deſiderio, & ipſe exaudit impletas?
Ephes. 2. 10. Ipſe enim creat (iuxta Apoſtolum, ipſius factura ſumus, creati in illo in operibus bonis, vt ambulemus in eis: multo magis vt volemus) ipſe enim
Luc. 22. 61. 62. creat in ſanctorum cordibus amorem, & ipſe ex amantibus cordibus ſuſcipit precem: negationem ſuam Petrus fleuit amarè: ſed tamen illic præmittitur, quia Ieſus reſpexit Petrum. Venit Maria Magdalene poſt multas maculas culpæ, ad pedes Redemptoris noſtri cum lacrymis: (quid dico venit, volauit, & alæ eius alæ ignis. Et ſonus alarum quod mirabilius eſt, ſonus aquarum multarum: quoniam dilexit multum, & tam multas fudit lacrymas, vt Chriſti pedes irrigaret,) ſed quis illam infundit intus, niſi qui benignè ſuſcepit foris? quis illam ad lacrymas vrgebat per compunctionis ſpiritum, niſi qui hanc exterius coram ſimul recumbentibus recipiebat ad veniam? Redemptor igitur noſter peccatricis mulieris mentem extergebat, cùm de culpa compungeret: ſuſcipiebat, vt à culpa liberaret. Benè ergo iſte alarum ſonus, quaſi ſublimis Dei dicitur, quia quidquid in ſanctorum virtutibus agitur, eius eſt gratiæ qui merita largitur.» Id hauſerat ex principiis Auguſtini dicentis:
Aug. l. 5. cont. Iul. c. 3. « Quando Deo donante ex vera viuitur fide, ipſe Deus adeſt, & menti illuminandæ, & concupiſcentiæ ſuperandæ, & moleſtiæ perferendæ. Hoc enim totum rectè fit, quando fit propter ipſum, id eſt, quando gratis amatur ipſe: qualis amor nobis eſſe
Aug. de grat. & lib. arb. cap. 6. non poteſt, niſi ex ipſo.» Et rurſum: « Neceſſarium eſt, inquit, homini, vt gratia Dei non ſolum juſtificetur impius, id eſt, ex impio fiat iuſtus, cum redduntur ei bona pro malis: ſed etiam cùm fuerit iam iuſtificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incumbat ſuper ipſam ne cadat, (ideo ſupra dixit,

vt ambulemus in eis, & animalia pennata vbi erat Ezech. 1. 12.
Spiritus impetus illuc gradiebantur, &c.) Propter hoc ſcriptum eſt in Cantico Canticorum de ipſa Eccleſia: quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, incumbens ſuper fratruelem ſuum? Cant. 8. 5. Dealbata eſt enim, quæ per ſeipſam alba eſſe non poſſet. Et à quo dealbata eſt, niſi ab illo qui per Prophetam dicit: ſi fuerint peccata veſtra, vt Phœnicium, ſicut niuem Eſa. 1. 18 dealbabo. Quando ergo dealbata eſt, nihil boni merebatur: iam verò alba facta, benè ambulat, ſed ſi ſuper eum à quo dealbata eſt, perſeueranter incumbat: propter quod & ipſe Ieſus ſuper quem Io. 15. 5. incumbit dealbata, dixit Diſcipulis ſuis: ſine me nihil poteſtis facere, &c. Dona ſua coronat Deus, non merita tua: ſi tibi à teipſo non ab illo ſunt merita tua. Hæc enim ſi talia ſunt (qualia erant Magdalenæ ante infuſum lumen & gratiam, quid erat niſi peccatrix? ſed vt cognouit, dilexit multum,) mala ſunt: quæ mala ſunt, non coronat Deus: ſi autem bona ſunt, Dei dona ſunt: quia ſicut dicit Apoſtolus Iacobus: omne datum optimum, & om- Iac. 1. 17 ne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Vnde dicit & Ioannes præcurſor Io. 3. 27. Domini noſtri: non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo: Vtique de cœlo, vnde etiam venit Spiritus ſanctus, quando Ieſus Epheſ. 4. 8. aſcendit in altum captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Si ergo Dei dona ſunt bona merita tua, non Deus coronat merita tua, tanquam merita tua, ſed tanquam dona ſua.»

Aug. ſer. 15. ex Sirmundo de quo poſſid. in indiculo c. 8

Secvnda Reflexio. Duos amores aduerto pugnaſſe in corde Magdalenæ, amorem ſui & ſæculi, cum amore Dei; ſed amorem Dei præualuiſſe victorem. Hoc impleuit legem, ab omnibus ſæculi rebus quas dilexerat abſtinens. « Ille implet legem,

qui ſe abſtinet ab iſto ſæculo. Non enim poteſt amare quod æternum eſt, niſi deſtiterit amare quod tẽporale eſt. Intendite amorem hominis. Sic putate quaſi manum animæ. Si aliquid tenet, tenere aliud non poteſt. Vt autem poſſit tenere quod datur, dimittat quod tenet. Hoc dico, videte quia apertè dico: qui amat ſæculum, amare Deum non poteſt,
1. Io. 2. 15. (Ioanne dicente, ſi quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo. Et mirum eſt quod mundani cum pompa ſæculi, cum luxuria & auaritia mundi, putant ſe poſſe tenere charitatem Dei.) occupatam habet manum. (Addo & cor plenum. Non habet filius hominis vbi caput reclinet. Vulpes ibi foueas habent, id eſt, doli ſæculi. Volucres cœli nidos, ſuperba deſideria. Quis locus erit amori cœleſtium?) Dicit illi Deus, tene quod do. Non vult dimittere quod tenebat, non poteſt accipere quod offertur. » Cui ſuffragatus eſt Leo magnus:

Matth. 8. 20.

S. Leo ſer. 3. de ieiun. ſeptimi menſis.

« Duo, inquit, amores ſunt, ex quibus omnes prodeunt voluntates, ita diuerſi qualitatibus, ſicut diuiduntur authoribus. Rationabilis enim animus, qui ſine dilectione eſſe non poteſt, aut Dei amator eſt, aut mundi. In dilectione Dei, nulla nimia, in dilectione autem mundi, cuncta ſunt noxia. Et ideo æternis bonis inſeparabiliter inhærendum, temporalibus verò tranſeunter vtendum eſt: vt peregrinantibus nobis, & ad patriam redire properantibus, quicquid de proſperitatibus mundi huius occurrerit, viaticum ſit itineris, non illecebra manſionis. Ideo beatus Apoſtolus prædicat dicens:

1. Cor. 7. 29.

Tempus breue eſt, reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint; & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non poſſidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non

vtantur. Præterit enim figura mundi. Sed quod de ſpecie, de copia, de varietate blanditur, non facilè declinatur, niſi in illa viſibilium pulchritudine Creator potius quam creatura diligatur. Qui cum dicit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. In nullo nos vult ab amoris ſui vinculis relaxari. » Amore ſæculi eiuſque retibus, expedita fuit hodierna peccatrix, & non naturæ corruptæ viribus, ſed igne diuini amoris vincula diſſoluente, ſicut pueris in medio fornacis ambulantibus, cum Pſalte canebat: « Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis? » Non ſic de ſecta Pelagij Iulianus. Cui Beda alter Auguſtini diſcipulus inſultat: « Mirum, inquit, vbi didicerit Iulianus, ſanctum nobis ac generoſum amorem, ab ipſo lucis exordio natura conciliante inſitum, cum natus de Patriarcharum ſtirpe, Apoſtolus dicat, Fuimus & nos aliquando naturâ filij iræ. Quomodo autem naturâ, niſi quia peccante primo homine, & ſanctum deſerente amorem, vitium pro natura adoleuit? Mirum vbi inuenerit, vel inueniri poſſe putauerit Iulianus, hominem ſaltem vnum, in quo amor ſanctus, ſolis animi viribus innixus, vſque ad ſenium, ſine damno ſui perſiſteret vigoris, (cum ſpiritus vitæ ſit in rotis, vt vſque ad metam inoffenſæ currant.) Cum ille qui præ amore præcipuo dignus erat in ſinu conditoris ſui recumbere, inter eos qui eius gratia fruuntur, inuenire potuit nullum: quin potius humili confeſſione teſtatus ſit, ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, &c. Rurſum ſi noſter amor, non de quotidiana Dei gratia, ſed de natura, vel viribus animi, haberet vt eſſet ſublimis (alatus vt Magdalæ) atque continuus; non diceret Apoſtolus de ſuis ſan-

Matth. 22. 37.
Dan. 3. 92.
Pſ. 115. 7
Beda l. 1. in Cāt. de grat. Dei cōt. Iul.
Eph. 2.
Ezech. 1. 20.
1. Io. 1. 8

ctis laboribus, quibus vtique per amorem sublimẽ
1. Cor. atque continuum insistebat: abundantius illis om-
15. 10. nibus laboraui: non autem ego, sed gratia Dei mecum, &c. Sed & si non à Domino verùm à seipso bona sua opera, in quibus absque vlla contradictione, amor sublimis atque continuus arcem tenet, habebat: frustra Domino pro his quæ non de-
2. Cor. dit, gratias egit dicens: Deo autem gratias, qui nos
2. 14. semper triumphat in Christo Iesu.» Idipsum & nos cum Paulo & Magdala cognoscamus, nos nec amorem sæculi, nec vllas concupiscentias eius vincere posse sine infuso per Spiritum sanctum amore
Beda supra. Dei. «Frustra autem Iulianus genitalem vult exceptam voluptatem, quæ sola ad animi nostri non mouetur arbitrium. Quasi non iracundiæ vel superbiæ Philargyriæ gastrimargiæ Cœnodoxiæ, cæteraque huiusmodi rabies, multo laboriosius, quàm libidinis incentiua deuincantur. Quæ & ante tempora pubertatis nostrum animum perturbatura adueniunt; & edomita sæpe, vel per naturam cessante libidine, nihilominus ipsa nos impugnare non cessant.»

Tertia Reflexio. «Imitemur hanc mulierem, quam conspicimus non solùm caruisse pec-
Chrysol. ser. 94. catis, sed ad totum sanctitatis verticem peruenisse.» Duo igitur nobis in Magdalenæ dilectionis imitatione proponuntur. Primò peccatorum omnium perfecta per charitatem remissio; secundò totius sanctitatis & perfectionis adeptio. Quod ad
Greg. ho. 33. in Euang. primum attinet: «Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Ac si apertè dicatur, incendit plenè peccati rubiginem, quia ardet validè per amoris ignem. Tantò namque amplius peccati rubigo consumitur, quantò peccatoris cor magno charitatis igne concrematur.» Et quantus ignis eius

Digitized by Google

eius in corde feruebat, quæ de omnibus perfectum Chriſto holocauſtum offerebat? « Attulit alabaſtrum vnguenti, &c. Liquet, fratres, quòd illicitis actibus prius mulier intenta, vnguentum ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuit. Quod ergo ſibi turpiter exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupiebat, ſed hos iam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat, ſed iam capillis lacrymas tergebat. Ore ſuperba dixerat, (oſcula amaſiis impudica libauerat,) ſed pedes Domini oſculans, hoc in Redemptoris ſui veſtigia figebat. Quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum: vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa.» Sic omnia ſua debita ſola charitate redemit. « Audiſtis quemadmodum cœleſtis creditor, totum debitum charitate compenſat, & ad incrementum totius fœnoris, amoris ſolius exigit & requirit vſuram. Plectendus debitor, qui dilectione ſola ſuam negligit redimere cautionem. Vis ſcire homo, quid Deo debeas? quòd factus es, Dei creditum eſt; quod es rationis capax, Dei fœnus eſt; quod diſcretionem mali bonive poſſides, accepiſti: & quod viuendi normam acceperis, per chyrographum legis, ſtipulanti Deo ſpopondiſſe te, non potes diffiteri. Sed dum te per vitia carnis in lutum inſtar ſuis demergis, (de qua Salomon circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua; qualis erat Magdala, ſus lota in volutabro luti,) & quadrupedum more viuens, qua preditus es ratione priuaris, & in gurgite criminum, boni malive perdita diſcretione confundis, & diuinæ legis ſubſtantiam diſſipans (prodigo ſimilis ſuam diſſipanti

Greg. ſup. 2.

Chry ſol. ib.

Prou. 11 22.

2. Pet. 2, 22.

Luc. 15. 13. 14. Cant. 1. 7. paſcenti porcos, affectus immundos, & hœdos ſuos, abiens poſt veſtigia gregum, egreſſa de finibus rationis) mundana voluntate captiuus. Factus es glorioſi fœnoris debitor luctuoſus, cui deficientibus virtutum lucris, criminum multiplicatur vſura. Sed licet in hac re cecideris, licet fueris in iſta deuolutus, vide ne deſperes, homo; remanſit tibi vnde piiſſimo ſatisfacias creditori. Abſolui vis? ama; charitas cooperiet multitudinem peccatorum. Negationis crimine quid peius? & tamen Petrus amore ſolo valuit hoc delere; probante Domino, cùm dicit, Petre amas me? Inter omnia Dei præcepta, amor obtinet principatum. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Ama ergo homo Deum, & ama totus, vt poſſis omnia ſine labore vincere peccata. Teneræ militiæ, delicati conflictus eſt, amore ſolo de cunctis criminibus reportare victoriam. » Hanc ſolam aciem ordinauit Magdalena, vt ſeptem capitalia crimina, eiſque præſidentia dæmonia debellaret, ſepticipitem draconem victrice planta conculcans. « Cui autem niſi diabolo carnales militant voluptates, qui animas ad ſuperna tendentes, corruptibilium bonorum delectationibus obligare, & ab illis ſedibus, de quibus ipſe excidit, gaudet abducere. Contra cuius inſidias ſapienter debet fidelis quiſque vigilare, vt inimicum ſuum, de eo quod tentatur, poſſit elidere. Nihil autem eſt validius, dilectiſſimi, contra diaboli dolos quam benignitas miſericordiæ, & largitas charitatis, per quam omne peccatum aut declinatur, aut vincitur. Sed huius virtutis ſublimitas non prius apprehenditur, quàm illud quod ei aduerſarium eſt, ſubruatur. » Mortem peccati, eiuſque finem, amorem eſſe docuit & Ambroſius: « Valida, inquit, eſt charitas ſicut mors. Charitas

[Margin notes: 1. Pet. 4. 8. — Matth. 22. 37. — Apoc. 12. 3. — D. Leo ſer. 2. de Aſcenſ. — Ambr. ſer. 15. in Pſ. 118. c. 8.]

enim culpam, & omnia peccata mortificat.» Et rurſum: « Sicut, inquit, mors eſt finis peccatorum, ita & charitas, quoniam qui diligit, peccare deſinit.» Magna tamen inter vtramque mortem eſt differentia; nam « mors peccatorum peſſima » qui non deſinunt peccare, niſi cùm deſinunt viuere: vellent ſemper viuere, vt poſſent in peccatis ſuis, & delitiis perdurare. Sed amoris morte nil melius; nil amabilius, quapropter Deum ſuper omnia dilectum, anima omnia prius dilecta & delicta deſerit, & virtutes omnes & perfectionem amplectitur exemplo Magdalenæ, quia nimirum « charitas eſt vinculum perfectionis » ſine qua nulla virtus proficit, nec perficit hominem. « Sit ergo ſanctus Dei populus, ſit benignus; ſanctus vt declinet prohibita; benignus vt faciat imperata: quamuis magnum ſit habere fidem rectam ſanamque doctrinam; & multa laude digna ſit circumciſio gulæ; lenitas manſuetudinis, puritas caſtitatis: nudæ ſunt tamen omnes ſine charitate virtutes: nec poteſt dici in qualibet morum excellentia fructuoſum, quod non dilectionis partus ediderit.» Nudas dixi ſine charitate virtutes. Hæc enim veſtis eſt nuptialis, & « tunica deſuper contexta per totum,» non tantùm operiens multitudinem peccatorum, & ſtola prima induens prodigum: ſed omnium virtutum ſplendor & ornamentum. Reginæ adſtantis à dextris Regis veſtitus deauratus, circumamictus cæterorum chariſmatum varietatibus. Quas deſcribit Paulus dicens: « Charitas patiens eſt, & benigna eſt; charitas non æmulatur, &c. Quid ergo de charitate maius aut vberius poſſum dicere, quam quas per os Apoſtoli laudes eius intonat Dominus? quanta eſt iſta anima linguarum, prophetiæ virtus, ſacramentorum ſalus, ſcientiæ ſolida-

Idem lib. de Iſaac cap. 8. Pſalm.

Coloſſ. 3. 14.

S. Leo ſer. 10. de Quadrag.

Io. 19, 23.

1. Cor. 13. 14. Aug. ib. citatus à Beda ſer. de laude chari-

mentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, vita morientium. Quid tam magnanimum quam pro impiis mori? quid tam benignum, quam & inimicos diligere? Sola eſt quam fœlicitas ſua non extollit, quia non inflatur. Sola eſt quam conſcientia mala non pungit, quia non agit perperam. Inter opprobria ſecura eſt, inter odia benefica eſt, inter iras placida eſt, inter inſidias innocens, inter iniquitates gemens, in veritate reſpirans. Quid illa fortius, non ad retribuendas, ſed ad non curandas iniurias? Quid illa fidelius non vanitati, ſed æternitati? Nam ideo tolerat omnia in præſenti vita, quia credit omnia de futura vita. Et ſuffert omnia quæ hîc immittuntur, quia ſperat omnia quæ ſibi promittuntur; merito nunquam cadit. » Quod ſi rationem firmitatis inquiras, « Deus dilectio eſt, & qui manet in dilectione, in Domino manet, & Deus in illo manet. Sit tibi domus Deus, (domus in Gabaa ſublimis,) eſto domus Dei. Mane in Domino, & maneat in te Deus. Manet in te Deus, vt te contineat; manes in Deo, ne cadas. Quia ſic de ipſa charitate Apoſtolus dicit; charitas nunquam cadit. (Et qui diligit non peccat, peccato ad mortem, qui propriè caſus eſt & ruina.) Quomodo cadet, quem continet Deus? » Hæ ſunt varietates à Paulo & Auguſtino depictæ. Vultis & ab Angelico Doctore colores Iridis cum admiratione imitabiles intueri in Magdalena?

Aug. tr. 9. in 1. Io. 4.

QVARTA REFLEXIO. Vt varietatem colorum in veſtitu deaurato Reginæ proſequar, pulchrè D. Thomas. Magdalenam Iridi verſicolori comparauit; de quo Moyſes in Geneſi Deum inducens poſt diluuium Noë ſic fantem: « Erit arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni quod pactum eſt inter Deum, & omnem

D. Th. to. 16. ſer. de S. Magd. ex cod. Vatic. Gen. 9. 16.

by Google

animam viuentem vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terram.» Cui quidem primò eſt Magdalena ſimilis ratione materiæ, quia nubes aquoſa fuit per lacrymas, cui Sol Chriſtus radios agnitionis & dilectionis infudit. Secundò ratione formæ, quia color eius ceruleus, expreſſit humilem ſimul & ſublimem ſanctæ huius fœminæ pietatem ac fidem, qua ſtans retro ſecus pedes Domini, irrigauit eos lacrymis, exterſit crinibus, aromatibus vnxit. Viridis color, ſpem veniæ conſequendæ expreſſit: vnde & Ioannes « vidit in circuitu throni Iridem ſimilem viſioni Smaragdinæ.» Rubeus tandem in ea color, roſeam eius charitatem, quam ipſe iudex & arbiter ſuis laudibus extulit dicens: « Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.» Nos hanc varietatem eius imitemur in humili peccatorum noſtrorum confeſſione; « credentes in eum qui iuſtificat impium » proiicientes in mare miſericordiæ eius firmam ſpei noſtræ anchoram, & ex tota anima, corde, mente, viribus, eum qui prior nos dilexit, cum Magdala redamantes: amore ſicut mors forti morientes nobis, peccatis & mundi illecebris, verba eius ſuper aurum & topazion, ſuper mel & fauum diligentes, in nullis creaturis, ſicut Maria nec in Angelis noſtrum ſolatium collocantes. Caueamus quammaximè quantalibet innocentia vitæ ſplendere videamur, ne minus ideo diligamus, quia minus nobis à Chriſto dimiſſum eſſe cum Phariſæo ſuſpicamur; peruersè intelligentes illud hodierni Euangelij: « Cui minus dimittitur, minus diligit? Ergo ad peccandum ſatis eſt, vt maior charitas comparetur? abſit. Charitas de præteritis ſubuenit, non liberat de futuris. Charitas neſcit peccare cum diligit. Charitas, non eſt charitas ſi delinquit. Charitas Dei cuſtos eſt ſanctita-

Apoc. 4. 3.

Luc. 7. 47.

Rom. 4. 5.

Chryſol. ſer. 94.

tis. » Ne ergo multiplicemus peccata, ne iniquitate abundemus, vt ex his dimiſſis abundantiori ſimus debitores charitati. Sed nec parum nobis eſſe
Aug. hom. 23 dimiſſum arbitremur. « Ecce conſtitue duos, & loquamur ad eos. Venit vnus ſupplex peccator coopertus ſpinis tanquam hericius, & nimis timidus
Pſ. 103. tanquam lepus. Sed petra eſt refugium hericiis & leporibus. Venit ergo ad petram; inuenit refugium, accepit auxilium. Alius non multa commiſit. Quid ei faciemus vt multum diligat? quid perſuadebimus? Contra verba Domini veniemus, cui modicum dimittitur, modicum diligit? Ita planè cui modicum dimittitur. Sed ô tu qui dicis te non multa commiſiſſe, quare? quo regente? Deo gratias, quod motu & voce veſtra intellexiſſe vos ſignificaſtis. Iam vt video, ſoluta eſt quæſtio. Hic multa cõmiſit, & multorum debitor factus eſt; ille gubernante Deo pauca commiſit. Cui deputat ille quod dimiſit, huic & iſte deputat quod non commiſit, &c. Nullum eſt enim peccatum quod fecit homo, quod non poſſit facere alter homo, ſi deſit rector, à quo factus eſt homo. » Hic prohibuit aut fræna-uit tentatorem, aut gratia fortiori te fecit in tentatione victorem. Iris tandem facta eſt in ſignum iudicij facti per aquam in aqueo colore, & iudicij futuri per ignem in igneo rubore; & ſancta peccatrix ſignum eſt peccatoribus & exemplum duplicis in ſeipſos iudicij faciendi per aquam pœnitentiæ, ignemque charitatis. Hoc ſignum fœderis inter Chriſtum & peccatorem cui vt Magdalenæ verus
Chryſol. ſer. 94. Salomon dabit pacem. « Fratres, ſi nos peccatores eſſe nouimus, & eſſe nolumus peccatores, pedibus Chriſti demus lacrymas, ſpargamus capillos (non calamiſtro criſpatos, aut puluere aromatico conſperſos, ſed terra & cinere ſordidos,) figamus oſ-

Digitized by Google

cula (pedibus Chriſti & minimis fratribus eius pauperibus) pietatis oleum tota deuotione fundamus, vt dicatur nobis : dimittuntur vobis peccata multa, quia dilexiſtis multum. » Exemplum Magdalenæ nobis ante oculos ponit Sapiens, & ad laudem Dei eius opificis, & ad huius ſanctæ pecca- Eccli.
tricis imitationem. « Vide, inquit, arcum & be- 43.12.
nedic eum qui fecit eum : valde ſpecioſus eſt in Pſ.67.
ſplendore ſuo. » O verè « mirabilis Deus in ſan- 36.
ctis tuis, & ſanctus in omnibus operibus tuis: cuius Pſ.144.
magnificentia & virtus in nubibus : » ſed mirabi- 17. Pſ.ibid.
lior & ſanctior in magnis peccatoribus, qualis erat 10.
Magdala, ſanctificandis : « Confiteantur tibi Do- Luc.15.
mine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant ti- 7.
bi. Gaudium ſit in cœlis Angelis tuis ſuper iſta peccatrice pœnitentiam agente, & te præ omnibus diligente. » Te verò Magdalena contemplamur arcum in nubibus poſitum, colorum & virtutum omnium diuerſitate ſpecioſiſſimum, & benedicimus opificem tuum. Eſto nobis ſignum fœderis inter Deum & mundum peccatorem ; vt nec aquæ nec ignis diluuio perdat omnem terram, ſed per aquam lacrymarum, per dilectionis ignem, purificet & ſanctificet hunc mundum. Expande nobis ſinum tuum roſeum, brachia in nos tuæ charitatis Pſ. 65.
extende ; vt per tua merita, & exempla, « tran- 12.
ſeuntes per ignem & aquam, in æternum refrigerium Deo miſerante educamur. » Amen.

IN FESTO SANCTI IACOBI MAIORIS.

Accessit ad eum Mater filiorum Zebedæi cum filiis suis adorans & petens aliquid ab eo. Matth. 20. 20.

NOn incongruè Mariam Salome matrem filiorum Zebedæi, cum Rebecca comparabo; sicut enim ista gemino fœtu grauida, luctantes in vtero suo sensit paruulos, & Iacob cum Esaü pu-
Gen.25. 22. gnantem: « collidebantur in vtero eius paruuli: » Ita prorsus materna illius viscera, pro Iacobo, & Ioanne, cæteris Apostolis præferendo, concussa
Luc.22. 24. sunt. « Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. » Sed toti Apostolico cœtui præsidere filios ambitiosa mater optabat. In hoc Rebeccæ dissimilis, quòd vni Iacob benedictionem, Maria autem Salome vtrique filio præcellentiam exposcebat. Rebecca scienter vnum excludit & reprobat; Maria « nesciens quid peteret » sinistram vni postulans dari, portionem eius cum hœ-
Divisio. dis, ignara poscebat. Relicto Ioanne de quo aliàs suo loco diximus; hodie sanctum Iacobum, cum Iacob Patriarcha, primò conferemus; secundò Reflexiones Morales, solito more colligemus; cùm te prius, ô Maria, Rebecca, & Maria Salome pulchriorem, & sapientiorem salutauerimus. Rebecca secundùm Hebræos, significat eam, « quæ multum accepit. » Et tu plenitudinem diuinitatis, in

te corporaliter habitantem accepisti: & plus omnibus creaturis gratiæ, apud Deum inuenisti. Eliezer sibi, suisque camelis aquam à Rebecca suscepit; nos à te cum Gabriele, gratiam postulamus; & non vt Maria Salome, sinistram, sed dexteram per te à filio vnicam expectamus. « Saluum fac dextera tua, & exaudi me » cum Angelo dicentem. Aue.

Gen. 24.14.

Ps. 59. 7.

EXORDIVM.

Errabas ô Maria Salome, « & quasi vna de insipientibus mulieribus locuta » repulsam cum filiis passa, à Christo iure merito confusa recessisti; dicente filiis, pro quibus adoratura, & oratura accesseras « nescitis quid petatis. » Vanè satis ante lucem illi surgere, & Christo vera luce, in mortis occasum, & mortis crucis ignominiosissimæ properante; & à dextris & sinistris latrones socios, & laterones habituro, dexteram & sinistram regni possidere præsumebant. Quorum audaciam à longè præuidens Psaltes sagacissimè compescebat, inclamans: « Vanum est vobis ante lucem surgere. » Extemporanea, & præcoqua nimis, Ioannis & Iacobi, interposita matris oratione petitio: « Ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim Discipulos secreto: & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam. » Quid facturus? thronum forsitan Regiæ majestatis ascensurus? Immo dicturus exertè quærenti. « Rex es tu? Regnum meum non est ex hoc mundo. » Progreditur, & crucem se regnaturus à ligno conscensurum asserit: « Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotũ, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. » Vix ordinem & contextum mortis, & resurrectionis enarrauerat, « prædicans

Iob 2. 10.

Aug. in Ps. 126.

versu 3.

Matth. 20. 17.

Io. 18. 36.

Matth. 20.18.

Digitized by Google

1. Pet. 1. 11. eas quæ in ipſo erant futuræ paſſiones, & poſteriores glorias: » cùm ecce tibi cum filiis importuna & extemporanea mater aduentat: « Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi, &c. petens: » Et quid quæſo petens? Vt cum illuſo totius gloriæ Domino, cum flagellis cæſo, cum crucifigendo, illuſi pariter, cæſi verberibus, & crucifixi, commori mereantur? Imò verò: « Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram, in regno tuo. » Hîc recolo memoratum in Canticis ferculum Salomonis: « Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum. » Ædificium pro ferculo poſuit Pagninus, & 70. lectulum. Nil refert, ſed plurimùm de aſcenſu intereſt, per quem ſiue ad regium ædificium inhabitandum, ſiue ad ſtratum molle & ſuperbum, ſiue ad pompaticum ferculum peruenitur. Hic aſcenſus proprio colore deſcribitur eſſe purpureus; ſeu regium cognationis, & conſanguinitatis ortum exprimat, ſiue generoſi ſanguinis effundendi occaſum. Sed Maria Salome porphyrogenitos filios, & Chriſti de Regia tribu Iuda prognati cognatos, dextera & ſiniſtra ferculi dignos eſſe præſumens, per aſcenſum purpureum, non fundendi pro Chriſto ſanguinis, ſed « ex ſanguinibus, & ex voluntate carnis, & ex voluntate viri » deſcendentes, iiſdem gradibus aſcendere poſſe & debere putabat. Nec aduertebat inſipiens mulier, paulò ante ſcriptum in Canticis: « En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi; vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos. » Non vult ſibi verus Salomon, vel ſuo lectulo, crucis videlicet, in qua

Matth. 20. 20.

Cant. 3. 9.

Io. 1. 13.

Cant. 3. 7.

extremò dormiuit & ſomnum cepit, molles circumſtare, ſed fortes, & totis peruigiles noctibus excubare, gladio ad femur circumcinctos: vtpote qui taliter præcinctus inducitur à Pſalte: « Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè: Pſ. 44.
gladium tuum, quid, niſi verbum tuum? iſto gladio Aug. ib.
ſtrauit inimicos, illo gladio diuiſit filium à patre, &c. Fortior eſt ille gladius ſpiritalis ſeparans, quam copulans natura carnalis, &c. circa femur habens gladium; quid eſt circa femur? quid ſignificat de femore? carnem. Vnde illud eſt: Non deficiet prin- Gen. 49
ceps de Iuda, & dux de femoribus eius, &c. (hinc 10.
& in Exodo vbi agitur de poſteris Iacob: erant om- Exo. 1. 5
nes animæ eorum qui egreſſi ſunt de femore Iacob, Gen. 24
ſeptuaginta. Subiicit Auguſtinus, & quæſiturum 2.
Eliezer Rebeccam in vxorem Iſaac, & matrem futuram Iacob. Iuſſum ponere manum ſuper femur Abrahæ: Fide, inquit, tenens in illa veluti humilitate ſeminis, eſſe magnitudinem numinis, id eſt, Filium Dei venturum ex filiis hominum; per ſemen Abrahæ: fecit ipſum ſeruum ſuum quem mittebat, ita ſibi iurare, pone: inquit, manum, &c. & ſic iura: quaſi diceret, Pone manum tuam ad altare, aut ad Euangelium, aut ad Prophetam, aut ad aliquid ſanctum, &c. nec reuerens turpitudinem, ſed intelligens veritatem. Propterea accingere gladium tuum circa femur potentiſſimè. Potentiſſimè etiam 1. Cor.
circa femur: quia quod infirmum eſt Dei, fortius 1. 25.
eſt hominis. » Sic gladio verbi Chriſtus omnem affectum carnalem, omnem conſanguinitatem à ſe præcidit, & cognatos Ioannem & Iacobum, ex Iacob & Rebecca oriundos, ferculi & lectuli ſui pompa & recubitu, vel ambitu indignos, niſi gladio femur accincti Regiæ originis cognationem à ſe præciderent, iudicauit: nec aliæ, quàm proprij

ſanguinis, non accepti, ſed dati & fuſi titulo, ad re-
gales ſedes conſcendere præſumerent: iam inde
audientes illud quod Paulus à Chriſto traditum
Act.20. ſcripſit: « Quoniam beatius magis dare, quàm ac-
35. cipere. » Nec tantùm beatius, verùm etiam po-
tentius, virtute & fortitudine regnum poſſidere,
quàm genere. Et fortiſſimos Iſraël, ex Iacob oriun-
dos, viſione Dei, & regni eius participatione con-
Pſ. 44 dignos, qui Chriſto Regi conformes: « accincto
4. gladio ſuper femur ſuum potentiſſimè, » ſimiliter
Matth. accincti, Chriſto dicenti: « Poteſtis bibere cali-
20.22. cem, quem ego bibiturus ſum, (addit Syriaca,
aut baptiſmate, quo ego baptizor baptizabimini?)
dicunt ei, poſſumus. » Hæc enim eſt eius poten-
Philip. tia, « qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam
2. 6. arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; » non infirmi-
Io. 10. tate, ſed poteſtate, « poteſtatem habens ponendi
18. animam ſuam » non tantùm vt natus, & vnigeni-
tus ex Patre ſæculorum Rege, ſed ex Virgine Ma-
Apoc. tre Regina, Virga de radice Ieſſe, « portat in fe-
18. 16. more ſuo, & in veſtimento ſuo ſcriptum, Rex Re-
gum, & Dominus Dominantium; » qui purpuram
Regni, proprio ſuo in ſanguine tinxit. Vnde non
mirum ſi Sponſa eius Regina Eccleſia, & ſingula
membra eius, & quælibet fidelis anima, capillatu-
Cant.7. ra purpurea comata inducitur in Canticis: « Ca-
5. put tuum ſicut Carmelus, & comæ capitis tui ſicut
purpura Regis vincta canalibus. » Vel vt legit ex
Hebræo Pagninus; « Caput tuum ſuper te, velut
coccinum, (rubri, ignei, ſanguinei coloris: & vir
Exod. caput mulieris, & Sponſus Eccleſiæ Chriſtus Spon-
4. 25. ſus ſanguinum factus ſuæ Sephoræ, id eſt pulchræ)
Cant.7. & comæ capitis tui ſicut purpura; Rex ligatus in
5. canalibus. » 70. verò: « Rex ligatus in tranſcur-
ſibus. » Vt videatur quaſi ipſe Chriſtus ſimilitu-

dinem ſuam, & ſpeciem impreſſiſſe in dilectæ mente; vt nil cogitet, nil meditetur, niſi Dominicam purpuram & ſanguinem, & ei ſe totam conformare, & dignam per mutuam ſui ſanguinis in martyribus effuſionem, Regia dignitate exhibere. Vt ſicut Sponſum « oportuit primùm pati, & ita intrare in gloriam ſuam, & ſedere ad dexteram maieſtatis in excelſis: » ſic & ſponſa eius, « adſtet Regina à dextris eius in veſtitu deaurato, circumdata varietate; » id eſt, amicta diuerſitate Martyrum; qui vario tormentorum genere, à dextris Chriſti ſedere, ſunt à Deo prædeſtinati. De quibus hodie Chriſtus vt homo, & ipſe prædeſtinatus à Patre, dixit cognatis: « Sedere ad dexteram, non eſt meum dare vobis; ſed quibus paratum eſt à Patre meo. » Sic « vir ſpecie electri de medio ignis, » ſicut electrum paleas, ſic « ſuſcitat de puluere inopem, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Quia non multipotentes, ſed infirma & ſtulta mundi elegit Deus. » Et piſcatores conſtituit principes ſuper Imperatores.

Luc. 24. 26. Hebr. 1. 3. Pſ. 44. Matth. 20. 23. Ezech. 8. 2. 1. Reg. 2. 8. 1. Cor. 1. 26.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Sed vt ad Iacobum regrediar cum Iacob Patriarcha comparandum, « Iacob tranſiuit vadum Iaboc, &c. Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane; qui cùm videret quod eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitque ad eum, Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Reſpondit, Non dimittam te, donec benedixeris mihi. » Vt quid torrentis Iaboc hîc facio mentionem? « Puluerem luctæ, ſignificat Iaboc. » Et quantus in lucta Iacobi cum Chriſto puluis excitatus eſt vanitatis? Quid enim vanius quam vt

Gen. 32. 22.

Digitized by Google

ſupra diximus ante lucem ſurgere, ante Chriſtum humilem ſuperbire, & oratione matris ambitioſa tota ignorantiæ nocte cum Angelo teſtamenti luctari? Viden vt exprobret nocturnas ignorantiæ tenebras? « Neſcitis quid petatis. » An non & neruum percutit femoris Iacob, & marcidum facit; dum nihil ſe cognationi, nil eidem origini ſortitæ de Iacob dignitatis & prærogatiuæ tribuere contendit? Atque vtinam vt Scriptura ſubiicit: « quam
Gen. 32. 32. ob cauſam non comedunt neruum filij Iſraël, quia emarcuit in femore Iacob vſque in præſentem diem, eo quod tetigerit neruum femoris eius, & emarcuerit: » Ita nec fideles ambitione paſcantur,
Pſ. 35. 12 nec iuxta Pſaltem: « Veniat illis pes ſuperbiæ: vbi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. » Et ſiquidem ex Auguſtino; « Femoris latitudo, generis eſt multitudo: »
Lib. 16. de Ciu. cap. 39. marceſcat in multitudine populi fidelis, tota latitudo femoris ambitionis, vt nec de natalibus ſplendidis, nec de opibus aut quibuſlibet vanæ, ac fragilis huius vitæ talentis, ſed in ſola Domini Cruce, qua claudicantes inniti debent, in ſolo Domini calice gloriemur.

Iacob iuſſu Iſaac, eius accepta benedictione,
Gen. 28. 2. & 5. « profectus venit in Meſopotamiam Syriæ. » Huc
Aug. in tit. Pſ. 59 reuoco quæ habet Auguſtinus exponens Pſalmum 59. cuius titulus ex parte eſt, « In finem pro his qui immutabuntur in tituli inſcriptionem ipſi Dauid in doctrinam, cum ſuccendit Meſopotamiam, Syriam, & Syriam Sobal. Quid ſit, inquit, noſtis in
Rom. 10. 4. finem: finis enim legis Chriſtus eſt. Et qui immutabuntur noſtis, qui enim niſi qui à veteri vita in nouam tranſeunt? Abſit enim vt hîc culpanda immutatio intelligatur: non quomodo immutatus eſt (per ſuperbiam) Adam à iuſtitia, ad iniquitatem;

& à delitiis ad laborem : ſed quomodo mutantur illi quibus dictum eſt: fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Immutantur autem iſti : in tituli inſcriptionem. Noſtis tituli inſcriptionem, qui in regnum Chriſti tranſeunt à regno diaboli, (à ſuperbia & delitiis, ad humilitatem, labores & crucem,) benè mutantur in huius tituli inſcriptionem. Mutantur autem, ſicut ſequitur in doctrinam, &c. Mutantur non ſibi, ſed ipſi Dauid, in doctrinam. Non enim ita Rex Chriſtus, quaſi ſæculo regnaturus, cum ipſe dixerit, Regnum meum non eſt de hoc mundo? » Sic Iacobus noſter in finem, in Chriſtum, ipſi Dauid, in tituli inſcriptionem in crucem ferendam, in bibendum calicem, à ſuperbia ad humilitatem, à ſeſſione dexteræ otioſa, ad laborem, à pignore ignorantia ſibi improperata à Chriſto dicente: Neſcitis quid petatis, ad doctrinam dicentis, Diſcite à me, &c. immutatus eſt. Et nos pariter immutemur, & cum Auguſtino concludamus: « Ergo in eius gratiam (non fauorem curiæ, ſed ſolidam gratiam quam dat humilibus,) & doctrinam tranſeamus, ſi volumus in conſcriptionem tituli commutari; non nobis, ſed ipſi Dauid: vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Quando ergo nos mutaret Chriſtus, niſi feciſſet quod dixit: Ignem veni mittere in mundum? &c. non quomodo miſſurus eſt mundum in ignem, ſed quomodo ignem in mundum. Quoniam ergo venit ignem mittere in mundum, quæramus iam quid ſit Meſopotamia quæ ſuccenſa eſt, (in quam miſſus eſt Iacob, & ſublimius noſter Iacobus) quid ſit Syria Sobal, &c. Meſopotamiam dicunt interpretari, eleuatam vocationem. Iam totus mundus vocatione eleuatus eſt. Syria interpretatur ſublimis;

Epheſ. 5. 8.
Matth. 27. 37.
Io. 19. 21.
Io. 18. 36.
Aug. ſupra.
2. Cor. 5. 15.
Luc. 12. 49.

ſed illa quæ erat ſublimis, incenſa eſt & humiliata: & quemadmodum humiliata, quæ fuerat exaltata: ſic exaltetur quæ fuerat humiliata. Sobal interpretatur, vana vetuſtas: gratias Chriſto qui eam ſuccendit, quando vetera virgulta ſuccenduntur, vireta ſuccedunt; & alacrius, & vberius, & viridius noua naſcuntur, cum ea ignis in vetuſtorum ſuccenſione præceſſerit. Non ergo timeatur ignis Chriſti ſi fœnum combuſſerit. Omnis enim caro
Eſa. fœnum, & omnis charitas hominis ſicut flos fœni.»
40.6. O Iacobe, & tu ad Meſopotamiam, & Syriam & Sobal pertinebas qui & ſuperbè ſublimis, de vana vetuſtate carnis, & charitate fœni, hoc eſt, regio genere præſumebas: ſed gratia Chriſti ſuccenſus, & in cineres humilitatis redactus, vberius & viridius excreuiſti.

Dicam & Meſopotamiam Syriæ ſignificare in Iacobo eleuationem vocationis ſublimis, propter
Epheſ. Apoſtolicam dignitatem. Omnes quippe alios or-
4. 11. dines ſublimitate tranſcendit, quos & Apoſtolus deſcribens ordines, in capite poſuit. « Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.» Quos & ſuis nominibus inſigniuit, qui & oſtium ouium, & fundamentum Eccleſiæ nominatur. Apoſtoli quippe duodecim portæ, & duodecim fundamenta ſunt Ieruſalem nouæ. His duodecim, tres eminent prælecti, Petrus, Iacobus, & Ioannes; in quibus impletur illud Dauidicum.
Pſ.46.9 « Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt » quos ſeorſum à cæteris in montem excelſum Tabor, ſuæ gloriæ teſtes, & in montem Oliueti, orationis, & agoniæ conſortes eduxit: quibus vt Princeps Eunuchorum

chorum Aſphenes, tribus pueris, nomina noua impoſuit, de quibus rurſum vt de tribus fortibus Dauid fatendum eſt: quod « vſque ad tres primos cæteri non peruenerunt. » Nobis vnius Iacobi & fratris eius eleuatio penſanda eſt. Hi à Sole iuſtitiæ de mari ſublimiter eleuati, & in nubem fulmineam compoſiti, nomen Boanerges, hoc eſt filiorum tonitrui meruerunt. Chriſtus Dominus per tonitruum iuxta Gregorium figuratur, vbi ponderat illud: «Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui? Aliquando, inquit, in tonitruo ipſe incarnatus Dominus figuratur, qui ex antiquorum Patrum conueniente prophetia, ad notitiam noſtram quaſi ex nubium concurſione prolatus eſt. Qui inter nos viſibiliter apparens, ea quæ ſuper nos erant, terribiliter ſonuit. Vnde & ipſi ſancti Apoſtoli de eius gratia generati, Boanerges, i. filij tonitrui ſunt vocati. » Frequenter Auguſtinus in Pſalmos: « Præceptis, inquit, tonuerunt, miraculis coruſcarunt. » Sed de Iacobo ſpecialiter in eius vita narratur, factum eum terribiliorem tonitru, « Sathanæ tanquam fulgur de cœlo cadenti: » Sudaria enim eius, & baculus, dæmones ab Energumenis expellebat. Hæc eſt Meſopotamia Syriæ, eleuatio vocationis ſublimis; qua noſter myſticus Iacob, eius ſuperbiam conculcans ſupplantauit; de quo Iob: « Non eſt poteſtas quæ comparetur ei ſuper terram, qui factus eſt vt nullum timeret. » Aptiſſimè idem Iob de noſtri tonitrui filiis: « Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent, adſumus? » Cùm apud Lucam ſcriptum legamus: « Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis eius, (de qua ibidem aſſumpſit Petrum & Iacobum, & Ioannem, &c.) & ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Ieruſalem. Et miſit nuntios

Dan. 1. 7. — 2. Reg. 23. 19. — Greg. l. 29. c. 13. in Iob c. 38. — Aug. in Pſ. 35. 46. & 76. — Iob. 41. 24. — Iob 38. 35 — Luc. 9. 51. verſu 28.

ante conſpectum ſuum : & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum , vt pararent illi. Et non receperunt eum , quia facies eius erat euntis in Ieruſalem. (O Altitudo diuitiarum , &c. obſtupeſco

Rom. 11. 33. ſecretum. Ideo duri Samaritani non receperunt, quia durities eorum non merebatur eius introitum; & duri manſerunt , quia iuſto iudicio noluit ab eis auferre cor lapideum , vt infra videbimus de Hiſpanis.) Cùm vidiſſent autem Diſcipuli eius , Iacobus , & Ioannes dixerunt : Domine vis dicimus , vt

Luc. 9. ſupra. ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos ? (tranſlat. Syr. adiicit , ſicut & Elias fecit ?) & conuerſus increpauit illos, dicens : neſcitis cuius ſpiritus ſitis.»

Rom. 8. 15. Quaſi diceret, quod poſtea Paulus : Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore , ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus , Abba Pater. » Non pertinetis ad ſpiritum Moyſi & Eliæ , quos mecum in monte vidiſtis , quos & aduertiſtis poſt exceſſum complendum à me in Ieruſalem enarratum , & ſimul exceſſum legis gratiæ , quam verbo docui, & exemplo in cruce docebo, pro tranſgreſſoribus orando , & patiendo , non ignem vindictæ , ſed ignem gratiæ & miſericordiæ in terram veniſſe me mittere. Sed implebant ſui nomi-

Marc. 3. 16. nis Energiam , de quo Marcus : « Impoſuit Simoni nomen Petrus , & Iacobum Zebedæi , & Ioannem fratrem Iacobi (referendum ad id quod præmiſe-

verſ. 13. rat, vocauit ad ſe quos voluit ipſe,) & impoſuit eis nomina Boanerges , quod eſt , filij tonitrui. » Ex colliſione quippe feruoris ſpiritus contra carnem & peccata , & cum frigore Samaritanorum , minis contra eos apud Dominum tonuerunt.

Baron. an. Chr. 844. Quid referam bella ab eo pro Hiſpanis contra Mauros fortiter geſta ? quid victorias & triumphos ? Centum puellas pro tributo annuo Mauris

pendebant Hiſpani, quod perſoluere abnuens Ramirus Rex Galleciæ, immenſo numero exercitum Maurorum in ſeipſum excitauit: quibus cum ipſe occurrreret armatus, per viſionem à ſancto Iacobo confirmatus, & iuſſus cum ſuis facta prius confeſſione peccatorum, ſacrâ ſe Euchariſtiâ munire: cum Pſalte lætus concinens: « Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes qui tribulant me, » adorſus prælium, ſeptuaginta hoſtium millia proſtrauit, ſancti Iacobi Ducis auxilio: qui manifeſtus omnibus apparuit, equo albo inſidens, præcedens ante aciem, albumque vexillum maximum, caſtitatis pro qua pugnabat ſymbolum præferens, aduerſus Barbaros fortiter dimicare. Teſtantur id tam vetuſtiſſima monumenta, quàm ipſius Ramiri diploma, quo in gratiarum actionem Hiſpaniam ſancto Iacobo reddidit vectigalem, & Eccleſiæ ſuæ Compoſtellanæ tributariam. Sileat antiquitas fulmineũ Alexandrũ. Excutiant pictores & ſculptores, Apelles Liſimachus, Pyrgoteles fulmen è manibus eius; noſtri vero tonitrui filio Iacobo hoc illi dignius geſtamen imponant: cui vocatione ſublimi eleuato, etiam nobiliſſimus Equitum Ordo in Hiſpania decretus eſt; quem Rex cum principibus vt honorificentiſſimum profitentur. Pſ. 22. 6.

Vnum miror quod narrat Surius. « Poſt Ieſu Chriſti aſcenſum in cœlum, in Iudæa & Samaria prædicans eius diuinitatem, plurimos in quibus & Hermogenem hæreticum, ad Chriſtianam fidem conuertit. Deinde in Hiſpaniam profectus eſt Chriſtum annunciaturus. Cùm parum proficeret, non multo poſt Hieroſolymam rediit. » Miſſum in Hiſpaniam ſanctum Iacobum vt ſagittam electam & fulguream probatur ex verbis Eſaiæ: « Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſalui fuerint, Surius 25. Iulij. Franciſcus Binarius in Chrõ. Flauij Lucij

Dextri An. 66. ex Esa. 66.19. ad gentes, in mare. (Pagninus, ex Hebræo, ad gentes Tarsis, Septuaginta ad gentes in Tharsis) in Africam Lydiam tendentes sagittam: (Pagninus, trahentes arcum,) in Italiam, & Græciam, ad Insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus. » Vbi per Tharsis, Tharteſſum regionem Hiſpaniæ explicant, Iuxta Theodoretum explicantem illud Pſaltis: Pſ. 71.8. « Dominabitur à mari vſque ad mare » à mari Heſperiæ, vſque ad Eoum Indiæ, hinc & gemmæ quæ de Tharteſſo afferebantur, à loco Tharſis nomen ſortitæ ſunt, vt conſtat Exodi & Ezechielis locis. Exo. 28. Ezech. 28. Cant. 5. 14. Sed paucis per ſe « manus Chriſti tornatiles aureas ornauit hyacinthis » vel vt transferunt Septuaginta, « Tharſis » & ſagitta in rupes illiſa, Ieroſolymam ab Hiſpanis repercuſſa cecidit in corda inimicorum Regis, & magnam Chriſto victoriam peperit. Quis non miretur tam paucos à tanto Apoſtolo ibi fuiſſe conuerſos? quid? non erat ille filius tonitrui? non tonabat minis, non coruſcabat miraculis? non fulgebat exemplis? quid illuc mittitur, ſi tam paucos ſuis fulgetris illuſtraturus, tam paucos ſuo murmure excitaturus erat? Et vbi illud Prophetæ; Habac. 3.11. « In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In fremitu conculcabis terram, & in furore tuo obſtupefacies gentes? » Vbi illud Pſaltis, Pſ. 76. 19. « Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, vidit & commota eſt terra » nec ad prædicationem, & mirabilia Iacobi mota eſt Hiſpania? Greg. lib. 29. moral. cap. 12. in Iob 38. « per quam viam ſpargitur lux & diuiditur æſtus ſuper terram? ac ſi patenter dicatur; dum dura corda emollio, dum rigida inflecto, dum aſpera mitigo, dum frigida accendo, dum debilia Et ibid. cap. 13. roboro, dum vaga ſtabilio, dum nutantia confir-

mo, intuere ſi vales, incorporaliter veniens, quibus ea meatibus illuſtro, &c. Hanc viam lucis nobis inuiſibilem, in Euangelio veritas oſtendit dicens: Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, Io. 3. 8.
& neſcis vnde veniat, & quò vadat.» Hactenus Gregorius. Sed adhuc apertius in ſequentibus: «Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum? plerumque, inquit, imber eſt, & curſum non habet: quia prædicatio ad aures venit, ſed ceſſante interna gratia, ad corda audientium non pertranſit. De cuius prædicationis verbis, propter electos dicitur: Etenim ſagittæ tuæ pertranſierunt. Sagittæ quippe Pſ. 76.
Dei pertranſeunt, quando verba prædicationis eius, 18.
ab auribus, ad corda deſcendunt. Quod quia ſolo diuino munere agitur, imbri curſum Dominus ſe dediſſe teſtatur, &c. Vehementiſſimo imbri curſum præbuit, qui vſque ad exequenda ſumma præcepta (ſupra dixerat etiam martyria,) per verba corporis, inuiſibilia cordis irrigauit.» Sic Deo volente velociter currit ſermo eius, ſagittæ potentis Pſ.147.
acutæ pertranſeunt, & cadent in corda inimicorum 4.
regis. Sic vox tonitrui tui in rota mundi, & præ- Pſ.44.7
cordiis ſtulti volubilis ſicut rota carri, vos, inquam, Pſa.76.
tonitrui in rota, non inutiliter ſonat, ſed fulgura 19.
in pluuiam facit cum de terroribus irrigat. Hinc Aug. in Pſ.
Gregorius cum Iob aptiſſimè ſubiicit: quis dedit Greg.
viam ſonantis tonitrui. Quid enim, inquit, per to- ibidem
nitruum niſi prædicatio ſuperni terroris accipitur? ſupra
quem terrorem dum percipiunt humana corda, cap.13.
quatiuntur, &c. ſed quia quilibet prædicator, verba dare auribus poteſt, & niſi per internam gratiam, ſolus omnipotens Deus prædicantium verbis, ad corda audientium, inuiſibiliter aditum præſtet, incaſſum prædicator aure audientis percipitur, quæ peruenire ad intima, corde ſurdo prohi-

Digitized

betur: ſic Dominus viam ſonantis tonitrui dare aſſerit, qui cum prædicationis verba tribuit, per terrorem corda compungit. Hanc viam Paulus prædicator egregius, dum ſuperna myſteria terribiliter intonaret, ſe à ſe habere non poſſe conſpiciens, discipulos admonebat, dicens: orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi, ad loquendum myſterium Chriſti, &c. Habebat quidem iam tonitruum, ſed dari ei deſuper viam quærebat.» Nil ergo mirum ſi filius tonitrui Iacobus fruſtra in Hiſpania ſonuit; vt ex multis tam paucos excitauerit, quia Deus viam tunc ſuo tonitruo non aperuit. Neque verò laboris ſui mercede fruſtratus eſt beatus Apoſtolus. Licet enim ſterilis nubes fuiſſe videatur, & terra Hiſpaniæ tunc, «venientem ſuper ſe ſæpius bibens imbrem, & fructum non faciens, maledicta, & reprobo proxima:» de eo tamen idipſum, quod de Anna prius ſterili, poſtea fœcunda ſcriptum eſt, potuit cani: «ſterilis peperit ſeptem:» vt legit ex Hebræo Pagninus, & Septuaginta, quos ſecutus eſt Auguſtinus: «hîc, inquit, totum quod prophetabatur, eluxit agnoſcentibus numerum ſeptenarium, quo eſt vniuerſa Eccleſiæ ſignificata perfectio. Propter quòd & Ioannes Apoſtolus ad ſeptem ſcribit Eccleſias, eo modo ſe oſtendens ad vnius plenitudinem ſcribere &c. Sterilis enim erat in omnibus gentibus Dei ciuitas, antequam iſte fœtus, per quem eam factam fœcundam cernimus, oriretur.» Et ante Iacobum, arida prorſus erat Hiſpania, «terra inanis & vacua.» Et quod notatu digniſſimum cenſuit Auguſtinus: «Vnicum habebat Anna, quando iſta dicebat, ſed nec poſtea ſeptem peperit, ſiue ſex, quibus ſeptimus eſſet ipſe Samuel: ſed tres mares & duas fœminas.» Id noſtro Iacobo implendum erat

Coloſſ. 4. 3.
Hebr. 6. 8. 9.
1. Reg. 2. 5.
Aug. l. 17. de Ciuit. cap. 4.
Gen. 1. 2
Aug. ſupra.

myſterium de quo Breuiarium Romanum. « In Hiſpaniam, inquit, profectus ibi aliquos ad Chriſtum conuertit: ex quorum numero ſeptem poſtea Epiſcopi, à beato Petro ordinati in Hiſpaniam primi directi ſunt. » Hi velut ſeptem tubæ ſepties circumducta vtriuſque teſtamenti, & noui quammaximè arca, muros Idololatriæ euerterunt. Hi ſeptem filij tonitrui, perterruerunt, & concuſſerunt Hiſpanos: « Et clamante Angelo forti, (Chriſto ad aures cordis loquente) voce magna, quemadmodum cùm leo rugit; cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces: » Et tunc demum « dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam tonitruo: » vt quod per ſe, Deo efficaciam prædicationis ſuſpendente, nec tamen Iacobi ſuſpenſo, ſed aucto potius per ſterilis ex maiori parte laboris patientiam, merito: « Patientia enim opus perfectum habet: » Iacobus non impleuerat; per ſeptem filios fertilis factus, & verè nomen Boanerges implens, id eſt, cum energia boans, & tonans, cumulatius adimpleret. Nec præteribo quod ſupra de numero ſeptenario, plenitudinem Eccleſiæ ſignificante ſubtexuit Auguſtinus: « In Prouerbiis, inquit, Salomonis hoc antea præfigurans, ſapientia ædificauit ſibi domum, & ſuffulſit columnas ſeptem. » Septem itidem Epiſcopos, ſeptem primis Hiſpaniæ Eccleſiis fulciendis idoneos, à Iacobo conuerſos, petra, totius Eccleſiæ caput poſt Chriſtum, Petrus vt diximus miſit.

Iosue 6. 4. — Apoc. 10. 4. — Iob 38. 25. — Iac. 1. 4. — Aug. ſupra.

Ad hæc accedit, quòd, & ipſa beatiſſima Virgo Regina, de qua Pſaltes: « Adſtitit, Regina à dextris eius: » vel vt alij legunt, « columnauit ſe: » Propè Cæſarauguſtam in columna eminens beata Virgo Iacobo fertur apparuiſſe. « Templum vel oratorium Beatæ Virgini, & eius iuſſu præſentia-

Pſ. 44. 11. — Flauius Lucius Dexter An. Ch.

36.nu.3. & Calixtus 3. que super columnam Cæsaraugustæ erexit.» In Bibliotheca autem Canonicorũ, loci habetur authenticum;« In hora ipsa mediæ noctis, cum oraret Apostolus, audiuit voces Angelorum, (sicut in scala Iacob ascendentium & descendentium,) cantantium Aue Maria gratia plena Dominus tecum. Ipsa verò Virgo, Ecce, inquit, Iacobe fili, locus signatus, meoque nomini deputatus, in quo mei memoria, tua industria, mea Ecclesia construatur. In quo præsertim loco precibus & reuerentia mea, signa & mirabilia altissimi virtus operabitur: illis nimirum qui in suis necessitatibus meum implorabunt auxilium. Eritque pilare istud in loco isto, vsque ad finem mundi, & Christum colentes in hac vrbe nunquam deficient. Filius meus & magister tuus, per manus Angelorum illud transmisit ex alto.»

Gen. 28.12. An non alter Iacob scalam tunc vidit, cuius summitas cœlum tangebat, quæ meritorum verticem super omnes cœlites Matris Dei dignitate extulerat, & cui Dominus cœli & terræ fuerat innixus. Per hanc enim scalam Vatablus & Rupertus Incarnationem Verbi ex Iacob nasciturì, & per varias generationes eius, tanquam gradus scalæ, ex Maria velut proximo gradu descensuri originem

Aug. ser. 15. de tempore vel Fulg. repræsentari senserunt. «Facta est Maria scala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos. Ipsis enim licebit ascendere illuc, qui crediderint ad terras per Virginem Mariam descendisse.»

Gen. 28. 17. Et velut Iacob euigilans de somno exclamauit: «Non est hîc aliud nisi domus Dei & porta cœli:» sic Virgo & fenestra cœli facta est, & porta per quam Christus clausam intrauit in mundum, vt nos per ipsam accessum habeamus ad Deum. Tandem vt «surgens Iacob mane tulit lapidem quem suppo-

ſuerat capiti ſuo,& erexit in titulum,fundens oleum deſuper. » Quæ fuit figura Eccleſiarum titulos habentium, quibus inſigniuntur Cardinales. De quo myſterio Auguſtinus: « Surrexit, inquit, Iacob, & ſumpſit lapidem quem ſuppoſuit ſibi ad caput, & ſtatuit illum in titulum, & ſuperfudit oleum in cacumen eius, & vocauit nomen loci illius, domus Dei. Hoc ad Prophetiam pertinet. Nec more idololatriæ lapidem perfudit oleo Iacob, velut faciens illum Deum: neque enim adorauit eum lapidem, vel ei ſacrificauit: ſed quoniam Chriſti nomen à Chriſmate eſt, id eſt ab vnctione, profecto figuratum eſt hinc aliquid quod ad magnum pertineat Sacramentum.» Myſterium autem exponit alibi dicens: « quia caput viri Chriſtus, propterea lapis ad caput. Attendite magnum Sacramentum, & vnctus lapis quia à chriſmate dictus eſt,&c. Expreſſum eſt myſterium, non inchoatum ſacrilegium.» Sic noſter Iacobus ibidem vbi ſcalam myſticam viderat, hoc eſt Mariam, in columna erectam, cœli terræque Reginæ adhuc viuenti primum ſacellum erexit, cuius filium in ipſa coluit, non ſacrilegium inchoans aut idololatriam docens, quam nos hæretici volunt in cultu Mariæ profiteri; ſed myſterium exprimens quo Maria velut domus Dei quam ſapientia ædificauit ſibi, & templum Spiritus ſancti à fidelibus agnoſci deberet,& vera denique Bethel, quæ prius luſa, id eſt nux, amygdalina videlicet, quæ cum virginitatis flore, fructum maternitatis produxerat: cui exemplo Iacobi toto orbe Chriſtiano, tot magnifica templa debebant extrui. Non quòd ipſi directè aut templa conſecrentur, aut in eis Mariæ ſacrificium offeratur; ſed vni Deo ſub inuocatione Mariæ.

Lib. 16. de Ciu. cap. 38.

Aug. in Pſ. 44.

Antidicomariani Virginis cultum depretiabant,

Epiph. hæreſi 79.

ſed Collyridiani ſupra modum augebant, & eam vt Deum adorandam prædicabant: « æquale in vtriſque his ſectis detrimentum, cùm illi quidem vilipendant S. Virginem, hi verò rurſus vltra decorum glorificent, &c. quædam enim mulieres Thraces currunt, ſiue ſellam quadratam ornantes, expanſo ſuper ipſum linteo, in die quadam illuſtri anni, per aliquot dies panem proponunt, (collyridem ſacrificant,) & offerunt in nomen Mariæ; omnes autem pane participant. » Et Epiphanius hæreſi præcedente: « In Siccimis, hoc eſt, in Neapoli nunc appellata, indigenæ ſacrificium faciunt in nomen puellæ, ex occaſione filiæ Iephtæ, quæ aliquando oblata eſt Deo in ſacrificium, &c. ſed & filiam Pharaonis quæ honorauit ſeruum Dei Moyſem ſuſtulitque atque educauit, propter celebritatem tunc pueri vltra decorum honorauerunt Ægyptij pro Deo. » Sed vt rectè notauit idē, tantū abeſt vt Mariæ ſacrificandū ſit, cū « Deo ab æterno nullatenus mulier ſacrificauerit, nec quatuor Philippi Euāgeliſtæ filiæ prophetantes. Nec Maria cuius vterus templum factus eſt Domini, cui nec baptiſma dare concreditum eſt, ſed Ioanni, &c. Sit in honore Maria; Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus adoretur, Mariam nemo adoret. » Nec parua quidem laus Iacobi, quòd primus columnam iſtam erexerit in Eccleſiam. Vnde & Septuaginta Interpretes noſtro propoſito fauent; qui pro « titulo » ϛήλον, legunt; quæ vox magis columnam ſignificat, quàm titulum. Vt non minima pars gloriæ ſit Iacobo, Patriarchæ Iacob etiam in hoc pariari quod eam videre meruerit, quam ſcala eius myſtica præſignabat; eique primum altare, & templum erigens, figuram primus erecti in titulū lapidis impleuerit. Sed parum erat niſi & cumulus adderetur hono-

Hæreſi 78.

Et hæreſi 79.

ris, & ſumma Martyrij gloria donatum, & beatiſſima Virgo ſua præſentia, & totus Apoſtolicus cœtus ante Petri carcerationem, ſua illum corona honeſtaret, « factum verè ſpectaculum mundo, Angelis & hominibus. » Primam Eccleſiæ perſecutionem non à Nerone, ſed ab Herode Agrippa factam cenſuit Auguſtinus. « Si à Regibus factas perſecutiones in numero exiſtimant eſſe debere, Rex fuit Herodes, qui eam poſt aſcenſum Domini grauiſſimam fecit, &c. Quid agetur de illa quæ poſteaquã Chriſtus aſcendit in cœlum, Ieroſolymis facta eſt, vbi beatus Stephanus lapidatus eſt, vbi Iacobus frater Ioannis gladio trucidatus eſt, vbi Apoſtolus Petrus, vt occideretur incluſus eſt, & per Angelum liberatus; vbi fugati atque diſperſi de Ieroſolymis fratres. » Si cauſam quæris Martyrij Iacobi, accipe ex Phileto agente apud Hermogenem Magum Magiſtrum ſuum. Vbi dicit: ſe vidiſſe eum dæmones ab obſeſſis corporibus eiicientem, leproſos mundantem: aſſerunt etiam amici mei vidiſſe eum mortuos ſuſcitantem. Vnde facta à populo ſeditione, cum de Incarnatione, Paſſione, & Reſurrectione Chriſti, ſecundùm Prophetas teſtimonia reddidiſſet Apoſtolus; tantam gratiam ei Dominus contulit, vt omnes adſtantes conuerterentur, & vna voce dicerent, peccauimus; dic nobis quid faciemus? quibus ille: Viri fratres, nolite deſperare: credite, & baptizamini, vt deleantur peccata veſtra. Et baptizata eſt magna multitudo Iudæorum in Ieruſalem. Tunc Abiathar Pontifex anni illius, videns populum credidiſſe, excitauit ſeditionem in turba, &c. & factum eſt vt Ioſias vnus ex Scribis mitteret funem in collo Apoſtoli, & perduceret eum ad Prætorium Herodis Regis, qui ſtatim iuſſit eum decollari. » Lucius prius breuiter

Aug. l. 18. de ciuit. c. 52.

Franciſcus Biuar. an Chr. 42. iuxta Breuiarium Cõpoſt.

enarrato Iacobi cum Ioanne Virginis beatiſſimæ comitatu, Epheſum eundo & redeundo, mortem eius glorioſam breui ſermone concludit: « Hoc eodem anno (41. ſcil.) vt ſui Apoſtolatus aliquod præberet ſpecimen Ioannes Theologus, comitante B. Virgine Epheſum proficiſcitur; comite quoque B. Iacobo, qui & Epheſi ad tempus prædicat; comitantur Virginem Lazarus, Martha, Maria, vbi etiam præſentia ſua conſolatur beata Virgo Ignatium. Inde (anno ſequenti 42.) reuerſo Ioanne cum beata Virgine, quam dum vixit illa nunquam Ioannes deſeruit, etiam reuertitur ſanctus Iacobus; qui prædicans acerrimè Iudæis (prius interfuit hoc anno conſecrationi ædis ſacræ Nazareth, in qua Virgo Deum concepit, præſentibus nonnullis Apoſtolorum,) ſucciſo capite ab Herode, recens Ieroſolymam reuerſus, nobile Martyrium 25. die Martij glorioſè pertulit. » Verè nobile & glorioſum Iacobi Martyrium, cuius gloriam & nobilitatem multa rara commendant. Primò enim non vno genere, ſed multiplici martyrio coronatum tradidit Anaſtaſius Synaïta: « In hoc die, inquit, multiplicibus Martyriis affectus eſt ſanctus Iacobus Apoſtolus frater Ioannis filij Zebedæi. Idque poſtquam abiit in Occidentem. » Secundò & in hoc Ioanne fratre glorioſior, quod licet iſte non defuerit voluntate Martyrio, ſed ipſi, Deo in balneum roſeum feruens oleum conuertente, vt tribus fuerit pueris in fornace, martyrium: calicem ipſe propriè accepit & bibit ſalutaris, vt & Pſaltis & Chriſti prophetiam expungeret dicens: « Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota Domino meo reddam coram omni populo eius; pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. »

Lucius Dexter. an. Ch 42.

Anaſt. Syn. l. de paſſionib. Martyrum.

Pſ. 115. 3

In conſpectu ergo Chriſti de cœlo ſpectantis agonem, coram Matre eius ſanctiſſima, Petro Apoſtolorum Principe, Ioanne fratre zelante cæteriſque Apoſtolis primum ſuum ducem Martyrij admirantibus, in eadem qua Chriſtus vrbe, eadem feſtiuitate Paſchali, eodem prorſus anni vertentis die, eadem qua Chriſtus hora, eadem qua Chriſtus cauſa, ipſum Dei Filium confitens, nobile Martyrium glorioſè pertulit. Sic enim Equilinus: « Martyrium, inquit, conſummauit octauo Kalendas Aprilis (qui eſt 25. Martij) videlicet in die Annuntiationis & Paſſionis Chriſti. » Et Calixtus: « Circa tertiam iudicatus eſt, & circa nonam vt Chriſtus paſſus eſt: tali ſcilicet die & hora qua Magiſter, paſſus eſt & diſcipulus. » Dies fuiſſe Azymorum Lucas teſtatur in Actis, vt & Leo 3. « Tempore, inquit, Azymorum, beatiſſimus Iacobus Apoſtolus iuſſu Herodis capite plexus eſt. » Sic Iacobe, propriè & ad literam de te prædixerat Chriſtus: « Calicem meum bibetis. » Sed & ad litteram quoque quodammodo cum fratre in regno Dei quod eſt Eccleſia, ad dexteram & ſiniſtram, poſt obitum ſedere meruiſtis. « Primus Apoſtolorum Ieroſolymis profuſo ſanguine teſtimonium IeſuChriſto dedit. » Gedeoni computo ſimilem, vel alterum dicam Ioab, aut Eleazaro parem æſtimabo. Gedeoni quidem quod lampade corporis teſtea diſrupta, ſit cæteros Apoſtolos adhortatus dicens: « Quod me videritis facientem, hoc facite. » Nec impar Ioab arcem Iebuzæorum aſcendenti primo, regnum cœlorum muros violentus inuaſit. Tandem vt Ambroſius de Eleazaro cæteris Machabæis martyrij duce: « In moriendo, inquit, tormentis factus eſt cæteris magiſterium perſeuerantiæ: » ita prorſus iuxta Chryſoſtomum:

Equilinus l. 6. cap. 133.
Calixt. 2. tract. de trib. ſolemnib. S. Iacobi.
Leo 3. ep. de tranſla. S. Iac.
Act. 12. 2.
Matth. 20. 23.
Iudic. 7
1. Par. 10.
Ambr. l. 2. de Iacob cap. 8.
Chryſoſtom. homil. 16. in Acta.

lentia & vnius momenti voluptate, quot labores, paſſus, habitus & vultus transfigurationes, expenſæ, munera, amatoriæ literæ, noctes inſomnes, &c. Et ſi quid pro Dei gloria, pro animæ ſalute æterna ferendum eſt, vel agendum; vel nil poſſumus, vel nimia præſumptione animi, ex nobis & noſtris viribus, omnia nos poſſe confidimus. Sic noſter Thomas filiorum Zebedæi carpit iactantiam: « Sicut vultis conſortes eſſe gloriæ, poteritiſne participes eſſe ignominiæ? dicunt ei, poſſumus.
S. Th. à Villan. ibidem. Laudandus certè animi generoſi impetus: ſed non minus ignorans, & inconſiderata reſponſio, quàm fuerat ipſa petitio: O quàm parum poteſt humana
2. Cor. 3. 5. fragilitas! non omnes, inquit Apoſtolus, ſufficientes cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et iſti interrogati de morte, ſtatim reſpondent, poſſumus. Chriſtus, ait Chryſoſtomus, bibiturus calicem, trepidat, & angitur vſque ad mortem: & vos tam facilè poteritis bibere calicem? &c.» Quanto ſanius cum Paulo:
Philip. 4. 11. « Ego didici in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio, & abūdare. Vtique &, in omnibus inſtitutus ſum: & ſatiari, & eſurire: & abundare, & penuriā pati. Omnia poſſum in eo qui me cōfortat. Nihil
D. Th lect. 2. ibidem. quippe ſic demōſtrat mentē ſapientis perfecti, ſicut quod ſciat vti quolibet ſtatu: vt ſi ſit in magno, non eleuetur: & ſi in minimo, non deiiciatur, &c. Deinde cùm dicit: Omnia poſſum, &c. ponit cauſſam ſuæ conſtantiæ: in eo qui me confortat: quaſi dicat: Non poſſem hos inſultus ſuſtinere, niſi ma-
Ezech. 3. 14. nus Dei me confortaret. Sic Ezechiel: « Manus Domini erat mecum: ſic Eſaias; Qui ſperant in
Eſa. 40. 31. Domino, mutabunt fortitudinem, (vanam in veram:) aſſumunt pennas ſicut aquilæ, volabunt &

non

non deficient.» ſic & Iacobus cum fratre mutauit.

Secvnda Reflexio. Si velimus ad ſedes regni peruenire, viam à Patre Filio & electis eius diſpoſitam ingredi debemus, & tenere: « Diſpono, inquit, vobis, ſicut diſpoſuit Pater meus mihi regnum, vt edatis, & bibatis, ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſraël.» Ponderate ſicut diſpoſuit mihi. Ei videlicet « cuius imagini conformes oportet fieri prædeſtinatos: qui prædeſtinatus eſt Filius Dei ſecundùm Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum; quem oportuit primum pati & mori, dehinc reſurgere à mortuis, & tandem ſedere ad dexteram Patris.» hæc diſpoſitio: « Si compatimur, & conglorificabimur, & conregnabimus:» ſi commorimur, & conreſuſcitabimur. Si conproſternimur humiliati, conſedebimus in cœleſtibus coexaltati. «Neſciebat Petrus quid diceret» pro ſe, Iacobo & Ioanne transfigurationis conteſtibus dicens: « Domine, bonum eſt nos hîc eſſe:» Neſciebant quid peterent filij Zebedæi; ante laborem, & amaritudinem calicis ſedere, epulari, regnare volentes. Oſculum Racheli dederat noſter Iacob, ouem lana candidiſſima & niueo vellere veſtitam videns in Thabor, prius Liam ducendam eſſe ſibi, & plurium annorum labore antea comparandam. Diſpoſitionem euertebat regni & ſponſalium ſiue nuptiarum gaudij; dixerat enim Laban de ſubſtituta pro Rachel Lia querulo: « Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.» Hunc locum præclarè tractauere Patres, & eximiùs cæteris ſanctus Auguſtinus: « Quanquam, inquit, duas liberas vxores Iacob, ad nouum Teſtamentum quo in libertatem vocati ſumus, exiſtimem

Luc. 22. 29.

Rom. 1. 4.

Rom 8. 17.

Gen. 29. 26.

Greg. lib. 6. moral. c. 18. in

Dextri An. 66. ex Eſa. 66.19. ad gentes, in mare. (Pagninus, ex Hebræo, ad gentes Tarſis, Septuaginta ad gentes in Tharſis) in Africam Lydiam tendentes ſagittam: (Pagninus, trahentes arcum,) in Italiam, & Græciam, ad Inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus. » Vbi per Tharſis, Tharteſſum regionem Hiſpaniæ explicant, Iuxta Theodoretum explicantem illud Pſaltis:

Pſ.71.8. « Dominabitur à mari vſque ad mare » à mari Heſperiæ, vſque ad Eoum Indiæ, hinc & gemmæ quæ de Tharteſſo afferebantur, à loco Tharſis nomen ſortitæ ſunt, vt conſtat Exodi & Ezechielis locis.

Exo.28. Ezech. 28. Cant. 5. 14. Sed paucis per ſe « manus Chriſti tornatiles aureas ornauit hyacinthis » vel vt transferunt Septuaginta, « Tharſis » & ſagitta in rupes illiſa, Ieroſolymam ab Hiſpanis repercuſſa cecidit in corda inimicorum Regis, & magnam Chriſto victoriam peperit. Quis non miretur tam paucos à tanto Apoſtolo ibi fuiſſe conuerſos? quid? non erat ille filius tonitrui? non tonabat minis, non coruſcabat miraculis? non fulgebat exemplis? quid illuc mittitur, ſi tam paucos ſuis fulgetris illuſtraturus, tam paucos ſuo murmure excitaturus erat? Et vbi illud

Habac. 3.11. Prophetæ; « In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In fremitu conculcabis terram, & in furore tuo obſtupefacies

Pſ. 76. 19. gentes? » Vbi illud Pſaltis, « Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, vidit & commota eſt terra »

Greg. lib. 29. moral. cap. 12. in Iob 38. Et ibid. cap. 13. nec ad prædicationem, & mirabilia Iacobi mota eſt Hiſpania? « per quam viam ſpargitur lux & diuiditur æſtus ſuper terram? ac ſi patenter dicatur; dum dura corda emollio, dum rigida inflecto, dum aſpera mitigo, dum frigida accendo, dum debilia roboro, dum vaga ſtabilio, dum nutantia confir-

mo, intuere ſi vales, incorporaliter veniens, quibus ea meatibus illuſtro, &c. Hanc viam lucis nobis inuiſibilem, in Euangelio veritas oſtendit dicens: Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, Io. 3. 8.
& neſcis vnde veniat, & quò vadat.» Hactenus Gregorius. Sed adhuc apertius in ſequentibus: «Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum? plerumque, inquit, imber eſt, & curſum non habet: quia prædicatio ad aures venit, ſed ceſſante interna gratia, ad corda audientium non pertranſit. De cuius prædicationis verbis, propter electos dicitur: Etenim ſagittæ tuæ pertranſierunt. Sagittæ quippe Pſ. 76.
Dei pertranſeunt, quando verba prædicationis eius, 18.
ab auribus, ad corda deſcendunt. Quod quia ſolo diuino munere agitur, imbri curſum Dominus ſe dediſſe teſtatur, &c. Vehementiſſimo imbri curſum præbuit, qui vſque ad exequenda ſumma præcepta (ſupra dixerat etiam martyria,) per verba corporis, inuiſibilia cordis irrigauit.» Sic Deo volente velociter currit ſermo eius, ſagittæ potentis Pſ. 147.
acutæ pertranſeunt, & cadent in corda inimicorum 4.
regis. Sic vox tonitrui tui in rota mundi, & præ- Pſ. 44. 7
cordiis ſtulti volubilis ſicut rota carri, vos, inquam, Pſa. 76.
tonitrui in rota, non inutiliter ſonat, ſed fulgura 19.
in pluuiam facit cum de terroribus irrigat. Hinc Aug. in Pſ.
Gregorius cum Iob aptiſſimè ſubiicit: quis dedit Greg.
viam ſonantis tonitrui. Quid enim, inquit, per to- ibidem
nitruum niſi prædicatio ſuperni terroris accipitur? ſupra
quem terrorem dum percipiunt humana corda, cap. 13.
quatiuntur, &c. ſed quia quilibet prædicator, verba dare auribus poteſt, & niſi per internam gratiam, ſolus omnipotens Deus prædicantium verbis, ad corda audientium, inuiſibiliter aditum præſter, incaſſum prædicator aure audientis percipitur, quæ peruenire ad intima, corde ſurdo prohi-

betur : ſe Dominus viam ſonantis tonitrui dare aſſerit, qui cum prædicationis verba tribuit, per terrorem corda compungit. Hanc viam Paulus prædicator egregius, dum ſuperna myſteria terribiliter intonaret, ſe à ſe habere non poſſe conſpiciens,
Coloſſ. diſcipulos admonebat, dicens : orantes ſimul & pro
4. 3. nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi, ad loquendum myſterium Chriſti, &c. Habebat quidem iam tonitruum, ſed dari ei deſuper viam quærebat. » Nil ergo mirum ſi filius tonitrui Iacobus fruſtra in Hiſpania ſonuit ; vt ex multis tam paucos excitauerit, quia Deus viam tunc ſuo tonitruo non aperuit. Neque verò laboris ſui mercede fruſtratus eſt beatus Apoſtolus. Licet enim ſterilis nubes fuiſſe videatur, & terra Hiſpaniæ tunc, « venien-
Hebr. 6. tem ſuper ſe ſæpius bibens imbrem, & fructum
8. 9. non faciens, maledicta, & reprobo proxima : » de eo tamen idipſum, quod de Anna prius ſterili, poſtea fœcunda ſcriptum eſt, potuit cani : « ſterilis pe-
1. Reg. perit ſeptem : » vt legit ex Hebræo Pagninus, &
2. 5. Septuaginta, quos ſecutus eſt Auguſtinus : « hîc,
Aug. l. 17. de inquit, totum quod prophetabatur, eluxit agno-
Ciuit. ſcentibus numerum ſeptenarium, quo eſt vniuerſa
cap. 4. Eccleſiæ ſignificata perfectio. Propter quód & Ioannes Apoſtolus ad ſeptem ſcribit Eccleſias, eo modo ſe oſtendens ad vnius plenitudinem ſcribere &c. Sterilis enim erat in omnibus gentibus Dei ciuitas, antequam iſte fœtus, per quem eam factam fœcundam cernimus, oriretur. » Et ante Iacobum,
Gen. 1. 2 arida prorſus erat Hiſpania, « terra inanis & vacua. » Et quod notatu digniſſimum cenſuit Augu-
Aug. ſupra. ſtinus : « Vnicum habebat Anna, quando iſta dicebat, ſed nec poſtea ſeptem peperit, ſiue ſex, quibus ſeptimus eſſet ipſe Samuël : ſed tres mares & duas fœminas. » Id noſtro Iacobo implendum erat

Digitized by Google

myſterium de quo Breuiarium Romanum. « In Hiſpaniam, inquit, profectus ibi aliquos ad Chriſtum conuertit: ex quorum numero ſeptem poſtea Epiſcopi, à beato Petro ordinati in Hiſpaniam primi directi ſunt. » Hi velut ſeptem tubæ ſepties circumducta vtriuſque teſtamenti, & noui quammaximè arca, muros Idololatriæ euerterunt. Hi ſeptem filij tonitrui, perterruerunt, & concuſſerunt Hiſpanos: « Et clamante Angelo forti, (Chriſto ad aures cordis loquente) voce magna, quemadmodum cùm leo rugit; cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces: » Et tunc demum « dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam tonitruo: » vt quod per ſe, Deo efficaciam prædicationis ſuſpendente, nec tamen Iacobi ſuſpenſo, ſed aucto potius per ſterilis ex maiori parte laboris patientiam, merito: « Patientia enim opus perfectum habet: » Iacobus non impleuerat; per ſeptem filios fertilis factus, & verè nomen Boanerges implens, id eſt, cum energia boans, & tonans, cumulatius adimpleret. Nec præteribo quod ſupra de numero ſeptenario, plenitudinem Eccleſiæ ſignificante ſubtexuit Auguſtinus: « In Prouerbiis, inquit, Salomonis hoc antea præfigurans, ſapientia ædificauit ſibi domum, & ſuffulſit columnas ſeptem. » Septem itidem Epiſcopos, ſeptem primis Hiſpaniæ Eccleſiis fulciendis idoneos, à Iacobo conuerſos, petra, totius Eccleſiæ caput poſt Chriſtum, Petrus vt diximus miſit.

Ioſue 6. 4.

Apoc. 10. 4.

Iob 38. 25.

Iac. 1. 4.

Aug. ſupra.

Ad hæc accedit, quòd, & ipſa beatiſſima Virgo Regina, de qua Pſaltes: « Adſtitit, Regina à dextris eius: » vel vt alij legunt, « columnauit ſe: » Propè Cæſarauguſtam in columna eminens beata Virgo Iacobo fertur apparuiſſe. « Templum vel oratorium Beatæ Virgini, & eius iuſſu præſentia-

Pſ. 44. 11.

Flauius Lucius Dexter An. Ch.

36.nu.3. & Calixtus 3. que super columnam Cæsaraugustæ erexit. » In Bibliotheca autem Canonicorũ, loci habetur authenticum;« In hora ipsa mediæ noctis, cum oraret Apostolus, audiuit voces Angelorum, (sicut in scala Iacob ascendentium & descendentium,) cantantium Aue Maria gratia plena Dominus tecum. Ipsa verò Virgo, Ecce, inquit, Iacobe fili, locus signatus, meoque nomini deputatus, in quo mei memoria, tua industria, mea Ecclesia construatur. In quo præsertim loco precibus & reuerentia mea, signa & mirabilia altissimi virtus operabitur: illis nimirum qui in suis necessitatibus meum implorabunt auxilium. Eritque pilare istud in loco isto, vsque ad finem mundi, & Christum colentes in hac vrbe nunquam deficient. Filius meus & magister tuus, per manus Angelorum illud transmisit ex alto. » An non alter Iacob scalam tunc vidit, cuius

Gen. 28.12. summitas cœlum tangebat, quæ meritorum verticem super omnes cœlites Matris Dei dignitate extulerat, & cui Dominus cœli & terræ fuerat innixus. Per hanc enim scalam Vatablus & Rupertus Incarnationem Verbi ex Iacob nasciturí, & per varias generationes eius, tanquam gradus scalæ, ex Maria velut proximo gradu descensuri originem

Aug. ser. 15. de tempore vel Fulg. repræsentari senserunt. « Facta est Maria scala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos. Ipsis enim licebit ascendere illuc, qui crediderint

Gen. 28. 17. ad terras per Virginem Mariam descendisse. » Et velut Iacob euigilans de somno exclamauit: « Non est hîc aliud nisi domus Dei & porta cœli: » sic Virgo & fenestra cœli facta est, & porta per quam Christus clausam intrauit in mundum, vt nos per ipsam accessum habeamus ad Deum. Tandem vt « surgens Iacob mane tulit lapidem quem suppo-

ſuerat capiti ſuo,& erexit in titulum,fundens oleum deſuper. » Quæ fuit figura Eccleſiarum titulos habentium, quibus inſigniuntur Cardinales. De quo myſterio Auguſtinus: « Surrexit, inquit, Iacob, & ſumpſit lapidem quem ſuppoſuit ſibi ad caput, & ſtatuit illum in titulum, & ſuperfudit oleum in cacumen eius, & vocauit nomen loci illius, domus Dei. Hoc ad Prophetiam pertinet. Nec more idololatriæ lapidem perfudit oleo Iacob, velut faciens illum Deum: neque enim adorauit eum lapidem, vel ei ſacrificauit: ſed quoniam Chriſti nomen à Chriſmate eſt, id eſt ab vnctione, profecto figuratum eſt hinc aliquid quod ad magnum pertineat Sacramentum. » Myſterium autem exponit alibi dicens: « quia caput viri Chriſtus, propterea lapis ad caput. Attendite magnum Sacramentum, & vnctus lapis quia à chriſmate dictus eſt,&c. Expreſſum eſt myſterium, non inchoatum ſacrilegium. » Sic noſter Iacobus ibidem vbi ſcalam myſticam viderat, hoc eſt Mariam, in columna erectam, cœli terræque Reginæ adhuc viuenti primum ſacellum erexit, cuius filium in ipſa coluit, non ſacrilegium inchoans aut idololatriam docens, quam nos hæretici volunt in cultu Mariæ profiteri; ſed myſterium exprimens quo Maria velut domus Dei quam ſapientia ædificauit ſibi, & templum Spiritus ſancti à fidelibus agnoſci deberet,& vera denique Bethel, quæ prius luſa, id eſt nux, amygdalina videlicet, quæ cum virginitatis flore, fructum maternitatis produxerat: cui exemplo Iacobi toto orbe Chriſtiano, tot magnifica templa debebant extrui. Non quòd ipſi directè aut templa conſecrentur, aut in eis Mariæ ſacrificium offeratur; ſed vni Deo ſub inuocatione Mariæ.

Lib. 16. de Ciu. cap. 38.

Aug. in Pſ. 44.

Antidicomariani Virginis cultum depretiabant,

Epiph. hæreſi 79.

ſed Collyridiani ſupra modum augebant, & eam vt Deum adorandam prædicabant: « æquale in vtriſque his ſectis detrimentum, cùm illi quidem vilipendant S. Virginem, hi verò rurſus vltra decorum glorificent, &c. quædam enim mulieres Thraces currunt, ſiue ſellam quadratam ornantes, expanſo ſuper ipſum linteo, in die quadam illuſtri anni, per aliquot dies panem proponunt, (collyridem ſacrificant,) & offerunt in nomen Mariæ; omnes autem pane participant. » Et Epiphanius hæreſi præcedente: « In Siccimis, hoc eſt, in Neapoli nunc appellata, indigenæ ſacrificium faciunt in nomen puellæ, ex occaſione filiæ Iephtæ, quæ aliquando oblata eſt Deo in ſacrificium, &c. ſed & filiam Pharaonis quæ honorauit ſeruum Dei Moyſem ſuſtulitque atque educauit, propter celebritatem tunc pueri vltra decorum honorauerunt Ægyptij pro Deo. » Sed vt rectè notauit idē, tantū abeſt vt Mariæ ſacrificandū ſit, cū « Deo ab æterno nullatenus mulier ſacrificauerit, nec quatuor Philippi Euāgeliſtæ filiæ prophetantes. Nec Maria cuius vterus templum factus eſt Domini, cui nec baptiſma dare concreditum eſt, ſed Ioanni, &c. Sit in honore Maria; Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus adoretur, Mariam nemo adoret. » Nec parua quidem laus Iacobi, quòd primus columnam iſtam erexerit in Eccleſiam. Vnde & Septuaginta Interpretes noſtro propoſito fauent; qui pro « titulo » ϛήλην, legunt; quæ vox magis columnam ſignificat, quàm titulum. Vt non minima pars gloriæ ſit Iacobo, Patriarchæ Iacob etiam in hoc pariari quod eam videre meruerit, quam ſcala eius myſtica præſignabat; eique primum altare, & templum erigens, figuram primus erecti in titulū lapidis impleuerit.

Hæreſi 78.

Et hæreſi 79.

Sed parum erat niſi & cumulus adderetur hono-

Digitized by Google

ris, & ſumma Martyrij gloria donatum, & beatiſſima Virgo ſua præſentia, & totus Apoſtolicus cœtus ante Petri carcerationem, ſua illum corona honeſtaret, « factum verè ſpectaculum mundo, Angelis & hominibus. » Primam Eccleſiæ perſecutionem non à Nerone, ſed ab Herode Agrippa factam cenſuit Auguſtinus. « Si à Regibus factas perſecutiones in numero exiſtimant eſſe debere, Rex fuit Herodes, qui eam poſt aſcenſum Domini grauiſſimam fecit, &c. Quid agetur de illa quæ poſteaquã Chriſtus aſcendit in cœlum, Ieroſolymis facta eſt, vbi beatus Stephanus lapidatus eſt, vbi Iacobus frater Ioannis gladio trucidatus eſt, vbi Apoſtolus Petrus, vt occideretur incluſus eſt, & per Angelum liberatus; vbi fugati atque diſperſi de Ieroſolymis fratres. » Si cauſam quæris Martyrij Iacobi, accipe ex Phileto agente apud Hermogenem Magum Magiſtrum ſuum. Vbi dicit: ſe vidiſſe eum dæmones ab obſeſſis corporibus eiicientem, leproſos mundantem: aſſerunt etiam amici mei vidiſſe eum mortuos ſuſcitantem. Vnde facta à populo ſeditione, cum de Incarnatione, Paſſione, & Reſurrectione Chriſti, ſecundùm Prophetas teſtimonia reddidiſſet Apoſtolus; tantam gratiam ei Dominus contulit, vt omnes adſtantes conuerterentur, & vna voce dicerent, peccauimus; dic nobis quid faciemus? quibus ille: Viri fratres, nolite deſperare: credite, & baptizamini, vt deleantur peccata veſtra. Et baptizata eſt magna multitudo Iudæorum in Ieruſalem. Tunc Abiathar Pontifex anni illius, videns populum credidiſſe, excitauit ſeditionem in turba, &c. & factum eſt vt Ioſias vnus ex Scribis mitteret funem in collo Apoſtoli, & perduceret eum ad Prætorium Herodis Regis, qui ſtatim iuſſit eum decollari. » Lucius prius breuiter

Aug. l. 18. de ciuit. c. 52.

Franciſcus Biuar. an Chr. 42. iuxta Breuiarium Cõpoſt.

enarrato Iacobi cum Ioanne Virginis beatiſſimæ comitatu, Epheſum eundo & redeundo, mortem eius glorioſam breui ſermone concludit: « Hoc eodem anno (41. ſcil.) vt ſui Apoſtolatus aliquod præberet ſpecimen Ioannes Theologus, comitante B. Virgine Epheſum proficiſcitur; comite quoque B. Iacobo, qui & Epheſi ad tempus prædicat; comitantur Virginem Lazarus, Martha, Maria, vbi etiam præſentia ſua conſolatur beata Virgo Ignatium. Inde (anno ſequenti 42.) reuerſo Ioanne cum beata Virgine, quam dum vixit illa nunquam Ioannes deſeruit, etiam reuertitur ſanctus Iacobus; qui prædicans acerrimè Iudæis (prius interfuit hoc anno conſecrationi ædis ſacræ Nazareth, in qua Virgo Deum concepit, præſentibus nonnullis Apoſtolorum,) ſucciſo capite ab Herode, recens Ieroſolymam reuerſus, nobile Martyrium 25. die Martij glorioſè pertulit. » Verè nobile & glorioſum Iacobi Martyrium, cuius gloriam & nobilitatem multa rara commendant. Primò enim non vno genere, ſed multiplici martyrio coronatum tradidit Anaſtaſius Synaïta: « In hoc die, inquit, multiplicibus Martyriis affectus eſt ſanctus Iacobus Apoſtolus frater Ioannis filij Zebedæi. Idque poſtquam abiit in Occidentem. » Secundò & in hoc Ioanne fratre glorioſior, quod licet iſte non defuerit voluntate Martyrio, ſed ipſi, Deo in balneum roſeum feruens oleum conuertente, vt tribus fuerit pueris in fornace, martyrium: calicem ipſe propriè accepit & bibit ſalutaris, vt & Pſaltis & Chriſti prophetiam expungeret dicens: « Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota Domino meo reddam coram omni populo eius, pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. »

Lucius Dexter. an. Ch 42.

Anaſt. Syn. l. de paſſionib. Martyrum.

Pſ. 115. 3

In conſpectu ergo Chriſti de cœlo ſpectantis agonem, coram Matre eius ſanctiſſima, Petro Apoſtolorum Principe, Ioanne fratre zelante cæteriſque Apoſtolis primum ſuum ducem Martyrij admirantibus, in eadem qua Chriſtus vrbe, eadem feſtiuitate Paſchali, eodem prorſus anni vertentis die, eadem qua Chriſtus hora, eadem qua Chriſtus cauſa, ipſum Dei Filium confitens, nobile Martyrium glorioſè pertulit. Sic enim Equilinus: « Martyrium, inquit, conſummauit octauo Kalendas Aprilis (qui eſt 25. Martij) videlicet in die Annuntiationis & Paſſionis Chriſti. » Et Calixtus: « Circa tertiam iudicatus eſt, & circa nonam vt Chriſtus paſſus eſt: tali ſcilicet die & hora qua Magiſter, paſſus eſt & diſcipulus. » Dies fuiſſe Azymorum Lucas teſtatur in Actis, vt & Leo 3. « Tempore, inquit, Azymorum, beatiſſimus Iacobus Apoſtolus iuſſu Herodis capite plexus eſt. » Sic Iacobe, propriè & ad literam de te prædixerat Chriſtus: « Calicem meum bibetis. » Sed & ad litteram quoque quodammodo cum fratre in regno Dei quod eſt Eccleſia, ad dexteram & ſiniſtram, poſt obitum ſedere meruiſtis. « Primus Apoſtolorum Ieroſolymis profuſo ſanguine teſtimonium IeſuChriſto dedit. » Gedeoni computo ſimilem, vel alterum dicam Ioab, aut Eleazaro parem æſtimabo. Gedeoni quidem quod lampade corporis teſtea diſrupta, ſit cæteros Apoſtolos adhortatus dicens: « Quod me videritis facientem, hoc facite. » Nec impar Ioab arcem Iebuzæorum aſcendenti primo, regnum cœlorum muros violentus inuaſit. Tandem vt Ambroſius de Eleazaro cæteris Machabæis martyrij duce: « In moriendo, inquit, tormentis factus eſt cæteris magiſterium perſeuerantiæ: » ita prorſus iuxta Chryſoſtomum:

Equilinus l. 6. cap. 133.
Calixt. 2. tract. de trib. ſolemnib. S. Iacobi.
Leo 3. ep. de tranſla. S. Iac.
Act. 12. 2.
Matth. 20. 23.
Iudic. 7
1. Par. 10.
Ambr. l. 2. de Iacob cap. 8.
Chryſoſtom. homil. 16. in Acta.

« Idcirco occidi permisit Deus ab Herode etiam Principem Iacobum, vt alios prouocaret. » De eo simul & fratre eius Ioanne, sic eleganter in Breuiario Toletano institutionis sancti Isidori: « magni, inquit, deinde filij tonitrui, adepti fulgent prece matris inclytæ, vtrique vitæ culminis insignia: regens Ioannes dextra solus Asiam: & læua frater positus Hispaniam. » Vnde & noster Thomas à Villanoua Archiepiscopus Valentinus: « Quamuis, inquit, ad reprimendam eorum ambitionem, & ad nostram eruditionem taliter responderit: credimus eorum petitionem concessisse, & in regno cœlesti inter sanctos eis præcipuum locum dedisse: qui enim sic familiares fuerunt in vita, credendum est eos etiam superiores cæteris fuisse in gloria: ad minus in hoc regno cœlorum, id est, Ecclesia, petitionem illorum impletam videmus. Nam Ioanni sedes data est in Asia, quæ est ad dexteram Ierusalem: & Iacobo in Hispania, quæ est ad sinistram partem. Quanta gloria nostræ Hispaniæ? quantus fauor à Deo talem accepisse patronum, vnum ex charissimis Dei. »

Surius 25. Iul. & S. Tho. à Villanoua ser. de S. Iac.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Et nos quoque Galli, cum exemplo Caroli Magni Imperatoris, & Regis nostri, debemus assumere Patronum in bellis; non iam contra Mauros, & Saracenos, sed contra peccata, & dæmones: « Non enim nobis est colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus rectores & potestates tenebrarum harum. » Sancto Carolo Magno apparuit; & vt Compostellam, quo hodie corpus eius translatum est, à Saracenorum occupatione liberaret, admonuit: & nos exempla eius monent, vt corda nostra, Spiritus sancti tem-

Ephes. 6. 12.

Digitized by Google

pla, à vitiorum, & maximè ambitionis tyrannide, qua & ipſe cum fratre tenebatur obſeſſus, Dei gratia liberemus: Neſciunt plerumque matres quid optent filiis, cùm eis à Deo, peſtilentiæ cathedras, & primas ſedes expoſcunt: « Neſcitis quid petatis. Temporalis regni præeminentiam quæritis, non ſum temporaliter regnaturus: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Neſcitis quid petatis: in regno meo nullus ſedet. Scriptum eſt: Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei: Nullus ſedet; qui ſedere voluit, dicens: Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, præcipitatus eſt in æternum. Neſcitis quid petatis. A me, qui cum in forma Dei eſſem, exinaniui memetipſum, formam ſerui accipiens, factus mundo magiſter humilitatis, & paupertatis exemplũ; qui inter latrones in cruce cum ſummo opprobrio ſum moriturus: à me, inquã, omniũ hominũ infimo & nouiſſimo temporalẽ gloriam quæritis? Neſcitis quid petatis, &c. Et quicumque à Deo tẽporalẽ gloriã fauores, diuitias & opulentiã anxiè quærũt, neſciunt quid petant. Venit Chriſtus in mundum, vt doceret iſta contemnere, & inſtanter quæris. O cum quanto feruore iſta petuntur, ſpiritalia verò & æterna quàm tepidè!» Ad hæc ſi amariſſimi calices, & quicumque labores exhauriendi ſunt, pro cathedra Doctoratus, pro Exedra nobilis & primariæ cathedralis Eccleſiæ, ambitu Magiſtratus & Præfecturæ, Principatus militiæ, rogate, poteſtis bibere calicem? dicunt omnes poſſumus. Et pro congerendis cumulandiſque delitiis, pericula itineris, pericula latronum & fluminum, terra marique pericula intrepidè ſubeuntur. « Impiger extremos currit mercator ad Indos. » Et pro comparanda ſibi muliercula, eiuſque beneuo-

D.Th à Villan. ſupra.
Dan. 7. 10.
Eſa. 14. 13.

lentia & vnius momenti voluptate, quot labores, paſſus, habitus & vultus transfigurationes, expenſæ, munera, amatoriæ literæ, noctes inſomnes, &c. Et ſi quid pro Dei gloria, pro animæ ſalute æterna ferendum eſt, vel agendum; vel nil poſſumus, vel nimia præſumptione animi, ex nobis & noſtris viribus, omnia nos poſſe confidimus. Sic noſter Thomas filiorum Zebedæi carpit iactantiam: « Sicut vultis conſortes eſſe gloriæ, poteritiſne participes eſſe ignominiæ? dicunt ei, poſſumus. Laudandus certè animi generoſi impetus: ſed non minus ignorans, & inconſiderata reſponſio, quàm fuerat ipſa petitio: O quàm parum poteſt humana fragilitas! non omnes, inquit Apoſtolus, ſufficientes cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et iſti interrogati de morte, ſtatim reſpondent, poſſumus. Chriſtus, ait Chryſoſtomus, bibiturus calicem, trepidat, & angitur vſque ad mortem: & vos tam facilè poteritis bibere calicem? &c.» Quanto ſanius cum Paulo: « Ego didici in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio, & abũdare. Vtique &, in omnibus inſtitutus ſum: & ſatiari, & eſurire: & abundare, & penuriá pati. Omnia poſſum in eo qui me cõfortat. Nihil quippe ſic demõſtrat mentẽ ſapientis perfecti, ſicut quod ſciat vti quolibet ſtatu: vt ſi ſit in magno, non eleuetur: & ſi in minimo, non deiiciatur, &c. Deinde cùm dicit: Omnia poſſum, &c. ponit cauſam ſuæ conſtantiæ: in eo qui me confortat: quaſi dicat: Non poſſem hos inſultus ſuſtinere, niſi manus Dei me confortaret. Sic Ezechiel: « Manus Domini erat mecum: ſic Eſaias; Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, (vanam in veram:) aſſumunt pennas ſicut aquilæ, volabunt & non

Marginalia: S. Th. à Villan. ibidem. — 2. Cor. 3. 5. — Philip. 4. 11. — D. Th. lect. 2. ibidem. — Ezech. 3. 14. — Eſa. 40. 31.

non deficient. » ſic & Iacobus cum fratre mutauit.

SECVNDA REFLEXIO. Si velimus ad ſedes regni peruenire, viam à Patre Filio & electis eius diſpoſitam ingredi debemus, & tenere : « Diſpono, inquit, vobis, ſicut diſpoſuit Pater meus mihi regnum, vt edatis, & bibatis, ſuper menſam meam in regno meo : & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſraël. » Ponderate ſicut diſpoſuit mihi. Ei videlicet « cuius imagini conformes oportet fieri prædeſtinatos: qui prædeſtinatus eſt Filius Dei ſecundùm Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum; quem oportuit primum pati & mori, dehinc reſurgere à mortuis, & tandem ſedere ad dexteram Patris. » hæc diſpoſitio : « Si compatimur, & conglorificabimur, & conregnabimus : » ſi commorimur, & conreſuſcitabimur. Si conproſternimur humiliati, conſedebimus in cœleſtibus coexaltati. «Neſciebat Petrus quid diceret » pro ſe, Iacobo & Ioanne transfigurationis conteſtibus dicens : « Domine, bonum eſt nos hîc eſſe : » Neſciebant quid peterent filij Zebedæi, ante laborem, & amaritudinem calicis ſedere, epulari, regnare volentes. Oſculum Racheli dederat noſter Iacob, ouem lana candidiſſima & niueo vellere veſtitam videns in Thabor, prius Liam ducendam eſſe ſibi, & plurium annorum labore antea comparandam. Diſpoſitionem euertebat regni & ſponſalium ſiue nuptiarum gaudij; dixerat enim Laban de ſubſtituta pro Rachel Lia querulo : « Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. » Hunc locum præclarè tractauere Patres, & eximiùs cæteris ſanctus Auguſtinus : « Quanquam, inquit, duas liberas vxores Iacob, ad nouum Teſtamentum quo in libertatem vocati ſumus, exiſtimem

Luc. 22. 29.

Rom. 1. 4.

Rom 8. 17.

Gen. 29. 26.

Greg. lib. 6. moral. c. 18. in

Iob. 5. pertinere, non tamen fruſtra duæ ſunt, &c. duæ
Et l. 30. enim vitæ nobis in Chriſti corpore (Eccleſia) præ-
c. 16. in dicantur: vna temporalis, in qua laboramus; alia
Iob. 39. æterna in qua delectationem Domini contempla-
Et l. 2. bimur. Iſtam Dominus Paſſione, illam Reſurre-
in Ezec ctione declarauit. Admonent nos ad hoc intelligen-
ho. 14. dum, illarum etiam nomina fœminarum. Dicunt
Et Ber. ſer. 9. in etiam quòd Lia interpretatur laborans: Rachel
Cant. autem viſum principium, ſiue Verbum per quod
Et de modo videtur principium. (Qui videt me, videt &
bene vi- Patrem: & in lumine tuo videbimus lumen.) Actio
uendi ergo humanæ mortaliſque vitæ, in qua viuimus ex
ſer. 53. fide, multa laborioſa opera facientes, incerti quo
Aug. li. exitu proueniant, (vt Iacobi labores in Hiſpania,)
22. cōt. ad vtilitatem eorum quibus conſulere volumus,
Fauſt. c. 52. 53. ipſa eſt Lia prior vxor Iacob; ac per hoc & infirmis
54. oculis fuiſſe commemoratur. Cogitationes enim
Ioa. 14. mortalium timidæ (vt nictantes & trepidantes ad
8. 9. lucem oculi:) & incertæ prouidentiæ noſtræ. Spes
Pſ. 35. 10. verò æternæ contemplationis Dei, habens certam
Gen. 29. & delectabilem intelligentiam veritatis, ipſa eſt
17. Rachel: Vnde etiam dicitur bona facie, & pulchra
Sap. 9. ſpecie, (ex aliis dicitur viſio ouis.) hanc enim amat
14. omnis piè ſtudioſus, & propter hanc ſeruit gratiæ
Dei; qua peccata noſtra ſi fuerint ſicut Phœni-
Eſa. 1. 18 cium, tanquam nix dealbabuntur. Laban quippe
Gen. 29 interpretatur dealbatio cui ſeruit Iacob propter
30. Rachel. Neque enim ſe quiſquam conuertit, ſub
gratia remiſſionis peccatorum ſeruire iuſtitiæ, niſi
vt quietè viuat in Verbo, ex quo videtur Princi-
pium quod eſt Deus. Ergo propter Rachel, & non
propter Liam ſeruitur: nam quis tandem amaue-
rit in operibus iuſtitiæ, laborem actionum atque
paſſionum? quis eam propter ſeipſam expetiuerit,
ſicut nec Iacob Liam? Sed tamen ſibi nocte ſuppo-
ſitam, in vſum generandi, amplexus, & fœcundi-

tatem eius expertus eſt, &c. Vellet homo, ſi fieri poſſet, ſine vlla tolerantia laboris quæ in agendo patiendoque amplectenda eſt, ſtatum ad pulchræ atque perfectæ ſapientiæ delitias peruenire, ſed hoc non poteſt in terra morientium. Hoc enim videtur ſignificare quod dictum eſt ad Iacob: non eſt moris in loco noſtro, vt minor nubat priuſquam maior: quia non abſurdè maior appellatur, quæ tempore prior eſt. Prior eſt autem in recta hominis eruditione, labor operandi quæ iuſta ſunt, quàm voluptas intelligendi quæ vera ſunt. Ad hoc valet quod ſcriptum eſt: concupiſti ſapientiam, ſerua mandata, & Dominus præbet illam tibi.» Eccl. 1. 35.
Vnde præmiſerat Auguſtinus, exemplo Iacob, qui poſt ſeptem ännos laboris, ſperans ſe Rachel habiturum, alios inſuper ſeptem annos laboris ferre compulſus eſt; ſic & nos poſt ſeruata ſeptem mandata de dilectione proximi, non ſtatim fruituros eſſe fideles viſione ſummæ pulchritudinis Dei, ſed inſuper aliis ſeptem præceptis implendis inſudandum: « Ac ſi dicatur ei, ſerui alios ſeptem annos pro Rachel, vt ſis pauper ſpiritu, mitis, lugens, eſuriens, ſitienſque iuſtitiam, miſericors, mundicors, pacificus.» Proſequitur & ſequenti capite de duabus Iacob vxoribus: « Itaque, inquit, duæ ſunt vxores Iacob, liberæ, ambæ quippe ſunt filiæ remiſſionis peccatorum, hoc eſt dealbationis quod eſt Laban. Verumtamen vna amatur, & altera toleratur: ſed quæ toleratur, ipſa prius & vberius fœcundatur: vt ſi nõ propter ſeipſã, certè propter filios diligatur. Labor enim iuſtorũ maximũ fructũ habet in eis, quos regno Dei generant, inter multas tentationes & tribulationes prædicãdo Euangeliũ, & propter quos ſunt in laboribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, & propter

Aug. ib. cap. 53.

Et cap. 54.

2. Cor. 11. 23.

2. Cor. 7. 5

Philip. 4. 1.

Iob. 5. Et l. 30. c. 16. in Iob. 39. Et l. 2. in Ezec ho. 14. Et Ber. ſer. 9. in Cant. Et de modo bene viuendi ſer. 53. Aug. li. 22. cõt. Fauſt. c. 52. 53. 54. Ioa. 14. 8. 9. Pſ. 35. 10. Gen. 29. 17. Sap. 9. 14.

pertinere, non tamen fruſtra duæ ſunt, &c. duæ enim vitæ nobis in Chriſti corpore (Eccleſia) prædicantur: vna temporalis, in qua laboramus; alia æterna in qua delectationem Domini contemplabimur. Iſtam Dominus Paſſione, illam Reſurrectione declarauit. Admonent nos ad hoc intelligendum, illarum etiam nomina fœminarum. Dicunt etiam quòd Lia interpretatur laborans: Rachel autem viſum principium, ſiue Verbum per quod videtur principium. (Qui videt me, videt & Patrem: & in lumine tuo videbimus lumen.) Actio ergo humanæ mortaliſque vitæ, in qua viuimus ex fide, multa laborioſa opera facientes, incerti quo exitu proueniant, (vt Iacobi labores in Hiſpania,) ad vtilitatem eorum quibus conſulere volumus, ipſa eſt Lia prior vxor Iacob; ac per hoc & infirmis oculis fuiſſe commemoratur. Cogitationes enim mortalium timidæ (vt nictantes & trepidantes ad lucem oculi:) & incertæ prouidentiæ noſtræ. Spes verò æternæ contemplationis Dei, habens certam & delectabilem intelligentiam veritatis, ipſa eſt Rachel: Vnde etiam dicitur bona facie, & pulchra ſpecie, (ex aliis dicitur viſio ouis.) Hanc enim amat omnis piè ſtudioſus, & propter hanc ſeruit gratiæ Dei; qua peccata noſtra ſi fuerint ſicut Phœnicium, tanquam nix dealbabuntur. Laban quippe interpretatur dealbatio cui ſeruit Iacob propter Rachel. Neque enim ſe quiſquam conuertit, ſub gratia remiſſionis peccatorum ſeruire iuſtitiæ, niſi vt quietè viuat in Verbo, ex quo videtur Principium quod eſt Deus. Ergo propter Rachel, & non propter Liam ſeruitur: nam quis tandem amauerit in operibus iuſtitiæ, laborem actionum atque paſſionum? quis eam propter ſeipſam expetiuerit, ſicut nec Iacob Liam? Sed tamen ſibi nocte ſuppoſitam, in vſum generandi, amplexus, & fœcundi-

Eſa. 1. 18 Gen. 29. 30.

tatem eius expertus eſt, &c. Vellet homo, ſi fieri poſſet, ſine vlla tolerantia laboris quæ in agendo patiendoque amplectenda eſt, ſtatum ad pulchræ atque perfectæ ſapientiæ delitias peruenire, ſed hoc non poteſt in terra morientium. Hoc enim videtur ſignificare quod dictum eſt ad Iacob: non eſt moris in loco noſtro, vt minor nubat priuſquam maior: quia non abſurdè maior appellatur, quæ tempore prior eſt. Prior eſt autem in recta hominis eruditione, labor operandi quæ iuſta ſunt, quàm voluptas intelligendi quæ vera ſunt. Ad hoc valet quod ſcriptum eſt: concupiſti ſapientiam, ſerua mandata, & Dominus præbet illam tibi.» Eccl. 1. 35.
Vnde præmiſerat Auguſtinus, exemplo Iacob, qui poſt ſeptem annos laboris, ſperans ſe Rachel habiturum, alios inſuper ſeptem annos laboris ferre compulſus eſt; ſic & nos poſt ſeruata ſeptem mandata de dilectione proximi, non ſtatim fruituros eſſe fideles viſione ſummæ pulchritudinis Dei, ſed inſuper aliis ſeptem præceptis implendis inſudandum: « Ac ſi dicatur ei, ſerui alios ſeptem annos pro Rachel, vt ſis pauper ſpiritu, mitis, lugens, eſuriens, ſitienſque iuſtitiam, miſericors, mundicors, pacificus.» Proſequitur & ſequenti capite de duabus Iacob vxoribus: « Itaque, inquit, duæ ſunt vxores Iacob, liberæ, ambæ quippe ſunt filiæ remiſſionis peccatorum, hoc eſt dealbationis quod eſt Laban. Verumtamen vna amatur, & altera toleratur: ſed quæ toleratur, ipſa prius & vberius fœcundatur: vt ſi nō propter ſeipsā, certè propter filios diligatur. Labor enim iuſtorū maximū fructū habet in eis, quos regno Dei generant, inter multas tentationes & tribulationes prædicādo Euangeliū, & propter quos ſunt in laboribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, & propter

Aug. ib. cap. 53.

Et cap. 54.

2. Cor. 11. 23.

2. Cor. 7. 5

Philip. 4. 1.

quos habent foris pugnas; intus timores, gaudium & coronam ſuam vocant. Naſcuntur autem eis facilius atque copioſius ex illo ſermone fidei quo prædicant Chriſtum crucifixum, & quicquid humanitatis eius citius humana cogitatione percipi-
Io. 1. 1. tur, & infirmos etiam Liæ oculos non perturbat. Rachel autem clara aſpectu, mente excedit Deo,
Eſa. 53. 8. & videt in principio Verbũ Deum apud Deũ, & vult
Rom. 1. 20. parere, & non poteſt, quia generationem eius quis enarrabit? Proinde vita quæ ſtudio contemplationis competit, vt ea quæ carni ſunt inuiſibilia, non infirmis oculis mentis, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciat, & ſempiternam Dei virtutem ineffabiliter cernat, vacare vult ab omni negotio, & ideo ſterilis. Affectando quippe otium, quo ſtudia contemplationis igneſcunt, non contemperatur infirmitati hominum, qui in variis preſſuris ſibi deſiderant ſubueniri.» Et Petro neſcienti quid diceret dum contemplationis gloriæ Domini totus intentus manere volebat in Thabor, & Iacobo neſcienti quid peteret in dextera ſedere otioſè poſcenti, & Iacob Rachel prius vxorem ducere præſumenti;
Matth. 20. 22. quamplurimi ſimiles qui gloriam ſine labore, & vitam ſine via ingredi ſtultè præſumunt. Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem? &c. Poteſtis pro fratribus in laboribus abundanter, foris pugnas, intus timores, &c. ſuſtinere? Vbi Pſaltis ze-
Aug. in ſuppl. to. 2. ſe. 34. lus rediuiuus in Martyribus cum eo dicentibus, « Quid retribuam Domino? &c. Si retribuit, inquit, aliquid nos impenderamus. Impenderamus mala noſtra, retribuit bona ſua; retribuit enim bona pro malis, cum nos retribuimus mala pro bonis.
Pſ. 115. 3 Quærit ergo quid retribuat. Anguſtias patitur, vnde debitum ſoluat, non inuenit. Quid retribuam? &c. Et quaſi inuenerit quod retribueret: Calicem, inquit, ſalutaris accipiam, &c. Quis eſt calix iſte?

Calix passionis amarus & salubris. Calix, quem nisi prius biberet medicus, tangere timeret ægrotus. Ipse est calix iste. Agnoscimus in ore Christi calicem istum dicentis : Pater si fieri potest, transeat à me Calix iste. Nam & filij Zebedæi per matrem suam quæsierunt excelsa loca, vt vnus eorum sederet à dextris, quibus ille ait, potestis bibere calicem, &c. altitudinem quæritis ? per vallem venitur ad montem. Sedem quæritis claritatis ? prius bibite calicem humilitatis. (De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.) De ipso calice dixerunt Martyres : Calicem salutaris accipiam, &c. O beati qui sic biberunt calicem istum ! sustinuerunt dolores, & acceperunt honores. » Et Gregorius Magnus eodem sensu, « Potestis bibere ? &c. Ad viam, inquit, illos veritas reuocat, per quam ad celsitudinem venirent : ac si dicatur; iam vos locus delectat celsitudinis, sed prius via exerceat laboris. Per calicem enim pertingitur ad majestatem. Si mens vestra appetit quod demulcet, prius bibite quod dolet. Sic sic per amarum poculum confessionis peruenitur ad gaudium salutis. »

Matth. 26. 42.

Ps. 109. 7.

Ps. 115. 4.

Greg. hom. 27 in Eu.

Tertia Reflexio. Neque verò solum nobis purpureum ascensum, sed & lacteum strauit sanctus Apostolus. « Est via sublimis, cœlo manifesta sereno, lactea nomen habet, candore notabilis ipso. » Dicitur & via Iacobea : via puritatis, & innocentiæ virginalis, quam nobis duo filij Zebedæi Virginum & Monachorum Patriarchæ præmonstrarunt. De quibus Epiphanius : « Quinam, inquit, hi fuerint, quàm generosi Apostoli, ac monasticam vitam degentes, ac deinceps Virgines ? Ioannes quidem & Iacobus filij Zebedæi, qui manserunt in virginitate. » Et hæc quidem iuxta Ambrosium : « Non tantum inuenitur in Martyribus,

Epiph. in Panar. hæresi 58.

ſed & ipſa Martyres facit.» Et inter ſpinas & ignes
illæſum verſari magna pars martyrij eſt. Et pro in-
nocentia vitæ cuſtodienda, quot pugnæ, quot bel-
Greg. la ſubeunda. « Si adiuuante nos Domino virtutem
hom. 35 patientiæ ſeruare contendimus, & in pace Eccleſiæ
in Eu. viuimus, & tamen martyrij palmam tenemus, &c.
Mori quippe à perſequente, martyrium in aperto
opere eſt: ferre verò contumelias, odientem dilige-
re, Martyrium eſt in occulta cogitatione, (quod
probat exemplo filiorum Zebedæi.) Iacobus &
Ioannes, non vterqne per martyrium occubuit: &
tamen quod vterque calicem biberet audiuit. Ioan-
nes namque nequaquam per Martyrium vitam fi-
niuit, ſed tamen Martyr extitit: quia paſſionem
quam non ſuſcepit in corpore, ſeruauit in mente.
(Tum profert aliud exemplum Stephani Prælati
monaſterio ad mœnia vrbis Reatinæ, orationi &
patientiæ addictiſſimi,) itavt, inquit, eum ami-
cum ſibi crederet, qui ſibi moleſtiæ aliquid irrogaſ-
ſet, reddebat contumeliis gratias; ſi quod in ipſa
ſua inopia damnum fuiſſet illatum, hoc maximum
lucrum putabat, &c. (Narrat in eius obitu vidiſſe
Angelos ingredientes, & concludit:) quibus hunc
credimus, niſi ſanctis Martyribus ſociatum, quem
atteſtantibus corporeis quoque oculis, à beatis Spi-
ritibus conſtat eſſe ſuſceptum? Nullo iſte gladio
Et lib. 5. percuſſus occubuit, & tamen coronam patientiæ
dial. c. quam in mente tenuit, in egreſſione percepit. Pro-
26. Cant. 7. bamus quotidie verum eſſe quod ante nos dictum
1. eſt: quia ſancta Eccleſia electorum floribus plena,
Eſa. 38. habet in pace lilia, in bello roſas.» Et quid vide-
17. bis in Sulamite niſi choros caſtrorum? An non in
Hiero. ep. 26. pace amaritudo mea amariſſima? An non Paula ab
Cant 5. Hieronymo martyr habita eſt? Sic enim Euſto-
10. chium conſolabatur. « Pars tua, inquit, Dominus,

& quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata eſt, &c. Patruelis meus, candidus & rubicundus: & in pace, & in bello eadem præmia victoribus tribuens, &c. non enim ſolum effuſio ſanguinis in martyrio deputatur: ſed deuotæ quoque mentis ſeruitus immaculata, quotidianum martyrium eſt. Illa corona de roſis texitur, iſta de liliis.» O lilium inter ſpinas, quot dæmonum flatibus agitaris? quot aculeis carnis pungeris? Video Franciſcum inter ardores ignium, & frigus niuium: Martinianum inter carbones deſolatorios vſtulatum, Benedictum inter ſpinas proprio ſanguine purpuratum. Eſt & aliud Martyrij genus quod inſinuauit Damianus: « Vis adhuc apertius diſcere, qualiter in pace ſancta valeas Martyrium inuenire &c. aſcende tribunal mentis, & temetipſum pertrahe ad iudicium quæſtionis. Cogitatio accuſet, animus iudicet, pœnitens conſcientia velut carnifex feriat, lacrymarum riuus velut vulnus erumpat. Sic ſic per martyrij ſimilitudinem ad veram peruenies Martyrum dignitatem.» Damiá. ſer. 30.

QVARTA REFLEXIO. Viam lacteam diximus Iacobæam, & quidem aptiſſimè. Vt enim tractus ille cœleſtis niueo candore ſeu lacteo perfuſus, ex innumera ſtellarum multitudine, vno veluti contextu conſertarum ab Aſtrologis concinnatus aſſeritur: ſic beati Iacobi vita velut via ad cœlum omnis virtutis, iuſtitiæ, ſanctitatis ineundæ dux proponitur à B. Calixto Põtifice. « Erat, inquit, formâ pulcherrimus, ſpecie decorus, ſtaturâ procerus, corpore caſtus, mente deuotus, aſpectu amabilis, prudentia præditus, temperantiâ clarus, internâ fortitudine firmus, longanimitate aſſiduus, patientiâ robuſtus, humilitate manſuetus, charitate ſolicitus, vigiliis ſobrius, doctrinâ benignus, ſermone veriſſimus, B. Calixtus Papa ſer. 3. de S. Iacobo to. 15. Bibl.

locutione cautus, consilio prudentissimus, in nulla mundi compede cathenatus, in egenorum largitate diffusus, in hospitalitate lætissimus, inter opprobria securus, inter odia beneficus. Non enim poterat in eo inuenire humani generis inimicus, vel quod fraude deciperet, vel quod simulatione offuscaret, &c. legitimè pro Dei fide certauit in terra, idcirco coronatur in gloria, veneratur ab Angelis, honoratur ab omnibus Sanctis, niue candidior, ebore antiquo rubicundior, modo videt illum facie ad faciem, qui vidit in monte Thabor per speciem: nunc perenniter, tunc temporaliter; nunc cum amore, tunc cum timore: (scriptum est enim, quòd timuerunt valde,) modo reficitur diuinis epulis cum Domino æternaliter, cum quo ad mare Tyberiadis post resurrectionem vltimum conuiuium celebrauit temporaliter. Nunc illud donum excellentissimum obtinet in cœlis, quod quæsiuit à Domino dum esset in terris: sedem Dominicæ dexteræ cum electis possidet scienter, quam quæsiuit ab eo nescienter. » O beate Apostole, bibe nunc & toto inebriare torrente voluptatis, qui in via vitæ bibisti calicem Domini de torrente doloris. Vbertate domus Dei potire lætanter, qui penuriam in hoc mundo sustinuisti patienter. Terram fluentem lacte & melle, accipe in possessionem, qui cum Domino gustati fellis & absynthij amaritudinem. Fruere Rachelis amplexibus in visione principij, pro qua tot annis seruisti Domino Liæ lippæ, vitæ laboriosæ, sed fœcundæ, contentus conjugio. Sede nunc, & quiesce ad dexteram Christi, qui pro eius gloria tandiu laborasti. Reuera dicendus Iacob mundi principis supplantator, sed & insuper cum Angelo luctator gloriosus audire meruisti: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israël erit nomen tuũ. »

Thren. 4.7.

Matth. 17. 6.

Gen. 32. 26.

Tibi ergo Iacobe maneat nomen Iſraël glorioſum, dum manet nobis Iacob nomen in aſſidua lucta laborioſum. « Ceſſit Eſaü primatum ſuum victus concupiſcentia manducandæ lenticulæ: Iacob ceſſit illicitum voluptatis, & ſumpſit honorem dignitatis. » Et nos libenter mundanis cedimus, quidquid blanditur carni, quidquid applaudit ambitioni. Omnia ſplendida mundi reputantes vt ſtercora; calcamus omnia, & te ſecuti ſupplantamus, & ſub tua protectione, tota nocte luctamur: fac tuis meritis & apud Dominum ſuffragiis, vt ex Iacob nomine, tranſeamns ad Iſraël. « Quid eſt Iſraël? Videns Deum. Vbi videbit Deum? in pace. In qua pace? pace Ieruſalem. Quia poſuit fines tuos pacem. » O Iacobe! ô Iſraël videns Deum, in eo vide & luctas noſtras, adiuua pugnantes; fac vincere luctatores, vt poſt luctam, tecum perueniamus ad palmam. Amen.

Aug. in Pſ. 136.

Philip. 3. 8.

Aug. in Pſ. 147.

IN FESTO BEATÆ ANNÆ.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Prouerb. 31. 29.

NOſtis quo primùm nomine magna illa congeries aquarum fuerit appellata: « Congregationem aquarum appellauit maria, » ſiue vt habet Paraphraſis Chaldaïcæ tranſlatio: « Locum congregationis aquarum appellauit maria. » Nec ignoratis quod omnes docuit ſanctus Bonauentura, Beatiſſimam Virginem Deiparam ex nomine maris

Gen. 1. 10.

Bonau.

ipſius nomen eſſe ſortitam, quo omnium gratiarum aquæ cæteris per partes diſtributæ, abundantiſſimè confluxerunt. Quantam ergo, quam vaſtam & profundam in gratia Mariæ genitricem Annam fuiſſe putabimus? Abyſſum eam inſcrutabilem
Eccli. 1. 2. æſtimate, & cum Sapiente dicite: « Profunditatem abyſſi quis dimenſus eſt? » Qui totam Christi magnitudinem ſuis terminis & menſuris adæquare voluerit, Chriſtum Dei Filium agnoſcat & vocet;
Io. 14. 9. quem « qui viderit, videat & Patrem. » Qui immenſum maieſtatis & laudis eius Oceanum aqua
1. Cor. 1. 24. breui & ſtilla claudere « Dei virtutem & Dei ſapientiam, ſubſtantiæ eius figuram, imaginem bo-
Hebr. 1. 3. nitatis illius » cum Paulo dicat: « Conciſus hic ſer-
Sap. 7. 26. mo, & verbum breuiatum » omnia eius elogia comprehendit. Qui Mariam Dei Matrem, Theotocon, « De qua natus eſt Ieſus qui dicitur Chri-
Matth. 1. 16. ſtus: » Hoc dicto ſileat, ne vltra dicendo deficiat. Ego verò cum beatam Annam Mariæ, id eſt maris omnis gratiæ fontem & matrem prædicauero, nihil mihi ſupereſt quod loquar. Fons omnis oratoris exhauritur & aret hoc dicto. Hic terminus & requies gratiæ. Euangelium quidem hodiernum ab Eccleſia proponitur de theſauro abſcondito in agro. Theſaurus omnis B. Annæ in Maria reconditus eſt. Et licet ſagena eius innumeram cœperit gratiarum & virtutum, ceu piſcium multitudinem, in vnica diuini piſciculi Chriſti veri Delphini Paradiſi matre, præcipua laus capturæ huius piſcatricis eſt repoſita, & in prædiuite conchylio cœleſtis margaritæ, Verbi, inquam, Incarnati, vnionis pretioſiſ-
Prou. 31. 10. ſimi matre, ſtat « procul & de vltimis finibus pretium eius. » Vel vt legit Pagninus ex Hebræo « diſtans à margaritis pretium eius. » Et 70. « Pretioſior eſt lapidibus pretioſis quæ talis eſt. » In hoc

verbo instauratur & recapitulatur, quidquid nostri thematis ambitu continetur: « Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. » O Virgo de tua agitur gloria, da cordi conceptus, ori verba condigna « gloria filiorum parentes eorum. » Anna gratiam Hebræis sonat, qua repleta fuit, dum te eodem Angelo nuntiante concepit, qui te gratia plenam salutem dicens: Aue Maria.

EXORDIVM.

Quàm angusta, parua, indiga, nulla est humana potentia; tam augusta, magna, sufficiens omnibus, immensa est Omnipotentia diuina. Nullis terminis concluditur, nisi solis voluntatis suæ limitibus: Psalmista canente: « Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit in cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Non omnia quæ fecit coactus est facere, sed omnia quæcumque voluit, fecit. Causa omnium quæ fecit, voluntas eius est, &c. putas habemus & nos quod libera voluntate faciamus? Ea quæ diximus, (domum, vestem, vineam,) ex necessitate facimus: quia si non faceremus, egentes & inopes remaneremus. Deus bonitate, & nullo quod facit, eguit: ideoque omnia quæcumque voluit, fecit, &c. tu in teipso non facis, quod vis; Deus autem noster in cœlo & in terra, omnia quæcumque voluit, fecit. Ipse tibi dat gratiam, vt in teipso facias quod vis: nisi enim ipso adiuuante, nec in te facis quod vis. Etenim cùm Paulus non faceret in se quod vellet, idcirco quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis; cum de seipso gemeret, dicens: video aliam legem in mem-

Ps. 134. 6. Aug. ib.

Gal. 5. 17. Rom. 7. 23.

bris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. Non ſolum in domo ſua, non ſolum in agro ſuo, ſed in carne ſua, vel in ſpiritu ſuo non impleuit quæ volebat: Clamauit ad Deum qui omnia quæcumque voluit fecit, in cœlo & in terra, (in carne & in anima) & dixit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ille bonus, ille ſuauis, tanquam reſponderet ei, continuò ſubiecit, gratia Dei per Ieſum Chriſtum, &c. Intelligite Deum, qui omnia quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra; ipſe & in vobis faciet quod vultis, ipſo adiuuante, voluntatem veſtram implebitis. Sed dum non poteſtis, confitemini; cùm poteritis, gratias agite. Iacentes clamate; erecti ſuperbire nolite. » Nil aptius hodierno propoſito. Iacebat Anna longa ſterilitate proſtrata: quod diu voluerat, viginti annis optauerat, in carne ſua & vtero effœto implere
1. Reg. 1. 5. non poterat: « Dominus enim concluſerat vuluam eius: » à quo vt fœcundiſſimo omnium principio
Epheſ. 3. 15. fertilitas omnis & « paternitas in cœlis & terra nominatur. » Hanc Iacob agnouit qui « cernenti Ra-
Gen. 30. 1. chel quod infœcunda eſſet, & dicenti marito ſuo, da mihi liberos, alioquin moriar; ille reſpondit: Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui? » Vel vt tranſlatio fert Paraphraſis Chaldaïcæ; « Numquid à me tu petis filios? Nonne à facie Domini debuiſſes petere, qui prohibuit à te generationem ventris tui? » Et rurſum factus obuiam Eſaü fratri quærenti: « Quid ſibi volunt iſti? Et ſi ad te pertinent? Reſpondit: paruuli ſunt quos
Gen. 33. 5. donauit mihi Deus: (Septuaginta addunt, miſericorditer) ſeruo tuo. » Suis Anna humilis demeritis ſterilitatis annoſæ imputauit opprobrium, nil fœcundis mulieribus inuidens, nil vt Rachel in Iacobum, contra Ioachim murmurans: & Dei bonæ

voluntati, & omnipotentiæ ſuæ fœcunditatis beneficium. Quod prius ipſa voluit, nec valuit; Dei omnipotentis gratia ſibi donatum agnouit. Atque vt ſuum nomen impleret ſignificans « gratiam, vel gratiæ reſpondentem ; » gratiam pro gratia diuinæ retulit largitati ; & triennem Mariam, templo Domini ancillam obtulit, Dei poſt annos duodecim matrem futuram. In quo quidem vnico partu exhauſta, quo vltra procederet non habens, perfectiſſimi partus adepta terminos, & mente & carne velut cœlo & terra, gratiarum abyſſus effecta, & omnium aquarum congregatio cum Dauide cecinit: « Omnia quæcumque voluit fecit Dominus, in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis: » Et à filio eius Salomone mulieri forti acclamante audire promeruit: « Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. » Primò hodie de ſancta Anna, excellentia ſua, ſi vnicam eius filiam Mariam excipias, quid dico in vnicæ huius filiæ partu, omnes filias Euæ ſupergreſſa dicemus; ſecundò congruas ex præmiſſis laudibus Reflexiones morales, colligemus.

Pſ. 134. 6.

DIVISIO.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Vt omne agens terminum ſuæ actionis parturit, & eo producto conquieſcit: ſic & ipſe Deus ſummum & primum ac perfectiſſimum agens, internos quidem infinitos terminos, & potentiæ ſuæ compares æqualeſque producit, Filium quidem vnigenitum Pater: & cum eo Spiritum: tota verò Trinitas vnicum rerum omnium principium, exteriores omnipotentiæ, ſapientiæ, bonitatis ſuæ terminos, ſuo quoſque modulo perfectos, cœlo, terra, marique produxit. « Omnia quæcumque voluit fecit in cœ-

lo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. » Audite verò quomodo in his omnibus actionum ſuarum terminis requiem, hoc eſt placitum ſuum, laudem, & gloriam quærat. « Et in his omnibus, inquit, requiem quæſiui: Requieuit Dominus die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. » De qua requie nullã laſſitudinem ſupponente Aug. « Hæc, inquit, ſapere, multum deſipere eſt, &c. rerum cõdendarum tam facultas, quã facilitas incomparabilis atque ineffabilis eſt apud Deum. » Et rurſum: « Simul, inquit, & operatur & quieſcit: & creaturæ præbens congruam gubernationem, & apud ſe habens æternam tranquillitatem. » Et iterum: « Nec cùm creauit defeſſus, nec cùm ceſſauit, refectus eſt. » Similiter & in operibus gratiæ & gloriæ, requiem quæſiuit æterni Patris ſapientia incarnata: « Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius, etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, (die ſeptimo Sabbatizans in ſepulcro) ſicut à ſuis Deus: » Et de gratiæ requie & pace Pſaltes: « In pace in idipſum, dormiam & requieſcam. Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, &c. » Ad hanc requiem hortatur Paulus: « Ingrediemur in requiem qui credidimus, &c. itaq; relinquitur, (Syr. reſtat, ſupereſt) Sabbatiſmus populo Dei; feſtinemus ergo ingredi in illam requiem. » Sed licet « Dei perfecta ſint opera; in his omnibus requiem quærat Deus & inueniat; lætetur Dominus in omnibus operibus ſuis: » non quicumque tamen actionis diuinæ terminus, plenam dat ipſi requiem: ſed hi tantum qui infinitam, & omnem prorſus vim ſummi huius opificis exhauriunt, & eius voluntati pleniſſimè ſatisfaciunt. Et quidem Doctor Angelicus tria cognoſcit opera, quibus omnipotentia diuina pleniſſimè terminatur. Vnionem humanæ naturæ

Eccli. 24. 11. Gen. 2. 2. Aug. de gen. ad lit. l. 4. cap. 8. Ibid. cap. 13. Ib. c. 14. Heb. 4. 10. Pſalm. 4. 9. Pſ. 126. 4. Heb 4. 4. 3. & 11. Deut. 32. 4. Pſ. 103. 31. D. Th.

Digitized by Google

cum Verbo, in Chriſto; qua factus eſt homo Dei Filius, vna eademque perſona, qua maiorem, ratione ſuppoſiti diuini, ad quam vnio terminatur, diuina virtus operari non poteſt. Viſionem Dei beatificam, qua, propter excellentiam obiecti Eſſentiæ diuinæ intuitiuè, & ſicuti eſt, cognitæ, nulla excellentior exerceri poteſt. Et beatæ Mariæ maternitatem, qua ſublimior propter filij dignitatem excogitari non poteſt. Quibus ego quartum aliquid ſuperaddo, beatam videlicet Annam, quæ ex emphaſi nominis propriè ſignificat requiem. De qua Sapiens, « In omnibus, inquit, requiem quæſiui. » Eccli. 24. 11.
De qua & Pſaltes: « Surge Domine in requiem tuam » à loco humili, & inſtabili, qui in arca Pſ. 131. 8.
prius pellibus operta quaſi peregrinus & inſtabilis ambulabas in medio populi, ſurge in requiem templi ſolidi & magnifici. De quo prophetica Noë, Gen. 9. 27.
filium Sem benedicens, primum Ieruſalem extructorem. « Deus habitet in tabernaculi Sem. » Noë Galat I. 7.
porro à Nuach, ſiue Noach, à quiete dictus, quo Arcan. c. 10.
nato pater eius Lamech dixit: « Iſte conſolabitur nos, Septuaginta, requieſcere nos faciet ab operibus, & laboribus, & triſtitiis manuum noſtrarum. » Gen. 5. 29.
Locum autem Pſaltis alia Paraphraſis legit: « Pone in domo hoſpitij eius quietem tuam. » Et tranſlatio Nebienſis: « Pone in domum hoſpitij mei quietem tuam. » Quaſi idem ſit in Hebræo, « Surge in requiem tuam, » ac dicere: « Surge Domine in Annam tuam. » Hoſpitium quidem Chriſti virgineus Mariæ vterus: domus autem hoſpitij huius, Annæ Mariæ matris venter beatus: vt diceret: « Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo: » id eſt, Mariæ filiæ meæ ex ventre meo genitæ tabernaculo; vtique meo, de me genito. Eccli. 24. 12.

Digitized by Google

Huius fœminæ celſitudinem emimentem de longè præuidens Pſaltes, Deum ad ſuam requiem hoc eſt Annam opus eximium gratiæ producendum, & in ea quieſcendum inuitabat dicens: « Surge Domine in requiem tuam. » Licet enim Deus in ſe infinitus, nec augmenti ſit capax, nec detrimenti; ab effectu tamen maiori vel minori, communicatio, bonitas, ſanctitas eius maior elucet. Et ſicut pictor, aurifaber, opifex inſignis quilibet artem ſuam ſingulis ſuis prodat operibus, habet tamen inter cætera aliquod ſingulare quaſi artis ſuæ caput inſigne. Hinc ſonantius terra cæteriſque elementis,
Pſ. 18.1. « Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. » Hinc Maria meri-
Luc. 1. 46. tis & dignitate præcellens omnibus creaturis: « Magnificat, inquit, anima mea Dominum » id eſt,
Chryſol. ſer. 140. magnum fecit agnoſci, ſicut ab effectu cauſa dignoſcitur. « Quantus enim ſit Deus, ſatis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. Pauet cœlum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit; & vna puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vel pacem terris, cœlis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cœleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium, pro ipſa domus exigat penſione, pro ipſius vteri mercede conquirat; & impleat illud Prophetæ:
Pſ. 126. 4. Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris. » Et quid volebat diuina Sapientia dicens: « In omnibus requiem quæſiui » niſi Annam? Et
Eccli. 24. 11. quid ſequitur? « Et in hæreditate Domini morabor. » Ecce hæreditas Domini, requies Domini, Anna mater Matris Domini. Quam porro mercedem vteri & domus exiget penſione? quot aulæis & tapetibus exornari, quod vaſis aureis & gemmis

mis ditata aula Reginæ cœli & terræ præparari, quæ Deum ipſum ſui pectoris capere, recipere, oblectare debebat hoſpitio. Cantet Pſaltes, & nos concinamus ei, dicentes in Annæ gloriam, & ſæpius repetentes: « Surge Domine in requiem tuam. » Surge in Annam tuam. Hæc te magnificet, qui « magnus es Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. » Surge in Annam tuam, minor appares in cæteris. Aliis in operibus, vel deſcendis, vel ſedes; ſurge in Annam tuam. Alia dona, in fluuio cryſtallino figurata « de ſede Dei & Agni procedunt, de ſub cuius pede fons viuus emanat, fluminis impetus lætificans ciuitatem Dei. » Surge in Annam, vt opus magnum, te dignum facias, te magnificans ſuper omnia opereris; in quo quieſcas, quod cùm feceris, terminum ponas. Vt ſicut magnitudo tua, fœcunditas tua, in vnico exhauſta filio, te ſummè glorificat; ſic Anna in vnica Maria exhauſta, excellentiſſimam omnium fœminam, & ſuper omnes mulieres benedictam poſt eam clarificet. Surge, vt ſicut omnia dediſti filio; tantam ei des gratiam, vt non ſola cauſa efficiens Virgini, ſed & exemplaris & informans effecta, aliquid inſuper eius plenitudini ſupereffundat; vt tanto ab æterno deſtinata muneri, audiat Eccleſiam applaudentem ſibi, & ore meo dicentem: « Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. » Septuaginta, « Acquiſierunt diuitias, fecerunt virtutem: tu autem emines, ſupergreſſa es vniuerſas. » Pagninus ex Hebræo: « Tu autem aſcendiſti ſuper vniuerſas. » Quam bellè filius Salomon hic patri Dauidi reſpondet! Hic optabat Deum ſurgere, ab humilibus eum operibus, ad ſublimius omnibus aſcendere prouocabat, dicens: « Surge Domine in An-

Pſ. 47. 1.

Apoc. 22. 1.

Pſ. 45. 4

Prou. 31. 29.

nam tuam: » Et Salomon quaſi patris impletum votum videns, Annæ gratulatur dicens, « Supergreſſa es, emines, aſcendiſti ſuper vniuerſas. »

Typotius in Hieroglyph. Imper. Iactet Iſabella Emmanuelis Luſitaniæ Regis filia, Caroli V. Imperatoris vxor, ſui fœlicitatem coniugij in emblemate ſuo depictam; in quo videre eſt tres charites, roſas myrthumque tenentes, puero & puella circumludentibus, & vrna fluente, cum Epigraphe: « Has habet & ſuperat: » quaſi omnibus ſe dotatam gratiis, & amore per myrthum & roſas adumbrato dignam, & vtriuſque ſexus prole fecundam. O beate Ioachim, quanto melius tuæ

Eccli. 26. 3. Annæ hoc conueniet ſymbolum? « Pars bona, mulier bona. In parte timentium Deum, dabitur viro pro factis bonis. » Anna tibi pro bonorum operum mercede à Domino retributa. « Qui inuenit

Prou. 18.22. mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino. » Bonum porro iuxta Philoſophum, ex integra cauſa, & quid ei defuit, cuius nomen gratiam ſonat? Et quid ei plenitudinis gratiæ ſuperaddi poteſt, cùm ſecundùm tranſlationem Septuaginta legamus: « Qui inuenit mulierem bonam, inuenit gratias? » Et quid gratiæ, niſi charites? « Has habet & ſuperat. » Roſa & myrtho coronari digniſſima, eſt vxor amantiſſima, cuius vrna exundat in omnes lactis & mellis copia. Ac ne quid deſit, pungite puellam vnigenitam Mariam, & ex ea natum infantulum Ieſum, beatam ſuper omnes filias hominum, & mulieres cunctas ſupergreſſam prædicantes.

Zeuxis ille pictorum ætatis ſuæ præſtantiſſimus, de quo referente Plinio, ſcripſit Apollodorus;

Plin. li. 35. c. 9. « artem ipſis ablatam, Zeuxim ferre ſecum. Opes quoque tantas acquiſiuit, vt in oſtentationem illa-

rum, Olympiæ aureis litteris, in palliorum teſſeris, intextum nomen ſuum oſtentarit. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret, &c. Tantus diligentia, vt Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Iunonis Laciniæ publicè dicarent; inſpexerit virgines eorum nudas, & quinque elegerit, vt quod in quaque laudatiſſimum eſſet, pictùra redderet. » Sileat omnis antiquitas pictorum laudes: nil ad Spiritum ſanctum Dei digitum & penicillum. Hic vt in templo Catholico Eccleſiæ vniuerſæ S. Annæ formoſiſſimæ, omnium gratiam exprimeret; ex quinque annis quod pulcherrimum fuit, congeſſit in vnam; & ex tribus ſacris duabuſque prophanis vnam fecit, Virginis beatiſſimæ Matrem. Et quid in Anna Tobiæ matre comparabile, cum Anna Mariæ? Illius filius felle piſcis, « oculorum patris maculas albugine detracta curàuit, & totam domum illuminatis oculorum lampadibus illuſtrauit: » Anna noſtra per filiam illuminatricem, ex nomine, Callyonimo, id eſt, pulcherrimo piſce Chriſto, felle in paſſione potato; vel ipſa paſſionis eiuſdem amaritudine, primi parentis Adæ, & totius humani generis in eo cœcati, oculos illuſtrauit. Quid Annæ Prophetiſſæ orationes, & ieiunia, loquar? « Hæc habet, & ſuperat » noſtra; quam Maria Regina Prophetarum longè maiore prophetiæ dono etiam ſupra Ioannem pluſquam Prophetam implere debuit, qui ad ſolam Mariæ præſentiam, Spiritu ſancto plenus repleuit & matrem. Piget & eam Annæ matris Samuëlis pariare; niſi quòd vt illa quondam Heli Sacerdotis ludibrio expoſita fuit, & ſterilitatis opprobrio: Sic, cum vna cum Ioachimo, « In Encæniis Ieroſolymam aſcendiſſet: Iſachar Pontifex videns eum inter conciues ſuos, cum obla-

Tob. 11. 13. Aug. ſe. 226. de temp.

Luc. 2. 36.

1. Reg. 1. 14.

Surius 26. Iul.

tione aſcendentem, ſpreuit eum cum muneribus ſuis, dicens eius munera non Deo digna poſſe videri, quem ipſe indignum prole iudicaret; maledictumque eſſe qui non genuiſſet ſemel in Iſraël. » Verùm « videre liceat ſemina orationis cum lacrymis inſperſa eſſe in terra cordis propter ſpem metendi olim gaudij. Anna conſtituta in Seloïm, flenſque orationem fudit ad Dominum dicens: Si reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, &c. dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ſuæ, &c. Et hanc Dominus exaudiuit, deditque illi Prophetam Samuëlem. Altera verò Anna Ioachim vxor, flens in horto ſuo (lilium inter ſpinas) cùm petitionem ſuam obtuliſſet pro impetrando filio, meruit accipere S. Mariam Virginem, Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Matrem ſecundum carnem. » De qua, illud Sapientis ſecundùm aliquam lectionem debet intelligi: « Omnem maſculum excipiet (auidius) mulier: & eſt filia melior filio. » Quis enim audeat Mariæ Samuëlem comparare? « Maria ex Ioachim donata eſt Annæ, quæ per preces & omnem diligentiam ſecundùm promiſſionem, patri ac matri, data eſt, &c. Hiſtoria Mariæ & traditiones habent, quod dictum eſt patri ipſius Ioachim in deſerto; vxor tua concepit, &c. futurum Angelus miſſus præuaticinatus eſt, vt nequa hæſitatio fieret, propter id quod in veritate factum & iam ex Deo ordinatum & iuſto promiſſum, &c. Sic etiam de Maria Angelus prædicebat id quod futurum erat. Ingreſſus eſt pater huius in domum ſuam, vt à Deo acciperet id quod per preces patris ac matris petitum erat: nempe vxor tua concepit in vtero: quo firmiter perficeret cogitationem fidelis in promiſſione. » Cui addidit Surius ex Vincentio, Nomen

S. Antiochus ho. 107. de compunct. to. 7. biblioth. PP.

1. Reg. 1. 11.

Cant. 2. 2.

Eccli. 36. 23. Ex Lyr.

Epiph. hæreſi 79.

Vinc. Bellou. l. 6. cap. 64.

Mariæ reuelatum, eamque parituram Dei Filium Ieſum. Tum ſubiicit idipſum Annæ reuelatum: « Diſcedens ab eo Angelus apparuit ſimiliter vxori eius Annæ, eadem annuntians. Ita iuxta Angelicum præceptum, vterque de locis in quibus erant promouentes, aſcenderunt in Ieruſalem, & ad portam auream ſibi inuicem obuiantes, de mutua viſione qua lætati, & promiſſæ prolis certitudine ſecuri, debitas Domino humilium eruditori gratias retulerunt. Denique cùm domumq; eſſent regreſſi, concepit Anna, & labente tempore peperit filiam, vocauitque eam Mariam, quam poſt triennium ablactatam in templum Domini pij parentes obtulerunt. » Non huius Conceptionis in vtero Annæ miraculoſæ, feſtum in Hiſpania celebratum, recolit Flauius Lucius Dexter, dum ait; « A Iacobi, inquit, prædicatione, celebratur in Hiſpania feſtum immaculatæ Conceptionis Dei genitricis Mariæ. » Non enim in paſſiua, qua concepta fuit à beata Anna, ſed actiua, qua concepit Chriſtum, nomen Conceptionis vſurpauit. Sed Græci illud ſic enunciant: « Conceptio munda beatæ Annæ Dei & Domini noſtri Auiæ; » pro eo quod nos dicimus, Conceptio S. Dei Genitricis. Eadem vtuntur phraſi Syri diem quo beata Anna concepit Virginem, ſic notantes: « Conceptio Annæ iuſtæ, in Domina noſtra Genitrice Dei, die 9. Decembris. » Qua longè Annam Samuëlis Prophetæ matrem, ſanctitate & gratia ſuperauit.

Flau. Luc. Dexter in Chr. an Chr. 308. nu. 9.
Græci in Menolog. 9. Dec.
Syr. Caléd.

Pudet & ſanctam Annam conferre prophanis. Faceſſat procul Anna illa Romana diuinis honoribus à populo donata, quòd oppreſſis fame Romanis, magnam frumenti copiam ſuppeditauerit. O beata Anna in muliere forti deſcripta. « Procul & de vltimis finibus ptetium tuum. Facta es quaſi

Lilius Girald.
Prou. 31 14. & ibid.

nauis inſtitoris, de longe portans panem tuum. Panem viuum qui de cœlo deſcēdit. » Tuum, inquam, quia filiæ tuæ filium, arboris tuæ fructum. De longè, de longa viginti annorum ſterilitate. Et benedictus venter filiæ tuæ, in vno frumenti cœleſtis grano omnis facta frumenti Mater, in horreum cœli per Angelos congregandi, « venter eius ſicut aceruus tritici vallatus liliis. » Recedat & Anna Didonis ſoror dicta Perenna pro Dea habita: quæ cum veſtigia ſua in arena impreſſa reliquiſſet, vſque ad originem & fontem Numici fluuij, diſparuit; & in fonte demerſa, in Nympham fontis præſidem tranſmutata credita eſt Gentilibus. Ludicra ſunt hæc & ridicula Poëtarum. Tua verò ô Anna cæterarum virtutum veſtigia patuerunt; orationis aſſiduitas, ieiuniorum frequentia, eleemoſynarum multiplicitas, humilis obedientia marito exhibita, neminem latet: ſed cum venitur ad virtutum omnium tuarum caput, originem, fontem quod ab æterno electa fueris Matris Dei Mariæ mater, hîc videris abſorpta, oculos omnium fugis, & noſtro captui prorſus eriperis, & præ lucis abundantia diſpares. Zeuxis, qui ſupra Iunonis ex quinque virginibus delibatæ receſitus eſt author, quamuis in arte ſua præcipuus: « deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus, articuliſque. » Nos verò in ſancta Anna articulos manuum, caputque præ cæteris demiramur; nec iam, quòd cum muliere forti, « manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum: » vel quod: « Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem: » Sed quòd « de fructu manuum ſuarum plantauerit vineam Mariam; de qua velut vite fructificanti ſuauitatem odoris, Botrus Cypri in vineis Engaddi, genitus eſt Christus; cuius vuæ

Luc. 1. 42.

Cant. 7. 1.

Plin. li. 35. c. 9.

Prou. 31. 10.

ibid.

Eccli. 24. 13.

Deut. 32. 14.

Cant. 1. 13.

Deut. 32. 14.

ſanguinem meraciſſimum bibimus. » O Anna verè perenna, & laude perenni digniſſima! « quoniam apud te eſt fons vitæ, de quo ortus eſt Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Et in lumine tuo, Maria illuminatrice vidimus lumen » præclariſſimum orbis. Hi ſunt prægrandes articuli, hi digiti omnem mulierum operum præſtantiam excedentes, de quibus Salomon laudes heroïnæ ſuæ eminenter extollit. « Laudent eam in portis opera eius: » in quibus iudicia ſolebant exerceri. Hoc grandius omnibus caput, eximium digiti Dei, Spiritus ſancti corona omnis lapidis pretioſi dignum. Hæc origo & fons omnium gratiarum. O abyſſus gratiarum, fons lucis Angelorum perſtringis oculos, & hominum. Poſtrema hæc « veſtigia tua, quibus ſupergreſſa es vniuerſas, hæc, inquam, veſtigia fonti vitæ proxima in aquis multis; & veſtigia tua non cognoſcentur. » Hic enim abſorbentur omnia gratiarum tuarum flumina.

Pſ. 35. 10.

Prou. 31. 31.

Pſa. 76. 20.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Si arbor ex fructu dignoſcitur; quantam æſtimabimus Annam ex Maria? Si gratia dignitati reſpondet, & reuerentia menſuræ dignitatis; ſupergreſſæ omnes fœminas, plus honoris cæteris, excepta Maria, exhibere debemus. Si à ſanctis aliis, velut « montibus à Deo mirabiliter illuminatis, auxilium » expectare; quantum ab Anna ſperare debemus, monte ſuper cæteros, vnica excepta filia eminente? Si quo proximior fonti, & cauſæ omnis gratiæ, ipſius Chriſti auia creditur, quã puros latices nos ab eius riuulis, hoc eſt meritis, & ſuffragiis hauſturos expectamus? Si Abraham tam remotus à Chriſto, ſolo procubuit in terram de Angelico Iſaac futuri promiſſo:

Pſ. 75. 5.

Gen. 17. 17.

ſi Nathan Dauidi non auſus eſt explicare illud;
1. Reg. 12. 8. « Maiora adiiciam » de Meſſia ex eius ſemine oriundo, ne ſuccumberet, & præ gratiæ magnitudine deficeret: quomodo non expauit Anna ad Angelicam de Maria naſcitura ſponſionem? Id vnum
Eſa. 38. 11. ingemuit Ezechias: « Non videbo Dominum Deum in terra viuentium: (Septuaginta, ſalutare Dei in terra viuentium,) & habitatorem quietis: » id eſt, Mariæ filiæ Annæ, quæ ſignificat requiem. « Ti-
Hieron. in Eſa. 38. met, inquit Hieronymus, ne cum ſanctis & hominibus Dei non habitet in quiete, ne non videat Dominum in terra viuentium; ne generatio eius inſtar tabernaculi diſſoluatur, ne in telæ ſimilitudinem, in ipſo lucis exordio præcidatur: & nequaquam de ſemine eius Chriſtus oriatur. » Hoc luget hoc dolet, annum tum trigeſimum nonum agens: Vnde & ei pœnitenti, quindecim annos addidit Deus, vt haberet poſteros, & vixit ad quinquage-
4. Reg. 18. 2. ſimum quartum, vt conſtat ex libris Regum. Et ideo ſignum datum ei retrogreſſi Solis decem lineis, quod ex eius ſtirpe naſciturus Chriſtus, infra nouem Angelorum Choros, ad decimam vſque humanæ naturæ lineam retrogreſſurus eſſet. Quo, his poſitis, gaudio Anna tam proxima fonti ſalutis & gratiæ exultare, quo nos eam plauſu excipere, qua
Eſa. 12. 3. ad eam fiducia « aquas hauſturi de fontibus Saluatoris » accedere conuenit? Et ſi nomen eius virtuti conſonat, quæ gratioſam, miſericordem, requiem ſignificat; peccatores ad gratioſam currite, ad miſericordem miſeri, ad requiem afflictionibus variis perturbati concurrite: de ſpe abiecta in Annam
Matth. 11. 28. ſurgite; vocantem audite ad requiem: « Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et inuenietis requiem animabus veſtris. » In omnibus requiem quærite, ſed vbi eſt

quærite, & ſi qui quæritis, quærite; « Quia omnis qui (per Annam) petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. » Matth. 7. 7.

Secvnda Reflexio. Omnia & ſingula ſuos quærunt terminos, & ideo laborant, & mouentur, & agunt, vt poſt laborem, motum, actionem, inueniant requiem. Quid enim agricola, viator, miles, mercator, cauſidicus, &c. indefeſſo labore, ſtudio, vigiliaque torquetur, niſi vt vno aut altero forſitan anno antequam moriatur, paulò quietius viuat? Sed quam fallitur, qui in voluptate carnis, in gula, & luxuria, in diuitiis, & honoribus, requiem quærit, ex quibus tot morbi, ſpinæ, dolores, timores, oriuntur? Teſtis ille diues Euangelicus cui cum fratre diuidere volenti hæreditatem, & propter hanc inquieto dixit Dominus: « Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet. » Luc. 12. 15. & ſeq. Tum ſubiecit parabolam diuitis ob vberes fructus inquieti, & horrea deſtruere cogitantis, & ampliora extruere, dicentiſque: « Anima habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare, &c. » Inquietudinem diuitis perbellè deſcripſit Gregorius in verba Iob: « Cùm ſatiatus fuerit, artabitur. Prius, inquit, anhelat per auaritiam concupita congregare, & cùm quaſi in quodam ventre auaritiæ multa congeſſerit artatur: quia dum anxiatur qualiter acquiſita cuſtodiat, ipſa eam ſatietas anguſtat. Greg. l. 15. moral. c. 13. in Iob. 20. Diuitis enim cuiuſdam ager vberes fructus attulerat, ſed quia vbi eos tantos reponeret non habebat, dixit: quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: hæc faciam. Deſtruam horrea mea, & maiora ædificabo. Qui ergo ex abundantia coanguſtatus dicebat, quid faciam? quaſi mul-

to cibo preſſus æſtuabat. Penſemus, quot votis appetiit, vt vberes fructus ager illius afferret. Sed quia ad recondendum loca non ſufficiunt, multiplicatus diues quid faciat ignorat. O anguſtia ex ſatietate nata! de vbertate agri anguſtatur animus auari. Dicens namque, quid faciam, profectò indicat, quia votorum ſuorum affectibus preſſus, ſub quodam rerum faſce laborabat. Benè ergo dicitur, cum ſatiatus fuerit, artabitur: quia mens auari, quæ prius ex abundantia requiem quæſierat, poſt ad cuſtodiam grauius laborabat. Vnde hîc quoque adhuc ſubditur: æſtuabit, & omnis dolor irruet in eum. Prius namque dolorem habuit in ipſa ſuæ concupiſcentiæ fatigatione, qualiter concupita raperet; (aduerte id non referre ad Euangelij parabolam, ſed ad auarum & impium de quo Iob loquebatur:) quo modo alia blandimentis, alia terroribus auferret: at poſtquam acquiſitis rebus, peruenit ad deſiderium, alius hunc dolor fatigat, vt cum ſolicito timore cuſtodiat, quod cum graui labore meminit acquiſitum. Hinc inde inſidiatores metuit, atque ſe hoc perpeti, quod ipſe fecit aliis, pertimeſcit. Formidat potentiorem, ne hunc ſuſtineat violentum; pauperem verò cùm conſpicit, ſuſpicatur furem. Ipſa quoque quæ congeſta ſunt curat magnopere, ne ex naturæ propriæ defectu, per negligentiam conſumantur. In his itaque omnibus quia timor ipſe pœna eſt, tanta infœlix patitur, quanta pati timet. Poſthoc quoque ad gehennam ducitur, & æternis cruciatibus mancipatur. Omnis ergo dolor ſuper eum irruit, quem & hîc prius pœna concupiſcentiæ, poſtmodum verò cura cuſtodiæ, & illic quoque pœna vltionis cremat.» Non ſic Anna quæ in vno Deo ſuam poſuerat requiem, nec diuitiarum congregandarum cu-

Digitized by Google

ris æſtuabat : ſed eas partim pauperibus, partim templo, partim merè neceſſariis ſumptibus impendebat. Quæ ideo & quietis nomen impleuit, & Deum pacis in corde ſuo poſſidere meruit, de quo Pſaltes dicit : « Factus eſt in pace locus eius : » Et Mariam filiam obtinere, in qua velut templo Spiritus ſanctus, & Dei Filius habitaret. Quàm diſpares multi, quorum animus inquietus variis ſolicitudinibus diuiditur? quorum bona non templo, & pauperibus, ſed ex raptis bonis, ſpoliatiſque pauperibus, ſumptuoſis domibus, lautis conuiuiis, pompaticis veſtibus, meretricibus, equis, canibus, curribus, famulorum inutilium ſatellitio, comœdis, hiſtrionibus, diuiduntur profuſiſſimè, aut turpiſſimè, auariſſimè, inquietiſſimè reconduntur. « Mira autem eſt ſecuritas cordis, aliena non quærere, ſed vniuſcuiuſque diei victu contentum manere. Ex qua videlicet ſecuritate, etiam perennis requies naſcitur : quia à bona & tranquilla cogitatione, ad gaudia æterna tranſitur. Quo contra reprobi, & hîc fatigantur in deſideriis, & illic in tormentis; eiſque de labore cogitationis, labor doloris naſcitur, dum ab æſtu auaritiæ, trahuntur ad ignem pœnæ. » Inquietudinem diuitum plerumque ægrotantium, Auguſtinus poſtponit quietæ ſanitati pauperum. « Sanitas, inquit, in diuite pretioſa (multo auro à medicis empta,) certè in paupere eſt ſola. Sed quid prodeſt opulentia diuiti, ſi ſanitas non ſit ibi, quæ patrimonium eſt pauperi? Valdè vellet diues lectum argenteum cum pauperis mutare cilicio, ſi ægritudo poſſet migrare cum lecto, &c. Diues ille qui nolebat dimittere quod habebat, & de rerum ſuarum amiſſione indignabatur, quas moriendo dimittere cogebatur : credo nulla rerum magnarum, ſed tamen terrenarum profluentiſſima

Pſ. 75. 2.

Greg. lib. ſup.

Aug. in ſuppl. p. 1. ſer. 112.

copia cùm gauderet, interpellabatur timore mortis, & quaſi ei dicebat cor ſuum: Ecce gaudes in bonis,& neſcis quando veniat vna febris. Colligis, acquiris, comparas, & ſeruas, & gaudes. Anima tua repetitur àte: hæc quæ paraſti cuius erunt? &c. timebat mori, & cogebatur mori: non erat quà iret, ne periret; conſtipatus neceſſitate moriendi, & cupiditate viuendi.» De eodem rurſum Auguſtinus: « Ait illi Deus, ſtulte, quia valde tibi videris cordatus: noſti enim deſtruere vetera, & ædificare noua: & tu in vetuſtate ruinæ remanſiſti, qui vetera in teipſo deſtruere debuiſti, vt iam terrena non ſaperes. Stulte quid dixiſti? Cui dixiſti? Animæ tuæ dixiſti: Iucundare, habes multa bona, &c.» Quaſi animæ terminus, finis, requies, in iſtis eſſet. Et tu ſolus Deus requies. « Ecce quale conſilium Dominus fratribus dedit diſſidentibus quò concordes eſſent, &c. petebat ille: quid? diuiſionem hæreditatis: dedit Dominus, quid? peremptionem cupiditatis, &c. Cauete ab omni cupiditate, &c. quo concordes eſſent, vt carerent cupiditate, & continuò implerentur veritate, (veris diuitiis & ſecura quiete,) ſint nati ex Deo, ex viſceribus matris Eccleſiæ, per Spiritum ſanctum fratres ſint; habeant & ipſi hæreditatem dandam, non diuidendam.» Nec curis animam diuidentem. Et iterum eandem parabolam explicans, cùm retuliſſet Pſaltem de dextera in ſiniſtram verſa alienigenis à Deo. « Hinc, inquit, debent intelligere, quæ pœna eos expectet, (ſupple raptores,) quando innocens quiſque, cùm his ſuperbè vtitur, & immoderatè, reprobatur à Deo, & inter filios alienigenarum computatur. Non enim diues ille alienos fructus quærebat, cui ſucceſſit regio in fructibus; & cùm æſtuaret non habens quo congrega-

Luc. 12. 20.
Aug. in ſuppl. to. 1. ſer. 91.
Aug. ib.
Luc. 12. 15.
Aug. in ſuppl. to. 1. ſer. 26. c. 27

ret fructus mundanos, & non videret pauperes, in quibus ſibi theſaurizaret in cœlis; deſtruam, inquit, apothecas meas, &c. Sicut ergo in Euangelio inſultandum eſt homini gaudenti de temporali fœlicitate, quamuis illi fœlicitas de agro proprio eſſet: ſic & in iſto pſalmo temporali fœlicitati inſultatur, vt diſcat anima innouata, & regenerata per gratiam lactis, illam deſiderare perpetuam & ſempiternam beatitatem, &c. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt; ego quid dico, beatus populus, cuius eſt Dominus Deus ipſius, &c. qui pro filiis ſuis, & filiabus ſuis ornatis, pro craſſitudine boum, pro fœcunditate ouium, pro plenitudine cellariorum, pro integritate ædificiorum, pro pace à litibus & iurgiis ciuilibus, pro iſta omni fœlicitate, Deum ſuum vult poſſidere: vt ipſum habeat pro omnibus qui condidit omnia; & dicat, Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Colat eum gratis: colat quando iſta dat, (& de iſtis pauperi non habenti, & templo, & miniſtris eius, ſicut Anna tribuat;) & quando aufert, & quando non dat: & nihil ſic timeat, quàm ne ipſe ſe auferat, &c. quicquid vult auferat, ſeipſum mihi non auferat. » Si ergo pacem quæris, noli quærere in terra, in Deo quære, ſurſum quære, « in requiem ſurge » in gratia quieſce.

Pſ. 143. vlt. verſu.

Pſ. 72. 28.

Tertia Reflexio. Pulchrè in rem noſtram Anna ſignificat gratiam ſimul & requiem; quia extra gratiam nulla pax & requies. Hinc thema noſtrum iuxta Septuaginta, « multæ filiæ fecerunt virtutem; » in qua Anna gratioſa cæteras diuitias congregantes, eſt ſupergreſſa. Infimum quippe ſupremi, maius eſt ſupremo infimi; & minimus gratiæ gradus, quia ſupernaturalis eſt ordinis, omnes theſauros, honores, delitias, & formoſarum

omnium creaturarum ſpecies ſupergreditur. Hinc Doctor Angelicus iuxta Paulum ad Gal. vltimo, gratia eſt noua creatura, & ſecundùm Pſaltem « vt exhilaret faciem in oleo, gloſſa dicit, quod gratia eſt nitor animæ ſanctum concilians amorem: ſed nitor animæ eſt quædam qualitas, ſicut corporis pulchritudo. » Minima autem huius olei gutta omnem peccati etiam mortalis maculam abſtergit, & animam velut Annam Deo gratioſam & Angelis amabilem, effecit. Definitur autem gratia, « habitus, ſeu qualitas quædam ſupernaturalis in anima iuſtificatorum, qua ſuauiter & promptè ad bonum æternum conſequendum mouetur. Sicut enim Deus prouidet & largitur creaturis virtutes, & formas, quæ ſint principia connaturalia, quibus ex ſeipſis naturaliter inclinentur ad huiuſmodi actus facilè & ſuauiter eliciendos, eo donante qui diſponit omnia ſuauiter. Ita multo magis infundit creaturis rationalibus quas mouet ad æternum bonum conſequendum, ſupernaturales aliquas formas & qualitates, quibus promptè & ſuauiter moueantur ad illud bonum. » Neque verò gratia cum aliqua ex virtutibus Theologicis, aut moralibus infuſis, confundenda eſt. « Virtus enim eſt quæ perficit ad benè operandum: gratia eſt, quæ naturam ipſam & eius eſſe perficit: Virtus enim iuxta Philoſophum, eſt diſpoſitio perfecti. Ergo perfectum hominem iam ſupponit virtus, ſecundùm naturam. Vnde Petrus: Maxima, inquit, & pretioſa vobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Per gratiam itaque regeneramur in filios Dei. Et ſicut generatio terminatur ad naturam, ita & gratia. » Hinc & Paulus: « Gratia, inquit, Dei ſum id quod ſum. » Sine qua nihil ſum: ſine qua nec Chriſtus alius quam homo

D. Th. 1. 2. q. 110. a. 3 ad 3.

Pſ. 103. 17.

D. Th. ſupra in concluſione.

Sap. 8. 1.

D. Th. ſupra art. 3. in corp. 7. Phyſic. pet.

1. Cor. 15. 10.

purus eſſet, Aug. ſic probāte: « Quid, inquit, meruit homo ille qui Chriſtus eſt, ſi tollas gratiā? Et tantam gratiam, qua vnum oportebat eſſe Chriſtum, & ipſum eſſe quem nouimus. Tolle gratiam iſtam, quid eſt Chriſtus niſi homo? Quid niſi quod tu? Suſcepit animam, ſuſcepit corpus, ſuſcepit plenum hominem. Coaptat ſibi, vnam facit Dominus cum ſeruo perſonam. Quanta iſta gratia? » Sic Anna non ſibi, nec ſuis meritis, nec eleemoſynis, nec orationibus, ſed Dei gratiæ tribuit, quod electa ſit Mariæ mater, & auia Chriſti. Agnouit & data ſibi bona quæ tribueret pauperi, & donum orationis acceptum à Deo. Et omnia bona opera Deum operari in nobis. Nec in vacuum gratiam accepit, ſed ſecundùm nomen ſuum ſignificans reſpondentem gratiæ, ita & laudem Deo reddidit, & cooperata gratiæ, niſi ſibi, totum Deo retribuit. Nouerat, & Pauli verba præueniens, facto dicere: « Gratia Dei ſum id quod ſum: & Deus eſt qui operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate. » Qui enim dat gratiam qua filij Dei ſimus, dat auxilia & motus gratiæ efficacis, quibus vt filij Dei ambulemus: & operemur quod & ipſe Chriſtus agnouit dicens: « Pater in me manens ipſa facit opera. Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor. » Quæ poſtrema ſic explicat Auguſtinus: « Sic æqualis eſt alter alteri, vt tamen alter ſit ex altero: Ideo non loquitur à ſemetipſo, quia non eſt à ſeipſo: & ideo Pater in illo manens facit opera ipſe; quia per quem, & cum quo facit, non eſt niſi ab ipſo, &c. Non ſe extollat ſeruus ſupra Dominū, nec diſcipulus ſupra Magiſtrum. Maiora cùm ipſe dicit eos facturos; ſed in eis, vel per eos ſe faciente, non ipſis tanquā ex ſeipſis: Ei quippe cantatur, Diligā te Domine virtus mea. » Ita S. Primaſius in verba Pauli:

Aug. ſer. 8. de verbis Dom.

1. Cor. 15. 10.

Philip. 2. 13.

Io. 14. 10.

Aug. tr. 71. in Io.

Pſ. 17. 1.

Primaſ. Arch. Vtic.

Aug. Diſcip. in 1. Cor. 15. 10.

« Gratia eius in me vacua non fuit. Gratia, inquit, Dei me viuificauit, & refecit; & poſthæc cum gratia eius laboraui, & in me vacua non fuit. Et quia dixerat, abundantius omnibus, ne ſibi aliquid videretur adſcribere, continuò ſubiunxit, Non ego, ſed gratia Dei mecum. Quia Deus in nobis operatur, & ipſe nos vt laboremus inſpirat, & ipſe adiuuat laborantes, & ipſe opus bonum conſummat: quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ſicut & alibi dicit; qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet, vſque in diem Chriſti Ieſu. Et ipſe dicit: Sine me nihil poteſtis facere. Nam & beatus Hieronymus in Apolog. ad Pammach. ſic ponit teſtimonium iſtud, Non ego, ſed gratia Dei quæ in me eſt. » Vt in organo ventus, & in riuulo fons, ſi ceſſet influere, hæret vtrumque ſine aqua & ſono, ita ſine influxu gratiæ, nec mouemur, nec ſumus. Vnde idem Primaſius in verba Ioannis: « Qui ſitit, veniat & bibat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Quomodo qui vult accipiat, cùm dixerit: Nemo venit ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum; niſi quia ex nolente prius fieri nouimus, diuina inſpiratione volentem? Nam & hîc liberum conuenitur arbitrium dicendo: Qui vult accipiat, vt confeſtim gratia prædicetur in eo, quod dicit, aquam vitæ gratis. Nullis itaque bonis præcedentibus accipiat aquam vitæ gratis. Quid enim, inquit Apoſtolus, habes quod non accepiſti? Ergo & voluntatem veniendi à Deo gratis accipimus, cui nil pretij contulimus vt eſſemus; quanto magis vt iuſti ex peccatoribus redderemur? » Et vt nomen Annæ retexam ſignificantem requiem; « Cur Deus poſt illam diem in qua homo creatus eſt, ab opere ceſſauit? quoniam illum, poſt cuius creationem requieuit, ad requiem fecit. » Non tamen vt hic in nobis,

S. Primaſius tom. 6. bibl. PP. l. 5. in Apo. c. 22.

Anſel. in c. 4. Rom.

nobis, & noſtris operibus quaſi noſtris, ſed vt ab illo per gratiam factis quieſcamus. « Hæc erit igitur ſumma miniméque ſuperba, & verè pia requies noſtra, vt ſicut ipſe requieuit ab omnibus operibus ſuis, quia non ei opera ſua, ſed ipſe ſibi bonum eſt, quo beatus eſt: ita & nos ab omnibus operibus, non tantùm noſtris, verum etiam ipſius, non niſi in illo requieturos nos eſſe ſperemus: idque deſideremus poſt bona opera noſtra, quæ in nobis agnoſcimus illius potius eſſe, quàm noſtra: vt etiam ſic poſt bona opera ſua, ipſe requieſcat in nobis, cùm poſt bona opera quæ ab illo iuſtificati fecerimus, in ſe nobis requiem præſtat. Magnum eſt enim nobis ab illo extitiſſe, (gratiâ factos eius conſortes naturæ,) ſed maius erit in illo requieuiſſe. » Cum Pſalte ergo dicamus: « Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. » Fecit vt eſſes, tribuit vt benè ageres: in illo ergo poſt opera bona requiem quærere debes: tuis id, Anna, meritis expectamus. Et quam poſt Mariam mediatricem gratiæ quærimus, niſi Annam? quod refugium miſeris, niſi in te miſericorde? vbi feſſis requies, niſi in requie? ſic per te ceſſemus ab operibus malis, ſic benefacere diſcamus, vt hîc animi pace & quieta conſcientia fruentes per gratiam, in cœlum ſurgamus ad gloriam. Amen.

Aug. li. 4. de gen. ad lit. c. 17.

Pſ. 114. 7.

IN FESTO SANCTI LAVRENTII.

Probasti cor meum, & visitasti nocte; igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Psalm. 16.

Aug. ser. 47. de SS. CVM Diuo Augustino fatendum est « solemnitates Martyrum, exhortationes esse Martyriorum; » sed nullum eloquentius Festum, ad persuadendam fidelibus, in quacumque angustia, patientiam, quam Beatissimi Leuitæ Laurentij Martyrium, quem multa pro Christo passi tormenta, parentes Martyres genuerunt. De quibus ita Flauius Lucius Dexter: « Oscæ in Vescetania sancti Christi Martyres, Orentius, & Patientia, Patres sancti Martyris & Archileuitæ Laurentij Romæ passi. » Crates ignita, succensi carbones, & cruenta ardentiaque Laurentij vulnera, tot ora sunt & verba ignea, fidelium mentes vt lampades illuminantia fidei veritate, & inflammanda corda diuinæ charitatis ardore. « Ad erudiendum Dei populum, nullorum est vtilior forma, quàm Martyrum eloquentia. » Inuicta Laurus in flammis, per iuge certamen, nos vocat fratres ad immarcessibilem coronam. Sed tibi Virgo palmam cedit, vt Reginæ Martyrum, quam vt Laurum exemptam fulmine turbo igneus peccati non attigit, tu « rubus incombustus, quem obstupuit Moyses »

Flauius Lucius Dexter in Chro. an. Chr. 246.

D. Leo ser. de S. Laur.

Exo. 3. 2

Digitized by Google

quam Archangelus igne diuino grauidam salutauit dicens: Aue.

EXORDIVM.

Quamuis Apostolus « stellas à stellis differre claritate » pronuntiauerit, & Dominus varias, & « multas apud Patrem mansiones » definierit: duos tamen Ecclesiæ Romanæ & Ierosolymitanæ Archileuitas, si non æquales penitus, in multis tamen Dei munere consimili liquet esse consortes. Stephanus siquidem & Laurentius, vterque Archidiaconus, vterque Ecclesiastici Gazophilacij Præfectus, vterque pauperum, viduarum, orphanorum Pater, vterque lilium candidum virginitate, rosa, purpurea Martyrij passione. Stephanus vt alter Aminadab primus omnium, « vt spontanei filius » sanguinis rubrum mare traiecit; Laurentius autem « vidit tanquam mare vitreum mixtum igne. » Aurum charitatis Stephani lapidum grandine, ceu Lydio lapide probatum est: Laurentij « tanquam aurum in fornace, vel vt argentum igne examinatum, purgatus filius Leui. » Ille cœlos apertos vidit: Iste cœli refrigeria possedit: « Stephani faciem velut Angeli stantis inter illos » vidêre Iudæi. Illius Seraphim ardentis inter prunas faciem ab Angelo sudantis extersam miratus Romanus, aquam baptismi postulauit. Stephanus Græco nomine coronam, Laurentius ex Latino lauream consequutus. Stephanus Orientis, Laurentius lumen clarissimum Occidentis: « vt à solis ortu vsque ad occasum, Leuiticorum luminum coruscante fulgore, quàm clarificata est Ierosolyma Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio. » Sed quoniam ab Oriente Petrus Pontifex in Occidentem transtulit thro-

[Margin notes: 1. Cor. 15.41. — Io.14.2 — Apoc. 15.2. — Sap.3.6. — Ps.11.7. — Malac. 3.3. — Act.6.15. — S. Leo ser. de S. Laur.]

Digitized by Google

num; præſagiens in Eccleſia Græca defectum; Deus voluit, ſub Theodoſio Stephani corpus, in Laurentij transferri ſepulchrum, vt ſimul ſurgant in iudicio, & « rapiantur obuiam in aëra ſummo Antiſtiti Chriſto: » & velut Leuitæ in die victimæ, te-
Pſ.149. 8. nentes: « Gladios ancipites in manibus ſuis, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus,
Pſ.57.11 & nobiles eorum in manicis ferreis; vt faciant in eis iudicium conſcriptum, & lauent manus ſuas in ſanguine peccatoris. » Tum vero Stephano iuſtus iudex « ponet in capite coronam de lapide pretio-
Pſ.20.3 ſo: » tot cinctam adamantibus, quot olim fuit petitus lapidibus. Laurentio lauream tot carbunculis radiantem, quot fuit vſtulatus carbonibus. Tunc cantabit lætus, non examinandus & iudican-
1. Cor. 3. 15. dus per ignem; ſed iuxta Paulum: « Saluus, ſic tamen quaſi per ignem? » Tunc accinet Pſalti: « Pro-
Aug. in Pſ.16. baſti cor meum & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Cor meum viſitatione tribulationis probatum eſt. Non autem nox tantùm quia perturbare aſſolet, ſed etiam ignis, quia vrit, vocanda eſt ipſa tribulatio, qua examinatus iuſtus inuentus ſum. » Et hunc locum ſancto Laurentio propriè Hugo Cardinalis adaptat, quem S. Aug. in rem noſtramproprìiſſimè Protomartyri Stephano adæquauit. « Quẽ, inquit,
Aug. in ſuppl.p. 1.ſer.38. tibi ſimilem cõparabo? quẽ honori tuo coæquabo? Inueniã tibi ſimilem, & quodammodo priorem, & in honore, & in confeſſione. In honore primũ Chriſti Diaconum; in confeſſione, beatum Stephanum. (Id eſt, Martyrij corona donatum.) Qui poſt Chriſti Aſcenſionem, primus in ſeptem Diaconis ab Apoſtolis Diaconus ordinatus, Martyrio præcedente ante Apoſtolos eſt coronatus. Attendite,

fratres, istorum duorum principum victoris exercitus Martyrum, parem operationem & confessionem. Lapidabatur Stephanus, & orabat: assabatur Laurentius, & hilari facie congaudebat. Orabat Stephanus pro Saulo lapidatore suo: & Laurentius Christianum fecit Hyppolitum custodem suum. Magna mirabilia fecerunt Archidiaconi isti: à quibus patiebantur supplicia, ipsis prærogabant diuina beneficia. » Sed quoniam ab octauo hinc retro die de Inuentione sancti Stephani, & thesaurô eius inuento solemnitatem egit Ecclesia; in vnius hodie Laurentij, per ignem probati laude morabimur: Et primò quidem imaginem auream virtutum eius igne conflatum vobis proferam: secundò ad ignem exemplorum eius, vel zelo vos imitationis eius per varias reflexiones morales accedam, vel pudore socordiæ teporisque suffundam. DIVISIO.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Inter donaria, quibus Reges, & Principes ornant templa, primum mihi locum tenent imagines, & statuæ virorum illustrium, maximéque Sanctorum, pictoris alicuius, vel sculptoris eximij manu & opere elaboratæ: sicut etiam loca publica, apud Gentiles heroüm picturis ac statuis insigniri solita legimus. Ialysum Prothogenis, præ cæteris extulit Plinius. « Palmam, inquit, habet tabularum eius Ialysus (is ex Pindaro in Olympiis, & Cicerone libro tertio de Natura Deorum, heros fuit Ochimi, Solis & Rhodi filij, natus:) qui est Romæ dicatus in templo Pacis; quem cùm pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent & sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem indu- Plin. l. 7 cap. 38. Et lib. 35. c. 10.

Digitized by Google

xit, ſubſidio iniuriæ, & vetuſtatis; vt decedente ſuperiore, inferior ſuccederet, &c. Propter hunc Ialyſum, ne cremaret tabulas Demetrius Rex, cùm ab ea parte ſola poſſet Rhodum capere, non incendit: parcentemque picturæ, fugit occaſio victoriæ.» Sed quid Prothogenes, ad Primogenitam Patris æterni Sapientiam? Quid eius penicillus, quid colores, & totius picturæ mendacis artificium, ad Spiritum ſanctum, «artificis omnium Sapientiæ Dei digitum?» An non & ſuum Catholicum, hoc eſt Tertulliani idiomate, vniuerſo orbe extructum Eccleſiæ templum miris heroüm ſuorum picturis, ſculpturis, cælaturis adornauit; quibus ciues ſuos & ſubditos ad fortia facta, eorum exemplis in memoriam reuocatis, & ob oculos poſitis prouocaret? Et quid in Prothogenis Ialyſo, comparabile cum Laurentio? Non hic Ochimi, Solis & Rhodi filij, natus, ſed Orentij, & Patientiæ filius: qui & oriente Sole, lucidiores, & roſa fragrantiores, Martyrij gloria celebriores, Ialyſi parentibus extitere. Quater ille colores induxit ſubſidio iniuriæ, & vetuſtatis: & Spiritus ſanctus quatuor virtutum Cardinalium, nullo ætatis ſenio deficientium colore depinxit. Quis enim ſanctorum in diſtribuendis Eccleſiæ facultatibus iuſtior? An non de eo illud Pſaltis toties iterat Eccleſia: «Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi?» Quis in edomanda ieiuniis & vigilis carne temperantior? Quis in Eccleſiæ miniſterio, & diſpenſatione ſanguinis Chriſti prudentior, & in theſauris & vaſis ſacris, in manibus & ſinu pauperum tutius recondendis, & à Valeriani auaritia tutandis cautior? Quis in ferendis pro Chriſto tormentis fortior inuenitur? ſpumantem canem circa Ialyſum, non ars Prothogeni, ſed for-

Eccli. 24. 5.

Sap. 7. 21.

Pſ. 111. 9

Digitized by Google

tuna depinxit. « Poſtremò iratus arti, quòd intel- Plin.
ligeretur; (ſupple arte, non natura ſpuma ex ore ſupra.
canis anhelantis fluere,) ſpongiam (ad quam penicillos abſterſerat) impegit, inuiſo loco tabulæ, & illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optabat; fecitque in pictura fortuna naturam. » Simili ſucceſſu, Nealces in ſpuma equi ſpongia impacta memoratur. Non ars, non caſus, ſed gratia, quam Apelles in Ialyſo defuiſſe notabat, Laurentium vt fidelem canem, in tyrannidem Valeriani auaritiamque latrantem, ſpumantemque depinxit. Vnum miror, quòd hanc omnium virtutum tabulam artifex ipſe cremari voluerit, nec tantæ picturæ pepercerit. Imò verò toto ſtupore defixus, non tabulam pictam, ſed auream ſtatuam in conflatorio ignis ab
aurifice Spiritu ſancto, « vas auri ſolidum ornatum Eccli.
omni lapide pretioſo, vas in honorem » ornando 50.10.
præ cæteris « vaſis aureis & argenteis magnæ do- Rom.9.
mus ſuæ, » perfectam admiror, « tabularum eius 21. 2. Tim.
palmam tenentem; » laurum malim inter Marty- 2. 20.
res noſtros heroës triumphantem. Inſulæ Rhodiæ Plin.
propter Ialyſum ſemel pepercit Demetrius: Et Ec- ſupra.
cleſiæ Romanæ, propter beatum Laurentium ſæpius indulſit exercituum Dominus. Ialyſus in templo Pacis Romæ eſt collocatus: & ibidem in tem-
plo proprio, ad pacem Eccleſiæ conditus eſt Lau- Iac.1.17
rentius. « Donum perfectum, & datum optimum deſurſum deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: (qui & immutabilitatis ſuæ radium in facie S. Laurentij ſignauit, vt conſtans & immobilis in craticula ardente permaneret.) Voluntariè enim ge-
nuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod Rom.8.
creaturæ eius. » Omnes quidem « prædeſtinatos 29.
oportet conformes fieri imagini filij ſui, quos ele-

Ephes. 1. 4. git in ipſo ante conſtitutionem mundi: voluntariè
quidem genitos » vtpote ſine meritis, « non ex
Rom. 9. 12. operibus, ſed ex vocante, ſicut Iacob electos &
Iac. 1. 18 dilectos. Vt ſimus initium aliquod creaturæ eius, »
inchoata quidem ſimilitudine per naturam, prouecta per gratiam, perficienda per gloriam. Syriaca translatio ſic legit: « Vt ſimus primitiæ rerum ab eo conditarum. » Ita etiam Vatablus: Græca verò: « Vt principatum obtineamus inter creaturas eius. » Per hanc enim regenerationem in Chriſto, & per verbum eius, & per baptiſmum eius, in quo verbum ſacramentale vicem Patris ſubit, aqua ve-
Dion. de cœl. Hier. rò matris: ideoque à Dionyſio « baptiſterium vocatur mater adoptionis: » in Dei filios adoptamur, & principatum accipimus ſuper omnem creaturam, & primitiæ rerum efficimur, vt propriè creatura Dei per emphaſim appellemur. Et quæ perfectior & conformior imagini filij Dei ſimilitudo, quàm virtus inuicta Laurentij qui non tantum fide per dilectionem operante formata ſubſtantiam omnem Eccleſiæ diſtribuit pauperibus, & corpus ſuum tradidit vt arderet feruentiſſima charitate, factus inter Martyres ſummus, quod inter Angelos Seraphim primus. Vt mihi liceat Laurentio acclamare, & dicere, quod Ezechieli inſultanti Lucifero: « Tu
Ezech. 28. 12. ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore, &c. In medio lapidum ignitorum
Tertul. 2. cont. Marc. cap. 10. ambulaſti. » Siue vt habet Tertullianus: « Plenus ſapientia, corona decoris, hoc vt eminentiſſimo Angelorum, vt Archangelo, vt ſapientiſſimo omnium, &c. Nec inter lapides igneos demoratus, inter gemmantes ſyderum ardentium radios, vnde etiam quaſi fulgur deiectus eſt Sathanas. » Sed inconcuſſus inter medios carbonis ardentis ignes, ſtetit Laurentius, omnium Martyrum pœnas, &

lauros, eminentia continens. Nil de tetro, & fœtido carcere, de flagellis, plumbatis, equuleis, candentibus laminis referam; quibus & ſe Orentio patre, & Patientia matre non degenerem filium comprobauit; ſolam igneæ craticulæ pœnam, vt omnium acerbiſſimam penſo. Proponite vobis lectum ferreum, longo prius tempore candefactum; ſubiectos carbones ardentes, ſpoliatum formoſiſſimum iuuenem, toto corpore deſuper extendi; conciſos prius flagellis artus, igne torreri, & ſopitos ſudore mixto ſanguine carbones, carnificum halitu & crebris follium flabellis ſuſcitari; candidi Nazaræi facies Angelica denigratur, &c. « Stetit tortus torquentibus fortior, & pulſantes, ac laniantes vngulas, pulſata, ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem, ſuperare non potuit ſæuiens diu plaga repetita; quamuis rupta compage torquerentur in ſeruo Dei, non iam membra, ſed vulnera; fluebat ſanguis, qui incendium perſecutionis extingueret, qui flammas & ignes gehennæ glorioſo cruore ſopiret. O quale fuit iſtud ſpectaculum Domino, quàm ſublime, quàm magnum, quàm Dei oculis, ſacramento ac deuotione militis eius acceptum; ſicut ſcriptum eſt in Pſalmis, Spiritu ſancto loquente ad nos pariter, & monente: Pretioſa eſt in conſpectu Domini, mors iuſtorum eius! &c. Quàm lætus illic Chriſtus fuit, quàm libens in tali ſeruo ſuo, & pugnauit, & vicit, protector fidei, dans credentibus tantum, quantum ſe credit capere qui ſumit. Certamini ſuo adfuit, præliatorem atque aſſertorem ſui nominis erexit, corroborauit, animauit. »

Cypr. l. 2. ep. 6.

Pſ. 115.

Atque vt vim tormenti acrius indagemus, ſupponendum eſt, primò grauiſſimum inter omnia tormenta, ſupplicium ignis; ideo ad grauiſſima

ſcelera punienda à legibus inflictum, & à Deo ipſo ſeueriſſimo peccatorum omnium vindice in purgatorio & inferno damnatis impoſitum. Adeo vt nil ipſa Dei ſapientia pœnalius excogitare, vel
Hebr. 10.27. iuſtitia potuerit intentare. Vnde & Paulus ignem æmulum iudicij Dei vocauit: « Non relinquitur, inquit, pro peccatis hoſtia; terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio quæ conſumptura eſt aduerſarios. » Ignis enim zelator gloriæ
Deut. 4.24. Dei exardebit in peccatores pro Domino, qui « Deus noſter ignis conſumens eſt. » Secundò ideo electus eſt ignis à Deo in vindictam malorum, quia ſubtiliſſimus eſt, vt intima & ſolidiſſima peruadat; actiuiſſimus vt omnia diſſoluat, & nil eius actiuitati reſiſtat. Tertiò non parum Diui Laurentij pœnam exaggerat, quod in craticula ferrea, materia denſa qualitas eius intentior facta, quia collectior; impreſſiorem vim conceperat vrendi.
Aug. ſ. 81. de diuerſis « Non breui, vel ſimplici paſſione Laurentius premitur. Nam qui gladio perimitur; ſemel moritur: qui in flammarum camino mergitur, vno impetu liberatur: hic autem longa ac multiplici pœna cruciatur: vt & mors ei adſit ad ſupplicium, & deſit ad finem. » Valerianus excitatus furia infer-
S.Max. ho.2. de S. Laur. nali, « excogitat in Laurentium, ferale tormentum; vt qui metu mortis non mouebatur, acerbitate ſupplicij frangeretur: ſed quem ſuarum (accepta à Domino patientia, cui cum Pſalte dicebat:
Pſ.70.5 Tu es patientia mea,) non poterat vincere magnitudo pœnarum. Paratur ergo craticula igne ſuccenſa, quæ triumphalis Martyris & animum fatigaret, & corpus exureret. Sed ignara veri turba perſequentium, & diabolicis obcœcata tenebris, non videbat quòd aduſtio illa membrorum, fidelis animi eſſet æterna purgatio, & corpus quod corrum-

pentibus flammis præſens vita deſereret, ad incorruptionem viuendi, damnata morte tranſiret. Verè incomparabile ſalutaris fidei huius ſacramentum, quo per tormenta beatitudo quæritur, & flammis refrigerium præparatur, vt ait Patriarcha Dauid verbis martyrum dicens: Tranſiuimus per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigeriũ. Tranſiliat per ignẽ & aquã B. Laurentius, cùm hinc eum mortifera mundi flamma torreret, hinc cœleſtis irrigui vitalis vnda perfunderet. Tranſibat per ignem & aquam, cùm vim furentis incendij diuini fontis clementia temperaret. » Et quamuis ſubſtrato ferro & carbonibus ſuper lectum doloris incumberet, ſtratum eius ita verſabat Deus vniuerſum, in infirmitate eius, Vt mollis culcitra ferrum & prunæ in roſas conuerſæ, lectulum floridum Martyri patientiſſimo ſubſterneret. « Tunc quidem oblata eſt torrenda, & vt verius dicam aſſanda Martyrio nobilis illa Laurentij craticula: adſtrictus eſt ferro; ſed ille craticulam ſupplicij, lectum quietis putabat. Supplicium dixi, ſecundùm animum punientis, non ſecundùm conſcientiam patientis. Nullum eſt enim ſupplicium damnati, vbi non eſt pœna peccati. » Hæc eſt enim gratia ſi benè facientes flagellamur. Audire vultis Laurentium velut in Paradiſo delitiarum quieſcentem, & Chriſtum in eo myrrham cum aromatibus ſuis iuxta ſponſum plena manu metentem. « Multam de Martyris Laurentij agro myrrham demeſſuit, aromata multa, confectionis myrrham, confectionis aromata. Ad ignem enim applicatus, Chriſtum confeſſus eſt, corpus ſuum tradidit, itavt arderet; facultates diſperſit pauperibus, caro eius cremata eſt, propter Chriſtum, ſed cor magis in Chriſto: ideo de craticula vocatur ad hortum. (Animæ enim Laurentij velut Sponſæ ſuæ dicebat: Veni in

Pſ.65.11

Chryſol. ſer. 135.

Pſ.40.3

Gilb. ſer. 40. in Cant.

1. Cor. 13. 3.

Cant. 5. 1. hortum meum ſoror mea Sponſa meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. Benè ſuam, quam & primus accepit, & ſolus impartit) & dum in craticula erat, ab horto non aberat. Nunc tantum in horto, non tamen totus in eo. Caro eius adhuc in corruptione tenetur, nondum refloruit. Reflorebit autem, cùm fuerit corpus humilitatis noſtræ conforme corpori claritatis Ieſu. Tunc metet immortalitatis myrrham, quàm ipſe præmeſſuit, & aromata multimodæ gloriæ, &c. Tunc enim & paſſionis ſuæ, & precum quæ in aromatibus ſignantur potietur effectu. Cum clamore ſiquidem valido & lacrymis preces offerens: exauditus eſt pro ſua reuerentia, factus omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Volo, inquit, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Vbi, niſi in horto? erit hoc in generalis reſurrectionis completione: nihilominus tamen & modo fit per contemplationem: quaſi enim in hortum eius ingredimur, cùm affectuosè, condignéque, & deſideranter ſpeculamur, quales futuri ſumus per ipſum, & qualis iam reſurgens factus eſt ipſe pro nobis, & in exemplum nobis.» An non in horto erat ſicut alter Stephanus viſione terræ promiſſæ animatus, cum refrigeria cœli, & Angelica ſudoris abſterſione, anticipata reſurrectionis gloria poſſidebat. Ego verò eum tribus pueris, in caminum ignis proiectis, præferre non verebor. « Legimus Ananiam, Azariam, Miſaëlem, beatiſſimos pueros à Rege in camino ignis incluſos, in pœnarum ſuarum deambulaſſe flammis, & igneos globos pedibus conculcaſſe, &c. hic & in ipſo ſupplicij ſui igne diſcumbit. Illi veſtigiis pedum conculcarunt incendia; iſte laterum ſuorum diffuſione extinguit. Illi ſtantes in pœna (imo nil detrimenti patientes, nec in veſtimenti

Gilb. ibid.

Phil. 3. 20.

Hebr. 5. 7.

Io. 12. 26.

Aug. ſer. 30. de SS.

Dan. 3. 24.

ſimbria,) eleuatis manibus orabant ad Dominum; hic autem proſtratus in ſua pœna,toto corpore Dominum deprecatur.» Iam verò illud quam ſublimis gratiæ meritum, quantæ cognoſcitur apud Deum familiaritatis indicium, quod « Angelitus viſitatur, & menſæ cœleſtis alimenta percipit. In eo quippe Chriſtus eſuriebat, & in eo ſupplicia perferebat. Cùm eo claudebatur in carcere, cum eo erat comes indiuiduus in tormentis. Et qui dudum inter deambulantes in camino Chaldaïco pueros viſus eſt quartus, ipſe proculdubio, cum iſto etiam inuictiſſimo bellatore ſuo factus eſt ſecundus. Ecce, inquit, Rex, video viros quatuor ſolutos, deambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis eſt in eis, & ſpecies quarti ſimilis eſt filio Dei.» Et vnde putas ſic inter media ignis tormenta ſecurum etiam crudeliſſimo tyranno inſultaſſe. « Beatiſſimus Martyr oſtendens quàm quietè iaceret in illo ignito ferro, ait circumſtantibus: iam me verſate, & ſi vna pars cocta eſt, vorate.» Quam inuicta Laurus, quam congruum nomen ex futuris victoriis à beato Sixto nomen impoſitum eſt Laurentio. « Cuiuſdam Hiſpaniæ Ducis filium fuiſſe ferunt, quem dæmon infantulum (rectius nos dicamus Angelum) è cunis in nemus aſportauerat. Sed B. Sixtus Pontifex, cùm in eadem Prouincia prædicaret, ſub quadam arbore lauro diuinitus inueniens eum, Laurentium vocauit, & diligenti cura nutriri ac doceri iuſſit; quem adultum ſecum Romam perduxit: vbi poſtea factus Pontifex conſtituit eum Archidiaconum.» Hic nomen ſuum implens: « Impoſitus craticulæ, omnibus membris aduſtus eſt, pœnis atrociſſimis flammarum excruciatus eſt: vincens tamen omnes corporis moleſtias magno robore charitatis, adiuuante illo qui talem fecerat.

Damia. ſer. 22. de SS. Laur. & Pergẽtino.

Dan. 3. 92.

Chryſ. ſer. 135.

Marinæus Siculus lib. 5. hiſt.

Aug. in ſuppl. p. 1. ſer. 111

Ephes. 2. 10. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Vt autem accenderet in iram persecutorem, hoc fecit, non illum volens irasci, sed suam fidem cupiens posteris commendare, & quàm securus moreretur ostendere.» Sed diffuso in corde ardentiori charitatis igne, succensæ craticulæ non sentiebat ardorem. « Ardet profectò totis visceribus fortis Martyr, & vritur, sed regnum cœli promissaque Dei fideli mente pertractans, refrigerio conscientiæ victricis exultat. Nec pœnali flexus incendio est, cuius in pectore insuperabili, sancti Spiritus flamma feruebat. Aut nunquid cedere poterat momentaneæ corporis vstioni, cuius fides æternum gehennæ extinguebat ardorem? Superatis itaque flammarum ministris, omne mundanæ insaniæ refrixit incendium: & ad hoc vsque diabolica profecit intentio, vt & vir fidelis ad Deum suum gloriosius ascenderet, & crudelitas persequentium cum suis ignibus torpesceret.» Quid pluribus prosequar? Ardebat Laurentius: sed vincebat ignis ille de quo ait Saluator: ignem veni mittere in terram, & quàm volo vt ardeat. O nouum mirandumque certamen vnius eiusdemque viri! Et flammis corpus vrebatur, & ardentis fidei calore mens ignita feruebat, sicut loquebantur ad inuicem Euangelici illi viri dicentes; Nonne cor nostrum erat ardens in nobis in via? Vbi ergo cor ardet, flammam membra non sentiunt: vbi Christi ignis operatur, diaboli necesse est vincatur incendium: & vbi Dei Spiritus feruet, frigida fit flamma mortalium, &c. Laurentius (vt Phœnix) radiis æterni Solis accensus, ignem sæculi patienter sustinuit, & confidenter euasit.»

S. Max. hom. 1. in nat. S. Laur.

Idem hom. 2.

Luc. 12. 49.

Luc. 24. 32.

Sed licet & Martyris constantiam prædicemus,

& diuinam prouidentiam in eius paſſione laudemus, vnum tamen hîc quæro: quid elementis in fine mundi igne purgandis à colluuie peccatorum, Leuitæ innocentis corpus igne Deus patiatur aduri? An vt ad litteram, prophetiæ impleantur in illo: & probetur nocte, & examinetur igne, & filius Leui purgetur? An vt viuam carnis hoſtiam immolans, Leuiticum in ſeipſo impleat miniſterium? An quia ſicut omnes creaturæ initio mundi productæ, per ignem tranſibunt in fine: ſic Laurentius omnium in ſe perfectionem collectam continens, in fine vitæ ſolidam ac perfectam virtutis imaginem, in igne debuit conſummare. O ædificium Apoſtolicum ſupra fundamentum fidei, non ligno, ſtipula, fœno, ſed auro, argento, lapide pretioſo conſtructum! O Leuitæ tunicam amianthynam, vt Marci-Antonij Columnæ in mediis ignibus « ſemper peruicacem. » Quod ſi alicui ligno voluerim adæquare, Laurentium vel Larici, vel Lauro, comparabo. « Larix nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi conſumitur, quàm lapides. » Et quod notatu digniſſimum « inuentum eſt pictorum tabellis immortale, nulliſque fiſſile rimis hoc lignum, &c. vtiliſſimè in coïtu Lunæ ſterni, quem diem alij interlunium, alij ſilentis Lunæ appellant. Sic certè Tiberius Cæſar concremato Ponte Naumachiario, Larices ad reſtituendum cædi ex Rhæria præfiniuit, &c. Ampliſſima arborum ad hoc æui exiſtimatur Romæ viſa, quam propter miraculum Tiberius Cæſar in eodem Naumachiario expoſuerat, aduectam, cum reliqua materiæ, durauitque ad Neronis Principis amphitheatrum. Fuit autem trabs è larice longa pedes centum viginti, bipedali craſſitudine æqualis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo,

Hugo Card. in Pſal. 16. Malac. 3. 3.

1. Cor. 3. 12.

Tipotius in hieroglyph. Ducũ.

Plin. li. 16. c. 10. & cap. 39.

Ibid. c. 40.

faſtigium ad cacumen æſtimantibus. » Quid Laurentio conuenientius ? quæ procerior meritis arbor ? quæ excipiendæ perfectiſſimè virtutis imagini materia incorruptior ? quæ in Pomachia aduerſus hoſtes Eccleſiæ ſuſcipienda in naui Petri, ad Pontem fortior, & ad ignis impetus eludendos, illudendoſque potentior ? ſed ad Eccleſiæ perſecutionem aptiſſimè quod cùm ipſa per lunam in Canticis fuerit adumbrata : « Pulchra vt Luna : » in tempore pacis : obſcura luna, ſiue in interlunio cæſa fuerit myſtica Larix noſtra ; tunc enim « ſagittauit in obſcuro rectum corde. » Siue vt legit Auguſtinus iuxta Septuaginta: « In obſcura Luna, cùm finitur menſtruis curſibus, & cùm eius fulgor nubilo interpolatur, & cùm plena deficit, dici poteſt obſcura Luna. Poteſt ergo & de perſecutoribus Martyrum intelligi, quòd ſagittare voluerint in obſcura Luna rectos corde. Siue adhuc in Eccleſiæ nouitate, quia nondum terris maior effulſerat, & Gentilium ſuperſtitionum tenebras vicerat : ſiue linguis blaſphemorum, & Chriſtianorum nomen malè diffamantium, quaſi nebulis cùm terra obtegeretur, videri perſpicua Luna non poterat, id eſt Eccleſia. Siue ipſorum Martyrum cædibus, & tanta effuſione ſanguinis, (tanquam cæſis laricibus » tanquam illo defectu & obſcuratione, qua cruentam faciem Luna videtur oſtendere, (Luna tunc verſa in ſanguinem,) à nomine Chriſtiano deterrebantur infirmi.» Et Cæſarem referunt turres ex Larice contra ignes extruxiſſe: mirum quod Eccleſia Sponſa dicens:« Ego murus, & vbera mea ſicut turres : » inter tabulas cedrinas, & laquearia cypreſſina, & tigna cedrina, laricina non computauerit. Turrim certè ex larice in vinea ſua Dominus ex Laurentio ſtruxit & torcular

Cant. 6. 9. — Pſ. 10. 2 — Aug. ib. — Ioël. 2. 31. — Cant. — Cant.

cular in quo poſt ſuum ſanguinem, eximij Martyris ſui cruorem expreſſit quem igne probatum examinauit. Et de Lauro quid loquar? Neſcis Valeriane, oleam & laurum prophanis vſibus incendi vetitum; & auaritiæ tuæ ignibus laurum conſtantiæ, oleam pacis & miſericordiæ in Laurentio comburis. Sed vt malo omine in ignem proiecta laurus non crepitabat ariolis: ſic quietum & pacificum carbones ſuſtinentis Laurentij ſilentium, & tuam, & Idololatriæ ruinam prænuntiat. Nec iam vt olim cor impoſitum crati, iræ, ſed miſericordiæ ſymbolum eſt, ſacra hæc victima in crate oleo gratiæ ſuperfuſa. « Si de craticula fuerit Sacrificium, æquè ſimila oleo conſpergetur. » O verè diſcipulum Salomonis, propria carne cibantem inimicum! O carbones ſuper caput tyranni congeſtos! « Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, da ei aquam bibere. Prunas enim congregabis ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi. » Septuaginta paulò aliter: « Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius: Dominus autem retribuet tibi bona. » Nec iam Simonis Maioli fabella, auicula quædam ſub canicula veru transfixa ſponte ad ignem circumuoluitur: ſed verè Laurentius dixit cum Paulo animali pennato Angelica perfruens viſione, iam mente conuerſatus in cœlis: « Verſa & manduca. » Vel vt Apyros piſcis in igne viuens, velut in balneo roſeo deliciatur, & inſultat Valeriano dicens: « Deum meum colo, illi ſoli ſeruio; & ideo non timeo tormenta tua. » Huc Apoſtoli concurrite; « Partem piſcis aſſi Chriſto offerte: » aquis ſupercœleſtibus inferendum, vt cum eis « tota die non ceſſet laudare nomen Domini. Cuius cor probatum nocte & examinatum igne, ſine iniquitate inuentum eſt. » Facilè quidem fuit

Leuit. 2. 7.

Prou. 25. 21.

Simon Maiolus in diebus Canicul.

Luc. 24. 42.

Pſ. 148. 4.

Eſa. 62. 6.

Pſ.16.3. tribus pueris, Angelo flammas arcente, & medio
Dan. 3. fornacis in ventum roris flantem mutato, omnes
50. ad benedictionem Dei creaturas hortari; facilè vt auibus in vmbra poſitis, Domino decantare: ſed in crate torreri, in carbonibus vri, & Domino gratias agere, & « vias duras propter verba labiorum eius cuſtodire, & exultantem Christi ianuas, arctam viam, anguſtam portam, intrare » vt cicadam feruente meridie, toto pectore, perſecutionis æſtu medio canere; igne fidem ſuam & charitatem cum Amiantho, auro, larice, aue, piſce, hoſtia viuente, & moriente probare, longè eminentiſſimum.

Pſalm. 16. 5. Luc. 13. 24.

Gen. 3. 24. Veni ergo Cherub ianuæ Paradiſi cuſtos, romphæam verſatilem exere, examina & proba per ignem aurum theſauro cœleſti inferendum, gemmam coronæ Christi exornandæ pretioſiſſimam carbunculum, laurum ſemper virentem iuxta « fluminis impetum ciuitatem Dei lætificantem. » Sed magè laureatum Laurentium meritiſſima corona cinctum caput, & purpurea trabea corpus indutum; in præparato conſtantiæ eius inſeparabili throno colloca, regnaturum in ſæcula ſæculorum.

Pſ. 45. 4

SECVNDA PARS MORALIS.

S. Leo ſer. de S. Laur. Pſa. 62. Iac. 1. 18.

Prima Reflexio. « Gaudeamus, dilectiſſimi gaudio ſpiritali, & de fœliciſſimo inclyti viri fine, gloriemur in Domino, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, in quibus nobis & præſidium conſtituit, & exemplum. Atque vtinam, vel « ſimus initium aliquod creaturæ huius » in omni virtute perfectiſſimæ. Caſtiſſimus fuit Leuita, ſanguinis Dominici fideliſſimus diſpenſator, & bonorum Eccleſiæ pauperibus liberaliſſimus diſtributor, vt in eo floreat & lilium caſtitatis, & roſa charitatis; vt

candeat ſimul margarita puritatis, & fulgeat car-
bunculo fraternæ dilectionis. Tales condecet,
fratres, eſſe miniſtros altaris: Primò igitur cùm Sap. 8.
« nemo poſſit eſſe continens niſi Deus det: » Eam 21.
per merita ſancti Laurentij à Deo poſtulemus, S. Max.
« cui caſtitas animi Leuiticum miniſterium dedit. » ho. 1. de
Et quidem Clementis Alexandrini iudicio, lau- S. Laur.
dabilis eius viri Sapientia, qui in fronte templi Epi- Clem.
dauri inſcripſit: « caſtum eſſe oportere qui ad Nu- Alex. 5.
men accederet. » Quod & Numa lege præſcripſit: Strom.
« ad Diuos adeunto caſtè. » Hinc Ambroſius: Ambr.
« Neque, inquit, dubitauerim vobis patere altaria, ad Virg.
quarum mentes fidenter altaria Dei dixerim, &c.» S. Ignatius ep.
Præceſſerat Ignatius; vocat eas, « Sacerdotes Chri- ad Thar
ſti. » Nec dubitem cum Arnobio corpora caſta, ſenſes
domum eburneam vocitare; & cum Iſidoro Pelu- Arnob.
ſiota, templum caſtitatis. Primam hanc magiſter in Pſ. 44
cœleſtis docuit Ieſus, ab Ambroſio: « Verbum Iſidor.
Virginale vocatus. » A quo humilitatem caſtita- Pel. l. 3.
temque didicimus. « Paſſer perparua eſt auis, ep. 75.
turtur pudiciſſima. Et ideo Saluator noſter paſſer Ambr.
dicitur, quia docuit primus humilitatem: turtur l. 5. epi
dictus eſt, quia docuit primus caſtitatem. » De 35. Aug.
quo Pſaltes, domum & nidum eburneum in caſtis in Pſ. 83
ponente. « Etenim, inquit, paſſer inuenit ſibi do-
mum, & turtur nidum ſibi. » Ego quidem totus
obſtupeſco cum video meretricio, & lenocinante
habitu & pompoſo, fideles in templa, tanquam in
proſtibula prodeuntes, quorum corpora & habi-
tus, nil minus quàm caſtitatem ſpirant, ſed tota
mollitie & luxuria fœtent. Video certè oculis men-
tis, magiſtrum humilitatis & caſtitatis Chriſtum,
& miniſtros eius Angelos, auerſantes eorum con-
ſpectum, vel oculis flammeis exardentes. Quid ſi
ibi Hypodiaconos, aut Diaconos, aut Sacerdotes

ſacroſancta Myſteria, ſuæ ſordibus luxuriæ polluentes, « & ſanguinem teſtamenti pollutum ducentes, & Filium Dei conculcantes » inueniat? Audiant huiuſcemodi Hieronymum ſic de ſe loquentem: « Quando, inquit, aliquid mali animo meo cogitauero, vel me nocturnum phantaſma deluſerit, Baſilicas Martyrum intrare non audeo: ita totus corpore & animo pertimeſco. » Audiant qui non deluſi ſomnio, ſed ſponte corrupti non iam ſancta ingredi, ſed & ſacroſancta Myſteria polluti contingere non verentur. Audiant rurſum caſti & lætentur Leuitæ Laurentij ſectatores, ſic ſibi gratulantem blandientemque Virginibus Ambroſium: « Beatæ, inquit, Virgines, quæ tam immortali ſpiratis gratia, vt horti floribus, vt templa Religione, vt altaria Sacerdotio. »

Hebr. 10.29. Hiero. contra Vigilãtium.

Ambr. ad Virg.

Secvnda Reflexio. « Nihil magis præ omnibus curat Laurentius, quàm vt auaritia perſequentis, qui de morte Sanctorum contriſtabat Eccleſiam, de præda Eccleſiæ gaudium non haberet. Inuenit vir prudentiſſimus, vnde acrius ſuum poſſit torquere tortorem. Omnem igitur Eccleſiæ cenſum, cunctaque ſacri vaſa miniſterij, ne ea ſacrilegus macularet aſpectus, conuocatis inopum turbis, pia erogatione diſtribuit, vt futurus Martyr, in retributione cœleſti, pariter & mercede ſui ſanguinis & tantæ liberalitatis præmio ditaretur; non dubitans & in ſemetipſo ſe fidem Chriſto ſuo, & Eccleſiaſticas opes in pauperibus ſeruaturum, &c. Quàm profundum ſpiritalis viri, & quàm cœleſte conſilium, vt & egenis conſuleret, & multitudine conſumente quæ dederat, inueniri non poſſet quod raperet perſecutor. Illam nimirum ſecutus ſententiam; Diſperſit dedit pauperibus, &c. Miſericordiæ fuit, quod alimoniam pauperibus

S. Max. hom. 2. de S. Laur.

S. Max. ho. 1. de S. Laur.

Pſ. 111. 8

dedit. Iuſtitiæ autem, quòd vt vir prudentiſſimus procurauit, ne Sanctorum ſubſtantiam, auaris manibus ſacrilegus occuparet. » Quantum abſunt à generoſitate Laurentij maximè Eccleſiaſtici, qui pauperum curam & negligunt, nepotibus ditandis theſauriſant, aut pecunias inutiles arca concludunt! Fidelis ſancti Laurentij imitator Auguſtinus, præclarum ipſis præbuit exemplum teſte Poſſidio: « Pauperum, inquit, ſemper memor erat, eiſque inde erogabat, vnde & ſibi, ſuiſque omnibus ſecum habitantibus erogabatur; hoc eſt, vel ex reditibus poſſeſſionū Eccleſiæ, vel etiam ex oblationibus fidelium, &c. Domus Eccleſiæ, curam omnemque ſubſtantiam ad vices Valentioribus Clericis delegabat & credebat. Numquam clauem, numquam annulum in manu habens, ſed ab eiſdem domus præpoſitis, cuncta & accepta & erogata notabantur, &c. De vaſis Dominicis propter captiuos, & quamplurimos indigentes, frangi & conflari iubebat, & indigentibus diſpenſari, &c. & hoc ipſum etiam venerabilis memoriæ Ambroſius, in talibus neceſſitatibus indubitanter eſſe faciendum; & dixit, & ſcripſit, &c. Teſtamentum nullum fecit, quia vnde faceret, pauper Chriſti non habuit, &c. nec ſuos conſanguineos, vel in propoſito, vel extra conſtitutos, in ſua vita & morte vulgi more tractauit: quibus dum adhuc ſupereſſet id ſi opus fuit, quod & cæteris, erogauit; non vt diuitias haberent; ſed vt, aut non, aut minus egerent. » Sed hîc quæro qua conſcientia, vel qua potius iuſtitia, tot Prælati, Abbates, Beneficiarij, qui vix diuinum perſoluunt officium, & omnem Beneficij cenſum, patrimonium vtique pauperum, aut auaritia ſeruant, aut profuſiſſimè equis, curribus, canibus, tapetibus, imaginibus etiam inhoneſtis; ne dicam

Poſſid. in eius vita c. 23.

Et cap. 24.

Et cap. 29.

ſplendidis epulis, aut etiam meretricibus impendunt? Si cuicumque fideli in iudicio dicturus eſt, ſua propria non eroganti, « Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Diſcedite à me maledicti, &c. » Quid dicturus eſt Eccleſiaſtico, contra iuſtitiam, bona pauperum retinenti, vel luxuriosè diſſipanti? « O ſancte Laurenti, candidus in mente, candidus & corporea veſte; non valeo condignè laudare meritum tuum, quia magnum aduerto conſilium tuum. Magnum conſilium cogitaſti, cœleſte negotium egiſti, theſauros Eccleſiæ ſuſcipiens, Chriſtianis pauperibus erogaſti, & theſauros cœleſtes accipere meruiſti. Sic enim monet Dominus in Euangelio dicens: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo. Impleſti præceptum Domini, & dedit tibi præmium regni ſui. » Conſilium idem inculcat Auguſtinus inducens Laurentium ſic loquentem: « Pergant, inquit, vehicula, in quibus apportem opes Eccleſiæ. Miſſa ſunt vehicula, onerauit ea pauperibus, & redire iuſſit dicens: Hæ ſunt opes Eccleſiæ. Et verum eſt fratres, magnæ ſunt opes Chriſtianorum, neceſſitates egentium: ſi intelligamus, vbi debeamus ſeruare quod habemus. Ante nos ſunt egentes. Ibi ſi ſeruauerimus, non perdemus. Non timemus ne aliquis tollat: ille enim qui dedit, ſeruat. Nec meliorem poſſumus inuenire cuſtodem, nec fideliorem promiſſorem. » Vbi fides debita « fideli in omnibus verbis. » Dixit verax Deus, & veri Dei Filius, « Quandiu vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Nimis eſt quòd ei ſapit pauperis cibus, qui totius creaturæ bona non eſurit. Saginatum ſe in eſca pauperis prophetizat in regno cœli coram omnibus Angelis, in conuentu reſurgentium, &c. Vendite, inquit, quæ poſſide-

Matth. 25. 35.
Aug. in ſuppl. p. 1. ſer. 38.
Marc. 10. 21.
Aug. ib. ſer. 111.
Pſ. 144. 4.
Matth. 25. 40.
Chryſol. ſer. 14.
Chryſ. ſer. 22.

tis, & date eleemoſynam: Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis. Homo tali monitu Chriſtus te ditare voluit, non nudire: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari, ſacculos imperauit: iuſſit te transferre, non perdere theſaurum non deficientem in cœlo, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Plus conſilio patris agit, quàm iure dominantis: inter inſidias latronum, & tinearum morſus, quare tua recondas, obiurgat: peruigiles noctes, dies anxios, ſolicita tempora, ne ipſe tibi facias, commoneris. Auri cuſtos, ſeruator argenti, ſecuritatem non habet; neſcit quietem: & cui deeſt ſecuritas, quies perit. Pœna diues eſt ille, non cenſu. Theſaurum non deficientem in cœlo. Hoc eſt dicere, vbi ego ſum, ibi ponite: date mihi: ego ſeruo. Homo da Patri, crede Deo: quia & hæredi Pater, & Deus homini, creditum non negabit. Tenere tua non poteſt, qui ſua dedit. An humanis indiget, qui diuina largitur? An eſt noſtrorum cupidus, qui nos ſuorum fecit hæredes? certè quibus regnũ contulit, quid negabit?»

Tertia Reflexio. Vt ad Laurentij cum Stephano redeam paritatem, parilemque vtriuſque erga inimicos dilectionis imitationem; « Attendite, fratres, iſtorum duorum principum victoris exercitus Martyrum, parem operationem, & confeſſionem. Lapidabatur Stephanus, & orabat: aſſabatur Laurentius, & hilari facie congaudebat. Orabat Stephanus pro Saulo lapidatore ſuo: & Laurentius Chriſtianum fecit Hyppolitum cuſtodem ſuum. Magna mirabilia fecerunt Archidiaconi iſti: à quibus patiebantur ſupplicia, ipſis prærogabant diuina beneficia. Hoc enim fecerunt, quod & Chriſtum Dominum in Paſſione facien-

Aug. in ſuppl. p. 1. ſer. 38.

tem audierunt; qui pro inimicis in Cruce orabat
Luc. 23. 34. dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hoc ipsum & eos Dominus docuit vbi ait:
Io. 12. 26. Si quis mihi ministrat, (quod proprium est Diaconi) me sequatur; (imitetur,) & vbi ego sum; (Filius in gloria Patris) illic & minister meus erit. (Filius adoptionis, & cohæres regni cœlestis.) Meruerunt quippe esse cum Christo, qui magna constantia confitentes Christum, vicerunt Antichristum.» Heu quàm pauci Christum, Laurentium, Stephanum, cæterosque Martyres imitantur!
1. Pet. 3. 9. Quantuli «non reddunt malum, pro malo; & maledictum pro maledicto.» Sed magis pro leui iniuria, septuplam rependunt vltionem. Quam rari qui pro accepto sæpius calice Domini, vel leuissimæ ab eo propinatæ tribulationis calicem accipiunt, & nomen Domini benedicunt! Quis audeat cum Laurentio dicere: Probasti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuen-
Ps. 48. 19. ta in me iniquitas?» id est inæqualitas. «Confitebitur tibi cùm benefeceris ei.» Sin minus:
Iob 2. 5. «Tange tantùm os eius, nisi in faciem benedixerit tibi:» id est coram te, palam, apertè, blasphemabit. Laurentius gratias agit in flammis, & duris tormentis; nos blasphemamus in prosperis. Iste in lecto ferreo innocens, nos inferno digni in delitiis lasciuimus. Ille propria carne cibare volebat inimicum: nos de inimici carne cibari vellemus.
Deut. 32. «Hæccine reddis Domino Deo tuo, popule stulte & insipiens? Laurentius vbi sacrum Christi sanguinem ministrauit, ibi pro Christi nomine suum
Aug. in suppl. p. 1. ser. 37. sanguinem fudit. Ad mensam potentis prudenter accesserat, de qua Sapiens ait: si sederis cœnare
Eccli. ad mensam potentis, cognoscens intellige quæ apponuntur tibi: & sic extende manum tuam, sciens

quoniam similia te oportet præparare, &c. Intellexit hoc sanctus Laurentius, ac fecit; & prorsus qualia sumpsit in illa mensa, talia præparauit. Amauit Christum in vita sua, imitatus est eum in morte sua. Et nos ergo si veraciter amamus imitemur. Non enim meliorem reddere poterimus dilectionis fructum, quam imitationis exemplum, &c.» Nec iam persecutor instat, nec crates igneæ intentantur, nec aurum, argentum, honores, dignitates, voluptates, ad fidem Christi eiurandam proponuntur: sed instat diabolus, persequitur mundus, carnis concupiscentia titillat, &c. Vt aliquid contra Dei mandata, virtutisque præcepta faciamus: Vrget tribulatio, siue animæ, siue carnis; morbus, iniuria, aliqua foris molestia, iram prouocat, ad impatientiam excitat: Cœli nobis gaudia, & inferni tormenta proponamus. « Quis nolit ad horam vri igne Laurentij, vt æternum gehennæ non patiatur incendium?» O si amor Christi crucifixi nostro hæreret cordi, quam dulcis nobis esset & sapida quæuis huius vitæ aduersitas! « Semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum. Non est syluestris arbor, lignum vitæ est apprehendentibus eam, &c. Quid mirum si Cruci suauitatem dedit, qui dedit & igni? Aut quomodo crux iudicatur insipida, vbi dulce sapit & flamma? Quid enim sapiebat Laurentio ignis, cùm irrideret carnifices, iudicem subsannaret? Quid nos ad ista dicemus fratres, quod non sapit etiam nobis quæ pro Christo est tribulatio, nec gustamus, & nos manna absconditum:» Non inuenisset vtique Laurentius in lecto ferreo quietem, nec in carbonibus refrigerij cœlestis rorem, nisi diffusam à Spiritu sancto habuisset in cor-

Aug. ser. 30. de SS.
Ber. ser. 1. de. S. Andr.
Gen. 2. 9

de charitatem. « Miramur patientiam, donum Dei miremur. Ibi fides, nou solum non arsit, sed & consolabatur ardentem? Quare fides consolabatur ardentem quia fidelem tenebat promittentem. Vt fides non deficeret, vt spes non auerteretur, vt charitas inter pœnas igneas corporales plus accenderetur, Dei dona erant. Fratres mei nemo arroget potentiæ suæ, quod non dat nisi Deus. Meritò Apostolus alloquens Martyres: vobis, inquit, donatum est pro Christo, non solùm vt credatis in eum, sed etiam vt patiamini pro eo. Ergo Martyrum merita velut Dei dona laudemus, amemus, oremus, subinferamus voluntatem nostram. Voluntas enim sequitur, non præuenit, (præparatur enim voluntas à Domino) sed tamen non deest charitas, si non desit voluntas: ipsa enim ardens voluntas, vocatur charitas; quis est qui timeat volens? quis est qui amet nolens?» Verum licet charitas sit actus liberæ voluntatis, non est ex nobis tanquam ex nobis, sed à Spiritu sàncto qui datus est nobis. Et quidem si verum sit quod de Lauro referunt, nescio, ramum eius sub capite dormientis positum, vera somnia procurare. Certissimè scio si de Laurentio in craticula ridente cogito, constantiam eius non à natura, sed gratia cœlesti superinfusam affirmo. « Non potuit sæuissimi persecutoris flamma superare, quia longè ardentius veritatis radiis mens eius accensa feruebat. Vnde nec potuit de infatigabili eius pectore calorem diuinitus infusum corporeus ille & mortalium ministratus manibus ignis excludere, &c. Quid hoc beatius viro, qui miserantis Dei dispensante gratia arsit, ne arderet; vt ne vreretur, exustus est.» Hanc nos in angustiis nostris gratiam per eius merita à Deo speremus, qui in Laurentio præsidium nobis constituit & exemplum. « Quis ibi orauit, & non

Chrysol. ser. 135.

Philip. 1. 29.

S. Max. hom. 3.

Aug. in suppl. p. 1. ser. 112.

impetrauit, quàm multis infirmis meritum eius etiam temporalia beneficia præstitit, quæ ille contempsit: concessa sunt enim, non vt precantium permaneret infirmitas, sed vt deterioribus concessis, amor fieret ad impetranda meliora, &c. Ludentibus & de quibusdam ludicris se oblectantibus, cedit paterna pietas, ne deficiat ætatis infirmitas. Blandientis est hoc, non ædificantis, quod ædificauerunt Martyres, quod capere potuerunt, quod grandi corde cœperunt, propter quod sanguinem fuderunt. » Qui parua & ludicra, & temporalia per merita sancti Laurentij prærogat. Vallium Dominus; solida, cœlestia, sempiterna, se denique digniora per eadem exoratus liberalius erogabit montium Deus. « Leuaui oculos meos in montes, Ps. 120. 1.
vnde veniet auxilium mihi. Montes possunt intelligi homines magni, homines clari. Et quis maior est Ioanne Baptista, &c. Vides certè istum ma- Aug. ib.
gnum montem lucentem, audi confitentem. Quid Io. 1. 16.
confitentem? Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus. De cuius ergo plenitudine acceperunt montes, ab illo est tibi auxilium, non à montibus. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. » A quo per merita montium, & terræ, & cœli, bona postulamus. Certè sub lauro tutus à fulmine latebat Augustus, quæ & Eusebio teste « odiosa est diabolo: » Credo quod sit victoriæ, & diaboli à Laurentio triumphati Symbolum. « Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo caden- Luc. 10.
tem: » In te Laurenti velut lauro triumphante, 18.
præsidium contra fulmen inuenio. Aduersus negotium perambulans in tenebris, accensis lampadibus exempli tui medias inter tenebras securus incedo, & frigus omne tuæ charitatis carbonibus incendo. Fac tuis apud Deum suffragiis, vt hîc pro-

bati tanquam aurum in fornace, inter electos recenseri mereamur; & in agone positi, tecum & Psalte cantare: « Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. » Amen.

IN ASSVMPTIONE B. VIRGINIS.

Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sui.
Genes. 2. 18.

Ps. 118. 99. Psaltes Regius « super omnes docentes se, & super senes intelligens » non potuit ignorare, quod Philosophos certum est cognouisse: « Relatiua simul esse naturâ, & cognitione, » & proinde inseparabilem esse matris & filij gloriam. « Nec à dominatione vel potentia filij mater potest esse seiuncta. « Vna est Mariæ, & Christi caro; vnus spiritus, vna charitas: & ex quo dictum est ei: Dominus tecum, inseparabiliter perseuerauit promissum & donum. Vnitas diuisionem non recipit, nec secatur in partes: & si ex duobus factum sit vnum, illud tamen vltra scindi non potest: & filij gloriam cum matre, non tam communem iudico quam eamdem. » Hinc Ascensum Christi, & Assumptionem sanctissimæ Matris eius in cœlum, prophetico spiritu præsentiens Psaltes: « Surge, inquit, Domine, in requiem tuam; tu, & arca sanctificationis tuæ » quem locum non Christo solum, sed & arcæ ab eo sanctificatæ, hoc est Deiparæ, commu-

Arnoldus Carnotensis tract. de laud. Mariæ.

Ps. 131. 8.

niter Patres, sed specialiter Chrysostomus, Iuuenalis Ierosolymorum Episcopus, & Hugo Cardinalis applicant, nec satis fuit Prophetæ gratulari Christo ascendenti in cœlum, & ad dexteram Patris quiescenti: quasi bonum non fuerit secundo Adæ in Paradisum cœlestem translato, nisi & Euam, id est Mariam secum haberet cœlestis regni consortem: Surge, inquit, Domine in requiem tuam, tu, non solus; quia « non est bonum hominem esse solum; » sed & arca sanctificationis tuæ: quæ te virgam virtutis, manna absconditum, in vrna aurea vteri Virginalis, tabulas saphyrinas Euangelicæ legis, quin & ipsum Legislatorem incorrupta de sethim Arca fabricata conclusit, & commune mundi Propitiatorium, vmbrâ suâ, peccata mundi contra legem commissa operuit, vt sit aduocata peccatorum. O quo plausu Arca hæc mystica hodie in templum gloriæ fuit inuecta! Quo cantu Cherubim versis vultibus in hoc propitiatorium exclamarunt: « Quàm pulchri gressus tui in calceamentis filiæ Principis. Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectum suum? » Agnoscite Angeli eamdem esse deliciis affluentem, & tot radiis gloriæ coronatam; quot gratiæ diuitiis superplenam, olim Gabriel salutauit dicens, Aue Maria.

Chrysost. in Liturg.

Gen. 2. 18.

Heb. 9. 4.

Cant. 7. 1.

Cant. 8. 5.

EXORDIVM.

Cùm status gloriæ multis gradibus exsuperet statum naturæ, & gratiæ: & finis longè præstantior sit omnibus ordinatis ad finem; vtique regeneratio in fine sæculi facienda, præstantior esse debet prima generatione facta in origine mundi. In prima enim factus est homo natura sua mortalis; in

Digitized by Google

ſecunda, futurus immortalis. Quòd ſi artifex ſolicitus eſt cuiuſcumque ſui, pro cuiuſque dignitate operis; maiorem certè rerum omnium opifex curam habuiſſe credendus eſt æternitatis, quàm temporis. Hinc concludo cùm ſecundus Adam & Eua, generatioque cœleſtis, primæ & terrenæ præcellat; ſi Deus cenſuit, non eſſe bonum in paradiſo terreſtri hominem eſſe ſolum, multò minus congruum, Dominum Ieſum in paradiſo cœleſti ſine Maria tamdiu ſolitarium remanere; qui mox è paradiſo pellendo adiutorium ſimile tanta ſolicitudine prouidit: hinc nobis cum Bernardo gratulandum eſt, quòd per fœminam exules facti paradiſo, per fœminam reſtituamur paradiſo. « Vehementer, inquit, nobis dilectiſſimi, vir vnus, & mulier vna nocuere: ſed gratias Deo, per vnum nihilominus virum, & mulierem vnam omnia reſtaurantur, nec ſine magno fœnore gratiarum. Neque enim ſicut delictum, ita & donum, ſed excedit damni æſtimationem beneficij magnitudo. Sic nimirum prudentiſſimus & clementiſſimus artifex, quod quaſſatum fuerat, non confregit, ſed vtilius omnia refecit, vt videlicet nobis nouum formaret Adam ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam. Et quidem ſufficere poterat Chriſtus, ſiquidem & nunc omnis ſufficientia noſtra ex eo eſt, ſed nobis bonum non erat eſſe hominem ſolum. Congruum magis vt adeſſet noſtræ reparationi ſexus vterque, quorum corruptioni neuter defuiſſet. » Cùm igitur non ſolius animæ, ſed & corporis reſtauratio in reſurrectione neceſſaria foret; nec Chriſto, nec Mariæ, nec generi humano bonum fuit, Chriſtum in cœli gloria eſſe ſolum; quod tripartita huius homiliæ ratione probabo, & ex eis Reflexiones morales, &c.

Gen. 2. 27.

Ber. ſer. in ſignum magnũ.

Rom. 5. 15.

2. Cor. 3. 5.

DIVISIO.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Licet fides in traditione fundata, & communi Patrum ſenſu firmata, nihil de Virginis Aſſumptione credendum præciperet; tot tamen rationibus adducor huic glorioſo myſterio conſentire, vt dicam: « Non eſt bonum hominem eſſe ſolum; » Gen. 2. id eſt Chriſtum ſuſcitatum à mortuis & aſſumptum 18. in cœlum, ſolum gloriam paradiſi poſſidere; ſed cum adiutorio ſimili, id eſt matre ſanctiſſima poſt triduum ſuſcitata, & in cœlum & ſolium regale ſuſcepta, perenni eius conſortio, & ſocietate gaudere. Quis enim bonum, quis rationabile credet? Quis vel ipſi Chriſto vel Mariæ, vel nobiſipſis congruum ſuadebit, tot ſæculis, ad conſummationem vſque mundi, ſolum Chriſtum tam vaſta cœli empirei ſpatia, ſine ſocio, ſine comite, ſine humano ſolatio, & colloquio occupare? Tantum quippe ſocietatis, & vitæ communis eſt bonum, vt Deus ipſe licet in eſſentia ſit vnicus & ſolus, non poſſit eſſe in perſonis ſolitarius. Quæ porro inter homines perſona dignior, & conuerſatione amabilior, matre ſanctiſſima, cuius & in mente ſapientia, & in vultu forma pulcherrima, & « in labiis diffuſa Pſ. 44. 3 gratia, & mel & lac in lingua. » Et quidem, ſi Cant. 4. « honor Regis iudicium diligit: » Quod de Regum 11. omnium Rege, parentes honorari iubente, ferres Pſ. 98. 3. iudicium ſi ingloriam, & inhonoratam, omni gloria & honore coronandam meritiſſimam matrem Matth. debiti ſui tam obliuioſus, & inofficioſus præteriret? 5. 17. Qui, « Non venit legem ſoluere, ſed adimplere, Epheſ. legem ſummam & primum in promiſſione mandatum » indignâ præuaricatione violaret? « Præceptum poſuit, & non præteribit. Legem ſtatuit

6. 2. Pſ. 148. 6. Pſ. 24. 13.

in via quam elegit.» An verosimile, vt is filius
Matth. 28.18. «cui data est omnis potestas in cœlo & in terra »
de terra in cœlum matris siue corpus transferre vel
noluerit inuidia, vel non potuerit infirmitate & impotentia? qui eam à corruptione partus liberandam iudicauit, non eam à mortis corruptione seruandam
Io 12.26 censuit? Si « vbi ego sum, illic & minister meus erit:» cur cæteris ministris & tempore & opere præministra, ad filium non præcesserit? An non tanti corporis sanctitas cœlo quàm terra dignior? Thronum Dei, thalamum Domini, domum ac tabernaculum Christi, dignum est ibi esse, vbi ipse est? Tam pretiosum thesaurum congruum sanè minus est terra recondi quam cœlo. Tantam integritatem merito incorruptibilitas sequitur, non in puluerem & putredinem resolutio. Hoc corpus de quo Christus carnem assumpsit, & diuinam naturam humanæ sociauit, admittens quod non erat, non quod erat amittens, non absumens Deum, assumens hominem, escam vermibus traditum, in in communi sorte putredinis iacere, sentire non
Matth. 10.41. valeo, & vel cogitare pertimesco. Si « quis recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet:» quam mercedem Maria Regis prophetarum Mater, pro vteri nouem mensium hospitio suscepisse putanda est? Gregorium recolo
Greg. ho. 20. in Euang. ex Esa. 41. verba Esaiæ explanantem: « ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul, &c. Quid, inquit, per vlmum nisi sæcularium mentes expressæ sunt, &c. Et si fructum proprium vlmus non habet, portare tamen vitem cum fructu solet. Quia & sæculares viri intra sanctam Ecclesiam, quamuis spiritualium virtutum dona non habeant, dum tamen sanctos viros donis spiritalibus plenos sua largitate sustentant, quid aliud quàm vitem cum

eum botris portante? &c. Cum propheta ergo mercedem Prophetæ recipiet, quia etsi fructum vlmus non habet, vitem tamen cum fructibus portans, hæc ipsa sua efficit, quæ bona sustentat aliena.» Quanto magis Deipara mercedem Christi, & cum eo, corporis anticipatâ resurrectione incorruptionem recipiet, quæ non vlmus sterilis, sed « vera fructificauit suauitatem odoris, & botrum cypri dilectum in vineis Engaddi terra lactea, & promissa » portauit, non tantum baiula, sed mater & nutrix? Et vbi veritas Verbi, « fidelis in omnibus verbis suis? » Quomodo Prophetiam impleuit, si matrem & corpus eius cineri dereliquit? « Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.» Quod sanctum nisi de quo dictum est? « Quod nascitur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei? » De sancta ergo Virgine sanctum Christi corpus, vt ex terra Virgine corpus primi Adæ. Flos virgæ Iesse, de natura virgæ. Nec iam vt Iudas de Ioseph cæteris dicebat fratribus, vt eum liberaret: « Frater noster & caro nostra est.» Sed vt Eua de sola Adæ costa formata; sic totus Christus de sola Maria « factus ex muliere » cui dicere virgo potuit, « hoc nunc os ex ossibus, & caro de carne mea.» Hinc Augustinus: « Caro, inquit, Christi, caro Mariæ » non quo ad vnitatem personæ, sed corporalis substantiæ. Si enim vnitatem in omnibus fidelibus præstitit gratia, (multitudinis quippe credentium erat cor vnum, & anima vna:) quanto magis, si præter eminentissimam gratiam accedat eiusdem corporalis substantiæ vnitas? « Caro, inquit, Iesu, caro est Mariæ, & multo specialius quam Ioseph Iudæ cæterorumque fratrum eius, quibus dicebat: Frater enim & caro nostra est. Caro enim Christi quamuis gloria resurrectionis fuerit magnificata,

Eccli. 24. 25. Cant. 1. 13. Ps. 144. 14. Ps. 15. 10 Luc. 1. 35. Gen. 37. 27. Gal 4. 4. Gen. 2. 23. Act. 4. 32. Aug. ser. 1. de Assum.

& potenter super omnes cœlos Ascensione glorificata, eadem tamen carnis mansit & manet natura, quæ suscepta est de Maria, &c. Si igitur natura matris est filius, conueniens est, vt sit & filij mater, non quantum pertinet ad æquam administrationem, sed quantum ad eandem reciprocam substantiam: vt homo de homine, caro de carne, mater à filio, filius à matre, non ad vnitatem personæ, sed ad vnitatem corporalis naturæ & substantiæ. Si enim vnitatem potest facere gratia, sine proprietate specialis naturæ; quanto magis vbi gratiæ vnitas, & corporis est specialis natiuitas? » Cui accinit D. Leo. Consubstantialem matri filium asserens: « Nisi nouus homo factus in similitudinem carnis peccati, nostram susciperet vetustatem; & consubstantialis Patri, consubstantialis esse dignaretur & matri, naturamque sibi nostram solus à peccato liber vniret, sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas. » Præterea si inter nuptos & coniuges verè dicitur à Paulo, « Iam non sunt duo sed vna caro, vel, erunt duo in vna carne « id est in vna prole, quæ tamen plus Patris constat esse quàm matris, quia passiuum mater, pater autem actiuum est generationis principium, Maria Mitropatir, vtrumque simul Christi principium, totam purissimo eius corpori efformando substantiam tradidit; vt speciali iure caro Christi, caro Mariæ diceretur. Hinc speciali nomine à Richardo Victorino « Christi species Maria » nuncupatur. « Inter has, inquit, arbores sublimior & nobilior fuit beata Virgo quæ exaltata est sicut Cedrus in Libano, id est Christo; quia non est sublimis per seipsam, sed per Christum, & ab illo sublimata, & electa vt sic excresceret, & Creatori suo ipsa incrementum daret. Sublimis & nobilis arbor, quæ sublimem hunc

D. Leo in ep. ad Pulcher Augustam.

Matth. 19.5.

Rich. Victor. in Cant. Cantic. p. 2. c. 39

protulit fructum, Dei videlicet filium. Denique ipsa Cedrus quæ creuit in Libano, id est Christo; Eccli. 24.17.
& dum Christum ipsa genuit, quasi Libanum cedrus produxit, & mons processit ex arbore, cum Deus prodiit ex homine. Hoc est nouum & inauditum quod Deus fecit super terram, vt Cedrus proferret Libanum, arbor montem, fœmina circumdaret virum, id est Deum: Et quem mundus non caperet, hoc Virgo in vtero suo concluderet.» Hier. 31. 22.
Tum statim exponens illud Cantici, quod in rem maximè nostram facit: « Species eius vt Libani: Species, inquit, Christi sunt Virgines, (quarum forma specie, pulchritudine à suo decore deriuata mirificè delectatur,) sed B. Virgo, specialis eius species, quæ speciem suam nunquam per aliquod peccatum mortale vel veniale maculauit. Vnde speciem eius Rex cœlestis concupiuit, in ea carnem sumens, amplius hanc speciem decorauit, quia ampliori eam gratia repleuit. Mundo itaque tenebris obuoluto, & deformato, à Deo Solem iustitiæ speciosum forma præ filiis hominum edidit, & ita lumen cæcitati, speciem deformitati formosam restituit. Ipsa igitur singulariter species Christi præ omnibus speciosa, Christoque simillima, non solum speciem Christi ipsa habens, sed etiam in aliis hanc restituens. Maria itaque supra homines est, in eo quod nunquam peccatum commisit, sicut homines, inter quos nullus inuentus est qui faciat bonum, & non peccet. Supra Angelos quoque est, quia eos puritate supergreditur, dum diuinitatem clarius illis contemplatur. Nec tantum peccatum non commisit, sed etiam aliorum peccata deleuit: (quod crudè dictum, nisi per Epicheiam molliatur, & vel suffragiis eius, vel maternitati tribuatur quæ Agnum Dei, vel Agnum ipsum Deum peperit, cu-

Cant. 5. 15. — Ps. 44. 12. — Ps. 44. 3 — Ps. 13. 2.

ius ſanguine deletum eſt peccatum mundi :) Nec ſolum in ſe lucida fuit, ſed etiam lucis radios ex ſe emiſit, quia per eam mūdus lumen gratiæ accepit. Relictis cæteris illud vnum penſito, quòd Mariam ſpeciem Chriſti appellauit. Quod vt plenius intelligas, ſuppone quod habet Philoſophus : « Partus, inquit, naturâ ſuâ duce, ex viro robur, ex fœmina autem formam & venuſtatem trahit. » Sic ex Spiritu ſancto obumbrante, & virtute Altiſſimi, induit Dominus fortitudinem, formam autem & venuſtatem corporis ſumpſit ex Maria Virgine. Vel ſi mauis, à muliere forti, fortitudinem, & pulcherrima inter mulieres, ſpecioſus forma præ filiis hominum, ſpeciem omnem & decorem indutus eſt. Vt quid ergo eam deformari indigna corruptione permitteret? Quid amictus lumine ſicut veſtimento, hanc mulierem amiciendam lumine & Sole gloriæ ambiendam, tenebris ignominiæ ſepulchri recondi vltra triduum ſineret? Speciem Chriſti alio ſenſu dictam arbitror : Quod ſimilem, imò eandem ſpecie cum Chriſto carnem in Maria mors intuens, quaſi facti pœnitens extimuit, & vltra triduum ſepulchri ventre continere exhorruit, vt eam in vitam euomeret immortalem. In quo mors ſimilis crudum aliquem cibum & indigeſtibilem experto, qui eandem ſpeciē ſi forte inconſideratè abſorbuit, ſtatim eructando proiicit. De Adamo quidē immaturo fructu decerpto eleganter Tertull. « Cruditauit, inquit, in mortem : » Ita planè, cùm propter verbum vitæ omnis fontem carni Chriſti coniunctum, viuam & proinde auido nimis mortis ſtomacho crudam eſcam mors deglutiſſet, eum triduo poſt rediuiuum euomere compulſa; ex eadem ſpecie, carne virginea priſtinæ memor cruditatis, eam pariter ſepulchri ventre poſt triduum excuſſit. Quo

Ariſtot. l. 4. de part. animal.

Pſ. 92. 1.

Prou. 31. 10.

Pſ. 103. 2.

Tertul. Scorp. cap. 5.

allusit Damascenus, cùm de eius obitu & pretiosa morte tractaret: « Hanc, inquit, quonam pacto mors absorbebit? quonam pacto infernus excipiet? Quomodo corruptio, corpus illud quo vita suscepta est, aggredietur? Abhorrent omnino hæc, atque àliena sunt à Deifera illa anima & corpore. Ipsius enim aspectum mors quoque ipsa pertimuit. Siquidem ipsius filium adorsa, ex his quæ pertulit erudita, periculoque facto prudentior reddita est. » Damascen. orat. de Assum. Virg.

Quid si Ionam triduo post de ventre ceti in resurrectionis Dominicæ figuram, saluum Deus eduxit in littus: de leonum lacu incolumem Danielem, de camino ignis ardentis illæsos tres pueros; « Cur abnuat in matre propria, quod elegit in veste aliena? » vt nec puerorum vestimenta, non calore dico, sed nec ipso ignis odore tacta fuerint? « *Pretiosa quidem verè Sanctorum Domini Dei virtutum mors est: At pretiosior Matris Dei ex hac vita migratio. » Si iustum stipendium peccati mors est, & mortis stimulus peccatum, quæ non in pœnam peccati, sed in conformitatem filij mortem inpotestate habentis mori debuit, imaginem quoque portans cœlestis debuit ad vitam subito suscitari, & socia passionis, consors fieri resurrectionis, & configurata & complantata similitudini mortis eius, eius pariter corporis configurari claritati. Hinc Damascenus: « Mors quidem, inquit, peccatorum pessima: at de ea in qua peccatum mortis stimulus extinctum est, quid tandem dicemus, nisi mortem ipsi ad æternam ac præstantiorem vitam transitum præbuisse? » Tandem si « honor Regis iudicium diligit, » qui matrem præ omnibus gratia similem sibi facere sapientissimè iudicauit, eam quoque in morte & resurrectione sibi formare

Aug. ser. 1. de Assum.

Damascen. ib.

Ps. 115. 5

Rom. 6. 23.

1. Cor. 15. 56.

Phil. 3. 10.

Ibid. 21.

Damascen. ib. Psalm.

Ps. 98. 3

Digitized by Google

æquum iudicauit æqualem. Ex quibus omnibus constat quàm verè ex parte ipsius Christi, bonum non fuerit ipsum esse in Paradiso solitarium, sed debuisse secum assumere matrem simile sui adiutorium.

Iam quomodo ex parte ipsius Virginis non sit bonum gloriam eius sanctissimi Corporis ad communem vsque omnium resurrectionem differri, multiplici ratione probemus. Ac primò quidem, cùm certum sit testante Apostolo, omnia quæ Dei sunt, ordinata esse, si quod diuinum opus ac deificum est, certè ipsa est beatificatio Sanctorum, & mirifica corporum electorum clarificatio, atque in statum immortalem immutatio. Cuius ordinis expressam idem Apostolus noluit præterire mentionem, cum ad Corinthios scriberet: « Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt. » Augustinus Christum simpliciter dixit initium Resurrectionis, quòd primus surrexerit in vitam immortalem. « Propter hoc, inquit, exemplum futuræ nostræ resurrectionis in corpore, quod præcessit in Domino, dicit Apostolus, initium Christus, deinde qui sunt Christi. De corporis enim resurrectione illo loco agebatur: propter quod etiam dicitur, transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori gloriæ suæ. » Et Doctor Angelicus: « Resurrectionis, inquit, Christi habitudo ita se habet ad resurrectionem aliorum, sicut primitiæ fructuum ad sequentes fructus, qui excedunt alios fructus tempore, & melioritate, seu dignitate. Et ideo dicit, quòd resurrexit, non sicut alij, sed primitiæ, id est primo tempore & dignitate. Primogenitus mortuorum,

1. Cor. 15.22.

Aug. li. 4. de Trinit. cap. 3.

D. Th. lect. 3. in 1. Cor. 15.

Apoc. 1. 5.

primitiæ dico dormientium, id eſt, mortuorum qui in ſpe reſurrectionis quieſcunt, &c. » Et rurſum ibidem fuſius totum locum explanat : « Sicut in Adam omnes moriuntur. Non dicit, inquit, per Euam, quod videtur contra illud Eccleſiaſtici: per illam omnes morimur. Dicendum quòd hoc eſt, Eccli. 25. 33. per illam Euam, ſcilicet ſuggerentem : ſed per Adam ſicut cauſantem. Nam ſi ſolum Eua peccaſſet, peccatum originale non fuiſſet traductum in poſteros. Viuificabuntur autem in Chriſto omnes ſcilicet boni & mali, vita naturæ : ſed vita gratiæ non niſi boni. Sed tamen Apoſtolus loquitur hîc de Reſurrectione ad vitam naturæ, ad Io.5. 26 quam omnes viuificabuntur. Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ita & Filio dedit vitam habere, id eſt viuificandi virtutem. Omnes qui in Io.5.28. monumentis ſunt, (tam boni quàm mali) audient vocem Filij Dei, &c. Inſinuat ipſum ordinem, deinde manifeſtat quod dixerat ibi, Primitiæ Chriſtus, &c. quia differentia erit inter caput & membra : & differentia erit quantum ad bonos & malos. Et ideo dicit quod vnuſquiſque reſurget in ſuo ordine, ſcilicet dignitatis. Quæ enim à Deo ſunt, ordinata ſunt. Rom. 13.1. Sed hunc ordinem conſequenter manifeſtat, quia primitiæ Chriſtus : quia ipſe eſt prior tempore, & dignitate ; quia plus de gloria habet. Vidimus enim eum quaſi Vnigenitum. Io.1.14. Deinde reſurgent omnes qui ſunt Chriſti, poſteriores tempore & dignitate. Qui autem ſint Chriſti exponit dicens ; qui crediderunt per fidem, per dilectionem operantem. » Similiter & Cyprianus : « Reſurrectionis, inquit, huius, cuius ſunt in Chriſto Cypr. tract. de Reſurr. Chriſti. primitiæ, incomparabilis eſt dignitas, quam nec ſequitur corruptela, nec diſſoluit antiquitas, nec aliqua mutabilitas labefactat. » Iam verò ſi ordi-

nem temporis decuit obſeruari in matre poſt filium, vt in ea quæ omnibus proximior eſt filio, certè ſi quis mortalium credidit,& credidit fide per dilectionem operante: ſi quis fuit Chriſti, Maria fuit, cui, vt tempus reſurrectionis ordine debito, cæteris poſt Chriſtum præcurreret, primitiarum dormientium nomine debuit inſigniri. Scio Diuum Thomam præcitato loco, in cæteris ſanctis ad gloriam reſurgentibus, nullum temporis ordinem agnouiſſe. Sic enim ſupra: « Sciendum, inquit, quòd inter alios ſanctos non erit ordo temporis, quia omnes reſurgent in ictu oculi: ſed benè ſecundùm dignitates: quia Martyr reſurget vt Martyr, Apoſtolus vt Apoſtolus: & ſic de aliis. » Sed vel ex eius ratiocinio liquet, matrē vt matrē decebat, anticipata corporis gloria, tam temporis quàm dignitatis ordine præcedere debuiſſe. Hinc iure eam Athanaſius vitæ immortalis primitias nuncupauit; quo in nomine non erat bonum hominem eſſe ſolum. « Nunc inquit, vt Regina aſſiſtens à dextris filij vbique regnantis, quaſi in veſtitu deaurato incorruptionis & immortalitatis. Circumamicta & variegata, ſacris & ſolemnibus verbis celebratur: Non quidem ſecundùm ſpiritualem ſimplicitatem, aut quaſi ſine corpore, & carne aſſiſtat, ſed quod induta ſit, quantum ſpectat ad ſanctiſſimam eius carnem, incorruptibilitate & immortalitate. Variegata rurſus eſt, quantum attinet ad oſſa ſanctiſſima quæ eius carnem ſuffulciunt. Nam ex carne eius & ex oſſibus eius velut ex veteri Adamo, nouus iſte Adam, vt vicem eius expleret, coſtam ſibi finxit, nimirum iſtam incarnationem, eamque ſemel indutam perpetuò geſtat. Ac proinde iſta noua Eua mater vitæ appellatur, variegataque permanet, ad primitias vitæ immortalis omnium vi-

D. Th. lec.3. in 1. Cor. 15.

Athan. ser. de Annūc. circa finem

Pſa. 44.

Gen. 3. 20.

Digitized by Google

uentium.»

Ad hæc accedit naturalis & rationabilis animæ Virginis gloriosæ, ad carnem sanctissimam appetitus. Omni quippe animæ & carni naturaliter inditum est, ad totius perfectionem compositi votum. Cuius rei monumentum Moyses delineauit, vbi narrat in Numeris: «Eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, &c. Et recubuit nubes in solitudine Pharan» qui locus postea dictus est, vt eodem libro dicitur «Sepulchra concupiscentiæ: Ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat.» Septuaginta verò transtulerunt. «Memoriam desiderij.» Propter concupitas etenim carnes in fastidio panis Angelici, morte repentinâ correpti, ibi sepulti filij Israël. Sicut ex prima Adæ gula paradisi delitias dedignantis, mors, & sepulchri ignominia prodiere. Sed rectè sepulchra concupiscentiæ appellantur, quòd in eis caro omnis ad animam suam concupiscentiâ referatur, & anima cuiuslibet, pari desiderio ad propriam carnem inclinetur. Inde etiam Ioannes in Apocalypsi: «Vidi, inquit, subtus altare animas interfectorũ propter verbũ Dei, & propter testimonium, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo Domine, sanctus, & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terram?» Quem in locum noster Primasius Archiepiscopus Vticensis, Augustini doctrinæ æmulator zelantissimus; «Beati, inquit, mortui, qui in Domino mortui sunt. Multo itaque amplius, qui & in Domino; scientes se habere domum non manufactam æternam in cœlis, habitationem suam quæ de cœlo est superindui cupientes; propterea interpellare dicuntur. Sic autem ista coniicimus, vt per Domini Passionem inferni gemitibus iam solutis, sanctorum

Num. 10.11.

Ibid. 34

Apoc. 6. 9.

S. Primasius lib. 2. in Apoc.

animas venire vltra ad inferos non putemus. Quod hîc aptius significari puto, vbi ad similitudinem veteris Testamenti, vbi interius Ara aurea fuisse describitur, hîc per memorabilis Aræ vocabulum, cognoscatur intellectuale secretum, velut interiora Sancta Sanctorum, in qua hîc pignore salutis accepto peregrini suspirant, habentes spem sicut anchoram animæ tutam ac firmam, & incedendem vsque ad interiora velaminis, vbi pro nobis
Hebr. 6.19. & 20. præcursor introiuit Iesus iuxta Apostoli dictum, &c. » De vindicta autem ab animabus petita subinfert. « Non, inquit, carnali sensu credendum est, animositate eos vltionis accendi, cum ab eis hîc positis, per affluentiam charitatis inimicos quoque diligi nouerimus: sed eos manifestum est con-
Rom. 5. 14. tra peccati regnum orasse, (mortem scilicet, quæ iuxta Paulum regnauit ab Adam) & talia illius regni desiderio postulasse, de quo dicimus, Adueniat regnum tuum. Ex hoc eis diuinæ sapientiæ præsentiâ intelligimus reuelatum, quòd & impij æternâ sint ineuitabiliter pœnâ plectendi, & vsque in finem sæculi fonte cœlestis gratiæ profluente, multi sint adhuc sanctorum Martyrum consortio sociandi. Quo isti accepto responso, inenarrabili lætitiâ cumulantur, quam stolis albis rectè credimus figuratam, &c. vt per charitatis perfectionem hac consolatione contenti, ipsi mallent pro cæterorum numero fratrum supplendo differri. » Vnde patet suspirare sanctorum animas ad sæculi votum, & consummatam in resurrectione gloriam; ac proinde si quæ anima carnis suæ de morte triumphum, absorptamque eius in vitam sempiternam victoriam, iusto desiderio concupiuit, beatissimam sanctissimæ Virginis animam, iustissimo in corpus suum propensam ordine, præpetem post mortis

Digitized by Google

triduum suscitationem à Deo petitam impetrasse. « Eleuata igitur est nubes » id est anima beatissimæ Virginis « de tabernaculo » corporis, « & recubuit in solitudine » hoc est, inde ipsa caro, inde anima, seorsim ab inuicem separata recubuit; anima, in summo cœlo, caro in sepulchro: Et vtrimque pari concupiscentia, & innato ad totius compositi restaurationem appetitu, Deo omnia iustè ordinante factum est, vt anima de cœlo, comitibus Angelis in corpus illapsa, illud secum in thronum gloriæ raperet præparatum. Num. 10. 11.

Hunc mutuum animæ, & carnis, ad vnionem, perfectionemque compositi, ordinatissimum appetitum expresserunt cœlites, in illo suo stuporis & admirationis Cantico; vbi sic mundi Reginam affantur: « Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula, (S. Pagninus ex Hebræo, columna) fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? » Septuaginta Interpretes accommodatius in rem transferunt, è deserto, tanquam truncus fumi. » Quid desertum, nisi solitudo? solum quippe anima Virginis corpus vt truncum deseruerat in sepulchro: sed sicut incerati xilini manipulus aromaticus, extincta luce fumigans, apposito desuper igne subitò relucescit, fumo superioris luminis in materiam dispositam pronum alliciente fulgorem. Sic suauem recens extincta caro Virginis, vt virgula fumi aromatici, versus cœlum in animam euaporabat odorem; vt eum statim insecuta anima in sepulcrum delapsa, ad vitam excitauerit immortalem. Cant. 3. 6.

Tertiam rursum, « Virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij » composita, rationem resurrectionis & assumptionis eiusdem insinuat, incorrupta eius virgini- Cant. 3. 6.

tate, perfecta innocentia, & humilitate fundatam; quod vt planius explicem, ſuppono communem Aſtrologiæ ſenſum quo inter cæteras Zodiaci conſtellationes, vnicum Virginis ſignum alatum agnoſcunt. Quod & Ioannes in præclara illa Apocalypſis

Apoc. 12. 1. & 14. muliere deſcripſit. « Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, &c. Et datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ vt volaret in deſertum. » Cœlum ſcilicet, ab Angelis Apoſtatis derelictum. De myrrha innocentiæ virginalis ſymbolo in per-

Pſ. 40. 13. Gen. 2. 7. ſona Mariæ Pſaltes Regius præcinebat, me autem propter innocentiam ſuſcepiſti, & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. » Innocens adhuc & virgineus limus, non tubâ terribiliter perſonante, ſed aurâ diuini afflatus leuiter inſufflante excitatus eſt in animam viuentem. Quidni ergo & terra virgineæ carnis incorrupta, ſubitò per afflatum animæ reuocetur ad vitam, de qua vera vita carnem ſuam traxit? Ita meditatur Irenæus: « Quem-

Iren. l. 3. cont. hæreſ. c. 31. admodum protoplaſtus ille Adam de rudi terra & adhuc virgine habuit ſubſtantiam, & plaſmatus eſt manu Dei, i. Verbo Dei, &c. Ita recapitulans in ſe Adam ipſe Verbũ exiſtens ex Maria quæ adhuc erat Virgo, rectè accipiebat generationẽ Adæ recapitu-

Ibidem cap. 38. lationis. » Et rurſum de Dracone, cuius victrix cũ ſemine ſuo benedicto mulier illa Sole veſtita: « Draconem, inquit, illum ſerpentem vetuſtum alligans & ſubiiciens poteſtati hominis qui fuerat victus, ad calcandam omnem eius virtutem. Victus autem erat Adam, ablata ab eo omni vita: & propter hoc, victo rurſus inimico recepit vitam Adam: nouiſſima autem inimica euacuatur mors, quæ primum poſſederat hominem. Quapropter liberato

1. Cor. 15. 56. homine, fiet quod ſcriptum eſt, Abſorpta eſt mors in victoria. » Porro ſi Tertulliano licuit de viduali

continentia dicere: « Ad primam Angeli tubam expeditæ prosilient. » Quid tandiu Angelicæ tubæ sonum ad somnum mortis excitandum virgo viduis nedum omnibus, sed & cunctis virginibus innocentior debeat præstolari? « Si ad peccatores dicitur, terra estis & in terram ibitis: quare non dicatur ad iustum, (multo magis ad verè iusti matrem innocentem) cuius est regnum cœlorum, cœlum es, & in cœlum ibis. Dicitur ei qui portat imaginem choïci, id est terreni, terra es, & in terram ibis: quapropter cœlesti, & qui imaginem cœlestis portat, nunc conuenit dici, cœlum es, & in cœlum ibis. Vnusquisque autem nostrum, aut cœlestia facta habet, aut terrena: si terrena facta sunt, ad cognatam sibi terram deducunt eum qui thesaurisat ea in terra, & non in cœlo. Rursumque hæc quæ iuxta virtutem gesta sunt, thesaurizatorem suum ad propinquas sibi cœlorum regiones subuehunt. » Quapropter meritissimè Damascenus: « Si Eua, inquit, cùm serpentis nuntio aurem adhibuisset, hostisque consilio paruisset, ipsiusque sẽsus falsæ ac fallacis voluptatis illecebra demulsus esset, mœroris ac tristitiæ sententiam retulit, partuumque dolores sustinuit, mortique vna cum Adamo condemnata est, atque in imis inferni recessibus habitauit. Hanc autem verè beatissimam quæ Dei Verbo aurem submisit, Spiritusque afflatur, atque operatione impleta est, & ad spiritalem Archangeli cantum prægnans facta est, ac sine voluptate, & viri congressu, Dei Verbum & personam illam mentem omnem superantem, atque omnia implentem absque doloribus procreauit, seque totam Deo dicauit & consecrauit, hanc, inquam, quonam pacto mors absorbebit? » Et cùm cœlum virginitatis patriam reputauerit Ambrosius, quid

Tertul. l. 1. ad vxo. c. 5

Orig. ho. 5. in Ierem.

Damascen. orat. de Assum.

tot sæculis Regina Virginum exularet à patria? Quod crimen, quæ culpa, quæ macula propriis eam sedibus extorrem proscriberet? « Hodie Virgo immaculata quæ nullis terrenis inquinata est affectibus, sed cœlestibus est educata cogitationibus, non in terram reuersa est: sed cùm esset animatum cœlum, in cœlestibus tabernaculis collocatur. » O terra generationis & corruptionis regio, indignam te tanto agnosce deposito. Redde cœlo carnem, de qua sine corruptione genitum est corpus, ipso cœlo Empyreo purius. Et tu Virgo ascende super omnes cœlos, & cœlos cœlorum transcende motores Angelos. Licet enim secundum naturæ ordinem, corpus Virginis, & ipsius Christi, sit infra substantias spiritales, tamen caro Christi propter vnionem Verbi, & Mariæ caro propter vnionem filij, super omnes Angelorum choros debuit exaltari. Segregata siquidem fuit à peccatoribus excellentissima sanctitate, & excelsior Angelis, natura, & necessitate castis, & incorporeis, voluntaria virginitate.

Damascen. orat. 2. de Assum.

Sed cùm sydus nostrum, & signum magnum alatum, non vnica virginitatis ala euolauit ad cœlum; & in myrrhata, & aromatica virgula, minutissimũ humilitatis puluerem, tanta emphasi commendatum aduerto; eam in puluerem non resolui, sed integram & incorruptam supra Principatus & Potestates solium gloriæ à dextris Filij, eadem alâ surgere, & in cœlestibus consedere concludo. Adiutorium & in hoc simile Filio, de quo Paulus: « Humiliauit, inquit, semetipsum, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum. » Et rursum: « Quid est quod ascendit, nisi quia & descendit in inferiores partes terræ. » Quid impletus est gloria, & vacuas ipse Angelorum desertorum sedes & ruinas

Philip. 2. 8.
Ephes. 4. 9.

impleuit, nisi quia semetipsum prius exinaniuit? Quid supra Angelos exaltatus, nisi quia infra homines humiliatus? Et quid de te, Virgo humillima, dicam? Si filius serui, tu ancillæ formam induisti. « Respexit Deus humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent, omnes generationes. Hinc Bernardus aptissimè, de vltimò in Actis recensita Maria disserens: « Meritò, inquit, facta est nouissima prima, quæ cùm prima esset, omnium sese nouissimam faciebat. Meritò facta est omnium Domina, quæ se omnium ancillam exhibebat. Meritò denique super Angelos exaltata est, quæ & infra viduas, & pœnitentes, infra eam de qua eiecta fuerant septem dæmonia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat. » Ibidem etiam subtiliter eam super lunam incedentem contemplatur, caput Draconis in ea figurati percalcantem. « Nihil, inquit, magnum, vt sit Luna ista sub pedibus eius, quam super Angelorum choros, super Cherubim quoque & Seraphim exaltatam nefas est dubitare. Nam & defectus omnis sub ea, & quidquid fragilitatis seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis. Stultus vt Luna mutatur: Insipientia verò omnis longè sub pedibus eius est: vt penitus absit hæc ab insipientium mulierum numero, & collegio Virginum fatuarum. Imò verò & vnicus ille stultus, & totius stultitiæ Princeps, qui verè mutatus vt Luna, sapientiam perdidit in decore suo, sub Mariæ pedibus conculcatus & contritus, miseram patitur seruitutem. » Tandem « stulto exaltanti in risu vocem suam » componens Luciferum; « Vide, inquit, quàm contrarium est Canticum hoc, Cantico Angeli ruituri. Incœpit ille in alto, (Ascendam, & similis ero

Luc.1. 48.

Ber. ser. in sign. magnū.

Ber. ib.

Eccli. 27. 12.

Ezech. 28. 17.

Eccli. 21. 23.

Ber. tr. de Pass. Dom. c. 26.

Altiſſimo:) & proinde in ima non deſcendit, ſed corruit. Incœpit Maria ab imo, vt in altum ſubleuaretur. Magnificauit ſe ille ſupra Dominum, vnde infra omne quod eſt meruit præcipitari: Exultauit ſpiritus humilis Mariæ in Domino Ieſu ſuo, vnde oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, (vocatis in partem ſortis Sanctorum, Regina) inungi promeruit. Exultauit ſtultus ille Angelus in ſe, vnde luctu perpetuo meruit condemnari.» Concludamus hanc partem, hæc deuota Auguſtini verba, in ore Virginis gratulatoria componentes: « In hac, inquit, die competenter Sponſo illi cœleſti proclamat beata Virgo: tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua eduxiſti me, & cum gloria aſſumpſiſti me. Hodie, inquam, & ipſa à Sponſo Filio & Domino congruè audiuit: iam hyems tranſiit, imber abiit & receſſit: ſurge proxima mea, ſponſa mea, & columba mea & veni.» Proxima humilitate & puritate, eſto proxima gloriæ ſublimitate.

Pſ. 44. 8.
Aug. ſer. 2. in Aſſum.
Pſ. 72. 24.
Cant. 2. 11.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Hactenus vidimus, non fuiſſe bonum, nec congruum Chriſto, nec Virgini, hominem eſſe ſolum in Paradiſo cœleſti: ſupereſt vt nec nobis conueniens eſſe probemus. Aptiſſimè Bernardus « vellus, inquit, eſt medium inter rorem & aream, mulier inter Solem & Lunam, Maria inter Chriſtum & Eccleſiam.» Medium & video Virginis ſignum, inter Leonem, id eſt Patris iram, & filij iuſtitiæ libram. Paulus quidem filium in cœlum aſſumptum mediatorem agnoſcit. « Non in manufacta ſancta Ieſus introiuit exemplaria verorum: ſed ipſum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei

Ber. ſer. in ſignũ magnũ.
Hebr. 9. 24.

Dei pro nobis. » Quo respexit Cyprianus : « Per omnia, inquit, sibi Pater in Filio complacuit, nec vlla in eo serpentis sunt reperta vestigia, nec Sacerdotij eius pœnituit Deum : quoniam sacrificium quod in Cruce obtulit, sic in beneplacito Dei constat acceptabile, & perpetua virtute consistit, vt non minus hodie in conspectu Patris oblatio sit efficax, quàm eâ die, qua de saucio latere sanguis & aqua exiuit : Et semper reseruatæ in corpore plagæ, salutis humanæ exigant pretium, & obedientiæ donatiuum requirant. » Bonum id quidem nobis vt sua vulnera Patri offerat ad placandum, sed verendum nobis est ne & ea proferat ad vindicandum : Bonum itaque fuit nobis, vt & Maria ascenderet in cœlum, & mediatrix sua filio vbera pro nostra reconciliatione porrigeret. Mediator Christus per Virginem fuit, per quam homo factus, sanguinem pro nobis ab ea sumptum effudit. Hinc Ildefonsus: « Quod, inquit, in mea redemptione operatus est, in tuæ personæ veritate fundauit. » Et Arnoldus Carnotensis : « Securum accessum iam habet homo ad Deum, vbi mediatorem causæ suæ filium habet ante Patrem, & ante filium matrem. Christus nudato latere, Patri ostendit latus & vulnera : Maria Christo pectus & vbera, nec potest vllo modo esse repulsa, vbi concurrunt & orant omni lingua disertius, hæc clementiæ monumenta, & charitatis insignia. Diuidunt coram Patre,. inter se mater, & filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt humanæ redemptionis negotium, & condunt inter se reconciliationis nostræ inuiolabile testamentum. Maria se spiritu immolat, & pro mundi salute obsecrat : Filius impetrat, Pater condonat. » O quàm efficacia ad propitiationem, Filij, & Matris erga Patrem misericordiarum, & Deum

Cypr. de bapt. Christi.

Ildefons. de Virgin. c. 12

Arnold. Carnot. tract. de laud. Virg. to. 12. Bibl. part. 2.

totius consolationis, lactea sunt vbera, & sanguinolenta vulnera! « Neque dubium, quæ meruit
Aug. serm. 2. de Assumpt. circa finem. pro liberandis proferre pretium, (sanguinem scilicet filij pretiosum,) posse plus omnibus liberatis impendere suffragium. » ait Augustinus. Cui superaddit aliquid insigne Bernardus: « Fidelis planè & potens mediator Dei & hominum homo Christus Iesus; sed diuinam in eo homines reuerentur
Ber. ser. in signũ magn. maiestatem, Absorpta videtur in Deitatem humanitas: non quòd mutata sit substantia, sed affectio Deificata. Non sola illi cantatur misericordia, can-
Ps. 100. 1. tatur pariter & iudicium: quia etsi didicit ex iis quæ
Hebr. 5. 8. passus est, compassionem, vt misericors fieret; habet tamen & iudiciariam potestatem. Denique
Deut. 4. 24. Deus noster ignis consumens est: quidni vereatur peccator accedere, ne sicut cera fluit à facie ignis,
Ps. 77. 2. sic pereat à facie Dei. Opus est mediatore, ad mediatorem istum: nec alter nobis vtilior est quàm Maria. (Non est ergo bonum hominem esse solum.) Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est, omnibus offerens lac & lanam. (hanc in vestimentum, illud in nutrimentum.) Reuolue diligentius Euangelicæ Historiæ seriem vniuersam, & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis. Quòd si, vt verè sunt, plena magis omnia pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eum pertinent, inueneris, age gratias ei qui talem tibi Mediatricem, benignissima miseratione prouidit, in qua nihil possit esse suspectum. » Arca tibi simul
Aug. ser. 2. de Assum. est & Noë, & fœderis, scala simul & fenestra. « O verè gloriosa Mariæ humilitas, quæ porta Pa-

radisi efficitur, scala cœli constituitur. » Amicta Sole, lucens bonis & malis; circumamicta Iridis varietate, pluens super iustos & iniustos, omnia omnibus facta Maria. « Oliua *speciosa in campis » vt non tantum in horto Ecclesiæ occlusa, solis fidelibus pateat, sed & peruia sit eius dulcedo infidelibus. Rem miram dictu referam. Non longè à Damasco, Monialium Ecclesia Virgini sacra visitur, cuius Imago picta fragrantissimum oleum iugiter manat, quo etiam Iudæi, & Sarraceni à variis morbis sæpè curantur, nec vnquam minuitur, quantumuis hauriatur. Ad hoc templum die Assumptionis, & Natiuitatis eiusdem, voti causa, non Christiani solum, sed & Saraceni concurrunt: quin etiam hæc ipsa Imago quæ ab Ierusalem dono data à Patriarcha, eiusdem Cœnobij Abbatissæ, fuerat ab ea transuecta, anno 870. supra tabulam ligneam in qua primò picta fuerat incarnata stupendo prodigio conspecta est. Ad hæc, anno 1203. Soldanus Damascenorum cæcus factus, voto nuncupato, inuocata Virgine, hoc oleo visum recepit: & quòd primùm vidisset lampadem ante Virginis altare lucentem, vt lumen referret pro lumine, sexaginta metretas olei ad vsum eius annuum vouit. Ex quo miraculo, ad natale sequens, cœpit oleum ex Imagine vberius fluere, & anno sequenti in carnem conuerti; quod fidem Catholicam miro modo in Oriente solidauit. Quid ad nostræ Mediatricis ineffabilem benignitatem insignius? « O oliuam verè speciosam in campis. »

Eccli. 24. 19.

Baron. ad ann. Christi 870.

Balinghem in Ephem. 15. Aug.

SECVNDA REFLEXIO. Sed quantumlibet sit potens Mediatrix gratiæ & & gloriæ, non est bonum Christum & Virginem tantùm Mediatores salutis assumere, nisi & quisque studeat vtriusque sequendo, media salutis assu-

mendo, vtriusque vestigia per innocentiæ, castitatis, & humilitatis exempla maximè consectari. Quis enim præsumat, defœcati ab omni carne spiritus locum desertum, polluta in carne mente replere? polluto calcaneo super astra pura incedere? cœli pauimentum aureum simile crystallo mundo, sordido ac luteo pede calcare? « Agnoscit certè, & diligit diligentes se, & prope est in veritate inuocantibus se, præsertim his quos videt sibi conformes factos in castitate & humilitate, » inquit Bernardus. Et quamquam leuis sit castitatis ala, & penna innocentiæ; necessaria magis est humilitatis ala, ad volatum gloriæ. Nec enim bonum est, in altum per cor altum ascendere. Stultum est lunato capite, ad Mariam Luna calceatam procedere; indignum, puluerem & cinerem inflari, & sedes & cathedras Angelorum, ambire superbia, qui ambitione ceciderunt. Et intolerabile, Regem, & Reginam gloriæ, per humilitatis ascensum eleuari, nos per vanæ gloriæ tumorem extolli. « Audis Virginem, audis humilem: si non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem Virginis. Laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas. Illa consulitur, ista præcipitur. Ad illam inuitaris, ad istam cogeris. De illa dicitur qui potest capere capiat. De ista, nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum cœlorum. Illa ergo remuneratur, ista exigitur, &c. potest placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amissam: sine humilitate autem, audeo dicere, nec Virginitas Mariæ placuisset. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem? Super humilem, dixit, non super Virginem. Si igitur Maria humilis non esset, super eam Spiritus sanctus non requieuisset. Si super eam non requieuis-

Ber. ser. 1. in Salue Regina.

Ber. ho. de lau d. Virg.

Matth. 19. 12.

Matth. 18. 3.

Esa. 66. 2.

ſet, nec impræegnaſſet. Quomodo enim de ipſo, ſine ipſo conciperet? Reſpexit, inquit, humilitatem, potius quàm virginitatem. Et ſi placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit. Vnde conſtat, quia etiam vt placeret virginitas, humilitas proculdubio fecit. Quid dicis Virgo ſuperbè? Maria Virginem ſe oblita, gloriatur de humilitate. Et tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate? » Vltimum locum, & vnum neceſſarium eligit ſibi Maria; & tu primum accubitum? O cathedra peſtilentiæ euertenda, & iam olim cum negotiatoribus Angelis, cœli templo deiecta. Et hæc humilitas tam in ſilentio, quàm in ſermone commendabilis imitanda, vt ſileamus à bonis, & in omnibus Deo gloriam referamus: « Nec enim ſola in taciturnitate Mariæ commendatur humilitas, ſed euidentius reſonat in ſermone. Audierat, quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei. Quid reſpondet? Et ecce ancilla Domini, &c. dicit Elizabeth, Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Et beata quæ credidiſti, &c. Quid illa? tu magnificas Matrem Domini; ſed anima mea magnificat Dominum. In voce mea dicis Filium exultaſſe; Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Beatam me dicis; ſed credulitas & beatitudinis cauſa reſpectus eſt diuinæ pietatis. »

Ber. ſupra.

Luc. 1. 43.

TERTIA REFLEXIO. O Maria, mirentur homines & Angeli te ſuper omnia exaltatam, ego verò te ſuſpicio magis infra omnes creaturas humiliatam. Tua quidem innocentia & virginitas, ſed & magis coniuncta humilitas, te Matrem Dei, & mundi Reginam meritò ſuper omnes Angelorum Choros euectam coronauit, vt appareas vultui Dei aduocata pro nobis. O nos fœlices tanto

Idem Bern. in ſignum magnũ.

patrocinio suffultos: « In cæteris virtutibus congaudemus tibi, sed in misericordia potius nobisipsis. Laudamus virginitatem, sed misericordia sapit dulcius, misericordiam amplectimur charius, recordamur sæpiùs, crebrius inuocamus. Hæc est enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Constat enim pro vniuerso genere humano fuisse solicitam, cui dictum est: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam, vtique quam quærebas. Quis ergo misericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinem, & latitudinem, sublimitatem, & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius vsque in diem nouissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua quoque misericordia plena sit omnis terra. Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationem: & profundum eius sedentibus in tenebris & in vmbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cœlum repletum, infernus euacuatus est, instauratæ ruinæ cœlestis Ierusalem, expectantibus miseris vita perdita data. Sic potentissima & piissima charitas, & affectu compatiendi & subueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque. Ad hunc igitur fontem sitibunda properet anima nostra: ad hunc misericordiæ cumulum, tota solicitudine miseria nostra recurrat. Oportet vt totam animæ Trinitatem in eam dirigamus. » Sic tuam memoria recolat puritatem, sic intellectus penetret humilitatem, sic voluntas & affectus amet pietatem; vt innocentiæ, & humilitatis alis, post te volantes, tecum in gloria, columba perfectissima, & Deo proxima, quiescere mereamur. Amen.

Ber. ser. 4. de Assum.

Ps. 118. 64.

Ber. ser. 1. in Salve Regina.

Digitized by Google

IN FESTO B. ROCHI.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Ps. 1. 1.

NOn parua laus Sanctis, Sancti Sanctorum participare elogiis, quibus, vt « complacuit Patri dare regnum » sic & beati nominis est dignatus attribuere consortium. Ipso enim Hilario teste: « Multos constat sensisse, in hoc Psalmo significari Dominum nostrum Iesum Christum, cuius beatitudo in his quæ subiecta sunt, prædicatur, &c. Cùm plurima à diuinitate vnigeniti filij intelligantur aliena, (qui Dominus ipse sit legis & per tempora, vt lignum, non crescat, &c.) vir ille hîc à Propheta beatus prædicari opinandus est, quòd se ei corpori quod Dominus assumpsit, in quo homo natus est, conformem studio æquitatis, & totius iustitiæ perfectione præstiterit, &c. Speciosissimum autem hoc, & dignissimum incipiendorum Psalmorum sancti Spiritus sumpsit exordium; vt humanam infirmitatem per spem beatitudinis, ad innocens religionis studium adhortaretur: vt Sacramentum Dei corporati doceret: vt communionem gloriæ cœlestis polliceretur: vt pœnam iudicij denuntiaret: vt differentiam resurrectionis ostenderet: vt prouidentiam Dei in retributione monstraret. » Posito sibi ob oculos omnium beatorum prototypo Christo, beatus Rochus, vnicus, autho-

Luc. 12. 32.

Hilar. in clausi Psalmi 1.

re Baronio, Montispessuli Sanctus, velut alter Iob, « Vir erat in terra Hus. » Hic infirmitatem suam per spem beatitudinis ad fidei studium incendit, & Dei corporati virtutes imitatus, ad communionem gloriæ cœlestis ascendit. Nec in consilium impiorum abiit, sæpius orans voce Prophetica: « In consilium eorum non veniat anima mea. Consilium eorum longè fac à me. » Nec stetit in via impiorum, qui non abierat in eam: sed nec in pietatis via remansit, sed nouos quotidie progressus egit, non ignarus, eum regredi, qui non progreditur in via Domini. Quomodo verò sedisset in cathedra pestilentiæ? « Sedet enim qui docet, exemplo suo faciens peccare alios. » Cùm & ipse corporalem pestem curauerit, & pestilentiam spiritalem peccati, nos fugere exemplo suo docuerit. Primò ergo de eius cum Christo similitudine. Secundò, de triplici ab eo curata peste dicemus. O Virgo omnium Sanctorum beatissima, à via peccatorum remotissima, summi peccati omnis medici cathedra; de qua & ad sanandam peccati originalis luem, quæ & Ioannem Baptistam inuaserat, pronuntiauit oraculum cœlestis medicus, & protulit pharmacum, nos à peccati contagio cura. Rocho Angelus tabulam de cœlo attulit, Dei promisso exaratam, dandæ per eum pestiferis omnibus sanitatis: & tibi chartam albam, omnis gratiæ veri peccati omnis antidoti obtulit, dum de gratia plenam salutauit, dicens: Aue Maria.

Gen. 49. 6. Io. 21. 16.

Ber. ser. 35. ex paruis.

Divisio.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Quam Apostolus post multa tempora perfectus, suis Christo filiis, similitudinem cum Christo, & conformitatem cum ipso, imprimere satagebat di-

gens : « Filioli quos iterum parturio , donec forme- Gal.4.
tur in vobis Christus » hanc visa est S. Rochi ma- 19.
ter,beati infantuli impressisse corpusculo. Et quam
Paulus iam consummatus , gloriabatur se ferre
Domini Crucem : « Mihi autem absit gloriari nisi Gal.6.
in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mi- 14.&17.
hi mundus crucifixus est , & ego mundo ! » Et rursum : « De reliquo nemo mihi molestus sit : Ego enim stigmata Domini mei in corpore meo porto. » Hæc Rochus ab vtero portauit , de ventre matris crucem rubram deferens , vt posset cum Ieremia , imò supra eum in hoc priuilegio , iactare :
« Et nunc hæc dicit Dominus , formans me ex vte- Esa.49.
ro seruum sibi , dedi te in lucem gentium , vt sis sa- 5. 6.
lus mea , vsque ad extremum terræ. » Quæ enim pars terræ peste vexata , salutiferum Rochi non implorat auxilium ? Et quidem Christo Domino beatus hic in multis similis extitisse conuincitur. « Pe-
tra erat Christus : » In hoc quidem non habens si- 1. Cor.
milem , quod « fuerit lapis sine manibus , sine 10. 4.
opere virili de monte , Maria , præcisus. » Cæte- Dan. 2.
rùm & Rochus , rupes & petra , sine manibus, hoc 45.
est propriis operibus & meritis à Deo præscitus &
prædestinatus conformis fieri imagini filij sui. » Rom.8.
De quo Zacharias : « Ecce lapis quem dedi coram 29.
Iesu , & ego celabo sculpturam eius. » Neque ve- Zach.3.
ro vt aliqua ouium Iacob inspecta dum potaretur 9. Gen.
virga decorticata , sed inspecta & attentius medi- 30.37.
tata virga virtutis Dei , flagellis , spinis , clauis excoriata in cruce,non vi imaginatiua naturaliter operante , sed gratia, & Spiritu S. Dei digito formante corpusculũ, salutari nostræ redemptionis charactere signauit. Vt sicut de Christo Principe pacis scri-
psit Esaias: «Paruulus datus est nobis,& filius natus Esa.9.6.
est nobis, cuius principatus super humerũ eius:» Ita

& de Rocho vnico filio, ſicut vnigenitus eſt Chriſtus parentes exultabundi canerent, de paruulo, inquam, Principe Montiſpeſſuli nato: Paruulus datus eſt nobis. Nec myſterio vacat, quod ſanctiſſima Domini noſtri Mater, licet ancillam ſe Domini dixerit, Domina tamen lingua Syriaca Maria, proindeque non ancilla, ſed libera. « Maria etenim etiam Hebræo ſermone, Domina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, vt Dominatoris Genitricem trepidatio deſerat ſeruitutis; quam naſci, & vocari Dominam ipſa ſui germinis fecit, & imperauit authoritas. » Ita mater ſancti Rochi Libera vocabatur: quæ liberum Chriſti ſeruum fuerat paritura: quod honoris gratia, & quidem non exigui, ſuis Paulus gratulabatur diſcipulis: « Iam non eſtis ancillæ filij, ſed liberæ; qua libertate nos Chriſtus liberauit. » Et quidem ſi « non accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater: » Conſequens eſt, vt « vbi Spiritus, ibi libertas: » quoniam « libera ſeruitus eſt, vbi non neceſſitas, ſed charitas ſeruit. » Et charitas vnde « diffunditur in cordibus noſtris? » niſi « per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis? » Hunc à teneris hauſerat Rochus, ſi non ab vtero cum Cruce acceperat, ſtigmata Domini portans, facto principatu eius ſuper humerũ eius, vt ſtigmata Crucis non ſeruitutis, ſed principatus à ligno regnantis, & omnes à ſeruitute liberantis eſſent inſignia. Vbi notatu digniſſimum, quod eodem Eſaiæ loco pro eo quod nos legimus principatus ſuper humerum; in originali habetur « Miſra: » quaſi « Miſſir Sara » id eſt: « Ex ſpina Imperium, » ſiue quod vt rhamnus ſuper omnes arbores in Apologo, ſic Chriſtus ſpinis coronatus, ſuper omnes Angelos & homines regnatu-

Chryſol. ſer. 142.

Gal. 4. 31.

Rom. 8. 15.

2. Cor. 3. 17.

Aug. in Pſ. 99.

Rom. 5. 5.

Eſa. 9. 6

Iudic. 9. 14.

rus esset; siue quòd Messias ex Sara, Isaac matre, libera vtique non ex Agar ancilla foret oriundus: ita & Rochus noster, natus ex matre Libera, excussa seruitute peccati, liber factus, merito crucis, qua tyrannus mundi captiuatus est, crucem ab vtero ferens, & vitam laboriosam spinosamque ducturus à teneris cum Christo per Psaltem diceret: « in laboribus à iuuentute mea » Christum Ps. 87.
duodennem amisere parentes: & Rochus eiusdem 16.
ætatis factus, vtroque parente orbatus est. Christus patriam « domum, & hæreditatem dereliquit, Ierem.
tanquam peregrinus factus, declinans ad manen- 12. 7.
dum: » & Rochus « nobilis peregrè profectus in regionem longinquam » omnia pro Christo dere- Ibidem
liquit, & venditis quæ possidebat, ea pauperibus 14. 8. Luc. 19.
erogauit, vt de eius manibus, ad opera charitatis, 12.
& misericordiæ promptissimis, & Sponsi simillimis diceretur; « Manus eius tornatiles aureæ, plenæ Cant. 5.
hyacinthis. » Christo in deserto esurienti, « Acces- 14.
serunt Angeli, & ministrabant ei. » Et Rocho in Matth.
sylua degenti, egentique, quotidie canis panem 4. 11.
ministrauit. Christus « in propria venit, & sui eum Io. 1. 11.
non receperunt: » Et Rochus reuersus ad suos, à proprio auunculo, non tantùm ignotus, sed & tanquam explorator quinquennio carceri mancipatur. Tandem qui & Romæ, & Aquapendenti, velut Christus medicus verbo suo, & signo Crucis, morbos sanabat, & pestiferis se parabolanum, & deditium exponens sicut Christus, factus est pro nobis maledictum. Date Rocho Sebastiani sagittam; Eliæ, & Pauli Eremitæ; non coruum, sed canem; Alexij, & Calibitæ, non iam in patria domo casulam, vt ignoto, sed vt exploratori carcerem: cum Cosma & Damiano Anargyris, opem ægris gratuitò impensam; cum Presbyteris, Diaconis, &

Baron. Martyrolog. 28. Feb. Cod. de Episc. & Cler. lege parabolani.

Laïcis Alexandrinis parabolanis Martyris meritum & nomen: quòd iuxta Dionysium Alexandrinum Episcopum: « Istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem & robustam fidem suscipiebatur, nihil à Martyrij splendore abesse videretur. » Parabolanos dixi, quorum in Codice fit mentio. Quanquam alij medicos intelligant qui à Modestino circuitores vocentur, quoniam ciuitatem obeant ægris opem laturi. Inde dicti quod se audacter omnibus periculis obiicerent. Sed Rocho dignius aureæ ab Ecclesia decernuntur imagines, quam ab Atheniensibus Hippocrati, pro inuento pestis antidoto. Ille non Romanorum & Græcorum more, pictas in vestibus imagines Principum gestare solitorum, Christi in moribus suis secundùm Paulum cœlestem portauit imaginem. Nos vero nec Christi nec Rochi, sed veteris adhuc hominis imaginem ferimus, sicut Neronis studiosi, tumulum eius floribus ornabant, & imaginem in veste portabant. O nos verè carceri mancipandos, & reos mortis! Senatusconsulto cauetur, ne quis imaginem Imperatoris defuncti, in inuidiam alterius portaret; & qui contra fecerit in vincula publica mittatur. « Si quis tyranni imagines habeat, qui iam victus interiit, iure damnetur. Quomodo tu (non iam veteris hominis, sed & serpentis antiqui) hostis, & aduersarij imaginem in ciuitatem veri Imperatoris in lucis? » Et tu Roche qui veri Imperatoris Christi imaginem præfers, carceri mancipàris vt seruus, Liberæ filius, & qui alios signo Crucis à mortifera peste sanasti, peste suffocaris? Sed & in hoc Christi imaginem refers, qui omnium vita, mortem pro omnibus gustare dignatus est, mors mortis factus, & morsus inferni. Vt Christus, inquam, author sanitatis & vitæ, animam suam in

Sueton. in Nerone. Scæuola l. 38. ff. de iniuriis. Ambr. in Ps. 38. Hebr. 2. 9. Osee 13. 14.

Cruce posuit, & mortem spontaneus subiit: sic Rochus, Dei se conformans nutui, peste & lue vitam voluit pro Christo ponere. Sed velut mortem Christus sua morte debellauit, & de suo sepulchro vitam suscitauit: vt sicut à serpentibus igneis icti, & morsu mortifero percussi, serpentis ignei in Cruce pendentis aspectu curabantur; sic Christi Crucifixi fide à morte omnes credentes in eum liberentur. Ita peste laborantes, & merita Rochi peste mortui inuocantes, ab ea misericorditer eruantur, qui in cathedra pestilentiæ non sedit. Sic sepulchrum eius, « domus mortis, mansio fit vitalis. » Vt olim in atrio templi Apollinis Delphici, pendebat tabula, morbis omnibus suggerens remedia: verè post mortem Rochi, super corpus eius inuenta est tabula, Angelicis manibus allata; recipiendæ sanitatis in peste, promissionibus exarata: adeò vt rectè de huius sancti tumulo dici possit, quod de Christi sepulchro, in eoque sedente Angelo scripsit Chrysologus: « Factus est lapis, vas Angelicæ sessionis, doctrinæ cœlestis cathedra, schola vitæ, qui à Iudæis, ad mortis ianuam, ad cineris seruitium, ad triste silentium fuerat constitutus. »

Num. 21. 9.

Chrysol. ser. 74.

Chrysol. ser. 57.

SECVNDA PARS MORALIS.

Sed ne pluribus diutius immorer, Rochum cum Christo componere; tria hodie maximè intendo pro themate: scilicet eum contra tres mundi pestilentias remedia suis exemplis præbuisse, & quasi Doctorem Montispessuli in cathedra docuisse, triplici reflexione morali probemus.

PRIMA REFLEXIO. Vt sanctitas, & beatitudo sanctorum, emanatio quædam est & participatio diuinæ sanctitatis & beatitudinis, qua « diuinæ consortes facti naturæ » etiam Dij in Scriptura appellari meruerunt; « Ego dixi Dij estis, & filij

Ps. 81. 6.

Excelsi omnes: » Consequens est, vt sicut de Deo facilius est dicere, quid non sit, quàm quid sit, hoc est, vt cum Theologis loquar; cùm Deus melius per attributa negatiua, quàm per positiua, siue affirmatiua cognoscatur; sic & sanctitas, & beatitudo Sanctorum, quæ merces est & præmium sanctitatis. Ita Psaltes triplici negatione, prius viri beati sanctitatem expressit; antequam eum per lignum secus decursus aquarum plantatum, perenne foliis, tempestiuis fructibus fœcũdum describeret. « Beatus, inquit, vir qui non abiit in consilio impiorum, non stetit, non sedit, &c. » Hinc Basilius Psaltem ipsum hoc loco, per ipsummet exponens, notat dixisse prius: « Declina à malo, & fac bonum: » Tum adducto exemplo scalæ cuius pars terram, pars cœlum tangebat: « Prima, inquit, ascensio, ab humo recessus, sic in exercitatione diuinæ conuersationis, principium profectus, est discessus à malo. » Sic progressus est Rochus, à terra & sæculo recessit, pestilentem mundi aërem fugit, vt conuersatio eius esset in cœlis; & in cathedra vt medicus Doctor sedens, non tantum corporeæ pesti medelam, sed & præsentissimum contra luem & contagionem sæculi triplicem, exemplo suo remedium præberet.

Basil. in eod. loco.

Gen. 28.

Eodem cum Eusebio Pamphilo Cæsareæ Palestinæ Episcopo, contra Hieroclem zelo moueor, quod Apollonium Thianæum Christo in signis & prophetia compararet, quòd imminentem Ephesiis pestem, prophetico spiritu prænuntiasset. Qui tandem reus coram Domitiano, interrogatus, cùm eum vt diuinum hominem de Arabia & India venientem, morbosque medicantem omnes suspicerent, quomodo vel qua arte pestilentiam præuidisset: « Diæta, inquit, exactiori vsus, primus

Euseb. Cæsar. contra Hieroclem. lib. 4.

Digitized by Google

qualitatem aëris vitiumque deprehendi; pestemque vidi sub habitu Medici senis, & pannosi, Ephesum peragrantem; flammam oculis, & pestilenti obtutu vibrantem, quem iussi lapidibus cædi. Mox in canem transformatum abegi, luem vrbi sistens, & penitus abolens.» Sic Apollonius non minus Imperatori fabulis, quàm Ephesinis magicis artibus illusit, qui in cathedra pestilentiæ, siue vt Pagninus ex Hebræo transfert, « in cathedra derisorum sedit.» Sed vt pulchrè Eusebius: « Quis, inquit, non rideat præstigiatorem?» Quis non subsannet Ephesinam plebem, impostori tam apertè pestem medicum mentienti credentem? Nisi fors certam mortem, morborum vtique omnium finem, pestis eximius scilicet medicus afferat. Hanc definiunt medici, « corruptionem circumfusi aëris, vitiumque ex putrido vaporatu, in morbosam qualitatem vergentis. « Pestilentia enim nascitur ex aëre, vel siccitatis, vel caloris, vel pluuiarum intemperantia, pro meritis hominum corrupto; qui spirando, vel edendo perceptus, luem, mortemque generat.» Vbi Scholiastes Bedæ. « Existimant, inquit, multi, veneноso halitu ex terra coorto, quem Sol, dum venenum feruet, in aëra adducit; qui longè latéque hoc veneno infectus; inficitur enim vnus omnium & facillimè & maximè; vicissim corpora non hominum modo, sed & quadrupedum, & auium etiam hoc afflatu inficit. (Multo magis hominum qui delicatiores sunt, & apertiores in poris.) Itaque ad Solem, quem tamen aliàs Medicum faciunt Poëtæ, huius luis causam referunt, vocantque Apollinem, ἀπολλύειν, quod significat idem quod perdere.» Ego verò frequenter iuxta Psaltem à Deo peccatorum vindice, per dæmones pestilentias immitti crediderim. « Immissiones

Pagninus in Ps. 1.
Euseb. supra.
Beda to. 2. I. de nat. rerum cap. 37.
Ioann. Nouiomagus in Bed.
Ps. 77. 49.

Digitized by Google

Euseb. lib. 4. de præp. Euang. per Angelos malos.» Et Eusebius Clementi interroganti, & dicenti: « Vos qui pestiferos dæmones hominibus insidiari agnoscitis, nihil tamquam pestem, eorumque interitum moliri sentitis, eos tamen non auersamini.» Respondet Eusebius: « Ego, inquit, tibi producam carnificinæ dæmonum testem Dionysium Halicarnassæum referentem, Iouem, & Apollinem, humanas hostias exegisse, nulla decimarum oblatione placatos: tanta aëris corruptione, & terra immodico æstu laborante, vt nullus fructus ad maturitatem hæreret arbori, nec spicæ, &c. nec aquæ securæ ad potum. Insuper pecudum, ad mulierum fœturæ pestis. Nam vel abortiui fœtus eiiciebantur, vel in ipso partu interibant, sæpè cum matrum exitio. Expetitæ à dæmonibus hominum decimæ: qui mos ab Hercule sublatus, qui loco hominum prius in Tyberim proiectorum, hominum simulacra deiici docuit.» Sed sanctus Rochus Apollo melior, παρὰ τὸ ἀπολλύειν τὰς νόσους; à pellendis morbis appellandus, non imaginem suam, sed seipsum ad placandum Deum, « tanquam omnium peripsema factus, & hostia pro peccato, & anathematis hircus, se in profluuium pestis immisit. (1. Cor. 4. 13.)

Pestis alterius sæuissimè grassantis, meminit Augustinus. In Africa quippe, locustæ consumptis fructibus, & foliis, inæstimabili nube volantes, in mare deiectæ sunt. Deinde mortuæ, in littora effusæ, aëre corrupto tantam pestilentiam inuexerunt, vt in solo regno Masinissæ, octingenta hominum millia perisse referantur, & multo amplius in terris littoribus proximis: « Tunc Vticæ ex triginta millibus Iuniorum quæ ibi erant, decem remansisse confirmant, &c. Quid horum non Christianæ religioni tribueret, si temporalibus Christianis videret?» Et quidem mirum quod nunc tam corrupta vita Christia- (Aug. l. 3. de Ciuit. c. 31.)

Christianorum pestem non inducat. Recolit & aliam pestem Augustinus Romæ grassantem. « In tanta, inquit, strage bellorum, etiam pestilentia grauis exorta est mulierum. Nam priusquam maturos partus ederent, grauidæ moriebantur. Vbi se credo, Æsculapius excusabat, quòd Archiatron se (id est Principem Medicorum, vel Medicum Principis,) non obstetricem profitebatur. Pecudes quoque similiter interibant; ita vt iam defecturum genus animalium crederetur. » Nos in Rocho verum Æsculapium, Medicorum Principem inuenimus, qui vel æstu, vel cadaueribus, vel fluuiorum exundationibus, vel Angelorum malorum immissionibus, corrupto aëri medetur; sed præcipuè & maximè à dæmonibus inuecto mundi aëri pestilenti: de quo verissimè cum Psalte canimus: « Beatus vir qui non abiit, &c. & in cathedra pestilentiæ non sedit. » Audierat Ambrosium de hac cathedra sic scribentem: « Omnis mundi huius corruptela pestilentia est. Ne ergo tetigeritis, ne attaminaueritis eam. Lues est, contaminat: morbus est, polluit. » Et quod beato Arsenio de cœlo iussum est, « Exi de mundo » Rochus impleuit. Quamuis autem « totus mundus sit in maligno positus: » Et in cathedra pestilentiæ sedens, virulento halitu suos habitatores inficiens, quem tamen ex habitu non sentiunt, vt nec venenum assuetus Mithridates: ceu triceps Cerberus, trino guttulæ triplex virus effundit. Sic enim tripartitus est Ioannes pestilentiam mundi. « Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. » Hæ sunt tres pestes animæ quæ pestilentias aliaque Dei irati flagella in homines prouocant. De quibus Bernardinus Senensis secundum Paulum,

Aug. ib. cap. 17.

Ambr. in Ps. 1.

In eius vita.

1. Ioa. 2. 16.

1\. Thes. 4. 6. « Vindex est Dominus de omnibus his. » Tria autem sunt præcipua peccata : superbia, qua offenditur Deus, per animam, luxuria, qua proprium corpus polluitur, Apostolo dicente : Qui fornicatur, in proprium corpus, peccat : auaritia, qua bona externa vel turpiter effunduntur, vel sordidè reconduntur. Et his Draco seducit vniuersum orbem. In primum peccatum superbiæ, primum Dei Iudicium factum est in cœlo, secundum in diluuio, tertium futurum est in sæculi termino. « Et meritò, inquit, correspondent iudicia culpis. Nam superbientes Angeli, sunt humiliati : luxuriosi homines, aquis diluuij sunt submersi : & auari, qui insatiabili igne auaritiæ, incensi sunt, ipsi & eorum substantiæ igne irremediabili comburentur. » De facto in extremo Iudicio sola auaros tangit irati iudicis tremenda sententia : qui cum æternos ignes vno aquæ calice potuissent extinguere, ignis æmulatione inconsumptibiliter consumentur, qui arserint immisericorditer insatiabilis ignibus auaritiæ. « Particularium autem iudiciorum, primum est bellorum, ad humiliandas elatas animas superborum. Secundum est pestilentiarum, ad puniendam luxuriam lasciuorum. Tertium est consumptionis substantiarum, per rapinas, siue incendia ciuitatis, aut per prædones, aut grandines & sterilitates, ad confundendas animas auarorum. » Quibus rursum, iudicis applicat illud Psaltis : Et quidem secundùm eundẽ, ad dicentem, faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis : « Increpa feras arundinis de superbia. Congregatio taurorum, in vaccis populorum ; de luxuria ; vt excludant eos qui probati sunt argento ; de auaritia, feræ & syluestres, ad Deum ; crudeles & steriles ad proximum ; & vacui vt arundines, sunt superbi. Tauri

Bernar. Sen. de 12. sceleribus, irã Dei trahentibus.

Apoc. 12. 9.

S. Bernardin. Ibidem supra.

Ps. 149. 7.

Ps. 67. 31.

indomiti, & vaccæ, impudici & meretrices. Probati argento, & excludendi à regno, sunt auari.» Licet porro diuersa flagella Dei, diuersis hominum peccatis respondeant; vnica tamen pestis, siue cathedra pestilentiæ, tria mundi peccata exprimit; & primo quidem, ambitionem & superbiam, commune malum, « Ambientium primas cathedras in Synagogis, & recubitus in mensis, & salutationes in foro, & ab hominibus vocari Rabbi. Et in hac quidem cathedra omnes sedere volunt. Lucifer, Adam, filij Zebedæi, & innumeri similes. De « constituto Rege super omnes filios superbiæ.» Pulchrè Gilbertus; « Ferculum, inquit, Dei ille sibi præripere gestiit, & in vsus suos de Libano ligna succidere. Denique apud Ezechielem gloriatur & dicit: In cathedra Dei sedi. Vide ergo ne per elationem, de cathedra iustitiæ efficiaris cathedra pestilentiæ, ferculum scandali, & per te, vel exemplum, vel sermo malus, ad multorum perniciem, vt cancer serpat, &c. Sed nemo sibi sumat honorem. Quid teipsum super candelabrum ponis, qui teipsum non accendis? Ille te ponat in sublimi, qui lucernam te fecit: per illum ascende, qui te accendit. Denique nemo seipsum ferculum facit, sed ipse Salomon fecit sibi.» Christus enim propria virtute ascendit, & sedit ad dexteram Patris; qui hominē sine meritis assumpsit, in eo minoratus ab Angelis: nouissimus hominum factus, vermis & non homo, vt suæ humilitatis emplastro, tumorem pestis superbiæ nostræ sanaret: Adam de ligno vetito, non de lignis Libani ferculum sibi, & cathedram pestilentiæ, vnde rueret, fecit; & contagione pestifera totam progeniem humani generis infecit. Quæ, vt ait D. Antiochus, non vnum membrum, sed totum corpus inquinauit: pestis enim

Matth. 23. 6. Iob 41. 25. Gilb. ser. 17. in Cant. Ezech. 28. Heb. 5. 4. Matth. 5. 15. Marci 16. 19. Ps. 8. 6. Esa. 53. 3 Ps. 21. 7. Antiochus.

Prou. 21. 24. generalis est morbus. Et Scriptura superbum pestilentem vocat. Vbi enim vulgata legit: « Superbus & arrogans, vocatur indoctus: qui in ira operatur superbiam. » Pagninus ex Hebræo: « Superbus, elatus, derisor est nomen eius, qui facit opera sua in ira superbiæ: » Septuaginta legunt: « Audax & arrogans & ostentator, pestilens vocatur: qui autem iniuriarum memor est, iniquus. » O Roche quam dispar elatis & arrogantibus, & sedētibus in cathedra superbiæ derisionis, pestilentiæ, qui natus princeps, cathedras & primatus fugisti, & pestilentē mundi aërem euasisti, pauperum & pestilentiū seruitio mancipatus: & in patriam redux, immemor iniuriæ, diuturnum ab auunculo carcerem passus, incredibili humilitate, tanquam explorator habitus. Denique apud te seruus in compedes missus, Christo Regi Regum, in similitudinem & for-

Phil. 2. 7. mam serui humiliato conformatus, præsentissimum exemplo contra superbiæ pestem remedium subiecisti. « Beatus vir, qui in cathedra pestilentiæ non sedisti. » Quid in hanc rem scripserit Augustinus, & quàm in scopum nostrum apposité, videte. Totum enim hunc Psalmum Verbo incarnato appli-

Aug. in Psal. 1. cans: « Noluit, inquit, regnum terrenum cum superbia. Quæ ideo cathedra pestilentiæ intelligitur, quia non ferè quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Pestilentia enim est morbus latè peruagatus, & omnes, aut penè omnes inuoluens. » Rochus noster, non terreni, sed cœlestis hominis imaginem portans, non sedit in cathedra pestilentiæ, in qua

2. Reg. 23. 8. « sapientissimus princeps inter tres sederet in cathedra, tanquam tenerrimus ligni vermiculus; » de qua Christus humilitatis oracula pronuntiaret.

Ps. 1. 2. « In lege Domini voluntas eius. » Et quæ lex Do-

Digitized by Google

mini? Quid docuit Dominus? « Discite, inquit, à Matth. 11. 29.
me, quia mitis sum, & humilis corde. » Vbi differentiam aduertit Augustinus: « Aliud, inquit, est esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secundùm legem agit: qui est sub lege, secundùm legem agitur, ille ergo liber est, iste seruus. » Nec enim Rochus necessitate præcepti, & metu regnum cœlorum non intrandi compulsus est: Christo comminanti quasi seruus parens: « nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum: » Sed sponte se legi exempli Christi subiiciens, eius cathedra & ferculum factus Gilb. Magistr. audiit suadentem: « Esto, inquit, ferculum Dei, vt eius in te imaginem portes, & odorem notitiæ suæ per te manifestet. Tale Paulus ferculum. » Tale Rochus, de lignis Libani ferculum factus. Vt impleretur in eo illud Ecclesiastici: « quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, & quasi balsamum non mixtum odor meus, &c. Si adhuc impatientiæ morbo laboras, si vaniloquio, &c. Si ardor explendæ propriæ voluntatis, mixtus est, iam odor tuus. Modica enim stilla admixtionis peregrinæ, totam balsami massam contristat. » Non incisus planè, non coactus Rochus, de candore & simplicitate cordis Libanus euaporauit, non mixtum dolo balsamum humilitatis exhalauit; sed toto corde & corpore humilis ferculum Christo se exhibuit, glorificans eum & portans in corde & corpore suo.

Aug. in Psal. 1.
Matth. 18. 3.
Gilb. in Cant. ser. 17.
Eccli. 24. 21.
1. Cor. 6. 20.

Secvnda Reflexio. Altera cathedra pestilentiæ est auaritia, in templo etiam statuta, & à Christo in negotiatoribus euersa in mensis & cathedris nummulariorum. Auaritia certè sedet in cathedra, toti præsidet mundo: & pestilens cathedra est omne genus hominum, etiam Ecclesiasticorum

Io. 2. 15.

inuadens, vſque ad columbarum venditionem, donorum Spiritus, & beneficiorum. In quos venit
Pſ. 68. 23. 24. cum minis Pſaltis, ira Dei: « Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum: Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua, &c. » Cùm
2. Tim. 2. 4. Apoſtolus dicat: « Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus: » Implicat dixit: quia
1. Tim. 6. 9. « Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum, & in tentationem diaboli. » Et rectè propter habitum difficilè mobilem à ſubiecto, Pſaltes: « In cathedra, inquit, peſtilentiæ non ſedit. » Vbi Ambro-
Ambr. in Pſ. 1. ſius: « Miles, inquit, in procinctu ſtat, non ſedet. Ideoque militibus Chriſti dicitur; Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini. At contra, iniquitas in talento
Pſ. 133. 1 plumbeo ſedet; (Quanto magis in aureo vel ar-
Zach. 5. 7. genteo: quia nihil iniquius eſt quàm amare pecuniam) eo quòd fixa in peccato, ſe ab eo ſeparare
Eccli. 10. 10. non poſſit, &c. An ignoramus quod tantam vim habeat inueterata conſuetudo peccandi, vt excludat naturam? quæ cùm ſit medicabilis ad ſalutem, diuturno tamen tempore paſſionibus deprauata, immedicabilis inuenitur. » Nec præteribo, quod de muliere ſedente in cathedra peſtilentiæ, haben-
Zach. 5. 6. te alas auis rapaces: ſubiecit Zacharias: « Hic eſt eorum oculus in vniuerſa terra. » Cui concinit al-
Eſa. 14. 16. ter: « Qui te viderint, ad te inclinabuntur. » Et rurſum: « Omnes auaritiæ ſtudent » ad cathedram peſtilentiæ accedunt, & eius halitu corrumpuntur, quæ docet noua populis onera imponere, contractus vſurarios & ſimoniacos inire, iniuſtis litibus, viduæ & orphani agros & domos corradere, &c.
Ambr. in Pſ. 1. « Hinc lethale ſe mentibus virus infundit. Hinc ſurrepit ægritudo corporibus, & languor animis.

(Auaro ſemper ſolicito, & corpori etiam proprio neceſſaria ſubtrahente.) Eſt enim malus languor, erroris languor, auaritiæ languor, inexplebilis cupiditatis languor. Iſtæ diuitiæ ſunt, vt dicit Eccle. Eſt languor malus quem vidi ſub Sole; diuitias cuſtodiri in malum poſſidentis eas, &c. diſtēdunt diuitiæ, non explent: & ſi quis fuerit ſatiatus diuitiis, non eſt qui ſinat eum dormire, &c. Quomodo enim poteſt dormire qui ſolicitam auri exercet cuſtodiam? qui damna formidat, qui lucra cogitat, qui vſuras computat, pui hypothecas numerat? malus ergo languor, qui bonam aufert mentis quietem, &c. Radix omnium malorum eſt auaritia. Morbos excitat, dolores inſerit. Denique quieam appetierunt, inſeruerunt ſe doloribus multis, &c.» Et vt peſtilentiam & morbum latè peruagantem, & omnes penè inuoluentem probaret, cathedramque peſtilentiæ. «Illa eſt, inquit, quæ non paucorum, ſed omnium excitat ægritudines; omne caput in dolore, omne cor in mœſtitia, à pedibus vſque ad caput peccatorum vlcera. Omne caput in dolore, quando qui ſapientes æſtimantur, dolore cruciantur auaritiæ. Senſus enim ſapientis in capite eius. Quod referri poteſt etiam ad Eccleſiæ præeminentes. Omne cor in mœſtitia, quia nihil triſtius auaritiæ cor apponente. A pedibus vſque ad caput ſerpit lues dira morborum, quando laborat contagio, quando compatiuntur alij, ſi quis affectu libidinis defraudetur, viduæ pudorem expugnare non potuit, agrum inuadere. Et ægri cuncti inuicem languores transferunt.»

Eccle. 5. 12.

1. Tim. 6. 10.

Ambr. ſupra Eſa. 1.

Eccle. 2. 14.

Et quod efficacius Pharmacum ad curandum auaritiæ morbum, quam Rochi omnia relinquentis, & pauperibus omnia ſua bona diſtribuentis exemplum, hic Tobia melior « cùm irent omnes Tob. 1. 5.

post vitulos aureos quos fecerat Ieroboam Rex Israël, hic solus fugiebat consortia omnium.» An non de eo cantabo: «Beatus vir qui post aurum non abiit, &c. qui in telonio publicanorum, vera pestilentiæ cathedra non sedit: sed in lege Domini voluntas eius.» Et quæ voluntas, nisi: «Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris?» Quæ voluntas, nisi vt auaritiam tanquam pestem fugiamus? Ne dilexeritis aurum, in quo omnia delicta populi denotantur. Odisse debetis quod Patres perdidit, quod relinquentibus Deum adoratum est:» Lex eius est, qua «admonet nos de sæcularibus suffragia nobis prospicere amicitiarum, secundùm serui illius exemplum, qui ab actu semotus Dominicos debitores diminutis cautionibus releuat in subsidium sibi. Et ego, inquit, dico vobis, Facite vobis amicos de mammona iniustitiæ, de nummo scilicet, de quo & seruus ille. Iniustitiæ enim Authorem, & Dominatorem totius sæculi, nummum scimus omnes. Cui famulatam videns Pharisiorum cupiditatem, ammentauit hanc sententiam; non potestis Deo seruire & mammonæ. Irridebant denique Pharisæi pecuniæ cupidi, quòd intellexissent scilicet mammonam de nummo dictum.» Sed cum mammona Punica lingua sit lucrum, Rochus «omnia bona mundi detrimentum fecit, & arbitratus est vt stercora, vt Christum lucrifaceret.» Et notatu dignissimum, quod habet Augustinus: «Punicum, inquit, prouerbium est antiquum; Nummum quærit pestilentia, duos illi da, & ducat se.» Hoc est Deus pestem mittit, vt corripiat auaritiam. Et eam vult vt cures eleemosyna duplicata, Zachæum imitatus, dicentem: «Ecce dimidium

Eccli. 31. 8.
Esa. 58. 7.
Tertul. 2. de cultu fœmin. cap. 13. Et 4. contra Marcion. c. 3
Luc. 16. 3.
Aug. ser. 26. de verb. Apost.
Luc. 19. 8.

Digitized by Google

bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quempiam defraudaui, reddo quadruplum. » Facetè quidem vt assolet Augustinus subsannat, carpitque Gentiles, Christianis omnia mala publica, & ipsas pestilentias imputantes, cùm ante Christum Dij eorum eas non auerterent à cultoribus suis: « Vbi erant, inquit, quando maxima pestilentia exorta, Diis inutilibus, sine remedio populus diu multumque fatigatus, noua lectisternia, quod nunquam antea fecerat, exhibenda arbitratus est? lecti autem sternebantur in honorem Deorum, vnde hoc sacrum, vel potius sacrilegium nomen accepit. » Noster Rochus non inutilis Diuus, pestilentiæ tempore, post erogatum prius pauperibus patrimonium, sternendis affectorum peste lectis, carbonibus eorum tractandis, mensis extruendis, totum se Christiana humilitate & largitate mancipauit. De cathedra docens, quomodo pestis auaritiæ sit curanda. « Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala (in pestilentia) liberet eum Dominus. Non videbit diem malum, qui dies bonos videre pauperem facit. Videbit diem malum, qui diem Iudicij sine aduocatione pauperis intrauerit. Sine causa accusant peccata, quem pauper excusat. Excusari non potest, quem fames pauperis accusauerit, &c. qui se nouit per mala sæculi vitam ducere, eleemosynæ semper secum auxilium ducat. Ad præsidium sibi turmas pauperum vocet; in pastu pauperum largus prorogator exuberet, pauperum frequentet domum, &c. In die mala illi Deus liberator assistet, qui à malis pauperem liberarit. In angustiis illum Deus clamantem exaudiet, qui pauperem cum clamaret audiuit. » Vniuersum stratum eius versabit in infirmitate eius, qui cum Rocho infirmi lectum versabit in dolore eius.

Aug. lib. 3. de ciuit. c. 17.

Ps. 40. 1

Chrysol. ser. 14.

Tertia Reflexio. Tertia pestis est luxuriæ, cuius typum gessit Babylon mater fornicationum, sedens in cathedra pestilentiæ super aquas multas; vel « mulieres sedentes, & plangentes Adonidem » id est animæ molles, quæ nullum dolorem gaudiumque suscipiunt quàm in voluptate, vel dolore carnali. Et hæc pestis plerumque ex diuitiarum abundantia procedit: « Difficilè enim in domo Dei diues, ac si quis est, difficile cœlebs. » Proinde Rochus, vt castè viueret, diuitias abiecit, ne « prodiret ex abundantia & adipe iniquitas » & pestis luxuriæ. Morbum luxuriæ Basilius, Ambrosius & Augustinus, comparant morbo pestilentiæ. Lubrici enim dum proprium morbum in omnes transferre contendunt, gloriantur & gestiunt plurimos sibi efficere similes, vt per malorum communionem, societatemque multorum, propriam effugiant infamiam. Vento similes ignem ab vna domo in omnes spargenti. « Fornicationis, inquit, spiritus, non in vno sistit, sed coæuos eodem morbo inficit, &c. Num parua hæc pestilentia est, & peccati diffusio? » Quod maximè probat in ducibus, & principibus, trahentibus subditos ad suam imitationem. « Cùm, inquit, vnius morbus imitatione dignus, multitudini existimatus fuerit, tunc verè pestis nominatur. Nam iam pronos ad peccatum exemplaris dignitas, magno pondere impellit. »

Apoc. 17.5. Ezech. 8.14. Tertul. 2. ad vxor. c. 8. Psalm. Basil. in Psalm.

Ambrosius item, & lugentes cum mulieribus Adonidem viros, & castorum, & sobriorum mores, in cathedra irrisionis & pestilentiæ sedendo ridentes pungit. « Quoties, inquit, ingemiscunt seniores, quod diu potare non possunt, &c. scortari? &c. Quoties inter fabulas ebriorum, virtutes probro sunt, peccata laudi, honestas ludibrio, conti-

Ambr. in Ps. 1.

nentia risui, misericordia vanitati? (deridetur iusti Iob. 12. simplicitas, & Rochi sensus omnis in pestilentum 4. ministerio, mortificatio, à voluptuosis inluditur:) isti sunt morbi, quia mala sua in multos transferunt: à paucis corruptela ad omnes peruenit. Sedent in consiliis, derogantes sobriis, ructantes crapulam; sedent in tabernis de ebrietate certantes. Inter hos meretrix plena vino, huic arridens, illum adurens, & omnes ardore inflammans libidinis. Verecundus si transeat, erubescit; à singulis carpitur: si flagitiosus, omnium ore laudatur, & tanquam morbus, transit in animas singulorum. Qui enim in flagitiis celebris est, plurimos ad imitationem adducit erroris. Itaque dum peccatum imitantur alienum, suum faciunt malum, &c.»

Augustinus quoque Mœchiam cum peste pecorum Ægypti componit. «Quintum, inquit, præceptum est; Non mœchaberis: quinta plaga est mors in pecora Ægyptiorum. Comparemus: da hominem mœchari meditantem, coniugio non contentum suo; appetitum quemdam carnis in se domare non vult, qui est nobis pecoribusque communis. Etenim concumbere & generare, etiam pecorum est; ratiocinari, intelligere, humanum est. Ideo ratio quæ præsidet in mente, motus inferiores carnis tanquam regnans & dominans, frænare debet, non immoderatè & illicitè passim vagéque laxare.» Subdit instinctu à Creatore dato certis temporibus pecora concumbere: deinde subiicit: «Tibi dominationem rationis Creator dedit, tibi præcepta continentiæ, tanquam in bestias inferiores lora concessit. Tenes tu, quod pecus non potest: Et ideo speras tu, quod pecus non potest. Labores aliquantulum in continendo, non laborat pecus: sed gaudebis semper in æternitate, ad quam

Aug. ser. de Decal. & conuenientia plagarum Ægypti.

non peruenit pecus, &c. quòd si contempseris te in te, & imaginem Dei, in qua fecit te, neglexeris; victus cupiditate insinuatarum rerum, tanquam amisso homine, eris pecus: non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in hominis forma, habens similitudinem pecoris, qui non audis dicentem: Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Sed fortè eligis tibi esse pecus, & liberâ vagari libidine, nullâ lege appetitum carnis ad continentiam refrenante: attende plagam: si pecus es, non times? saltem mori time.» Eadem penè habet Damianus ab Augustino deprompta: Et concludit: «Equi amatores in fœminas emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui inhiabat. Hæc ergo pecora necesse est vt funditus depereant, nisi diuinæ legis medicamen occurrat. Dicitur ergo, Non mœchaberis.» Quàm longè Rochus à peste pecorum, qui & legitimam spernens coniugij voluptatem, non contentus humanâ ratione viuere, in Angelicam, Dei gratia donante, translatus est dignitatem. «In carne enim, præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cœlestis, &c. Virginitas hoc obtinet viribus, (gratiâ scilicet diuinâ adiutis,) quod habet Angelus ex natura, Angelus ergo & Virgo, diuinum agunt officium non humanum.»

Ps. 31. 9. — Dam. opusc. 18. c. 4. — Ierem. 5. 8. — Chrysol. ser. 143.

Quàm dispar doctrina eius exempli, est pestilentiæ cathedræ, qui factus est ferculum de lignis Libani diuinæ sapientiæ. «Libanus candorem sonat cuius ligna nulli sunt obnoxia corruptioni; & sicut substantiæ suæ non admittunt putredinem, ita suauissimũ spirant odorẽ. (Optimũ medicamen contra aërem pestilentẽ.) Bonus odor, bona fama. Bonus odor cõsciẽtia bona. Illa aliis benè olet; ista sibi, &c. Et benè imputribilitati bonus odor adiungitur: nam

Gilb. ser. 17. in Cant.

Digitized by Google

è contrario, putredo fœtorem emittit. Qui enim seminat in carne, de carne & metet corruptionem; & de corruptione tristem odorem; sicut & de integritate suauem, &c. » Hinc Catharina Senensis & Birgitta à comptis & suaueolentibus lubricis, vt à cadaueribus ex odore graui auertebantur, tanquam ab aëre pestilenti. Et sanctus Euthymius, transeunte homine qui tantùm lubricæ cogitationi consenserat, nil tam fœtidum vspiam sensisse testatus est. Et Pacomius, referente Palladio, data alapa diabolo sub forma Æthyopissæ, tetrum adeò contraxit odorem, vt eum nec biennio post manu excutere potuerit; tantus inest odor pestilentiæ luxuriæ. Quàm contra suaue fragrabat vt lilium Rochus, dicens: « Quasi Libanus non incisus euaporaui. Quia virgo non diuisa, meritò non incisa. » Hic est odor integritatis, & non coactæ, sed spontaneæ Rochi, & non incisæ virginitatis. Callebat certè præsentissimam contra pestem cautelam esse fugam mundi, fugam aëris corrupti, mollium vestium, pulueris aromatici, aspectus mulierum, theatrorum, chorearum, epularum, imaginum turpium, librorum impudicorum colloquiorum, &c. Amatoriarum literarum, & huiusmodi libidinis fomitum & pestium fugam; quam mundus & concupiscentia eius in cathedra pestilentiæ sedens, oculo, ore, gestu, tactu, docet, & afflat singulis amatoribus suis. Audierat Rochus Ambrosium post Paulum de continentiæ cathedra, fugam docentem cathedræ pestilentiæ: « Non sedeas, inquit, inter eos quos S. Propheta fugiebat. Illum imitare, fugientem vtique, non sedentem, qui ait: non sedi in consilio malignantium, & cum iniqua gerentibus non introibo. » Et rursum cum Paulo dicente: « Fugite fornicationem » paruit voci, &

2. Cor. 9. 6.

Eccli. 24. 21. Gilb. supra.

Ambr. in Ps. 1.

Ps. 25. 4

fuge propheticæ canens: « Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. » Et cum castissimo Ioseph,
Ps. 54. 7 pallium dimisit pellici Dominæ, ne tactus eius contagione pollueretur; sic ille omnia mundi bona quæ sunt veluti quædam corporis indumenta, sæculum fugiens dereliquit. Tu verò quisquis me adolescens audis, aëri voluptatis corrupto expositus:
Ambr. supra ex Prou. 7. « Ne intendas in eam oculum tuum, sed exili, ne moreris: Exili antequam te anni iuuentutis inueniant. Sed quod grauius est, plerique luxuriam corporis, nec albenti erubuere canitie, & vsque ad senectutis ætatem, vitam duxere maculosam. Intimis enim concepta visceribus lues culpæ, processu temporis coaceruatur, &c. Alliganit quis
Prou. 6. 27. ignem in sinu, vestimenta autem non comburet? Etenim qui semel in sinu mentis flagitij flammam feruentis adoleuerit, citò corporis sui vestimenta comburet. Itaque graui odore terræ illius ac flagitiosæ voraginis, contrahitur quædam animarum pestilentia, corruptoque salubrium cogitationum spiramine, lues æstuantium passionum miseranda grassatur. » O beate Roche, te Patronum & Archiatron, Principem Medicorum agnoscimus, omni pestis carnis & animæ Pharmacum proferentem.
Baron. in Martyrol. 17. Aug. Nouimus & Concilij Constantiensis decreto iussum vt imago tua solemni pompa ferretur, vnde subitò pestis euanuit. Fugiat procul tuo patrocinio ab orbe Christiano pestilentia, sed maximè triplex, ambitionis, auaritiæ, libidinis, vt per virtutum tuarum exempla, ad tua sani & sancti præmia veniamus. Amen.

Digitized by Google

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbæ.
Matth. 10. 16.

PAulus, omnium fidelium, & Apoſtolorum quammaximè perſonam, & magnanimitatem induens, quâ à Deo forti participatâ, quodlibet arduum aggredi, & quiduis durum pati, & nullis proſperis aut aduerſis à Chriſto diuelli parati erãt: etiam inter lupos velut oues occiſionis gladioſque inter carnificum verſari. « Quis, inquit, nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? ſicut ſcriptum eſt: quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. » Vbi Auguſtinus titulum Pſalmi explicans qui eſt « intellectus filiis Chore. Interpretatur, inquit, Chore, Caluitium, vel Caluaria; & inuenimus in Euangelio, Dominum Ieſum Chriſtum in loco Caluariæ Crucifixum. Ergo clarum eſt, quòd filiis paſſionis eius cantatur hic Pſalmus. Habemus autem hinc euidentiſſimum teſtimonium Apoſtoli Pauli, quia cùm in perſecutionibus Gentilium laboraret Eccleſia, hunc ſumpſit verſum, quem interponeret, ad exhortationem, & conſolationem patientiæ. Hinc enim dictum eſt, quod ille in Epiſtola ſua poſuit:

Rom. 8. 37. Pſ. 43. 22. Aug. ib. in p. Pſ.

Digitized by Google

propter te mortificamur, tota die æstimati sumus sicut oues occisionis. Vocem ergo Martyrum audiamus in Psalmo, & vox Martyrum, videte quàm bonam causam habeat, cùm dicit, propter te. Nam & Dominus ideo addidit, propter iustitiam, cùm
Matth. 5.10. diceret: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: Ne quisquam persecutionem patiens, ex ipsa pœna quæreret gloriam, non bonam habens causam, & hinc exhortatus suos, ait: Beati eritis, cum vobis illa, & illa fecerint, vel dixerint homines propter me. » Quàm beatus ergo inter cæteros, & præter cæteros Bartholomæus; verè nominandus, si benè intelligimus, « Filius Calui, & Caluariæ, » qui propter Christum, non pilorum tantummodo, sed & pellis capitis decaluatione, & totius corporis excoriatione cruciatus, Christoque
Esa. 53.5 Iob 2.7. agno, sicut ouis occisionis, conformatus; « Vir dolorum, à planta pedis ad verticem non habens sanitatem » truncato tandem capite cum Paulo, gloriosam Martyrum palmam adeptus est. Quæ angustia strictior? quæ nuditas expoliatior? quis gladius crudelior, quàm quo in angusta mortis porta, propria pelle nudatus est; præ omnibus occi-
Rom. 12. 1. sionis ouibus, non iam vt ouis mortua, sed « hostia viua, sancta, Deo beneplacens, & rationalis » excoriata immanibus luporum crudelium dentibus.
Orig. Verùm, vt secundùm Origenem, Arca rubricatis arietum pellibus; sic Ecclesiæ Martyrum protectione & vmbraculo defensatur. Idcirco & Spon-
Cant. 1. 4. sa: « sicut tabernacula Cedar, & sicut pelles Salomonis, » inde nigra, inde formosa appellatur. Hanc protegit sua, ad litteram, pelle, generosus aries Bartholomæus. Hinc sua nobis pelle tympanum fecit, vt nos ad bellum contra dæmones, Idololatriam, & carnis voluptatem excitaret. Vel vt in cœlum

Digitized by Google

cœlum extentâ iuxta Psaltem; extendens cœlum sicut pellem, Dei gloriam » tot linguis, tot stellis, tot stellis, quot stillis sanguinis; tot oribus, quot plagis, & poris « enarraret; & firmamentum » constantiâ solidum, « opera manuum eius annunciaret. » Quid tu Maria? An non propriè « pellis Salomonis » egenũ tegens humana pelle? Vellus rore plenum? firmamentum virtutis eius. « Tympanistria nostra » Martyribus rubrum mare transeuntibus applaudens? Cui vt oui, « agni terræ Dominatoris » matri, tuba adgratulata est Angelica, dicens: Aue Maria.

Ps. 103. 3.
Ps. 18. 1.
Iudic. 6. 37.
Aug. ser. 2. de Assum.
Esa. 16. 1.

EXORDIVM.

Gloriæ suæ zelantissimus Dominus, quam impartibilem creaturis sibi soli seruat, dicens: « gloriam meam alteri non dabo: » vilia semper elegit instrumenta & media, & quæ videbantur humanæ sapientiæ legibus inepta, quibus altissimum sapientiæ suæ incomprehensibilis consilium adimpleret. Vnde Paulus cùm dixisset: « Deus qui dixit, de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu: » hoc est qui dicendo fiat, nulla lucis apta præiacente materia, de tenebris lumen eduxit, idem ipse de nobis, « qui fuimus aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino » totius mundi in ignorantiæ & incredulitatis tenebris positi, lumen scientiæ produxit; quo « lux mundi » facti; Dei Patris claritas, & gloria, quæ & voce de nube, & resplendente sicut Sol eius facie in monte, manifestata est, per nos toti orbi innotesceret. Statim subiecit: « Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. » Id est: Lucem istam

Esa. 42. 8.
2. Cor. 4. 7.
Gen. 1. 3.
ita D. Thom. lect. 2. in 2. Cor. 4.
Matth. 5. 14.
2. Cor. 4. 7.

Digitized by Google

fidei & ſcientiæ diuinæ, qua mundum illuminamus, tanquam lampades eius, in nobis vt vaſis fictilibus poſuit, vt ſublimitas & gloria virtutis, & operationis, non vilibus inſtrumentis, ſed primæ cauſæ tribueretur. Ita Doct. Ang. « Deus, inquit, illuxit mentibus noſtris, ad illuminationem aliorum, quæ quidem lux eſt maximus theſaurus: infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati. De quo & Eſaïas: Diuitiæ ſalutis, ſapientia. Iſtum autem maximum theſaurum non habemus in pretioſo loco, ſed in re vili & fictili. Et ratio huius eſt, vt ſcilicet Deo efficacia eius tribuatur. Et hoc eſt quod dicit: Habemus theſaurum iſtum, id eſt lucem illam qua alios illuminamus, in vaſis fictilibus, hoc eſt corpore fragili, & vili. Ita Pſaltes: Ipſe cognouit figmentum noſtrum. Et Ieremias: Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſraël. Et Eſaïas: Et nunc Domine Pater noſter es tu, nos verò lutum. Ideo habemus in vaſis fictilibus, vt ſublimitas iſtius lucis ſit virtutis Dei: id eſt, Deo attribuitur, & non ex nobis credatur eſſe. Nam ſi eſſemus diuites, ſi potentes, ſi nobiles ſecundùm carnem, quidquid magnum faceremus, non Deo, ſed nobiſipſis attribueretur; nunc verò quia pauperes & contemptibiles ſumus, huiuſmodi ſublimitas Deo, & non nobis attribuitur. Et ideo vult nos Deus contemptui haberi, & tribulationibus exponi. Ne dicerent: Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia. Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ita & Sapiens: Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent. Non quia impotens eras in bello, ſubiicere impios iuſtis, aut beſtiis ſæuis, aut verbo

D. Th. ibidem.

Sap. 7. 14.

Eſa. 33. 6.

Pſ. 102. 14.

Ierem. 18. 6.

Eſa. 64. 8.

Deut. 32. 27.

1. Cor. 1. 29.

Sap. 12. 8.

duro ſimul exterminare. Sed partibus iudicans (id eſt ſimul non effundens iram tuam, ſed per partes vindictam exercens,) dabas locum pœnitentiæ.» Præceſſerat lux Doctorum Auguſtinus eumdem Paulum exponens: « Videte vocationem veſtram, 1. Cor. fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm car- 1. 26. nem, non multi potentes, non multi nobiles, &c. Non inquit, elegit Reges, aut Senatores, aut Phi- Aug. loſophos, aut Oratores; imò verò elegit plebeios, ſer. de pauperes, indoctos, piſcatores. Petrus piſcator, Cal. Iã. Cyprianus orator. Niſi fideliter præcederet piſcator, non humiliter ſequeretur orator.» Et rurſum: « Elegit Dominus & Oratores. Sed illi ſuperbirent, Aug. in ſi non prius elegiſſet piſcatores. Elegit diuites. Sed Pſa. 65. dicerent merito diuitiarum ſuarum ſe electos eſſe, niſi primò elegiſſet pauperes. Elegit Imperatores poſtea. Sed melius eſt, vt Romam cùm venerit Imperator, depoſito diademate, ploret ad memoriam piſcatoris: quàm vt piſcator ploret ad memoriam Imperatoris. Infirma enim mundi elegit Deus 1. Cor. vt confundat fortia. Ignobilia mundi elegit, & ea 1. 27. quæ non ſunt, tanquam ſint, vt ea quæ ſunt euacuentur.» Et ne quid ſibi vel minimum gloriæ decerperet inſtrumentum: ne facti piſcatores hominum, arti ſuæ, « ſagenæ ſuæ immolarent » piſca- Habac. tionis ſuæ fructum. Sic Oratoris Moyſi Pharaonem 1. 16. debellaturi, linguam impediuit: ſic manum eius Exod. Thaumaturgam lepra deformauit: ſic oues iner- 4. 10. mes & excornes, & non cornupetas arietes, in machinam belli armauit. Sic ſerpentes innocuos abſque veneno & dentibus, ſic columbas, contra aquilas, dracones & lupos miſit: « Vt ſublimitas Beda in ſit virtutis Dei: vt non glorietur omnis caro, in 1. Cor. 1 conſpectu eius. Videte quemadmodum nobis non abſtulit gloriam, vt daret gloriam. Abſtulit no-

ſtram, vt daret ſuam. Abſtulit inanem, vt daret plenam. Abſtulit nutantem, vt daret ſolidam. Quanto ergo gloria noſtra fortior eſt, & firmior, quia in Deo eſt? Non ergo in te debes gloriari, quod & prohibuit veritas: ſed quod ait Apoſtolus,
2. Cor. 10. 17. hoc præcepit veritas: Qui gloriatur, in Domino glorietur.» Hæc ſolida fuit Apoſtoli noſtri Bartholomæi gloria, cuius pelle detracta Chriſtus ſpolia de hoſtibus retulit, & principatus & poteſtates
Divisio. expoliauit. Primò de eius gloria, ſecundò per reflexiones morales, quomodo ipſum imitando noſtro Deum modulo glorificare poſſimus.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Cùm gloria ſecundùm Philoſophum, ſit clara cum laude notitia; nec prototypus poſſit clarius innoteſcere & agnitus collaudari, quam in expreſſa ſua imagine, & vice verſa tota imaginis gloria in hoc ſit poſita, vt ſuo perfectè prototypo reſpondeat: Dei Filius ſpeculum, imago, figura bonitatis, « in quo inhabitat plenitudo diuinitatis corpo-
Coloſſ. 2. 9. raliter » eius gloriam manifeſtauit hominibus, & eam per Apoſtolos, in quibus ſeipſum expreſſerat,
1. Cor. 15. 49. toto orbe declarauit. Vt « ſicut portauerant imaginem terreni, portarent & cœleſtis.» Miſſus à Patre Filius in hunc finem, ſuos in eumdem miſit A-
Io. 20. 21. poſtolos: « Sicut, inquit, miſit me Pater, & ego mitto vos.» Miſſus de cœleſti Patre: « de cœlo cœleſtis,» mitto cœleſtes in conuerſatione cœleſti.
Pſ. 103. 19. « Lux ſum mundi: & vos eſtis lux mundi. Sol co-
Aug. ib. gnouit occaſum ſuũ, id eſt placuit illi occaſus ſuus, Chriſtus agnouit paſſionem ſuam: quid eſt agnouit? approbauit, placuit ei.» Ecclypſim paſſus eſt lucis, & gloriæ, & vitæ; ſed nunquam ortus eius

Digitized by Google

tantam à Pastoribus & Magis gloriam, nec meridies in miraculis tantam plebem, quam occasus in Cruce Christo acquisiuit honorem. Hoc paulò antequam moreretur, postulabat à Patre: « Clarifica me Pater claritate quam habui apud te priusquam mundus fieret. » Et rursum: « Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. » Et de Petro cingendo ab altero, & crucifigendo: « Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. » Christus humiliatus, cœlum diuinitatis suæ in terram inclinauit: hoc & de Apostolis rogabat fieri Psaltes dicens: « Inclina cœlos tuos & descende. Qui sunt cœli inclinati? Apostoli humiliati, &c. & vnde facti sunt cœli? quia iustificati. Quomodo peccator factus est terra, cui dictũ est terra es. Sed postea portauerunt Deum, & Deus de ipsis coruscabat miracula, & tonabat terrores, pluebat consolationes, &c. Coruscante de illis, & intonante Domino miraculis & præceptis, putati sunt Dij descendisse de cœlo ad homines. » Quidquod, vt « firmamentum est Dominus timentibus eum; & testamentum ipsius vt manifestetur illis: » sic & Apostoli & « cœli & firmamentum facti sunt virtutis Dei, vt gloriam eius enarrarent, & opera manuum eius annuntiarent. » Ita Augustinus: « Firmamentum, inquit, fiducia Spiritus sancti cœlum factum, quod antea timore terra erat. » Et quid aliud innuerat Psaltes his verbis: « Verbo Domini cœli firmati sunt. Quando, inquit, ausi sunt cœli ire cum fiducia, & ex hominibus infirmis cœli fieri? Nisi quia Verbo Domini cœli firmati sunt? » Et quo tandem Verbo, nisi quo Verbum Patris eos præmonet de persecutione luporum? quo Verbo, nisi quo in sui similitudinem eos

Io. 17. 5. Io. 12. 32. Io. 21. 19. Ps. 143. Aug. ib. & in Ps. 121. & in Ps. 143. Act. 14. 10. Ps. 24. Aug. in Ps. 18. Aug. in Ps. 32.

Io.15. se mittere dicit: « Si me persecuti sunt, & vos per-
20. sequentur: » Vt gloriæ sit, vt honor, « sufficiens
Matth. sit esse Discipulo, sicut & Magister eius. » Quo
10.25. Verbo, nisi vt sicut ille extentus est vt pellis in
cruce: sic Bartholomæi inter cæteros pellis exten-
sa enarret gloriam Dei. Vel vt Christus ad maio-
rem Patris gloriam, vsus est infirmis & vilibus sym-
bolis, ouis, agni, columbæ, serpentis, & vermis,
quibus de tota mundi superbia triumphauit: sic
Io. 20. Apostolis dicat: « Sicut misit me Pater, & ego
21. Matth. mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote er-
10. 16. go prudentes sicut serpentes, & simplices sicut co-
Esa 16.1 lumbæ. » Vnde tandem Christus: « Agnus Domi-
Apoc.5. nator terræ, vicit vt Leo de tribu Iuda? » nisi quia
5. Esa. 53. « quasi ouis ad victimam ductus, & quasi agnus
7. coram tondente se obmutuit. » Vnde terrorem in-
Io. 12. cussit dæmoni, & « Principem huius mundi foras
31. eiecit » nisi quia de pelle sua in cruce extensa facto
tympano ad ostia ciuitatis tympanizans, figuram
Aug. in Dauid coram Achis insanientis impleuit? « Et quo-
tit. Ps. niam qui crucifigitur, in ligno extenditur: vt au-
83. ex 1. Reg. 21 tem tympanum fiat, caro, id est corium in ligno
extenditur: dictum est, tympanizabat: id est cru-
cifigebatur, in ligno extendebatur: Affectabat, id
Io.10. est affectum in nos habebat, vt animam suam po-
11. neret pro ouibus suis. Tympanizabat. Quomodo
Heb.13. ad ostia ciuitatis? (quia extra portam passus est.)
12. Clauseramus ostia contra Christum, & aperuera-
mus diabolo, &c. Cruce aperiebat corda morta-
lium, vt crederemus in Deum. » Agnus demum
Coloss. & peccatum mundi tulit, « Et chyrographum quod
2.14. erat contrarium nobis, de medio sustulit, affigens
illud cruci: » & pelle sua flagellis, spinis, clauis
Et vers. dilaniata, « Expolians principatus & potestates,
15 ibid. traduxit confidenter palam triumphans illos in se-

Digitized by Google

metipso. » Et in eadem pelle veniam nobis proprio sanguine exarauit, & gratiam. Et totum ad se conuertit mundum : « Agnus occisus à lupis, & faciens agnos de lupis, &c. Et vnde tantam virtutem haberent oues inter lupos, nisi quia spiritu oris eius omnis virtus eorũ,&c. Misericordia Domini plena est terra. Quid cœli? Audi quid cœli. Non enim indigent misericordia, vbi nulla est miseria. In terra abundat hominis miseria, superabundat Domini misericordia. Miseria hominis plena est terra, & misericordia Domini plena est terra. Cœli ergo, vbi nulla est miseria, nunquid quia non indigent misericordia, non indigent Domino? omnia indigent Domino, & misera, & fœlicia. Sine illo miseri non subleuantur, sine illo fœlix non regitur. Ergo ne fortè de cœlis quæreres, cùm audires: misericordia Domini plena est terra, audi quia Domino, & cœli indigent. Verbo Domini cœli solidati sunt. Nam non à se sibi solidamentum fuerunt, nec ipsi cœli firmitatem sibi præstiterunt. Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. non habuerunt aliquid ex se, & tanquam supplementum à Domino perceperunt. Spiritu enim oris eius, non pars, sed omnis virtus eorum, &c. Vnde plena est terra? Misericordia Domini. Quare? quia vbique dimittit peccata Deus: quia misit cœlos (Apostolos) qui terram compluerent. Et quomodo ausi sunt ipsi cœli ire cum fiducia, & ex hominibus infirmis cœli fieri, nisi quia Verbo Domini cœli solidati sunt? Vnde enim haberent tantã virtutem oues inter lupos, nisi quia spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ecce, inquit, mitto vos sicut oues in medio luporum. O Domine misericordissime, certè hoc facis, vt misericordia tua plena sit terra. Si ergo misericors, vt impleas terram misericordia, vide quos mittis, vide

Aug. ser. 44. de SS. Item in Ps. 32.

Matth. 10.16.

quò mittis. Quo, inquam, mittis, & quos mittis? Oues in medio luporum. Vnus lupus si mittatur in medium innumerabilium ouium, quis ei resistit? quid non turbat, nisi fortè quia satiatur? nam omnia deuoraret. Mittis infirmos inter sæuos. Mitto, inquit, quia cœli sunt vt terram compluant. Vnde cœli homines infirmi? sed spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ecce lupi tenebunt vos, & tradent vos, & offerent potestatibus propter nomen meum.
Matth. 10. 19. Iam armate vos. Virtute vestra? absit. Nolite cogitare quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis: quia Spiritus oris eius omnis virtus eorum »
Aug. in suppl. p. 2. ser. 33. Idem Augustinus in tomo nuper edito idem nostrum thema retractans, stupet oues missas in medio luporum. « Audistis, inquit, quid Dominus dicit in Euangelio. Ecce ego mitto vos, &c. Quid est hoc? Si vnus lupus inter oues veniat, quantacunque sint ouium millia, vno lupo in medio misso, turbantur. Et si omnes non lanientur, omnes tamen terrentur. Qualis est ergo ista ratio? quale consilium? qualis potestas? Nec lupum ad oues admittere, sed in lupos oues immittere? Mitto, inquit, vos, sicut oues in medio luporum. Erat er-
Luc. 12. 32. go luporum agmen, oues paucæ. (Nolite tamen timere pusillus grex,) cùm multi lupi occiderunt paucas oues, conuersi sunt lupi, & facti sunt oues. Omnibus tamen dicitur, & qui futuri erant in Domino credituri, ante nos, & post nos, omnibus dicitur: eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum. (Sed videte multiplicationem ouilis ex ouibus occisis, & fertili semine sanguinis Martyrum:) per omnes gentes futura Ecclesia prædicata est; sicut promissam legimus, ita redditam cernimus, & sunt omnes gentes Christianæ. Antea
Digitized by Google

oderunt eos omnes gentes propter nomen eius; modò autem omnes gentes clarificant nomen eius: gentes omnes Chriſtianæ, germen Eccleſiæ Catholicæ, toto terrarum orbe diffuſæ.» Et ad litteram

putatis eos non dolere, putatis non fremere? (Sicut infremuit cum ſuis Sacerdotibus Aſtyages.) Sed nunc impletur quod de illis dictum eſt: peccator videbit & iraſcetur. Quid ergo, quia iraſcetur? ne timeat ouis lupum. Modò minas eorum, & fremitus non timeatis. Iraſcitur. Sed quid ſequitur? dentibus ſuis fremet & tabeſcet. Quia ergo modo ſalſa maris aqua quæ remanſit, in Chriſtianos ſæuire non audet; occultum autem murmur rugit in ſe, & intra mortalem pellem fremit concluſa ſalſugo, videte quid ſequitur: congregans ſicut in vtrem aquam maris: cùm ergo antea mare in Martyribus liberis fluctibus ſæuiebat, modo autem intra mortalia pectora incluſum amarum eſt, ille fecit, qui in illis vicit; qui poſuit tunc mari terminos, vt in ſe remeantes comminuerentur fluctus eius; ipſe congregauit velut in vtrem aquas maris, vt mortalis pellis contegat amaram cogitationem: mentes enim pelli ſuæ (quorum patres pellem Bartholomæo detraxerunt,) intus tenent quod non audent emittere. » Hæc eſt poteſtas, hæc gloria paſtoris agni pro ouibus occiſi, & mittentis matres agnorum oues in medio luporum, & de lupis facientis oues. « Dominus noſter Ieſus Chriſtus Paſtor bonus, mitis & pius, oues ſuas miſcet inter lupos in hoc ſæculo, vt eas adiuuet de throno ſuo, &c. Vis videre oues ſuas de luporum manibus educentem? Ipſe clamat & dicit: Ego ſum Paſtor bonus: Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Lupus deſtruitur, quando paſtor occiditur. Ouis redimitur, quando paſtor crucifigitur. Non enim timere debent oues, miſceri in medio luporum. Ad hoc enim lupis miſcentur, non vt in ipſorum malitiam commutentur: ſed vt lupi in innocentiam ouium conuertantur. Sed ſi volunt fieri agni oues, (fructificare, & alios

Pſ. 111. 10.

Prou. 8. 29.

Aug. in ſuppl. p. 1. ſer. 99. in Nat. S. Steph.

Pastori parere Apostolico merito,) non deficiant, Io.1.29.
sequentes agnum qui tollit peccatum mundi. Ecce enim prima ouis sanctus Stephanus, quomodo testimonio fidei lupos excutit proclamantes, & oculis suis cœlos cernit patentes. O prima ouis pugnans in medio luporum! Sequens, non adhuc perueniens ad Dominum, etiam amicus est Angelorum, &c. Nam stabat in medio luporum, & erat facies eius, tanquam facies Angeli stantis in Act.6.
medio Iudæorum. Quid agitis ô Iudæi? Non time- 15.
tis ouem Christi pedissequam, quæ habet in fronte sua nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti? Ipsum est signum quod vobis in Stephani fronte lucebat. Hoc signum viderunt cœli, & patefacti sunt; & tanquam ostenso signaculo in specie Angelorum patefactæ sunt portæ cœlorum.» Orauit pro Saulo sæuiente lupo Stephanus, & de lupo factus est ouis Paulus. De quo Ambrosius appositissimè. « Missi, inquit, vt agni in medio luporum. Ambr.
Lupi sunt enim persecutores, lupi sunt hæretici om- Octon.
nes, (& ipse Paulus de secta & hæresi Pharisæorũ.) 7. in Ps. 118.
docere nesciunt, vlulare consueuerunt. Sed nemo Luc.10.
moueatur, si in medio luporum mittitur. Beneficio 3.
Christi, & lupus ipse mutatus est. Benjamin lu- Gen 49
pus rapax, Apostolus Paulus factus est: non insidia- 27.
tor ouium Christi, sed defensor & custos. Cum hoc lupo versari libet, per hunc lupum factum est, vt simus tuti in medio luporum. Nemo iam videtur lupus. Cum his pascitur, sicut scriptum est: Tunc lupi & agni simul pascentur.» Sed ille lupus Esa. 65.
ab oui Stephano mutatus est. Quid minus præstitit 25.
ouis excoriata Bartholomæus? « Vicit lupos vna Aug.
ouis capta, & impleuit locum ouibus ouis occisa.» supra.
Quale medium! quod instrumentum gloriæ! quis triumphus! « dentes peccatorum contriuisti. Pos-

Aug. in Ps. 3. sunt dentes peccatorum accipi, Principes peccatorum, quorum authoritate, quisque de societate rectè viuentium præciditur, & quasi incorporatur malè viuentibus. His dentibus contrarij sunt dentes Ecclesiæ, quorum authoritate, ab errore Gentilium, variorumque dogmatum præciduntur credentes, & in eam, quæ Christi corpus est, transferuntur. His dentibus dictum est Petro, (dictum & Bartholomæo, tanquam oui missæ in medio luporum,) vt manducaret mactata animalia, id est occidendo in gentibus quod erant, & transmutando in id quod ipse esset. Et de his dentibus Ecclesiæ dicitur; dentes tui sicut grex detonsarum, ascendens de lauacro, quæ omnes geminos pariunt, & sterilis non est in illis. Hi sunt, qui rectè præcipiunt, & quemadmodum præcipiunt, ita viuunt, &c. Horum enim authoritate commoti, Deo per illos loquenti, & operanti, homines credunt, & separati à sæculo, cui conformati erant, in Ecclesiæ membra transeunt. Et ideo rectè isti per quos hæc fiunt, dentes dicuntur, detonsis ouibus similes, qui iam terrenarum curarum onera deposuerunt, & ascendentes de lauacro, de sordium sæculi ablutione, per Sacramentum Baptismatis, omnes geminos pariunt. Operantur enim duo præcepta, de quibus dictum est: In his duobus præceptis, tota Lex pendet & Prophetæ. » Quæ omnia præ cæteris Apostolis, Bartholomæo conueniunt. Hic enim velut ouis innocuo dente, Gentilibus pronuntians tanquam lupis omnia verba oris Dei, lupos momordit, ab Idololatria separauit, Christi Ecclesiæ conjunxit. Et cũ ex Bernardo, « dentes corio careant; toti corpori masticent cibum: » Bartholomæus non solum detonsus omnibus bonis sæculi, sed & proprio corio nudatus, de lauacro sanguinis

Act. 10.

Cant. 4. 2. & 6. 5.

Matth. 22. 40.

Ber. ser. 64. ex paruis.

fœcundissimus animarum conuersione, & luporum in agnos mutatione fertilissimus ascendit.

Sed quid ouis innocens excoriatur, quasi Marsyas contra Apollinem de musica certasset, qui sponte facto de pelle sua tympano Dei laudes sonat, & velut alter Dauid in cythara & tympano principem mundi, luporum caput eiicit foras. Hic siquidem in Lycaoniam Cappadociæ, quasi luporum plagam missus, bellum Idololatris indixit. Et cùm in vrbe Armeniæ Astaroth eiecisset ab Idolo, & filiæ Regis polemonis ligatum specie Æthiopis ostendisset, Idolum obmutuit, oue silentium imponente lupo. O portentum! pulsato enim tympano facto lupina de pelle, tympanum de ouili percussum non resonet. Sacerdotes, vrbis vicinæ Idolum Berith consulunt; & maiori prodigio lupus hic à Deo compulsus ouem nostram laudat: quod centies diu noctuque genuflectat. (Vnde & Euangelium aptatur in oratione Dei pernoctanti:) quod Angelis comitibus incedat. Quod inuisibilis, pro libito fiat; quod à viginti quinque annis veste candida non attrita vestiatur. Quod omnia etiam absentia cognoscat; quod omnium linguis loquatur. Quid mirum, & hic de « Cœlis est enarrantibus gloriam Dei: non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. » O ouis à lupo laudata! qui vestem tandiu seruaras incolumem, nec pellis vestem expoliasses inuitus.

Alciat. Luc. 6. 12. Ps. 18. 1.

Sed vt naturæ genij referunt, hyacinthos pretiosissimas gemmas, in imis præruptarum radicibus rupium gigni, & ab earum venatoribus, excoriato agno in profundum misso sympathia naturali extrahi, & agni carnibus affigi: ita planè Christus, « similis negotiatori quærenti bonas margaritas; » innumeras animas omni hyacintho pretiosiores, de

Matth. 13. 45.

profundo Idololatriæ, Bartholomæo excoriato adhærentes eduxit, de quibus non sibi, sed Christo gloriam dedit, « cuius manus tornatiles aureas hyacinthis impleuit. » Æquum quippe erat, vt sicut holocausti detracta pellis, artubus in frusta concisis, pellis Sacerdoti cedebat: Ita enim lex præcipit: « Detracta pelle hostiæ (vituli scilicet) artus in frusta concident » &c. « Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius: » Sicut Christus Sacerdos & victima, seipsum totum in Patris gloriam immolarat: sic Bartholomæus se Christo holocaustum offerens, nec pellem sibi seruaret, sed eam cum capite & concisis artubus, ouis occisa à lupis, & spolia de lupis referens, Christo in trophæum appenderet, implens missionem dicentis: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos ouis oues occisionis inter lupos.

Cant. Hesich. in Leuit.7. Leuit.1.6. Leuit.7.8.

Subdidit Christus, non tantum Apostolos ouibus, sed & serpentibus comparans & columbis: « Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. » Vbi Hilarius: « Et quidem, inquit, plures hos qui vesano furore in Apostolos desæuituri essent, futuros esse significat, cùm se eos sicut oues in medio luporum ait mittere; prædicens simplices sicut columbas, & prudentes sicut serpentes esse oportere. Sed columbæ simplicitas in absoluto est. Quæ autem sit serpentis prudentia, contuendum est. Nescio quid in illo prudentiæ, consiliique extet: quòd vbi se in manus hominum, venisse intelligat, omni genere ab ictu caput subtrahat; idque aut collecto in orbem corpore contegat, aut foueæ immergat, cædique partem reliquam derelinquat. Nosque hoc exemplo oportere, si quid acciderit persecutionum, caput nostrum quod est Christus, occultare: vt oblatis nobis in

Matth. 10. Hilar. Cano. 10. in Matth.

Digitized by Google

omnes cruciatus, fidem ab eo acceptam iactura corporis communicamus. » Fideliter totum hoc præstitit ouis nostra caput cum pelle offerens pro suo capite, prudens vt serpens, simplex vt columba; post expoliationem carnis, æternæ gloriæ superindumentum securus expectans. Sicut Christus exaltatus sicut serpens in Cruce, in arcto mortis, conciso & exuto mortalitatis sacco: « Dominus regnauit decorem indutus est, amictus lumine sicut vestimento. » Ita Doctor Angelicus: « Bartholomæus, inquit, fuit excoriatus, vt sicut serpens in æternitate renouaretur. » Nec iam queritur sicut Ierusalem querebatur: « Ficum meam decorticauit: » sed congaudet potius « Amos prophetæ vellicanti Sicomoros » vt videlicet fructus maturescant. Ita enim secundum Paulum: « Qui in Christo mortui sunt, (multo magis qui pro Christo) resurgent primi: » præcoces fructus gloriæ & resurrectionis precepturi.

Ps. 92. 1. Ps. 103. 2. D. Th. ser. de S. Bartholo. Ioel. 1. 7. Amos 7. 14. Hesyc. ibidem. 1. Cor. 15.

Verum hæc gloria, & candidus immortalitatis amictus, & stola dealbata in sanguine Agni. Digna sit merces, proprio in sanguine rubricatæ pellis arietis nostri, inter cæteros arcam Ecclesiæ protegentis. Indigna tamen generoso Bartholomæi animo. Quia merces & præmium renouandæ pellis repit adhuc, & serpit instar serpentis. Vnde & Christus commendata prius eius prudentia, ad simplicitatem columbæ, « eminentiorem vtique demonstratam à Paulo viam » & sublimiorem volatum hortatur dicens: « Estote simplices sicut columbæ. » Cuius oculi laudantur in sponsa: « Oculi tui sicut columbarum » nil purum præter amorem spirantium: quarum pennæ optantur à Psalte: « Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? » Quæ vt ait Augustinus: « pro signo dilectionis ponitur. »

1. Cor. 12. 31. Cant. 4. 1. Aug. in Ps. 54. 6

cuius pennæ in geminum, dilectionis Dei & proximi præceptum diuiduntur. Sicut enim Christus vt
Io. 8. 50 columba simplex: « Ego, inquit, non quæro glo-
Esa. 61. riam meam, sed eius qui misit me? » Et rursum:
1. ex 70. « Spiritus Domini super me in specie columbæ, eo quod vnxerit me (oleo dilectionis, omnibus supernatante) Euangelizare pauperibus (spiritu proprio)
Io. 20. 21. misit me. Sicut misit me & ego mitto vos simplices sicut columbas. Si dormiatis inter medias sor-
Matth. 10. 16. tes » sicut implumes columbæ; pennæ vestræ erunt
Ps. 67. 14. deargentatæ candore simplicitatis; & posteriora dorsi, hoc est cauda & finis vitæ, in pallore auri, &
Iob 28. 19. « tinctura mundissima » charitatis. Super eam etenim columbam, id est simplicem & purissimam charitatem, nihil gloriæ propriæ, sed quæ sunt
1. Cor. 15. 47. Christi tantummodo quærentem, « secundus Adam de cœlo cœlestis » Reges secum regnaturos, « via
Iac. 2. 8 Regia incedentes, legem perficientes regalem »
Matth. 20. 9. à seruis, quæ sua sunt, & mercenariis denarium diurnum quærentibus, hac simplicitatis nota discernit. Diuidant alij sibi spolia gloriæ, & speciei domus: Reges enim, & verè magnanimi, præter puram Dei gloriam, columbinis oculis simplicibus nil intendunt. Ita planè regius noster Bartholomæus, Ionathæ filio Saül comparabilis, columbæ
1. Reg. 18. 4. domum significanti; propriæ pellis « expoliauit se tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua, &c. diligebat enim eum quasi animam suam. » Scitis ex Apologo, ventum cum Sole super expoliando homine disceptasse, sed vento frigido ab Aquilone flante hominem arctius sibi strinxisse pallium, Solem verò ardentibus radiis
Matth. 24. 12. exuisse. Sic prorsus, « abundante iniquitate & refrigescente charitate multorum » frigido amoris
2. Cor. 5. 4. proprij vento perflati, « nolumus expoliari pelle mortali,

Digitized by Google

mortali, sed superuestiri immortali. » Bartholomæum verò meridies amoris diuini nudauit: vt Serapioni exuto, & Testamentum nouum manu tenenti, dicentique: « Hoc me spoliauit » ipse præiret. O Bartholomæe « Nonne vestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra Austro? Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? » An potius per diuinam implumis facta es columba, serpens exutus, ouis expoliata? Tandem vt vestibus Hebræorum, Thronus Regis Iehu compactus est, & turbæ Apostolorumque vestimentis suppositis Christus gloriosior quam suo Salomon ferculo triumphauit; sic tu præ cæteris, de propria pelle « viam media charitate constratam, & ascensum purpureum eius ferculo constrauisti. » O victrix luporum ouis! ô serpens æmulus exaltati! ô columba digna argenteis alis, & posterioribus dorsi in pallore auri perfectissimæ charitatis! Iam non cum Moyse posteriora Dei videbis, sed cum Angelis Dei faciem Patris. Iam « oculi tui columbarum, quæ resident iuxta fluenta plenissima » gloriæ. Iam in arbore vitæ, iam « in foraminibus petræ & cauerna maceriæ » tutus quiescis ab accipitre.

Iob 37. 17. Iob 39. 26. 4 Reg. 9. 13. Matth. 21. 7. Cant. 3. 10. Exod. 33. 23. Cant. 5. 12. Cant. 2. 14.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Barbaros legimus, suis posteris, in signum triumphi detractas hostium pelles reliquisse. Sed propriam nobis Bartholomæus in Tropæum Dominicæ Cruci appendit. Vnde & Tertullianus: « Intestina, inquit, Tropæorum sunt Cruces; » quod in stipitibus in formam crucis erectis ponerentur. Pellem suam extendit nobis sicut cœlum in tegumentum simul, & roris cœlestis impluuium. Vt & in hoc prophetam impleat, & no-

Alex. ab Alex. l. 5. c. 24. Tertul. Apol. c. 16.

Ps. 103. 2 minis sui energiam. Psaltes enim: « Extendens, inquit, cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. » Nomen autem « Bartholomæi, quod vtique Syrum nomen est non Hebræum, interpretatur, filius suspendentis aquas: Filius vtique Dei, qui prædicatorum suorum mentes, ad cœlestia contemplanda suspendit: vt quanto liberius se ad intelligendum Creatorem suum pennis virtutum librant, (pennis vtique columbarum) tanto feracius, & vberius imbrem cœlestis eloquij, nostris cordibus infundere valeant: & ex illo fonte suspensi bibant, quod in nos postmodum propinando transfundant. Vnde benè Moyses mysticè de sancta dicit Ecclesia: Non est terra, ad quam ingredimini possidendam, similis terræ Ægypti, de qua existis: vbi iacto semine in hortorum morem, aquæ ducuntur irriguæ: sed de cœlo pluuias expectans, quam Deus suus inuisit omni tempore. » Et rursum: « Cùm dicitur filius suspendentis aquas, dicitur proculdubio Filius Dei; non quidem naturalis generationis origine, sed propensioris gratiæ dignitate. » Et quæ propensio Vnigeniti Filij Dei, nisi vt suspendens torrentem paratæ in nos iræ Dei, eum in se totum exciperet, adeo vt per Psalmistam diceret iuxta Septuaginta & Augustini translationem: « Omnes suspensiones tuas (Vulgata fluctus tuos) induxisti super me: » Ita Bartholomæus filius suspendentis aquas, excepit eas in se versas in sanguinem, & phialas iræ Dei in nos paratas effundit, suspendit, & mutat in gratiæ pluuias. Facta nobis de eius pelle rore pleno vellere Gedeonis. Sub eius pellem vt tabernaculum tutum plebs deuota concurre: « Altissimum posuisti refugium tuum, flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. » Sub hac pelle, velut sub pellibus Salomo-

[Margin notes: Damia. ser 2. de S. Bart. — Deut. 11. 10. — Damia. ibidem. — Aug. in Ps. 87. 8 — Ps. 90. 9]

Digitized by Google

nis, legem Dei ſcriptam, cum timore virgæ, & cum flore, & ſpe gratiæ & gloriæ, manna guſtemus conſolationis diuinæ. In hac pelle ſicut cœlo extenſa aureis litteris, velut aſtris, virtutes eius fidei, patientiæ, charitatis, &c. aſſiduè legamus exaratas. In hoc tanquam libro rubricas vitæ Chriſtianæ diſcamus. Quod ſi ad opus tabernaculi gemmas, aurum, argentum, pretioſa quælibet, aut pelles arietum rubricatas ſanguine, quem pro peccatis excoriari promeriti effundere deberemus, præ inopiæ virtutis conferre non poſſumus: vela ſaltem pœnitentiæ cilicina, aut pelles hyanthinas miſericordiæ, cœleſtis Patris colorem referentes offeramus: « Si videris nudum operi eum. Charitas operiet multitudinem peccatorum. » Da vel lanam Chriſto in paupere, qui pellem pro pelle, agno pro te ſpoliato non rependis.

Exod. 25 3. & ſeq.

Eſa. 58. 7.

1. Pet. 4.8.

SECVNDA REFLEXIO. Cùm vt ſupra vidimus, ideo vilibus inſtrumentis vſus ſit Deus, vt ſibi gloriam & laudem pareret; diſcamus & nos cum Apoſtolis, & Bartholomæo maximè, expoliare nos veterem hominem, & omnem humanam gloriam reſpuere, & omnia ad Dei gloriam referre, ſpolia illi ſoli, de hoſtibus noſtris ſublata in trophæum victoriæ appendere. « Placuit enim Deo, quo maximè humanæ ſuperbiam præſumptionis extingueret, vt non glorietur omnis caro coram ipſo, id eſt omnis homo. Vnde autem non glorietur caro coram ipſo, niſi de meritis ſuis? quæ quidem potuit, habere, ſed perdidit: & per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc eſt per liberum arbitrium: propter quod non reſtat liberandis, niſi gratia liberantis. Ita ergo non gloriatur omnis caro coram ipſo. Non enim gloriantur iniuſti, quia non habent vnde: nec iuſti, quia ex ipſo habent

Aug. de corre. & grat. cap. 12.

1. Cor. 1. 31.

vnde; nec habent gloriam suam, nisi ipsum cui di-
Ps. 3. 3. cunt: gloria mea, & exaltans caput meum, (hoc
dixisse in tormentis ouem nostram excoriatam non
Ps. 70. 5 dubito: tu es patientia mea. Ab ipso enim patien-
tia mea: & cum capite truncaretur, coronam in
Ps. 61. 6. misericordia & miserationibus expectans: tu es
gloria mea, & exaltans caput meum.) Ac per hoc,
ad omnem hominem pertinet quod scriptum est;
vt non glorietur omnis caro coram ipso. Ad iustos
1. Cor. autem illud: Qui gloriatur, in Domino glorietur.
10. 17. Hoc etiam Apostolus apertissimè ostendit, qui cùm
dixisset, vt non glorietur, &c. Ne putarent sancti
sine gloria se remansisse, mox addidit: Ex ipso au-
1. Cor. tem vos estis in Iesu Christo, qui factus est vobis
1. 30. sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & re-
demptio, vt sicut scriptum est, qui gloriatur, in
Iob 7. 1. Domino glorietur. Hinc est quod in loco miseria-
2. Cor. rum, vbi tentatio est vita humana super terram;
12. 9. virtus in infirmitate perficitur. Quæ virtus, nisi
vt qui gloriatur, in Domino glorietur? ac per hoc,
nec de ipsa perseuerantia boni, voluit Deus sanctos
suos in viribus suis, sed in ipso gloriari: qui eis non
solùm dat adiutorium quale primo homini dedit,
sine quo non possint perseuerare si velint: sed in eis
etiam operatur & velle: vt quoniam non perseue-
Philip. rabunt nisi & possint, & velint, perseuerandi eis
2. 13. possibilitas, & voluntas, diuinæ gratiæ largitate
donetur.» O quantum debuit Bartholomæus gra-
tiæ largitati, per quam inter lupos ouis dilaniata
perseuerauit! «Tantum quippe Spiritu sancto ac-
Aug. ib. cenditur voluntas eorum, vt ideo possint, quia sic
volunt: ideo sic velint, quia Deus operatur vt ve-
lint. Nam si in tanta infirmitate vitæ huius, in qua
tamen infirmitate propter elationem reprimendam
perfici virtutem oportebat, ipsis relinqueretur vo-

luntas sua, vt in adiutorio Dei; sine quo perseuerare non possent, manerent si vellent; nec Deus in eis operaretur vt vellent: inter tot & tantas tentationes, infirmitate sua voluntas ipsa succumberet: & ideo perseuerare non possent, quia deficientes infirmitate, nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis, vt possent.» O prouidam sapientiam Dei! O gratiæ necessitatem, & ad nostram & Dei gloriam!

Tertia Reflexio. Nos tantùm oues detonsæ & nudæ amore gloriæ, sed & serpentes expoliati, seruantesque caput, & columbæ simplices esse debemus. « Si iam simplicitas columbæ indicta est nobis, astutia serpentis quid facit in simplicitate columbæ? Amo in columba, quòd fel non habet: timeo in serpente, quod venenum habet. Noli horrere ex omni parte serpentem. Habet quod oderis, habet quod imiteris. Serpens enim cùm fuerit senectute prægrauatus, & senserit pondera vetustatis, coarctat se per cauernam, & deponit tunicã veterem, vt nouus exultet, & exiliat erectus. Imitare illum tu Christiane, qui audis Christum dicentem, Intrate per angustiam portam: Et Paulus Apostolus tibi dicit: Exuite veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum. Habens ergo quod imiteris in serpente, noli mori pro vetustate, sed pro veritate. Qui moritur pro commodo temporali, pro vetustate moritur. Cùm exutus fueris omni ista vetustate, imitatus es astutiam serpentis. Imitare tu illum, & in hoc: serua caput tuum. Quid est serua caput tuum? tene apud te Christum. Fortè vestrum aliquis aduertit aliquando, cùm voluerit occidere serpentem, quomodo pro capite suo, totum corpus obiicit ictibus ferientis; illud in se feriri non vult, vbi se nouit

Aug. in suppl. p. 1. ser. 35.

Luc. 13. 24.

Coloss. 3. 9.

Digitized by Google

vitam habere. Christus vita nostra est: ipse enim
Io. 14. 6 dixit: Ego sum via, veritas & vita. Audi Apostolum; Caput viri Christus est. Qui ergo Christum seruat in se, caput suum seruat pro se. (Sic vt Christum seruaret sibi, plusquam serpentina prudentia Bartholomæus, & pellem, & caput exposuit. Nos vix temporalibus exui patimur, nec tollenti tunicam pallium tradimus, nolentes expoliari, sed su-
Iob 2. 4 peruestiri. Et quomodo Christo pellem pro pelle dabimus, & cuncta quæ habemus, pro anima no-
Aug ib. stra, quæ caput est vitæ?) Iam quid opus est commendare multis verbis simplicitatem columbarum? Cauenda enim sunt venena serpentis, vbi imitatio periclitabatur, & vbi erat quod timeretur: columbam verò securus imitare. Attende columbas in societate gaudere, charitate feruere. Simul volant, simul pascuntur, nolunt esse solæ, communione gaudent, charitatem seruant, gemitibus amoris immurmurant. Nam quando columbæ, quod plerumque aduertimus, inter se rixantur de cellulis suis, quodammodo pacata illa contentio est. Numquid quæ rixantur, separantur? &c. Attende quia columbarum rixa est, non luporum, &c. columba amat, & quando rixatur; lupus odit, & quando blanditur. Columbarum ergo simplicitatem habentes, & astutiam serpentum tenentes, solemnia Martyrum, (& maximè Bartholomæi columbæ instar inter vngues vulturum implumis, & in medio fortium, inter medias ollas & cacabos pennis deargentatis, &c. & sicut serpens expoliati;) celebrate in sobrietate mentis, non in ebrietate ventris.»

Tertul. contra Valent. cap. 1. Si autem horum alterum, serpentis aut columbæ præeligendum foret: columbam serpenti præferret Septimius: «In summa, inquit, Christum co-

lumba demonstrare solita est, serpens verò tentare. Illa & à primordio diuinæ pacis præco; ille à primordio diuinæ imaginis prædo. Ita facilius simplicitas sola Deum & agnoscere poterit, & ostendere; prudentia sola concutere potiùs, & prodere. Abscondat itaque se serpens quantum potest, (diabolus, hæreticus, prudens filius sæculi,) totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus seriem suam euoluat, tortuosè procedat, nec semel totus, lucifuga bestia: nostræ columbæ etiam domus simplex, in editis semper, & apertis, & ad lucem. Amat figura Spiritus S. Orientem, Christi figuram. Nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi.» Ad hæc Ambrosius: « Estote, inquit, astuti sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Præmittitur astutia, vt sit tuta simplicitas. Sunt enim serpentes Euangelici, qui exuunt veterem vsum, vt induant nouos mores, sicut scriptum est: Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, secundùm imaginem eius qui creauit eum. Discamus ergo depositis vetusti hominis exuuiis, Euangelicorum serpentium vias: vt more serpentium seruare caput, fraudem cauere noscamus. » Et rursum de serpentibus agens: « In serpente æneo figuratus est meus serpens. In ligno illo exaltatus est meus serpens. Bonus serpens, qui de odore suo remedia, non venena fundebat. Potest non timere serpentes, qui hunc nouit adorare serpentem. De hoc serpente dicit illa quæ dicit, &c. Respondit consobrinus meus; & dedit mihi: Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea; quia ecce hyems præteriit, &c. Flores visi sunt in terra. Serpens profectò est, qui decursa hyeme amictu corporis

Zach. 3. 8 & c. 6. 12

Ambr. l. 3. de fide c. 7.

Coloss. 3. 9.

Ambr. Octon. 7. in Ps. 118.

se volebat exuere, vt specioso decore vernaret, &c. bonus coluber in gremium dilectæ, atque in ipsum intimæ sinum mentis facilis illabitur, & à tactu nullo implicans ignem ossibus, præcordia ipsa depascitur. Pulchræ lectum est hodie: Ecce ego mitto vos sicut oues, &c. Celebramus enim diem quo reuelata sunt populis corpora SS. Martyrum, qui velut boni serpentes, depositis carnis exuuiis, tentationum hyemalium rigore superato, & Spiritus sancti renouat gratia, æstiua mundo luce fulsere? »

Alciat. in Emblem. QVARTA REFLEXIO. Ziscam nouimus Ducem Bohemorum, testamento suo iussisse de pelle sua fieri tympanum, quo audito fugientes hostes terga verterent. Quantò verius vel audito nomine Bartholomæi excoriati, & tympano pulsato laudum & virtutum eius, ab ouili Christi lupi fugiant, dæmones, hæretici, vitia, passiones: Et oues ipse prius imbelles, generosos mutentur in Lucian. leones, ad prælium accensæ? Et qui olim apud Gentiles vlcisci volebat, excoriati super bouis extensa pelle stans, strictis post tergum manibus, implorabat auxilium. Tum verò qui adiutorem se fore spondebat, pede pelli imposito, frustam bouis comedebat. Vis & tu, de veris inimicis tuis, dæmonibus, passionibus, & peccatis vindictam sumere? Bartholomæum vt bouem excoriatum inspice, affectus pedem in eius pelle pone, amaritudinem passionis eius degusta. Vide exultantem in propriis Psal. 93. 16. spoliis. Audi cum Psalmista clamantem: « Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit Rom. 8. 35. mecum aduersus operantes iniquitatem? » Audi & supra cum Paulo dicentem: « Quis nos sepa- Beda ex Aug. in Natiu. Mart. rabit à charitate Christi? an persecutio, tribulatio angustia, nuditas? &c. quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occi-

ſionis : dicant illi Martyres : (dicant & quilibet fideles) quoniam propter te. Ipſe propter nos, nos propter illum. Sed ipſe propter nos, vt conferret nobis beneficium. Nos propter illum, non ad impartiendum ei beneficium. Proinde in vtroque nobis conſultum eſt ; & quod manat ex illo, venit ad nos : & quod fit propter illum, redit ad nos. Ipſe eſt enim, de quo dicit anima quæ lætatur in Deo : Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Quid eſt enim, bonorum meorum niſi à te datorum ? Et quomodo aget aliquo bono, à quo omne bonum datur ? Quid ergo miramini fratres, ſi amatores Dei Martyres tanta pertulerunt vt acquirerent Deum ? Amatores auri videte quanta patiantur. Hyemalibus aſperitatibus ſe nauigando committunt : ſic feruet auaritia, vt nulla formidet frigora. Iactantur ventis, ſuſpenduntur fluctibus, ineffabilibus periculis vſque ad mortem agitantur. Dicant & ipſi auro, propter te mortificamur tota diè. Dicant Martyres Chriſto, propter te mortificamur tota die. (In lecto, in cibo, in ludo, in ſpectaculo, in veſtimento, in carne, in mente, in conuerſatione.) Dicant auari auro, propter te mortificamur tota diè. (Qua enim hora & momento, qua in re vel loco non angitur ?) vox ſimilis, ſed cauſa diſſimilis. Ecce vtrique dixerunt : Iſti Chriſto, illi auro : propter te mortificamur tota die. Reſpondeat Martyribus Chriſtus: ſi morieris, inuenies me. (O theſaurum!) reſpondeat aurum auaris : ſi naufragaueris, & me perdes, & te. »

Pſ. 15.2.

QVINTA REFLEXIO. Sed heu quàm longè ſumus ab imitatione Sanctorum! Bartholomæus centies die ac nocte orabat : tu nec ſepties in die laudem dicis, cum occupatiſſimo Rege. Ille cœ-

Pſ. 118. 16.

lum & firmamentum enarrans gloriam Dei nocte ac die, & tu ingrate blasphemas. Oues ex Chrysostomo os ponunt in cœlum balando, & benedicendo, tu vt lupus blasphemando. Quid expectas de cœlo, nisi vt stellæ in fulmina cadant? Bartholomæus vestem candidam & non attritam in corde magis quam in carne gestabat, tu fœdam in omnibus & concisam. Ille ouis innocens, tu lupus sæuiens; Ille prudens vt serpens, & caput seruans, tu cuncta capiti præferens Deum animáque pro nihilo libenter exponens, supra pectus gradiens, terram comedens, lingua & dente virus vomens. Ille
Osee 7. 11. columba sine felle simplex: tu sicut « Ephraim columba seducta, non habens cor. » à petræ foraminibus obducta, vulturis inferni præda. Et quomodo pellem exues, ad trahendas Christo animas, qui nec vestes superfluas, quin & lubricas, & libidinis illices deponis? qui ne dum nudos operis, qui vbique expolias, in tabernis, foris, iudiciis, bellis?
Esa. 58. 7. qui super vestibus pauperum pigneratis obdormis? Quomodo pro Christo pellem vitamque relinqueres, qui vel minima pro ipso dimittere trepidas? Et tamen cum nudo luctatore certas. « Tollenti pal-
Matth. 5. 40. lium, an tunicam dares? » An cum Ioseph tenenti
Gen. 39. 12. dimitteres? An vel pellem hostiæ Sacerdoti Christo traderes, qui totus eius es. Quantò minus ho-
Greg. l. 1. mor. c. vlt. stiam ipsam in frusta concisam, qui nuda virtutis specie contentus, virtutes membratim nec diuidis,
Greg. 3. mor. c. 2 nec Deo iuxta Gregorium immolas. Da saltem pellem mortalem lubens, cùm Deus repetit à te naturæ debitum. Pro pelle meliori; vt « corrupti-
1. Mac. 10. 20. 21. bile hoc induat incorruptionem. » Nescis Ionatham acceptis magnis ab Alexandro laudibus, corona &
Prou. 31. 21. purpura, proprias lubentissimè vestes posuisse? Dabit & tibi Ioseph Christus vt fratribus mutato-

Digitized by Google

rias. O ſapientia, « domeſtici tui veſtiti ſunt duplicibus. Quid timeam à frigoribus niuis? » Vtinam cum oue, columba, ſerpente expolier omnibus ſuperueſtiendus certiſſimè longè melioribus, indutus Ieſum in Baptiſmo, per gratiam, ſuperinduendus immortalitatis ſtola per gloriam. Amen.

IN FESTO S. LVDOVICI CONFESSORIS, REGIS GALLIARVM CHRISTIANISSIMI.

Ecce pluſquam Salomon hic. Luc. 11. 31.

ABſit à me, & à quoquam Euangelico prædicatore, vt Mardochæi zelo inferior: « Honorem Dei mei transferam ad hominem: » Et quod de ſeipſo Chriſtus Iudæis incredulis: « Regina, inquit, Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit eos: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce pluſquam Salomon hic: » Hoc ego propriè de ſancto Ludouico audeam pronuntiare. Chriſtus enim « Rex Regum, & Dominus Dominantium, Princeps Regum terræ, per quem Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. » Chriſtus, « Omnibus Rex, omnibus Iudex, omnibus Deus, & Dominus eſt. » Abſque præiudicio tamen gloriæ Chriſti, imò verò in cumulum gloriæ Chriſti, reflectens ad fontem luminis, participatam lucis gratiæ, & virtutum omnium illuſtrium ſancti Ludouici à Chriſto vero Sole Iuſtitiæ claritatem; primum & illuſtriſſimum omnium ac Chriſtianiſſimum Regem ſanctum Ludouicum in omnibus Sa-

Eſther. 13. 14.
Luc. 11. 31.
Apoc. 19. 16.
Apoc. 1. 5.
Prou. 8. 15.
Tertul. contra Iud. c. 7
Eſa. 35. 2.

lomoni præferendum oſtendam, & Reflexiones morales & virtutum eius exemplis colligam. Sed tu Virgo, magnam decerpis in hoc feſto gloriæ partem; cùm Blancha ſanctiſſima eius mater, tuis Ludouicum meritis, priùs infœcũda protulerit. Tu
3. Reg. 10. 1. & ſeq. verè Blancha, « gloria Libani » & candoris. Regina Auſtri de finibus terræ venit audire ſapientiam Salomonis: Tu thronus eburneus noſtri pacifici
Cant. 1. 11. Salomonis. Illa vnguenta pretioſiſſima obtulit Salomoni: tu odore nardi Salomonem ex paterni ſinus accubitu traxiſti; & virtutum fragrantiâ,
Pſalm. 44. 10. Gabrielem, « myrrham, guttam, & caſiam à veſtimentis tuis » fluere confitentem, & « fimbrias aureas » oſculantem; cùm te pro tota cœleſti curia Dei nuntius, & ipſius Salomonis pronubus ſalutauit, dicens: Aue.

EXORDIVM.

Inter cætera veteris legis & Propheticæ myſteria, de oleo vnctionis ſancto, Moyſi præſcriptum eſt: « Facies vnctionis oleum ſanctum, vnguen-
Exod. 30. 25. tum compoſitum opere vnguentarij: & vnges ex eo Tabernaculum teſtimonij, & Arcam Teſtamenti, menſamque cum vaſis ſuis, candelabrum & vtenſilia eius, Altaria thymiamatis & holocauſti, & vniuerſam ſupellectilem quæ ad cultum eorum pertinet, ſanctificabiſque omnia, & erunt Sancta Sanctorum: qui tetigerit ea ſanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos vt Sacerdotio fungantur mihi. Filiis quoque Iſraël dices: hoc oleum vnctionis, ſanctum erit mihi in generationes veſtras. Caro hominis non vngetur ex eo. Et iuxta compoſitionem eius non facietis aliud, &c. Homo quicumque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo

ſuo.» Et quidem quæ propriè Dei ſunt, altare, & ſacrificium, nulli etiam Sanctorum maximo, niſi Chriſto in Sancto Sanctorum, eiuſque vaſis & miniſtris expreſſo tribuenda ſunt; & vnctio laudis & gloriæ diuinæ vni Deo & Chriſto Dei Filio Spiritu S. vncto, cũ latriæ cultu exhibenda eſt. «Hic iuxta Pſaltem præ conſortibus tuis vnctus oleo lætitiæ, cum anima Chriſti, vnum cum Verbo Dei efficitur. Vngi namque oleo lætitiæ, eſt Spiritu ſancto repleri, & Verbi Dei ſubſtantiali plenitudine, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis.» Timerem itaque iniuriam Chriſto facere, qui Sapientia Patris eſt, & pax noſtra, ſibi hoc elogium tribuenti, & de ſeipſo dicenti: «Ecce pluſquam Salomon hic.» Eandem ſancto Ludouico Epigraphen inſcribendo: niſi «effuſum oleum nominis eius» in Chriſtianos omnes, & in eum maximè qui merito fidei Regum Galliæ Chriſtianiſſimus meruit appellari, vnctionis ſuæ de plenitudine participare docuiſſet. Liceat itaque mihi de Ludouico meo ſcribere; quod de ſuo Valentiniano licuit olim Ambroſio. «Valentinianus, inquit, meus, iuuenis meus, candidus & fuluus; habens in ſe imaginem Chriſti. Talibus enim proſequitur Eccleſia in Canticis Chriſtum. Nec iniuriam putes; Charactere Domini inſcribuntur & ſeruuli, & nomine Imperatoris ſignantur milites. Denique & ipſe Dominus dixit, nolite tangere Chriſtos meos. Et vos eſtis lux mundi, &c. Liceat ergo & mihi charactere Domini ſignare ſeruulum, &c. Venter eius pixis eburnea, qui reciperet oracula ſcripturarum, &c.» Quid vetat ergo Ludouicum longè Valentiniano meliorem cum Salomone conferre, quin & præferendo vtrique dicere: «Ecce pluſquam Salomon hic. Ludouicus meus candidus & rubicundus, electus ex milli-

Orig. l. 2. de princ. cap. 6.

Cant. 1. 2.

Ambr. orat. de obitu Valent.

Cant. 5. 10.

Pſ. 104. 15.

Matth. 5. 14.

Cant. 5. 14.

DIVISIO.

bus » habens in ſe imaginem Chriſti, &c. Vultis primum videre Salomone ſuperbiorem in omnibus, vultis & factorum eius oracula ſpectare? Primum aggredior, tum alterum exequor.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Fruſtra Iudæi, non minus odioſi & inuidi gloriæ veri Meſſiæ Chriſti, quam zelatores Idololatræ Salomonis, Pſaltis oracula aliorſum torquentes, à vero & germano de Chriſto ſenſu, ad Salomonem abducunt, quæ Dauid de Domino prophetauit: Titulus Pſalmi 71. ſic habet: « In Salomonem. »
Aug. in præfat. Pſal. 71. Vbi ſic Auguſtinus: « In Salomonem quidem Pſalmi huius titulus prænotatur: Sed hæc in eo dicuntur, quæ non poſſint illi Salomoni Regi Iſraël ſecundùm carnem, iuxtà ea quæ de illo ſancta Scriptura loquitur, conuenire. Domino autem Chriſto aptiſſimè poſſunt. Vnde intelligitur, etiam ipſum vocabulum Salomonis, ad figuratam ſignificationem adhibitum; vt in eò Chriſtus accipiatur. Salomon quippe interpretatur pacificus: ac per hoc tale vocabulum illi veriſſimè, atque optimè
Rom. 5. 10. Epheſ. 2. 16. congruit: per quem Mediatorem, ex inimicis, acceptа remiſſione peccatorum reconciliamur Deo.» Quod probat ex Paulo, Eſaia & Euangelio. « Do-
Ioa. 14. 37. Eſa 26. 3. & 12. minus enim Chriſtus pacificus eſſe monſtratur, non ſecundùm pacem, quam nouit & quærit hic mundus, ſed illam pacem, de qua dicitur apud Prophetam, dabo eis ſolatium verum, pacem ſuper pacem; cui ſcilicet paci reconciliationis, additur pax immortalitatis, &c. Idem Propheta oſtendit, vbi ait; Domine Deus noſter pacem da nobis. Omnia
1. Cor. 15. 26. enim dediſti nobis. Pax erit planè illa perfecta, quando nouiſſima inimica deſtruetur mors: & in

quo erit hoc, niſi in pacifico illo reconciliatore noſtro? » Neque verò de Salomone ad litteram intelligi poteſt, quod ſcriptum eſt: « Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei: » Sed de Chriſto, quem primò tres Magi, dehinc omnes Reges Chriſtiani & Imperatores ab ortu ad occaſum adorauerunt. Neque Salomon « dominatus eſt à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Quod ergo ait vſque ad terminos orbis terræ, hoc ante dixerat, à mari vſque ad mare. Quod verò nunc ait, à flumine: euidenter expreſſit inde voluiſſe Chriſtum poteſtatem ſuam iam commendare; vnde & Diſcipulos cœpit eligere, à flumine ſcilicet Iordane, vbi ſupra baptizatum Dominum, cùm deſcenderet Spiritus ſanctus, ſonuit vox de cœlo: Hic eſt filius meus dilectus. Hinc ergo doctrina eius incipiens, & magiſterij cœleſtis authoritas, dilatatur vſque ad terminos orbis terræ, cùm prædicatur Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. » Hinc & Tertullianus: « Si Salomon regnauit, ſed in finibus Iudæ tantum. A Bethſabee vſque Dan termini eius regni ſignantur, &c. Chriſti autem regnum & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus colitur, vbique regnat, vbique adoratur. » Et rurſum: « Hoc, inquit, ſoli datum eſt Chriſto. Cæterum Salomon vni & modicæ Iudææ imperauit. Adorabunt illum omnes Reges. Quem omnes niſi Chriſtum? » Ludouicum porro noſtrum, poſt Chriſtum à Deo « primogenitum poſitum, & excelſum præ Regibus terræ » quocumque ſe regnum Chriſti porrigit, omnes gentes, Regeſque Chriſtiani vereantur, vtpote « vnctum oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis »

Aug. li. 13. cont. Fauſt. c. 6.

Aug. in Pſ. 71. 8.

Tertul. contra Iud. c. 7 Et 5. contra Marc. cap. 9.

Pſalm. 88. 28.

Pſ. 44. 9

Pſa.67. 15. columba chriſmatis de cœlo baiula, Reges Galliæ à cæteris etiam Catholicis diſcernente.

Eodem præterea errore decepti illud de Salomone Eccleſiaſtici interpretantur: « Poſuit Dauid puero ſuo (id eſt diſpoſuit Deus) excitare Regem ex ipſo fortiſſimum, & in throno honoris ſedentem in ſempiternum qui implet quaſi Phiſon ſapientia, & ſicut Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quaſi Euphrates cenſum: qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore meſſis. Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ. » Quatuor porro fluminum è fonte Paradiſi prodeuntium interpretationem, de virtute in quatuor virtutes Cardinales partita proſequitur Ambroſius. « Quæ ſunt, inquit, quatuor initia virtutum, niſi vnum prudentiæ, aliud temperantiæ, tertium fortitudinis, quartum iuſtitiæ? Quæ etiam ſapientes iſtius mundi ex noſtris aſſumpta, in ſuorum ſcripta librorum tranſtulerunt. Itaque ſicut fons ſapientiæ, ita etiam flumina iſta quatuor quædam, ex illo fonte manantia ſunt fluenta virtutum. Phiſon igitur prudentia eſt, &c. Hoc eſt oris mutatio, & ideo habet aurum optimum, ſplendidum carbunculum, & praſium lapidem, qui viride quiddam atque vitale coloris ſui ſpecie oſtentare videtur, &c. Non enim anguſta quædam, ſed diues vtilitatum prudentia eſt, quæ pluribus proſit. (Et ideo os mutat ſicut Dauid coram Achis, omnia omnibus fit, vt omnes Chriſto lucrifaciat, vt & Ludouicus pro loci & temporis occurſu, pius, ſeuerus, bellicoſus, &c. vt infra videbimus.) Secundus eſt fluuius Gehon, iuxta quem lex data eſt Iſraëlitis (Nilus videlicet,) cum eſſent in Ægypto conſtituti, vt ex Ægypto recederent, & ſuccincti lumbos ederent agnum, quod inſigne eſt temperantiæ.

Eccli. 24.34.

Ambr. lib. de parad. cap.3.

Plato. l. 4. de Rep.

1. Reg. 21. 13.

Exod. 12. 11.

rantiæ. Castos enim, & sanctificatos oportet Domini Pascha celebrare. Et ideo iuxta istum fluuium legitima primò obseruantia constituta est: quia significat nomen hoc, quemdam terræ hiatum. Sicut igitur terra, quæcumque vel purgamenta, vel sordes in ea sint, hiatu absorbet; ita castitas omnes corporis passiones abolere consueuit, &c. Benè ergo Gehon, in quo figura est castitatis, circumire terram Æthyopicam dicitur, vt abluat corpus abiectum, & carnis vilissimæ restinguat incendium. Gen. 2. 13. Æthiopia enim abiecta & vilis Latina interpretatione signatur. Quid autem abiectius nostro corpore? quid tam Æthyopiæ simile, quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorum? (Et hic fluuius plenè circumalluit B. Ludouici corpus tēperantia cibi, & continentia voluptatis omne in se carnis extinguens incendium.) Tertius est fluuius Ibid. 14 Tigris, qui vadit contra Assyrios, hoc est dirigentes, ad quem præuaricator Israël captiuus est ductus. Hic fluuius dicitur velocior esse omnibus. (Et interpretatur læta velocitas. Qua Ludouicus lætior omnibus & fortior contra vitia Saracenosque pugnauit.) Ergo quicumque fortitudine animi, præuaricantia corporis vitia captiuauerit dirigens ad superna, iste huius fluminis similis æstimatur, &c. Fortitudo autem, quodam cursu rapido, resistentia quæque transuerberat, nec aliquibus cursus eius impedimentorum hæret obstaculis. Quartus est fluuius Euphrates, qui Latinè fœcunditas, Ibidem. atque abundantia fructuum nuncupatur, præferens quoddam insigne iustitiæ, quæ omnem pascit animam: Nulla enim virtutum lætiores videtur habere fructus, quàm æquitas atque iustitia, quæ magis aliis, quàm sibi prodest, & vtilitates suas negligit, communia emolumenta præponens, (&

quis Rex ſui magis oblitus, acrius communi vtilitati intentus, quam noſter iuſtiſſimus Ludouicus ?) plerique Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι, dictum putant, hoc eſt à lætando, eò quòd hominum genus, nullo magis quam iuſtitia & æquitate lætetur. Cauſam autem, cur cæteri quà commeant fluuij, deſcribuntur regiones locorum; qua Euphrates commeat non deſcribantur, illam accipimus, quia aqua eius vitalis aſſeritur, & quæ foueat, atque augeat. Vnde Perath eum, Hebræorum & Aſſyriorum prudentes dixerunt quod eſt αὔξειν, Græcè: contra autem fertur eſſe aqua aliorum fluminum, (quæ minuit & deſtruit, & commoda miſcet incommodis. Et cui non vtilis fuit Ludouicus quem non auxit miſerum bonis ? Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.) Deinde quia vbi prudentia, ibi & malitia: vbi fortitudo, ibi iracundia: vbi temperantia, ibi intemperantia plerumque eſt; aut alia vitia: (æqualis vbique Ludouicus, & balſamum non miſtum odor eius:) vbi autem iuſtitia, ibi concordia virtutũ eſt cæterarum: Ideo non ex locis quà fluit, hoc eſt non ex parte cognoſcitur. Non enim pars eſt iuſtitia, ſed quaſi mater eſt omnium. » Et ego non immerito virtutum omnium parentem, & vniuerſali iuſtitia pleniſſimè cumulatum, nullis coercitum finibus, circumquaque fluentem & ſupereffluentem dixero Ludouicum. De quo in omnibus & per omnia fas ſit dicere: Ecce pluſquam Salomon hic: cum ipſi Salomoni poſſit illud ſui parentis adſcribi: « Tu dirupiſti fontes & torrentes, tu ſiccaſti fluuios Ethan. Torrentes propriè dicuntur fluuij qui æſtate deficiunt, aquis autem hyemalibus inundant & currunt. Vides ergo hominem benè fidelem, perſeuerantem vſque in finem, non relicturum Deum in

Pſ. 111.9

Eccli. 24.21.

Pſa. 73. Aug. ib.

tentatione omni pro veritate nõ pro falſitate, & errore, omnes moleſtias ſuſtinẽtẽ. Hic vnde ſic viget, niſi quia verbum factum eſt in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam? Alius autem accipit verbum, prædicat, non tacet, currit: ſed æſtas probat fontem aut torrentem: tamen ex vtroque rigatur terra ab eo qui operatus eſt ſalutem in medio terræ. Pſa. 73. 12.
Exundent fontes, & torrentes; tu dirupiſti fontes & torrentes. Tu ſiccaſti fluuios Ethan. Hac rumpit fontes & torrentes, hac ſiccat fluuios Ethan, &c. Quid eſt Ethan? fortis, robuſtus. Quis eſt iſte fortis & robuſtus, cuius fluuios ſiccat Deus? Quis niſi ille ipſe Draco? Ipſe enim eſt fortis de virtute ſua præſumens, & Deum deſerens: ipſe eſt fortis qui ait: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo. De ipſo calice peruerſæ fortitudinis, homini propinauit. Fortes eſſe voluerunt, qui ſe Deos futuros de cibo vetito crediderunt. Factus eſt Adam fortis, cùm audiret: Ecce factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis. Fortes & Iudæi de iuſtitia ſua præſumentes. Ignorantes enim Dei iuſtitiam, & ſuam quærentes conſtituere iuſtitiam, tanquam fortes, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.» Fortis & in ſe Rex eorum Salomon, qui cum ſapientia inundaret, de ſe præſumpſit, & diſruptos & effuſos in ſe diuinæ gratiæ fontes & torrentes, humiliter & perſeueranter non agnoſcens, ſiccus & aridus à Deo deſertus eſt, cui idcirco dicitur: «Tu ſiccaſti fluuios Ethan. Et quid mirum, quia in populo Dei cecidit Salomon? In Paradiſo non cecidit Adam? Non cecidit Angelus de cœlo, & diabolus factus eſt?» Benè ergo ſupra, de noſtro pluſquam Salomone Ludouico: «Poſuit Dauid puero ſuo Regem ex ipſo fortiſſimum in throno honoris ſedentem in ſempiternum.» De quo thro-

Math. 12. 29. Eſa. 14. 13. Gen. 3. 5 Rom. 10. 3. Aug. in Pſ. 126.

Pſ. 88. 38. no Pſaltes : « Thronus eius ſicut Sol in conſpectu
meo, & ſicut Luna perfecta in æternum. » Præmi-
ſerat enim ſupra ſubiiciens ſiccitati fluuiorum E-
Pſ. 73. 16. than : « Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu perfeci-
ſti Solem & Lunam. » Ita enim cum Septuaginta
legit Auguſtinus. Solem tanquam ſapientem, Lu-
nam tanquam inſipientem. Nam ita ſcriptum eſt :
Eccli. 27. 12. Sapiens permanet ſicut Sol : ſtultus autem ſicut
Luna mutatur. » Mutatus eſt vt Luna Salomon,
ſiccati ſunt fontes Ethan : permanet vt Sol Ludo-
Io. 4. 14 uicus, & fortiſſimus fluxu perenni decurrit, « facta
gratia in eo fonte aquæ ſalientis in vitam æter-
nam. »

SECVNDA PARS MORALIS.

Quatuor arida ſunt in homine, & exſuccida, niſi quatuor prædictis virtutum fluminibus irrigentur. Animus prudentiâ, voluntas iuſtitiâ, appetitus iraſcibilis fortitudine, concupiſcibilis temperantiâ & caſtitate. Quæ quidem in throno ſuo deſcripſerat Salomon, ſed non « permanſit cum Sole thronus eius, ſed vt Luna mutatus eſt. »

Prima Reflexio. Prudentiam quidem
& ſapientiam in ebore depinxit animalis iuxta Pla-
Pſ. 106. 27. tonem Philoſophici dente. Verum, omnis ſapien-
tia eius deuorata eſt & ſtultiſſimus omnium ho-
minum meritò reputandus. Et licet prius omnium
Sap. 7. 8 ſapientiſſimus, « ſapientiam prætulerit regnis &
ſedibus : » ſenſeritque, continentiam à Deo po-
Sap. 8. 21. ſtulans, « hanc eſſe ſummam ſapientiam, ſcire
cuius eſt donum : » Similis tamen cadenti de cœlo
Ezech. 28. 17. Lucifero, « perdidit ſapientiam ſuam in decore
ſuo : & dicens ſe eſſe ſapientem ſtultus factus eſt. »
De quo cum Gregorius Theologus ageret, dum

d by Google

ıperet: « Eò, inquit, ſapientiæ & contemplatio- Rom. 1.
is progreſſus eſt, vt omnes ætatis ſuæ mortales, 22.
ominis celebritate ſuperaret. » Et rurſum: « Cùm Greg. Naz. o-
is, inquit, verbis vtitur: ſtultiſſimus ſum om- rat. 20.
ium hominũ, & prudentia hominis non eſt in me. Et orat.
Ioc vult nimirum, propriam ſe nullam pruden- 19.
am habere, ſed diuina & perfectiori ſapientia af- Prou. 30. 2.
ari. Siquidem & Paulus, cum aiebat; Viuo au- Gal. 2.
em iam non ego, viuit autem in me Chriſtus: non 20.
anquam de mortuo loquebatur, ſed eo qui veræ
itæ, nulloque mortis fine circumſcriptæ particeps
ſſet. »

Manſiſſes vtinam Salomon « ſicut Sol in conſpe- Pſ. 88.
tu Dei, & ſicut Luna perfecta in æternum. » Sed 38.
ecundùm Gregorium Magnum: « Sapientiam no- Greg. 3. Reg. 4.
tu, non perſeueraturus accepiſti. » Vnde & Iſi- 5.
orus exordia eius & nouiſſima diſcriminans: « An- Iſid. de
equam, inquit, naſceretur, vocatus ſapientiſſi- vita & morte
nus omnium, & Dominici dedicator templi, fœ- Sancto-
x imperio, dilectus Deo, ſapiens in iudicio, in rũ c. 34.
ententia iuſtus, pacificus in regno. Qui popoſcit
pientiam, & impetrauit; vt ſciret diſputationem
rbis terrarum, & virtutes elementorum, naturas
nimalium, & cogitationes hominum. Hic quo-
ue mores, rerum naturas reperit, & Sacramenta
cclesiæ reuelauit. Cuius principia bona fuerunt,
ouiſſima autem mala. Nam poſt miram virtutum
loriam, amore deprauatus fœmineo, acceptam
pientiam perdidit, & in profundum Idololatriæ,
enda ruina demerſit. » Ludouici cõtra, vtpote pluſ-
uam Salomonis initia ſancta, ſicut initium ſapien- Eccli. 1. 16.
æ timor Domini, timere Deum ab infantia do-
us à matre, peccati pluſquam mortis oſor, acce-
am in baptiſmo innocentiam non modo illiba-
m ſeruauit, ſed vſque ad nouiſſima per ætatis

Pſ. 88. no Pſaltes : « Thronus eius ſicut Sol in conſpectu
38. meo, & ſicut Luna perfecta in æternum. » Præmiſerat enim ſupra ſubiiciens ſiccitati fluuiorum Ethan : « Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu perfeciſti Solem & Lunam. » Ita enim cum Septuaginta legit Auguſtinus. Solem tanquam ſapientem, Lunam tanquam inſipientem. Nam ita ſcriptum eſt : Sapiens permanet ſicut Sol : ſtultus autem ſicut Luna mutatur. » Mutatus eſt vt Luna Salomon, ſiccati ſunt fontes Ethan : permanet vt Sol Ludouicus, & fortiſſimus fluxu perenni decurrit, « facta gratia in eo fonte aquæ ſalientis in vitam æternam. »

Pſ. 73. 16. — Eccli. 27. 12. — Io. 4. 14

SECVNDA PARS MORALIS.

Quatuor arida ſunt in homine, & exſuccida, niſi quatuor prædictis virtutum fluminibus irrigentur. Animus prudentiâ, voluntas iuſtitiâ, appetitus iraſcibilis fortitudine, concupiſcibilis temperantiâ & caſtitate. Quæ quidem in throno ſuo deſcripſerat Salomon, ſed non « permanſit cum Sole thronus eius, ſed vt Luna mutatus eſt. »

Prima Reflexio. Prudentiam quidem & ſapientiam in ebore depinxit animalis iuxta Platonem Philoſophici dente. Verum, omnis ſapientia eius deuorata eſt & ſtultiſſimus omnium hominum meritò reputandus. Et licet prius omnium ſapientiſſimus, « ſapientiam prætulerit regnis & ſedibus : » ſenſeritque, continentiam à Deo poſtulans, « hanc eſſe ſummam ſapientiam, ſcire cuius eſt donum : » Similis tamen cadenti de cœlo Lucifero, « perdidit ſapientiam ſuam in decore ſuo : & dicens ſe eſſe ſapientem ſtultus factus eſt. » De quo cum Gregorius Theologus ageret, dum

Pſ. 106. 27. — Sap. 7. 8 — Sap. 8. 21. — Ezech. 28. 17.

Digitized by Google

ſaperet: « Eò, inquit, ſapientiæ & contemplatio-nis progreſſus eſt, vt omnes ætatis ſuæ mortales, nominis celebritate ſuperaret. » Et rurſum: « Cùm his, inquit, verbis vtitur: ſtultiſſimus ſum omnium hominũ, & prudentia hominis non eſt in me. Hoc vult nimirum, propriam ſe nullam prudentiam habere, ſed diuina & perfectiori ſapientia afflari. Siquidem & Paulus, cum aiebat; Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Chriſtus: non tanquam de mortuo loquebatur, ſed eo qui veræ vitæ, nulloque mortis fine circumſcriptæ particeps eſſet. » Rom. 1. 22. Greg. Naz. orat. 20. Et orat. 19. Prou. 30. 2. Gal. 2. 20.

Manſiſſes vtinam Salomon « ſicut Sol in conſpectu Dei, & ſicut Luna perfecta in æternum. » Sed ſecundùm Gregorium Magnum: « Sapientiam noctu, non perſeueraturus accepiſti. » Vnde & Iſidorus exordia eius & nouiſſima diſcriminans: « Antequam, inquit, naſceretur, vocatus ſapientiſſimus omnium, & Dominici dedicator templi, fœlix imperio, dilectus Deo, ſapiens in iudicio, in ſententia iuſtus, pacificus in regno. Qui popoſcit ſapientiam, & impetrauit; vt ſciret diſputationem orbis terrarum, & virtutes elementorum, naturas animalium, & cogitationes hominum. Hic quoque mores, rerum naturas reperit, & Sacramenta Eccleſiæ reuelauit. Cuius principia bona fuerunt, nouiſſima autem mala. Nam poſt miram virtutum gloriam, amore deprauatus fœmineo, acceptam ſapientiam perdidit, & in profundum Idololatriæ, flenda ruina demerſit. » Ludouici cõtra, vtpote pluſquam Salomonis initia ſancta, ſicut initium ſapientiæ timor Domini, timere Deum ab infantia doctus à matre, peccati pluſquam mortis oſor, acceptam in baptiſmo innocentiam non modo illibatam ſeruauit, ſed vſque ad nouiſſima per ætatis Pſ. 88. 38. Greg. 3. Reg. 4. 5. Iſid. de vita & morte Sanctorũ c. 34. Eccli. 1. 16.

incrementa prouexit. Omnia ſub Sole vana conſpicatus, & vera donatus à Deo ſapientia, per altiſſimas cauſas rerum altiſſimarum cognitione illu-
Habac. 2.10. ſtratus, « ridiculos olim futuros omnes Regis æterni tyrannos » edoctus, & omnia regna mundi in illa Aſſyriorum Principis ſtatua delineata, paruulo in pedibus fictilibus euerſa lapide, & in fauillam
Dan. 2. 34. redacta & venti ludibrio rapta, regnum pariter ſuum pulueri compoſitum ratus, pompam & glo-
Tertul. contra Iud. c. 141. riam mundi nihili ducebat. « Petra ſane illa, quæ Chriſtus erat, apud Danielem de monte præciſa, imaginem ſæcularium regnorum comminuet & conteret. » Suæ proinde « prudentiæ non innixus,
Prou 3 5. nouiſſima prouidens, ſapienter intelligebat, po-
Deut. 32. 29. tentes, potenter tormenta paſſuros, & fortioribus fortiorem inſtare cruciationem: » Siccandos deni-
Sap.6.7 & 9. que ſic fore fluuios Ethan, hoc eſt robuſtorum, &
Gen.10. 6. fortium, ſicut « Nembroth venatoris fortis contra Dominum » delitias; vt nec diues epulo, in illo
Luc. 16. 24. ignis inferni cruciatu de digito Lazari in ſinu Abrahæ quieſcentis, ſtillam refrigerij in ſempiterni ar-
Pſ.2.10. 10. doris temperiem, ſit abſque miſericordia receptu-
Aug. in Pſal.2. 1. Cor. 9. 27. rus. « Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Nunc intelligite, iam reges, iam valentes regere, quidquid in vobis ſeruile, atque beſtiale eſt, & iam valentes pugnare; non quaſi aërem cædentes, ſed caſtigantes veſtra corpora, & ſeruituti ſubiicientes, & erudimini qui iudicatis; ſpiritales enim ſignificat qui iudicant terram. Inferius enim nobis eſt quicquid iudicamus: quicquid autem infra ſpiritalem hominem eſt, meritò terra nominatur, quia terrena labe ſauciatum eſt. » Hæc apud ſe reputans Ludouicus, & cum Pſalte Regio,
Pſ. 76.6 « cogitans dies antiquos, & annos æternos in mente habens » Regni ſui pompam reſpuens; cum

eodem ſummo Chriſto Regi cantabat : « Regnum Pſ.144.
tuum, regnum omnium ſæculorum.» Et cum Pau- 13.
lo verè prudens & ſapiens pluſquam Salomon hic :
« Regi ſæculorum immortali & inuiſibili, ſoli Deo
honor & gloria in ſæcula ſæculorum. »

Secvnda Reflexio. Fecit ſibi Salomon thronum ex ebore grandem, in quo ſuam fortitudinem adumbrauit. Elephantis robur in dente, humero turrium & militum baiulo, promuſcide qua velut manu robuſta vtitur ad omnia, & enſes ac romphæas vibrat & torquet aptiſſimè. Humerum porro elephanti oblatum in ſacrificio pro regibus legimus. Thronus ex elephanti dente Ludouico potius quam Salomoni debebatur. Et ecce pluſquam Salomon hic. Nanzi Hebræis, id eſt baiulus populi Princeps appellatur, quod compati ſubditis & eorum opera ſubleuare & non aggrauare teneatur. Cor quidem docile, & latitudine maris effuſum ac latum popoſcit à Deo, vt vaſto ſinu exciperet populum. Sed nil ad Ludouicum ſimile Salomon, qui omnium onera portabat, & totius populi inopiæ prouidebat. Nec tantum manſuetus in pace, ſed in prælio fortiſſimus, qui & ſolus Anglos expulit Ponte Taillebourg, & fratrem ſuum Andegauenſem de medio hoſtium generoſus eduxit, & Damietam enſe velut elephas dente mordens, & clypeo è collo pendente expugnauit & Saracenos exterritos in fugam vertit. Et tu Salomon erubeſce cum omni tua equorum & curruum pompa ; 3. Reg.
quadraginta millia præſepia equorum currilium, & 4. 26.
duodecim millia equeſtrium ſuperuacua tibi fuerunt. Numeroſum Ludouicus exercitum ad terram Sanctam fidelibus legitimis poſſeſſoribus, ab iniquiſſimis vſurpatoribus aſſerendam armauit : Ipſe quaſi turris Dauid : Mille clypei pendent ex ea om-

nis armatura fortium. Tu cum Sardanapalo, Hercule, Achylle, cum mulieribus effœminatus eorum elogio notari promeritus, quorum mollitiem Tertullianus expreſſit. Et de Achylle quidem : « Naturam concuſſit Lariſſæus Heros, in virginem mutando, ille ferarum medullis educatus, vnde & nominis conſilium, quandoquidem labiis vacuerat ab vberũ guſtu, &c. Suſtinet ſtolam fundere, comã ſtruere, cutẽ fingere, ſpeculum conſulere, collũ demulcere, aurem quoque foratu effœminatus, &c. (& quot hodie proh pudor viri in fœminas indigna ſexu mollitie transferuntur) quod illi apud Sigæum ſtrongila ſeruat. Planè poſtea miles eſt : neceſſitas enim reddidit ſexum. » Quod & pleriſque viris comptis euenit, vt ad bella compulſi gloriæ cupiditate ſe accingant. Veſtium luxu depoſito. Pergit de Hercule, « turpius, inquit, libido virum cultu transfigurauit, quàm aliqua materna formido, (quæ Achyllem ſub puellæ veſte ſeruauit,) tametſi adoratur à vobis, qui potius erubeſcendus eſt, ſcytalo ſagittipelliger ille, qui totam Epitheti ſui ſortem, cum muliebri cultu compenſauit. Tantum Lydiæ clancularię licuit, vt Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule proſtitueretur. »

Tertul de pall. cap. 4.

Luc. 12. 27. O Salomon « agri noſtri Gallici lilium conſidera, non laborat neque net : dico tibi quod neque tu in omni gloria tua indutus es ſicut vnum ex iſtis. »

Pſ. 92. 1. Vt de eo poſt Chriſtum dicatur : « Dominus regnauit, decorem indutus eſt : indutus eſt Dominus fortitudinem & præcinxit ſe » virtute. Delitias curiæ, veſtium pompam, Regnum ipſum deſeruit, vt in tranſmarina bellator fortiſſimus pergeret. Et quod verbo tenus dixiſti : « Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vr-

bium.» Et ſe ſuoſque in captiuitate detineri, & peſte affligi, & ſua ſpe in terræ ſanctæ redemptione fruſtrari, diuinæ prouidentiæ in euentu tam difficili æquanimiter & conſtantiſſimè ſubmiſit, ipſa Iobi patientia longè ſuperior; cùm Pſalte canens: « Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu feciſti: amoue à me plagas tuas.» Vbi Auguſt. egit, « Obſurdui & non aperui os meum, quoniam tu es qui feciſti me. Noli exterminare me: tantum cæde, vt proficiam non vt deficiam. Tantum tunde, vt producar, non vt comminuar. (Alibi dixerat Iob tubam ductilem à diabolo tanquam malleo productam, Tunſio, inquit, productio, productio perfectio eſt:) Bonum mihi quia humiliaſti me, &c. & humiliatus ſum, & bonum eſt mihi: & pœna eſt, & gratia eſt. Quid ſeruat poſt pœnam, qui per gratiam exhibet pœnam, &c. qui fingis dolorem in præcepto. De dolore præceptum mihi facis. Formas ipſum dolorem meum. Non enim relinquis informem, ſed formas illum: & formatus dolor meus inflictus à te, præceptum mihi erit, vt liberer à te, &c. video me in malis, video me in pœna, & apud te non video iniquitatem.» Et rurſum cum eodem Pſalte: « Tribulatio & anguſtia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea eſt.» Quid patientius? quid fortius? « Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram:» & à ſancto Ludouico diſcite, nec contra Chriſtianos niſi magna cauſa conſilioque pugnare, nec etſi contra hoſtes fidei pugnantes aduerſo euentu contra Dei prouidentiam murmurare. Sed heu « Vnde bella & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris. Concupiſcitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non poteſtis adipiſci; litigatis, &

Aug. in Pſ. 38.

Pſ. 118. 71.

Pſ. 118. 143.

Iacob. 4. 1. & ſeq.

belligeratis, & non habetis, propter quod (Syriac. quoniam) non poſtulatis. Petitis, & non accipitis; eo quod malè petatis: vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.» tranſlat. Syr. « vt alatis concupiſcentias veſtras.» Non autem ad pacem regni, ſubditorum tranquillitatem, onera publica ſubleuanda, ſed inde potius aggrauanda. Attendite quia
Sap. 6. « duriſſimum iudicium his qui præſunt fiet, & malè
6. & 9. fortibus, fortior inſtat cruciatio. Horrendè & citò apparebit vobis.»

Tertia Reflexio. Pergamus in examine Salomonis, in omnibus inferioris Lu-
3. Reg. douico: « Fecit Rex Salomon thronum de ebore
10. 18. grandem, &c. & duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile.» Pietatem & iuſtitiam Regum thronos fulcire vulgatum eſt. Et pietas quidem Salomonis in vno templo magnifico fulſit, quod Arcæ de lignis Sethim, quod ſignificat ſpinam, & figuris tantum extruxit. Ecce pluſquam Salomon hic. Qui rebus ipſis, & Sanctam Capellam Coronæ Chriſti ſpineæ & Sanctæ Cruci, quam vermis inſtar humi reptans adorare ſolebat, & Carthuſiam Pariſienſem, & trecentorum cæcorum domos & Eccleſias extruxit & dotauit.

Et de pietate quidem in pauperes & miſericordia, præclara à Salomone edita ſunt documenta:
Prou. qualia ſunt: « Qui dat pauperi non indigebit:»
28 27. Et rurſum: « Fœneratur Domino, qui miſeretur
Prou. pauperis.» Et iterum: « Diues & pauper obuiaue-
19. 17. runt ſibi. Vtriuſque operator eſt Dominus.» Sed
Prou. 22. 2. quando vidimus aut legimus Salomonem ſicut Ludouicum, flexis genibus pauperibus miniſtrantem? Centum viginti quotidie paſcentem, præter tres ſenes quorum etiam manibus, infundebat aquam. Quando ſpectauimus mortuos milites ſepelien-

tem , & quatriduanum iam fœtentem ſuis ad ſepulchrum humeris baiulantem ? « Beatus qui intellexit ſuper egenum & pauperem. » Seſa narratur ſcuta aurea quidem abſtuliſſe , & patentes quidem inuentuque faciles theſauros deprædatum , ſed occultos non potuiſſe prædari. « Salomon enim ante mortem ſuam , ante ſepulchrum ſuum fecit octo loculos , quos auro & lapidibus pretioſis repleuit. Et magicæ actum eſt , itavt non liceret cuilibet illos vel inuenire, vel ſi inueniret, poſſe inde quidquam eripere. Fuit autem vnus loculorum illorum apertus tempore Hircani filij Simonis Machabæi , qui ſe in anguſtia videns , aperuit loculum , & inde immenſam auri & argenti maſſam protulit alium autem aperuit Herodes Aſcalonita , de quo ditatus eſt. Et tamen cùm cùm alios aperire vellet non valuit, facto in ſe quodam terrore , propter ea quæ intus viſa ſunt. » Ludouicus autem Chriſto obaudiens « theſaurizauit theſauros in cœlo , vbi nec erugo nec tinea demolitur. » Audi auare & vide promentem , & non recondentem Ludouicum imitare. « Tineam non excludunt clauſtra , ſed claudunt & generant , non repellunt. Rubiginem nutriunt ſeruata, non vitant. Quia quod de re naſcitur , non vitatur. Vbi eſt neceſſitas , fures deeſſe non poſſunt. Qui ergo inter tineas , rubiginem , fures ſua ponit , exponit quæ ſua ſunt , non reponit. » Neſcis cui das , cum das pauperi ? « Manus pauperis Abrahæ ſinus eſt , vbi quidquid pauper acceperit , mox reponit. Theſaurus cœli eſt manus pauperis , quod ſuſcipit ne in terra pereat , reponit in cœlum , &c. Manus pauperis eſt gazophylacium Chriſti. Quia quicquid pauper accipit , Chriſtus acceptat. Da ergo homo pauperi terram , vt accipias cœlum ; da nummum

Pſ. 40 1
3. Reg. 14.
Abulenſis q. 18. in 2. paral. cap. 12.
Ioſeph. l. 13. & 16. Antiquit.
Chryſol. ſer. 7.
Chryſol. ſer. 8.

vt accipias regnum; da micam, vt accipias totum.»
Chry-ſol. ſer. 22. Quid plura? « O homo, ſi hîc permanſurus es, quæ tua ſunt, hic repone ſi illuc iturus es, hîc quæ tua ſunt quid derelinquis? Qui relinquenda ſeruat, alienorum cuſtos eſt, non ſuorum. Si in hac vita, qua peregrini ſumus, viuimus, & modicum temporalem eſſe pauperem dolet, triſtem, inhonorum eſſe; quale eſt, in perpetua patria, inter æternos ciues, de contemptu dolorem, de ignobilitate pœnam, de nuditate opprobrium ſuſtinere?» Ludouicum Reges, & plebes pro modulo in pietate erga Deum, in miſericordia erga pauperem proximum imitentur, ſi æternam vitare inopiam, & cœleſtis regni ſibi volunt abundantiam & gloriam comparare.»

QVARTA REFLEXIO. Manus altera eburnea ſolium ſuſtinens Salomonis, eſt iuſtitia: Et thronum quidem ſummi Chriſti Iudicis in eburneo throno deſcriptum, Rupertus aſſeruit. Rup. l. 3 de oper. Trinit. cap. 31. « Thronus, inquit, ex ebore: iudicium quippe ex puritate conſtabit Iuſtitiæ. Alioquin niſi venter eius eſſet eburneus, niſi abſque omni calore libidinis conceptus, natus, vel conuerſatus eſſet homo & Deus Chriſtus; elephas quippe vnde eſt ebur, animal eſſe caſtiſſimum perhibetur; quomodo vel quo iure hunc mundum eſſet iudicaturus. Salomon quidem ſedit aliquanto tempore ſanctus & iuſtus, oracula dedit ex throno ſuo eburneo iuſtitiæ: ſicut olim & in tabulis eburneis inſcriptæ leguntur Iudicum ſententiæ. Vlpian. Præſcripſit & Salomon: Prou. 15. 27. « Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.» Vel vt habent Septuaginta: « Diſperſit ſeipſum acceptor munerum: qui autem odit munerum acceptiones, ſaluatur.» Ludouicus autem quid? quod de Valentiniano ſupra Am-

Digitized by

broſius : Venter eius pixis eburnea ; qui reciperet oracula Scripturarum : » vt ea facto impleret. Stipendia enim iudicibus annua perſoluebat, ne corrupti muneribus, ius venderent & peruerterent. Quin & ipſe frequenter, & ſtatis diebus ſtabat iudex, hunc ſemper corde Pſaltis verſiculum voluens: « Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat. Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis ? Iudicate egeno & pupillo, & pauperem iuſtificate. » Sed vbi nunc Principes qui aures præbeant viduæ & pupillo oppreſſis ? Vbi iudices qui fauori, aut muneri non cedāt? «Omnes diligunt munera, ſequūtur retributiones, iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. » Impium ſic Iudicem carpebat Salomon dum ſaperet : « Munera de ſinu impius accipit, vt uertat ſemitas iudicij. » Audiant ſummum Iudicem voce prophetica comminantem : « Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo ? Et quid faciet de iniuſtis iudiciis, qui ipſas quoque iuſtitias iudicabit ? » Salomon in throno eburneo iudicans, matremque veram pueri diuiſione prohibita diſcernens, ſapientiæ ſuæ ſtuporem excitauit : quam matrem Auguſtinus Eccleſiam Catholicam indiuiſæ & vnius fidei parentem delineaſſe declarauit : « Catholica, inquit, quaſi mater piiſſima, omnibus hæreticis clamat, nolite Chriſtum minorem facere Patre, nolite vnitatem diuidere (agit de blaſphemia Arrianorum) nolite vnum Deum diuerſis gradibus diuidendo, veluti Idola gentium in veſtris cordibus fabricare : totum nobiſcum poſſidete : ſi vultis habere pacem, nolite ſcindere vnitatem : non enim ſi vas totum tenueritis, nil remanet nobis. Tanta eſt illius omnipotentia, vt eum omnes totum poſſideant, & ſinguli totum. Sed impia &

Pſ.81.1. Eſa.1.23 Prou. 17.23. Pſ.74.3 Bernar. 3.Reg.3 Aug. ſer.200. de tempore.

crudelis hæreſis clamat: non, ſed diuidatur. Quid eſt, diuidatur: niſi non Filius æqualis ſit Patri? dum enim Filio ſubtrahit æqualitatem, & bonum, omnipotentemque denegauit Patrem. Deus enim Pater ſi potuit Filium ſibi ſimilem gignere (id eſt æqualem) & noluit, non eſt bonus: ſi voluit, & non potuit, non eſt omnipotens, &c. quid partiris vnum? ſi vnum diuiſeris, integrum nihil habes. O Arriana hæreſis, crudelis & impia erubeſce. Iudicante Salomone, meretrix ne vnum viuum, ne vndecumque conceptum, etiam natum proderet, non dimiſit diuidi Filium ſuum: & tu diuidis Deum tuum? illa etſi meretrix, tamen pia, quia mater: tu hæreſis impia, quia non mater. Quod paris præfocas, quod non parturis congregas. Viſcera tua duruerunt, illius tremuerunt: quid dicit illa, quæ typum gerebat Catholicæ matris? date illi puerum, & nolite diuidere eum. Filius meus eſt, ſed melius apud illam migret natus, migret totus: tamen apud me maneat maternus affectus, &c. quod dicit, date illi puerum, & nolite diuidere; Ecce & ego dico: totum poſſide, & noli diuidere Deum.» Quod hoc loco pro vera & indiuiſa & pia fide Eccleſiæ contra impiam Arrij blaſphemiam ſcripſit Auguſtinus in iuſtam & prudentem ſententiam Salomonis, hoc contra omnem blaſphemiam fecit iuſtiſſimus Ludouicus, qui cum iuſtiſſimam legem de diuidenda blaſphemis lingua, & ferro candenti perforanda ſtatuiſſet, nullis precibus adduci potuit, vt circa ciuem Pariſienſem in blaſphemia deprehenſum quidpiam de edicti rigore remitteret, vtinam ſubdens pro eo interpellantibus & mihi labia perforentur, ſi hac pœna inflicta mihi omnis blaſphemia à meis ſubditis proſcribatur. Quantus iuſtitiæ zelus in ſancto Rege flagrabat?

Salomon vt veram diſcerneret matrem, diuidi iuſſit prolem. Ludouicus vt integram ſeruaret legem inuiolatamque erga Deum pietatem ſimul ac iuſtitiam & debitam reuerentiam, & ſua paratus labia perforari ignito ferro, vt hoc verbo quaſi Prophetæ ardenti calculo, totius Regni à blaſphemia labia perpurgaret. Hodie proh dolor in Reges ac Principes, extremo ſupplicio blaſphemiæ puniuntur, & in Deum & Sanctos eius impunè iaculantur: « Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra, » &c. Pſ. 72. 9.

Qvinta Reflexio. Supereſt, vt de temperantia vnico gulæ & luxuriæ fræno dicamus. Cuius quidem virtutis ſymbolum ebur, temperantis æquè ac caſti dens animalis. « Elephas vnde ebur, animal eſſe caſtiſſimum perhibetur. » De quo & Plinius: « Pudore, inquit, nunquam niſi in abdito coëunt, mas quinquennis, fœmina decennis. Initur autem biennio, quinis, vt fertur, cuiuſque anni diebus, nec amplius: ſexto, perfunditur amne. Non ante reduces ad agmen. Nec adulteria nouere nullaue propter fœminas, inter ſe prælia cæteris animalibus permicialia: non quia deſit illis amoris vis. Namque traditur vnus amaſſe quandam in Ægypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter dilectam putet, miretur gratam Ariſtophani celeberrimo in arte Grammatica. » Vt quid Salomon intemperantiſſimus, & conuiuiis & concupiſcentiis indulgentiſſimus, throni ſui materiam ab animalis temperantiſſimi dente mendicauit? Ecce pluſquam Salomon hic? Salomon duodecim præfectos ſuis menſis adhibuit, & quia iuxta Lunas annus Hebræus Præfectus duodecimi, decimo quoquè tertio præſidebat. Ludouicus tredecim pauperibus ſeruiebat, pane & aqua ſexta

Rup. l. 3. de oper. tri. cap. 31.
Plin. l. 8. cap. 5.

1. Cor. feria contentus. Cilicio, diſciplina, corpus caſti-
9. 27. gans & ſeruituti ſubiiciens. » Mollibus Salomon
Eccle. veſtiebatur, Ludouicus plebeis induebatur. « Ni-
2. 10. hil, inquit, ille, negaui oculis meis: » Nihil iſte indulſit ſuis. Adeo vt nec concurrentibus omnibus ad pulcherrimi pueruli in hoſtia ſpectaculum, noluerit fidei ſuæ imminuere meritum. « Rex Salo-
3. Reg. mon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam
11. 1. & quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammoniti-
ſeq. das, Idumæas, & Sidonias, & Hebræas: de Gen-
Exod. tibus, ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſrael: non
34. ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras: Certiſſimè enim auertent corda veſtra vt ſequamini Deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore. Fueruntque ei vxores quaſi Reginæ ſeptingentæ, & Concubinæ trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius. Septuaginta, declinare potuerunt mulieres alienæ cor eius poſt Deos ſuos. » Ludouicus vnicam eamque caſtiſſimè dilectam nubens in Domino duxit, à qua ex mutuo conſenſu vacaturus orationi ieiunij diebus abſtinuit. « Salomon plures, magis ad libidi-
Aug. li. nem quam ad propaginem habuit » & ex earum
22 cōt. vna vnicum Roboam ſuſcepit. Ludouicus ex ſua
Fauſt. cap. 81. quinque liberos & quatuor filias ex diuina benedi-
3. Reg. ctione progenuit: « Conſiderate lilia agri, quomo-
11. 4. & do creſcunt. » Quadringentis ſtat annis Ludouici
ſeq. propago: « Et vſque in ſæculum non delebitur; &
Matth. 6. 28. filij eius vſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem
Eccli. eius. Nunc deficiet ſceptrum eius donec veniat qui
39. 12. mittendus eſt. » Salomon « cum iam eſſet ſenex
Pſ. 13. deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequere-
Gen. 49 tur Deos alienos, &c. ædificauit Fanum Chamos
10. Idolo Moab, & Moloch Idolo filiorum Ammon. Atque in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus alieni-

alienigenis, &c.» Et ſic ille quem Nazianzenus vocat ſapientiæ verticem, in profundum Idololatriæ per mulieres corruit. «Principale crimen generis humani, ſummus ſæculi reatus, tota cauſa iudicij, idololatria, &c. Locuples ſubſtantia criminis.» Non ergo de eo, ſed de pluſquam Salomone, Chriſti imitatore Ludouico cantatum eſt. «Benedictum nomen gloriæ eius, & replebitur vniuerſa terra gloria eius. Contra Salomon audeo dicere, etiam quam habuit in Deo gloriam amiſit, per mulieres in Idololatriam vſque pertractus.» Cui ſubſcripſit Ambroſius: «Salomon contubernio Gentili deceptus errauit.» Et huic Auguſtinus: «Improbatus, inquit, & reprehenſus eſt his verbis: vt appellaretur amator mulierum. Et inde ad profundum Idololatriæ lapſus atque demerſus eſt.» Et rurſum vbi & de Adam ab Eua pertracto: «Ne ſuas, inquit, quibus deperibat atque diffluebat, mortiferas delitias contriſtaret.» Heu quam plures ſectatores habet Salomon ſuæ mollitiæ, quàm Ludouicus continentiæ! Quantos nouimus ad nefanda quæque, mulierum blanditiis abductos. «Quis magis Chriſtum, aut qui vexatus, aut qui delectatus amiſit?» Quàm multos ſcimus non modò Principes, ſed priuatos; propria vxore non contentos, abire poſt carnem alteram, & vago concubitu commiſceri? Throni ſui ebur Salomon maculauit. «Samſon validus, & fortis leonem ſuffocauit, ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit. Vincula ſoluit hoſtium, ſed ſuarum non ſoluit nexus cupiditatum. Meſſes incendit alienas, & vnius ipſe mulieris accenſus igniculo, meſſem ſuæ virtutis amiſit. Salomon templum Deo condidit. Sed vtinam corporis ſui templum ipſe ſeruaſſet.» Delitiis abſtractus à Dei cultu miſerabiliter errauit. Et qui templum

Tertul. de Idol. cap. 1. Et 5. cõ. Marc. cap. 9.

Ambr. l. 10. in Luc. c. 22.

Aug. l. 22 cõt. Fauſt. cap. 81. & 11. de gen. ad lit. c. 42

Tertul. de pud. cap. 22.

Ambr. in Apol. poſter. Dauid. cap. 3.

vni Deo erexerat, tot fana Diis, quot vxoribus
Aug. li. 14. de ciu. c. 11 fabricauit. « Nec Salomonem credibile est, errore
putasse Idolis esse seruiendum: sed blanditiis fœ-
2. Cor. 6. 15. mineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum. » Vide-
rint qui hæreticis nubunt, cui se fidei periculo ex-
1. Cor. 10. 12. ponant, & « quod sit tenebris & luci commercium,
& Christi ad Belial. » Nec quisquam de se præsu-
mat: sed « qui stat, videat, ne cadat. » Domum
suam templumque cordis & corporis seruet ebur-
Guarr. ser. 1. de Annun. neum. « Myrrha & gutta, & casia à domibus
eburneis: inhabitamus quidem domos luteas: sed
quæ materiæ qualitate sunt luteæ, continentiæ vir-
Ps. 44. 9. tute fiunt eburneæ. Ex quibus si myrrha prima
stillare cœperit per mortificationem voluptatum,
consequenter, & aliæ species, multiformem virtu-
tum gratiam spirabunt. »

Salomon, vt absoluam, præter Ezechiam & Io-
siam, reliquit successores Idololatriæ elogio nota-
tos; Ludouicus plusquam Salomon omnes Chri-
stianissimos posteros. Salomon secundùm aliquos
Hieron. l. 13. in Ezech. cap. 43. & Hieronymum ipsum: « Templi fabricator Sa-
lomon licet peccauerit, & offenderit Deum: ta-
men postea egit pœnitentiam scribens Prouerbia;
in quibus ait: (cap. 24. iuxta 70.) Nouissimè ego
Et in c. 1. Eccle. egi pœnitentiam. Et respexi vt eligerem discipli-
nam. » Et alibi: « Aiunt, inquit, Hebræi hunc
librum Salomonis esse (Ecclesiastem) pœniten-
tiam agentis: quod in sapientia diuitiisque confi-
sus, Deum offenderit. » Adiiciunt & Rabini eum
in Concilio Sanhedrim 72. Seniorum nudasse hu-
meros, & disciplinam subiisse. Sit ita: reus erat
grauissimi peccati & scandali: Ecce plusquam Sa-
lomon hic, innocens cilicio corpus operuit, & di-
sciplina ferrea sextis feriis Confessoris manibus af-
flictus est. Tandem de Salomonis salute dubitatur:

Et feſtum vbique pluſquam Salomonis noſtri celebratur. Salomon de viribus herbarum ſcripſit; Ludouicus exemplis ſuis vim medicam omnibus vitiis præſtitit. Salomon multa edidit oracula ſapientiæ, quibus opere non reſpondit: Ludouicus in ſuo Teſtamento, tot oracula quot verba edidit; & cœpit prior ipſe facere quod filium docuit. Ergo in omnibus pluſquam Salomon fuit.

Sexta Reflexio. Quem nos honorem tanto parenti & Regi debemus, cui Bonifacius octauus adhuc Cardinalis ſexaginta tria miracula indubitata adſcripſit. Thronum iactet eburneum Salomon: De elephante Plinius: « Dentibus, inquit, ingens pretium, & Deorum ſimulacris laudatiſſima ex iis myſteria. « Fallor niſi & Phidias Mineruæ ſuæ oculos finxerit ex ebore. Mira ſolertia: Diis putatis immortalibus, ex ebore, mortis ſymbolo fecere ſimulacra. Nobis certè Minerua, ſiue « prudentia carnis, mors eſt. » Et pluſquam Salomoni oculos eburneos nil videntes, nil mortale concupiſcentes, & totum etiam corpus domum eburneam animæ, ob iugem mortificationem in diuos tranſcripto dabimus. Sceptrum iuſtitiæ manum eburneam præferens inflexibilem & incorruptam eius iuſtitiam commendat. Vidimus cineres & limaturam eboris cum melle, maculas vultus abſtergere. Et quis reuoluens cineres pœnitentiæ & pietatem Ludouici, cultum humilem, abſtinentiam, caſtitatem, zelum gloriæ Dei, iniuriarum ſibi illatarum patientiam, curam ſalutis proximi, ſuas in ſpeculo virtutum eius conſiderans maculas, non erubeſcat, non ſe corrigat? Equitem de Ioinuille aliquando rogans vtrum præeligeret toto corpore lepra perfundi, quam animam vna peccati macula fœdare, illi cunctanti & tergiuerſanti

Plin. l. 8 cap. 10.

Rom. 8. 6.

reſpondit : Ego verò, vtinam fœdiſſima potius lepra, quàm vllo peccato deformer. Thunarum autem Oratori, paratum ſe dixit tetro carceri & vinculis mancipari, vt per baptiſmum poſſent omnes à ſeruitute peccati & diaboli liberari. O nos frigidos, qui nullo animarum zelo ardemus pretioſo Chriſti ſanguine redemptarum ! Qua porro patientia, qua magnificentia Arſacide tyranni ſatellites vitæ ſuæ inſidiantes interceptos excepit ? lacrymis, blanditiis, muneribus affectos, in pace remittens. Nos contra vltionis impatientes & auidi excandeſcimus, & modum iuſtæ vindictæ tranſgredimur. Exemplo Ludouici, « Deus oſtendit ſuper inimicos », benignitatem rependere, non iniquitatem. « Si conſideras infirmitatem tuam, deficis ſub præcepto : confortare in exemplo. Sed etiam exemplum ad te multum eſt : adeſt ille qui præbuit exemplum. » Audi & Pſaltem : « Iuſtus autem quid fecit ? Chriſtus quid vobis fecit, qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, vt primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet ? » Eburneas manus, opera & exempla pura Ludouici præ oculis habeamus: & ex eius emblemate pacem etiam cum hoſtibus habere diſcamus. Duæ manus iunctæ cum ſpicis, & caduceo Mercurij duos conciliante ſerpentes, epigraphe. « Fœlicitas temporum. » Vtinam tuis Ludouice meritis diuiſi Galli & Hiſpani velut ſerpentes irritati conueniant. « Fiat pax in virtute tua. » Hiſpana Matre, Gallo Patre natus, vtrumque pacifica populum. Tu fons Paradiſi in quatuor diuiſus flumina, hortum noſtrum irriga, lilia noſtra floreant in tranſitu aquæ, nunquam marceſcant, donec immarceſſibilem gloriæ coronam accipiant. Amen.

Aug. in Pſ. 56.

Aug. in Pſ. 10.

Tipot. in hierogr.

Pſ. 121. 10.

Eccli. 50. 8.

IN FESTO SANCTI PATRIS NOSTRI AVGVSTINI.

Numquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum.
Iob 39. 27.

PErspicacissimam Salomonis aciem tria difficilia latuerunt, & quartum, ipsius testimonio, prorsus effugit: « Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentiâ. » Vbi Pagninus ex Hebræo transtulit: « Tria sunt abscondita à me, & quatuor quæ non noui. Viam aquilæ, &c. & viam viri in virgine. » Septuaginta paulò aliter: « Tria sunt impossibilia mihi intelligere, & quartum non agnosco. Vestigia aquilæ volantis, &c. & vias viri in iuuentute. » Quænam ista sint, dicant qui possunt. Sunt qui quatuor fidei mysteriis applicent. « Fœmina enim circumdedit virum » & Virgo Deum hominem Christum, qui viam & portam clausam ingressus, egressusque reliquit. Qui in medio maris rubri sanguinis, vt nauis ad portam gloriæ transiuit. Qui subtilior colubro, depositis mortalitatis exuuiis, de petrâ tumuli, inuiolato sigillo Præsidis, & integro lapide monumenti, transitus sui nullo relicto vestigio rediuiuus exiuit. Qui denique ad præceptum Dei, & eius

Prou. 30. 18.

ExHeb. Ibid. 19.

Ierem. 31. 22.

propbetias adimplens, agilitatis pennis glorioſo & clarificato corpore aquilâ velocior aſcendit in cœlum. Sed hæc myſticè & non ad litteram. Sapiens enim immediatè ſubiecit: « Talis eſt via mu-
Prou. 30.20. lieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: non ſum operata malum. Septuaginta, quandocumque egerit, lota, nihil inquit feciſſe abſurdum.» De adulterio quidem ab Auguſtino commiſſo, nil in ſuis Confeſſionibus meminit. Niſi quòd à Creatoris amore ſeparatus, impuro creaturarum amore, deſerto vero animæ ſponſo, mœchatus ſe polluit. Enimuerò quis adoleſcentis huius vias, colubri ſerpentis in herbis & floribus voluptatis veſtigia, niſi in ipſo ſuper ſe reflexo, & commemorante, ſequatur? nauim autem in vaſto diuinitatis pelago nauigantem; aquilam volatu aëra ſuperantem, & obtutu firmiſſimo diuinæ Trinitatis Solem contemplantem, irreuerberatâ mentis acie conſequatur. « Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila?» Duriſſimi putaminis, & difficillimè excluſionis oua ſunt aquilæ, roſtro matris diſrumpenda. Cadaueribus ad hæc hæret pertinax aquila, quæ & volantem de cœlo deponunt. Heu quàm difficile, & multo Monicæ verbo, & lacrymis, duriſſimo conſuetudinis putamine, tanquam ouo excluſus eſt Auguſtinus. Quantùm affixus cadaueribus voluptatis! Nec niſi præcepto Dei, non foris tantùm carneis auribus, ſed cordis intimè per-
Cõfeſſ. 8. 12. ſonante, « tolle lege, tolle lege. Non in cubilibus & impudicitiis:» ſubitò eleuata eſt aquila, & in ar-
Rom. 13. 13. duis poſuit nidum ſuum. Vt de eo impleretur, Confeſſionibus, & lacrymis, & ſacro fonte baptiſmatis abluto, nullo præteritæ viæ, & vitæ relicto veſtigio: « Talis eſt via mulieris adulteræ, quandocumque egerit lota, nihil inquit feciſſe abſurdum.»

Talis via mulieris in ciuitate peccatricis, « cui remissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum. » Talis via Augustini, non tantùm baptismi Sacramento, sed assiduâ pœnitentiâ loti. Cui licet omnia, sicut Magdalenæ, dimissa sint, tantùm abfuit, vt diceret « lotus, non sum operatus malum. » Quin etiam omnia mala sua, & absurda, non verbo tantùm, sed & scripto, sæculis omnibus declarauit. Sublimitatem huius aquilæ humilem, & sublimem humilitatem dicturi, humillimam te, & sublimissimam omnium agnoscimus. Tu verò petra, in quâ nullum inferni coluber reliquit vestigium! Tu « nauis institores de longè portans panem tuum. » Tu adolescentula & Virgo porta, & via clausa Principi. « Tu mulier amicta Sole, cui datæ sunt alæ duæ aquilæ » virginitatis tuæ custodes & baiulæ, Ioseph Sponsus, & Gabriel Paranymphus, hic vt « Aquila grandis magnarum alarum, ad te venit, tanquam Libanum, & Cedri sublimis, æterni Patris medullam ferens » téque Matrem Verbi Incarnati futuram nuntians, gratiâ plenam salutauit, dicens Aue.

Prou. 31. 14. Ezech. 44. 2. Apoc. 12. 1. Ezech. 17. 3.

EXORDIVM.

Cùm Sanctorum Patrum, sanctissimo Parenti, & Doctorum omnium eminentissimo aquilæ symbolum & epigraphen appingo, non eam Metensomatosi, vel Metempsycosi Pythagoricâ in aquilam transformatum, vel eius animam post excessum, in corpus aquilæ informandum migrasse fabulor: sed dum viueret aquilæ proprietates corporeas, animo spiritaliter induisse contendo. Et ipsam Pythagoræ solertiam pluſculum commendasse pœnituit. « Nec illud, inquit, mihi placet quod Pythagoræ Philo-

Aug. li. 1. retra-ctat. c. 3 l. 2 de Ordin. cap. 20. Tertul. l. de An. cap. 28. & ſeq.

ſopho tantùm laudis dedi, vt qui legit, vel audit; poſſit putare me credidiſſe, nullos errores in Pythagorica eſſe doctrina, cùm ſint plures iidemque capitales. » De quo & fuſiſſimè Tertullianus: « Certè ille Pythagoras, etſi bonus cætera, tamen vt hanc ſententiam extrueret, non turpi modò, verùm etiam temerario mendacio incubuit. Cognoſce qui neſcis, & crede nobiſcum. Mortem ſimulat, ſubterraneo latitat, ſeptenni ſe illic patientiâ damnat. Interea quæ de poſteris defunctis ad fidem rerum eſſet relaturus, ab vnicâ conſcientiâ, & miniſtrâ matre cognoſcit. Vt ſatis ſibi viſus eſt corpulentiam interpolaſſe ad omnem mortui veteris horrorem. De adytis fallaciæ emergit, vt ab inferis redditus. Quis non crederet reuixiſſe quem crediderat obiſſe? Audiens præſertim ab eo quæ de poſteris mortuis niſi apud inferos non videretur cognoſcere potuiſſe? &c. » Tum verò multis fabulas eius, vel artes magicas proſecutus; Metempſycoſim, viris iuſtis iniuriam probat, & ipſi proinde iudici Deo. « Qui, inquit, integrè morati commen-

Ibid. c. 33.

dauerint iudici vitam, quæro præmia, ſed potiùs inuenio ſupplicia. Nimirum magna merces bonis in animalia quæcumque reſtitui. Panum ſe meminit Homerus Ennio ſomniante, ſed Poëtis nec vigilantibus credam. Et ſi pulcherrimus panus, & quo velit colore cultiſſimus; ſed tacent pennæ, ſed diſplicet vox. Et Poëtæ nihil aliud quàm cantare malunt. Damnatus eſt igitur Homerus in Panum, non honoratus. Plus de ſæculi remuneratione gaudebit, Pater habitus liberalium diſciplinarum, vt malit famæ ſuæ ornamenta, quàm caudæ; &c. (Dehinc de viris iuſtis agens:) quàm volucrem patientia, quam pecudem ſanctimonia, quem piſcem innocentia ſortientur? omnia famula ſunt ho-

minis, omnia ſubiecta, omnia mancipata. Si quid horum futurus eſt, diminoratur, (ille paulò minoratur ab Angelis.) Illic (in animalis corpore) ille cui ob merita vitæ imagines, ſtatuæ, & tituli, honores publici, priuilegia rependuntur? cui curia, cui populus ſuffragiis immolat? O iudicia diuina poſt mortem humanis mendaciora, contemptibilia de pœnis, faſtidibilia de gratiis, quæ nec peſſimi metuant, nec optimi capiant: ad quæ magis ſceleſti quàm ſancti quique properabunt: illi, vt iuſtitiam ſæculi citiùs euadant; iſti, vt tardius eam capiant.» Cùm itaque Scriptura iuſtos aut impios irrationalibus plantis aut animalibus comparat, mores non ſubſtantiam, naturæ proprietates, non ipſam Eſſentiam induiſſe commemorat. «Et ſi quidam homines beſtiis adæquantur, pro qualitatibus morum, & ingeniorum, & adfectuum; quia & Deus, adſimilatus eſt inquit homo irrationabilibus iumentis; non ideo milui ex rapacibus fient, & canes ex ſpurcis, & pantheræ ex acerbis: aut oues ex probis, & hirundines ex garrulis, & columbæ ex pudicis; quaſi eadem ex ſubſtantia animæ, vbique naturam ſuam (proprietatem naturalem) in animalium proprietatibus repetat. Aliud eſt autem ſubſtantia, aliud natura ſubſtantiæ. Siquidem ſubſtantia propria eſt rei cuiuſque, natura vero poteſt eſſe communis.» Abſit itaque vt Auguſtinum dixerim, viuum vel defunctum aquilam ſubſtantiâ, ſed naturâ. Quapropter eum primò hodie iuxta verba S. Iob, Dei verbo, præcepto, voluntate Aquilam oculo, pennâ, volatu ſublimiter eleuatum, ingenio & ſcientiâ cæteris omnibus præteruolantem, ſimulque profundiſſimâ humilitate demiſſum oſtendam. Secundò, & Aquilam cordis

Pſ. 8. 7.

Tertul. l. de ani. cap. 32.

Pſa. 48. 21.

DIVISIO.

diebus ac noctibus, non ſolùm ſcribere libros eius quiſquam, ſed nec legere quidem poſſit. » Et de
Caſſiod. in prol. Pſalm. varietate plumarum eius, Caſſiodorus: « Eſt, inquit, litterarum omnium egregius Magiſter: & quod in vbertate rarum, cautiſſimus diſputator. Decurrit quippe tanquam fons puriſſimus nullâ fæce pollutus, ſed in integritate fidei perſeuerans, neſcit hæreticis locum dare, vnde ſeſe poſſent aliquâ colluctatione defendere. Totus Catholicus, totus Orthodoxus inuenitur; & in Eccleſiâ Domini ſuauiſſimo nitore reſplendens, ſuperni luminis claritate radiat. » Et quid de pennis toti Scripturæ ſacræ ſuperuolantibus dicam?« Venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, & ſummitatem frondium euulſit. » Quid enim medulla & ſummitas Cedri Libani? niſi pura & incorrupta Scripturæ diuinæ doctrina? Quam ſic medullitus excerpſit, vt ipſi
Voluſ, apud Aug. epiſt. 2. Voluſianus ſcribat: « Accepiſti vir totius gloriæ capax, imperitiæ meæ confeſſionem, & Vtcumque abſque detrimento cultus diuini, in aliis Sacerdotibus toleratur inſcitia: at cùm ad Antiſtitem Auguſtinum venitur, legi deeſt quicquid contigerit ignorari. »

Et quid minus de eo Hieronymus? « Certò quidquid dici poteſt, & ſublimi ingenio de Scripturarum haurrri fontibus, à te poſitum, atque diſſertum eſt. » Præmiſerat & in ampliorem eius commendationem: « Macte virtute, in orbe celebraris. Catholici te conditorem antiquæ rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt. » Tandem quod de Salomone omnium ſapientiſſimo, hoc de Auguſtino omnibus diſciplinis, ſacris ac prophanis erudi-
Hiero. ep. 30. ad Aug. Et ep. 25 ad eũd.
tiſſimo dicendum eſt: « Diſputauit ſuper lignis, à
3. Reg. 4. 33. Cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete. » Sed & ipſe audiendus.

« Annos, inquit, natus fermè viginti, Cathegorias decem Ariſtotelicas, & omnes libros artium quas liberales vocant; quidquid de arte loquendi & dicendi, quidquid de dimenſionibus figurarum, & de muſicis, & de numeris ſine magnâ difficultate, nullo hominum tradente intellexi, &c. Non enim ſentiebam illas artes etiam ab ſtudioſis & ingenioſis difficillimè intelligi, niſi cùm eis eaſdem conabar exponere, & erat ille excellentiſſimus in eis, qui me exponentem non tardiùs ſequeretur. » En Aquilam præuolantem cæteris, omneſque oculo & ingenij acie ſuperantem. Phidias non fruſtra Iouis capiti aquilam impoſuit. Quòd Deus cuncta perſpicaciſſimè diſcernat. Quin etiam ex nominis Etymo, « Aquila ab acumine oculorum vocata. Tanti enim contuitus dicitur, vt cùm ſuper maria immobili pennâ feratur, nec humanis pateat obtutibus: de tantâ ſublimitate piſciculos natare videat, ac tormenti inſtar deſcendens, raptam prædam pennis ad littus pertrahat. » Et quod vt naturæ portentum narrat Plinius. « Aquilarum pennæ, miſtas reliquarum alitum pennas deuorant. » Hoc de Auguſtini calamo veriſſimè prædicamus. Multóque veriùs de ſcriptis eius quotquot ante vel poſt eum ſcripſere Doctores, fateri compelluntur quod ſuo in Emblemate Ferdinandus Gonzaga Princeps Malphetæ Prorex Siciliæ generalis Caroli quinti; confeſſus eſt in vno pennarum manipulo, vnam aquilæ pennam cum Epigraphe inſertam habens: « Sic alas deuorat vna meas. » Et quod de virga Moyſi Magorũ virgas deuorante dici poteſt? « Omnis ſapientia eorum deuorata. » Scribant Arriani, pennas exerant Manichæi, ſcribant acutiſſimè Priſcillianiſtæ, Donatiſtæ, Pelagiani; vnà omnes aut ſeorſim verbo, vel ſcripto, linguâ vel calamo cũ Aqui-

Aug. 4. Confeſ. c. 16.

Pauſanias.

Iſidor. l. 12. Orig. c. 7.

Plin. li. 10. c. 3.

Tipot. in hierograp.

Pſ. 106. 26.

vni Deo erexerat, tot fana Diis, quot vxoribus fabricauit. « Nec Salomonem credibile est, errore putasse Idolis esse seruiendum : sed blanditiis fœmineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum. » Viderint qui hæreticis nubunt, cui se fidei periculo exponant, & « quod sit tenebris & luci commercium, & Christi ad Belial. » Nec quisquam de se præsumat : sed « qui stat, videat, ne cadat. » Domum suam templumque cordis & corporis seruet eburneum. « Myrrha & gutta, & casia à domibus eburneis : inhabitamus quidem domos luteas : sed quæ materiæ qualitate sunt luteæ, continentiæ virtute fiunt eburneæ. Ex quibus si myrrha prima stillare cœperit per mortificationem voluptatum, consequenter, & aliæ species, multiformem virtutum gratiam spirabunt. »

Aug. li. 14. de ciu. c. 11 2. Cor. 6. 15. 1. Cor. 10. 12. Guarr. ser. 1. de Annun. Ps. 44. 9.

Salomon, vt absoluam, præter Ezechiam & Iosiam, reliquit successores Idololatriæ elogio notatos; Ludouicus plusquam Salomon omnes Christianissimos posteros. Salomon secundùm aliquos & Hieronymum ipsum : « Templi fabricator Salomon licet peccauerit, & offenderit Deum : tamen postea egit pœnitentiam scribens Prouerbia; in quibus ait : (cap. 24. iuxta 70.) Nouissimè ego egi pœnitentiam. Et respexi vt eligerem disciplinam. » Et alibi : « Aiunt, inquit, Hebræi hunc librum Salomonis esse (Ecclesiastem) pœnitentiam agentis : quod in sapientia diuitiisque confisus, Deum offenderit. » Adiiciunt & Rabini eum in Concilio Sanhedrim 72. Seniorum nudasse humeros, & disciplinam subiisse. Sit ita : reus erat grauissimi peccati & scandali : Ecce plusquam Salomon hic, innocens cilicio corpus operuit, & disciplina ferrea sextis feriis Confessoris manibus afflictus est. Tandem de Salomonis salute dubitatur:

Hieron. l. 13. in Ezech. cap. 43. Et in c. 1. Eccle.

Et feſtum vbique pluſquam Salomonis noſtri celebratur. Salomon de viribus herbarum ſcripſit; Ludouicus exemplis ſuis vim medicam omnibus vitiis præſtitit. Salomon multa edidit oracula ſapientiæ, quibus opere non reſpondit: Ludouicus in ſuo Teſtamento, tot oracula quot verba edidit; & cœpit prior ipſe facere quod filium docuit. Ergo in omnibus pluſquam Salomon fuit.

Sexta Reflexio. Quem nos honorem tanto parenti & Regi debemus, cui Bonifacius octauus adhuc Cardinalis ſexaginta tria miracula indubitata adſcripſit. Thronum iactet eburneum Salomon: De elephante Plinius: « Dentibus, inquit, ingens pretium, & Deorum ſimulacris laudatiſſima ex iis myſteria. « Fallor niſi & Phidias Mineruæ ſuæ oculos finxerit ex ebore. Mira ſolertia: Diis putatis immortalibus, ex ebore, mortis ſymbolo fecere ſimulacra. Nobis certè Minerua, ſiue « prudentia carnis, mors eſt. » Et pluſquam Salomoni oculos eburneos nil videntes, nil mortale concupiſcentes, & totum etiam corpus domum eburneam animæ, ob iugem mortificationem in diuos tranſcripto dabimus. Sceptrum iuſtitiæ manum eburneam præferens inflexibilem & incorruptam eius iuſtitiam commendat. Vidimus cineres & limaturam eboris cum melle, maculas vultus abſtergere. Et quis reuoluens cineres pœnitentiæ & pietatem Ludouici, cultum humilem, abſtinentiam, caſtitatem, zelum gloriæ Dei, iniuriarum ſibi illatarum patientiam, curam ſalutis proximi, ſuas in ſpeculo virtutum eius conſiderans maculas, non erubeſcat, non ſe corrigat? Equitem de Ioinuille aliquando rogans vtrum præeligeret toto corpore lepra perfundi, quam animam vna peccati macula fœdare, illi cunctanti & tergiuerſanti

Plin. l. 8 cap. 10.

Rom. 8. 6.

reſpondit : Ego verò, vtinam fœdiſſima potius lepra, quàm vllo peccato deformer. Thunarum autem Oratori, paratum ſe dixit tetro carceri & vinculis mancipari, vt per baptiſmum poſſent omnes à ſeruitute peccati & diaboli liberari. O nos frigidos, qui nullo animarum zelo ardemus pretioſo Chriſti ſanguine redemptarum! Qua porro patientia, qua magnificentia Arſacide tyranni ſatellites vitæ ſuæ inſidiantes interceptos excepit? lacrymis, blanditiis, muneribus affectos, in pace remittens. Nos contra vltionis impatientes & auidi excandeſcimus, & modum iuſtæ vindictæ tranſgre-
Aug. in Pſ. 56. dimur. Exemplo Ludouici, « Deus oſtendit ſuper inimicos », benignitatem rependere, non iniquitatem. « Si conſideras infirmitatem tuam, deficis ſub præcepto : confortare in exemplo. Sed etiam exemplum ad te multum eſt : adeſt ille qui præbuit
Aug. in Pſ. 10. exemplum. » Audi & Pſaltem : « Iuſtus autem quid fecit? Chriſtus quid vobis fecit, qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, vt primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet? » Eburneas manus, opera & exempla pura Ludouici præ oculis habeamus: & ex eius emblemate pacem etiam cum hoſtibus habere diſcamus. Duæ manus iunctæ cum ſpicis, & caduceo Mercurij duos con-
Tipot. in hierogr. ciliante ſerpentes, epigraphe. « Fœlicitas temporum. » Vtinam tuis Ludouice meritis diuiſi Galli & Hiſpani velut ſerpentes irritati conueniant.
Pſ. 121. 10. « Fiat pax in virtute tua. » Hiſpana Matre, Gallo Patre natus, vtrumque pacifica populum. Tu fons
Eccli. 50. 8. Paradiſi in quatuor diuiſus flumina, hortum noſtrum irriga, lilia noſtra floreant in tranſitu aquæ, nunquam marceſcant, donec immarceſſibilem gloriæ coronam accipiant. Amen.

IN FESTO SANCTI PATRIS NOSTRI AVGVSTINI.

Numquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum. Iob 39. 27.

PErspicacissimam Salomonis aciem tria difficilia latuerunt, & quartum, ipsius testimonio, prorsus effugit: « Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentiâ. » Vbi Pagninus ex Hebræo transtulit: « Tria sunt abscondita à me, & quatuor quæ non noui. Viam aquilæ, &c. & viam viri in virgine. » Septuaginta paulò aliter: « Tria sunt impossibilia mihi intelligere, & quartum non agnosco. Vestigia aquilæ volantis, &c. & vias viri in iuuentute. » Quænam ista sint, dicant qui possunt. Sunt qui quatuor fidei mysteriis applicent. « Fœmina enim circumdedit virum » & Virgo Deum hominem Christum, qui viam & portam clausam ingressus, egressusque reliquit. Qui in medio maris rubri sanguinis, vt nauis ad portam gloriæ transiuit. Qui subtilior colubro, depositis mortalitatis exuuiis, de petrâ tumuli, inuiolato sigillo Præsidis, & integro lapide monumenti, transitus sui nullo relicto vestigio rediuiuus exiuit. Qui denique ad præceptum Dei, & eius

Prou. 30. 18.

Ex Heb. Ibid. 19.

Ierem. 31. 22.

Digitized by Google

prophetias adimplens, agilitatis pennis glorioſo & clarificato corpore aquilâ velocior aſcendit in cœlum. Sed hæc myſticè & non ad litteram. Sapiens enim immediatè ſubiecit: « Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: non ſum operata malum. Septuaginta, quandocumque egerit, lota, nihil inquit feciſſe abſurdum. » De adulterio quidem ab Auguſtino commiſſo, nil in ſuis Confeſſionibus meminit. Niſi quòd à Creatoris amore ſeparatus, impuro creaturarum amore, deſerto vero animæ ſponſo, mœchatus ſe polluit. Enimuerò quis adoleſcentis huius vias, colubri ſerpentis in herbis & floribus voluptatis veſtigia, niſi in ipſo ſuper ſe reflexo, & commemorante, ſequatur? nauim autem in vaſto diuinitatis pelago nauigantem; aquilam volatu aëra ſuperantem, & obtutu firmiſſimo diuinæ Trinitatis Solem contemplantem, irreuerberatâ mentis acie conſequatur. « Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila? » Duriſſimi putaminis, & difficillimè excluſionis oua ſunt aquilæ, roſtro matris diſrumpenda. Cadaueribus ad hæc hæret pertinax aquila, quæ & volantem de cœlo deponunt. Heu quàm difficile, & multo Monicæ verbo, & lacrymis, duriſſimo conſuetudinis putamine, tanquam ouo excluſus eſt Auguſtinus. Quantùm affixus cadaueribus voluptatis! Nec niſi præcepto Dei, non foris tantùm carneis auribus, ſed cordis intimè perſonante, « tolle lege, tolle lege. Non in cubilibus & impudicitiis: » ſubitò eleuata eſt aquila, & in arduis poſuit nidum ſuum. Vt de eo impleretur, Confeſſionibus, & lacrymis, & ſacro fonte baptiſmatis abluto, nullo præteritæ viæ, & vitæ relicto veſtigio: « Talis eſt via mulieris adulteræ, quandocumque egerit lota, nihil inquit feciſſe abſurdum. »

Prou. 30.20.

Cōfeſſ. 8. 12.
Rom. 13. 13.

Talis via mulieris in ciuitate peccatricis, « cui remiſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum. » Talis via Auguſtini, non tantùm baptiſmi Sacramento, ſed aſſiduâ pœnitentiâ loti. Cui licet omnia, ſicut Magdalenæ, dimiſſa ſint, tantùm abfuit, vt diceret « lotus, non ſum operatus malum. » Quin etiam omnia mala ſua, & abſurda, non verbo tantùm, ſed & ſcripto, ſæculis omnibus declarauit. Sublimitatem huius aquilæ humilem, & ſublimem humilitatem dicturi, humillimam te, & ſublimiſſimam omnium agnoſcimus. Tu verò petra, in quâ nullum inferni coluber reliquit veſtigium! Tu « nauis inſtitores de longè portans panem tuum. » Tu adoleſcentula & Virgo porta, & via clauſa Principi. « Tu mulier amicta Sole, cui datæ ſunt alæ duæ aquilæ » virginitatis tuæ cuſtodes & baiulæ, Ioſeph Sponſus, & Gabriel Paranymphus, hic vt « Aquila grandis magnarum alarum, ad te venit, tanquam Libanum, & Cedri ſublimis, æterni Patris medullam ferens » téque Mattem Verbi Incarnati futuram nuntians, gratiâ plenam ſalutauit, dicens Aue.

Prou. 31. 14. Ezech. 44. 2. Apoc. 12. 1. Ezech. 17. 3.

EXORDIVM.

Cùm Sanctorum Patrum, ſanctiſſimo Parenti, & Doctorum omnium eminentiſſimo aquilæ ſymbolum & epigraphen appingo, non eam Metenſomatoſi, vel Metempſycoſi Pythagoricâ in aquilam transformatum, vel eius animam poſt exceſſum, in corpus aquilæ informandum migraſſe fabulor: ſed dum viueret aquilæ proprietates corporeas, animo ſpiritaliter induiſſe contendo. Et ipſam Pythagoræ ſolertiam pluſculum commendaſſe pœnituit. « Nec illud, inquit, mihi placet quod Pythagoræ Philo-

Aug. li. 1. retract. c. 3. l. 2. de Ordin. cap. 20. Tertul. l. de An. cap. 28. & ſeq.

ſopho tantùm laudis dedi, vt qui legit, vel audit, poſſit putare me credidiſſe, nullos errores in Pythagorica eſſe doctrina, cùm ſint plures iidemque capitales. » De quo & fuſiſſimè Tertullianus: « Certè ille Pythagoras, etſi bonus cætera, tamen vt hanc ſententiam extrueret, non turpi modò, verùm etiam temerario mendacio incubuit. Cognoſce qui neſcis, & crede nobiſcum. Mortem ſimulat, ſubterraneo latitat, ſeptenni ſe illic patientiâ damnat. Interea quæ de poſteris defunctis ad fidem rerum eſſet relaturus, ab vnicâ conſcientiâ, & miniſtrâ matre cognoſcit. Vt ſatis ſibi viſus eſt corpulentiam interpolaſſe ad omnem mortui veteris horrorem. De adytis fallaciæ emergit, vt ab inferis redditus. Quis non crederet reuixiſſe quem crediderat obiſſe? Audiens præſertim ab eo quæ de poſteris mortuis niſi apud inferos non videretur cognoſcere potuiſſe? &c. » Tum verò multis fabulas eius, vel artes magicas proſecutus; Metempſycoſim, viris iuſtis iniuriam probat, & ipſi proinde iudici Deo. « Qui, inquit, integrè morati commendauerint iudici vitam, quæro præmia, ſed potiùs inuenio ſupplicia. Nimirum magna merces bonis in animalia quæcumque reſtitui. Panum ſe meminit Homerus Ennio ſomniante, ſed Poëtis nec vigilantibus credam. Et ſi pulcherrimus panus, & quo velit colore cultiſſimus; ſed tacent pennæ, ſed diſplicet vox. Et Poëtæ nihil aliud quàm cantare malunt. Damnatus eſt igitur Homerus in Panum, non honoratus. Plus de ſæculi remuneratione gaudebit, Pater habitus liberalium diſciplinarum, vt malit famæ ſuæ ornamenta, quàm caudæ, &c. (Dehinc de viris iuſtis agens:) quàm volucrem patientia, quam pecudem ſanctimonia, quem piſcem innocentia ſortientur? omnia famula ſunt ho-

Ibid. c. 33.

minis, omnia ſubiecta, omnia mancipata. Si quid Pſ. 8. 7.
horum futurus eſt, diminoratur, (ille paulò minoratur ab Angelis.) Illic (in animalis corpore) ille cui ob merita vitæ imagines, ſtatuæ, & tituli, honores publici, priuilegia rependuntur? cui curia, cui populus ſuffragiis immolat? O iudicia diuina poſt mortem humanis mendaciora, contemptibilia de pœnis, faſtidibilia de gratiis, quæ nec peſſimi metuant, nec optimi capiant: ad quæ magis ſceleſti quàm ſancti quique properabunt: illi, vt iuſtitiam ſæculi citiùs euadant; iſti, vt tardius eam capiant.» Cùm itaque Scriptura iuſtos aut impios irrationalibus plantis aut animalibus comparat, mores non ſubſtantiam, naturæ proprietates, non ipſam Eſſentiam induiſſe commemorat. «Et ſi quidam homines beſtiis adæquantur, pro qualitatibus morum, & ingeniorum, & adfectuum; quia & Deus, adſimilatus eſt inquit homo irrationabilibus iumentis; non ideo milui ex rapacibus fient, & canes ex ſpurcis, & pantheræ ex acerbis: aut oues ex probis, & hirundines ex garrulis, & columbæ ex pudicis; quaſi eadem ex ſubſtantia animæ, vbique naturam ſuam (proprietatem naturalem) in animalium proprietatibus repetat. Aliud eſt autem ſubſtantia, aliud natura ſubſtantiæ. Siquidem ſubſtantia propria eſt rei cuiuſque, natura vero poteſt eſſe communis.» Abſit itaque vt Auguſtinum dixerim, viuum vel defunctum aquilam ſubſtantiâ, ſed naturâ. Quapropter eum primò hodie iuxta verba S. Iob, Dei verbo, præcepto, voluntate Aquilam oculo, pennâ, volatu ſublimiter eleuatum, ingenio & ſcientiâ cæteris omnibus præteruolantem, ſimulque profundiſſimâ humilitate demiſſum oſtendam. Secundò, & Aquilam cordis

Tertul. l. de ani. cap. 32.

Pſa. 48. 21.

DIVISIO.

generoſiſſimâ charitate probabo; & Reflexiones ex vtroque morales eliciam.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Quod de beato Bonauenturâ, in ſcribendâ ſancti Franciſci vitâ occupato dixit Doctor Angelicus, hoc de beato Gregorio thema noſtrum exponente ſcribit Eccleſiaſtes hodiernus, « ſinamus ſanctum pro ſancto laborare.» Aquilam hic grandem ab Ezechiele depictam, Principi Tyri primùm adaptat, dehinc Sanctis magnæ & ſublimis intelligentiæ eleuationem aquilæ applicat. « Aquilæ, inquit, vocabulo, poteſtas terrena figuratur. Vnde per Prophetam dicitur: aquila grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, & ſummitatem frondium eius euulſit. Quæ videlicet aquila, quis alius quàm Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ deſignatur? qui pro immenſitate exercitus, magnarum alarum, pro diuturnitate temporum, longo membrorum ductu, pro multis verò diuitiis, plenus plumis: pro innumerâ autem terrenæ gloriæ compoſitione, plenus varietate deſcribitur. Qui venit ad Libanum, &c. quia Iudææ celſitudinem petens, nobilitatem regni eius, quaſi medullam Cedri abſtulit; & dum tenerrimam Regum prolem à regni ſui culmine captiuando ſuſtulit, quaſi ſummitatem frondium eius auulſit.» Quòd ſi iuxta eundem Gregorium, »hoc loco aquilæ nomine ſubtilis ſanctorum intelligentia, & ſublimis eorum contemplatio figuratur:» quæ ſubtilior intelligentia, quæ ſublimior contemplatio, celſitudinem Auguſtini, vel ſuperauit, vel æquauit? Aquila verè grandis omnes volucres magnitu-

Greg l. 31. mor. cap. 19. Iob 39. in Eze 17. 1.

dine vincens. Et licet tres alij Latinæ Eccleſiæ Doctores, vt & Euangeliſtæ tribus animalibus myſticis compararentur, & Ambroſius quidem leone generoſior in ipſum Theodoſium Imperatorem zelo iuſto exardens rugirit: Hieronymus boue laborioſior, « laſſus, vt ait, pedem firmius fixerit; » Gregorius ipſe in moralibus humanâ facie præfulſerit: Tagioni Cæſarauguſtano Epiſcopo à Cyneſindo miſſo ad quærendos eiuſdem libros, Auguſtinum videre poſcenti in Concilio tot Prælatorum, reſpondit: « Beatum Auguſtinum virum excellentiſſimum de quo quæris, altior à nobis continet locus. » Sic de eo inter Doctores, vt de Ioanne inter Euangeliſtas, non immeritò ſcriptum ab Ezechiele dicemus: « Facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. » De aquila grandi Propheta ſubjecit: « Alarum magnarum. » His à terra ſuſpenſus, hinc ab ortu, inde ab occaſu, ſapientiſſimus, & deuotiſſimus, ſcientiâ & charitate famoſiſſimus, toto orbe celebratur, « longo membrorum ductu. » Quanta enim à duodecim ſæculis, & quàm varia membra, quanti Ordines Regulares & Militares ſub hoc capite militare perſeuerant; eminentibus ætatis, priuilegio, & primæue inſtitutionis gratia Eremitarum primùm, inde Canonicorum Ordinibus? « Plena plumis & varietate. » Quis enim vel eius ſcripta de omni ſcientiâ & diſciplinâ, vel ſcriptorum laudes eius celebrantium varietates enumeret? De quo inter cæteros Iſidorus Hiſpalenſis: « De noſtris, inquit, apud Græcos, Origenes in ſcripturarum labore, tam Græcos quàm Latinos operum ſuorum numero ſuperauit. Denique Hieronymus ſex millia librorum eius legiſſe fatetur. Horum tamen omnium ſtudia Auguſtinus, ingenio, & ſcientiâ ſuâ vicit. Nam tanta ſcripſit, vt

Proœm. de inuent. li. moral. Greg.

Ezech. 17. 3.

Iſidor. Hiſpal. li. 6. etimol. c. 6

diebus ac noctibus, non ſolùm ſcribere libros eius quiſquam, ſed nec legere quidem poſſit.» Et de varietate plumarum eius, Caſſiodorus: «Eſt, inquit, litterarum omnium egregius Magiſter: & quod in vbertate rarum, cautiſſimus diſputator. Decurrit quippe tanquam fons puriſſimus nullâ fæce pollutus, ſed in integritate fidei perſeuerans, neſcit hæreticis locum dare, vnde ſeſe poſſent aliquâ colluctatione defendere. Totus Catholicus, totus Orthodoxus inuenitur; & in Eccleſiâ Domini ſuauiſſimo nitore reſplendens, ſuperni luminis claritate radiat.» Et quid de pennis toti Scripturæ ſacræ ſuperuolantibus dicam? «Venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, & ſummitatem frondium euulſit.» Quid enim medulla & ſummitas Cedri Libani? niſi pura & incorrupta Scripturæ diuinæ doctrina? Quam ſic medullitus excerpſit, vt ipſi Voluſianus ſcribat: «Accepiſti vir totius gloriæ capax, imperitiæ meæ confeſſionem, & Vtcumque abſque detrimento cultus diuini, in aliis Sacerdotibus toleratur inſcitia: at cùm ad Antiſtitem Auguſtinum venitur, legi deeſt quicquid contigerit ignorari.»

Caſſiod. in prol. Pſalm.

Voluſ. apud Aug. epiſt. 2.

Et quid minus de eo Hieronymus? «Certè quidquid dici poteſt, & ſublimi ingenio de Scripturarum hauriri fontibus, à te poſitum, atque diſſertum eſt.» Præmiſerat & in ampliorem eius commendationem: «Macte virtute, in orbe celebraris. Catholici te conditorem antiquæ rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt.» Tandem quod de Salomone omnium ſapientiſſimo, hoc de Auguſtino omnibus diſciplinis, ſacris ac prophanis erudiſſimo dicendum eſt: «Diſputauit ſuper lignis, à Cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete.» Sed & ipſe audiendus.

Hiero. ep. 30. ad Aug. Et ep. 25 ad eũd.

3. Reg. 4. 33.

« Annos, inquit, natus fermè viginti, Cathegorias decem Ariſtotelicas, & omnes libros artium quas liberales vocant; quidquid de arte loquendi & dicendi, quidquid de dimenſionibus figurarum, & de muſicis, & de numeris ſine magnâ difficultate, nullo hominum tradente intellexi, &c. Non enim ſentiebam illas artes etiam ab ſtudioſis & ingenioſis difficillimè intelligi, niſi cùm eis eaſdem conabar exponere, & erat ille excellentiſſimus in eis, qui me exponentem non tardiùs ſequeretur. » En Aquilam præuolantem cæteris, omneſque oculo & ingenij acie ſuperantem. Phidias non fruſtra Iouis capiti aquilam impoſuit. Quòd Deus cuncta perſpicaciſſimè diſcernat. Quin etiam ex nominis Etymo, « Aquila ab acumine oculorum vocata. Tanti enim contuitus dicitur, vt cùm ſuper maria immobili pennâ feratur, nec humanis pateat obtutibus: de tantâ ſublimitate piſciculos natare videat, ac tormenti inſtar deſcendens, raptam prædam pennis ad littus pertrahat. » Et quod vt naturæ portentum narrat Plinius. « Aquilarum pennæ, miſtas reliquarum alitum pennas deuorant. » Hoc de Auguſtini calamo veriſſimè prædicamus. Multóque veriùs de ſcriptis eius quotquot ante vel poſt eum ſcripſere Doctores, fateri compelluntur quod ſuo in Emblemate Ferdinandus Gonzaga Princeps Malphetæ Prorex Siciliæ generalis Caroli quinti; confeſſus eſt in vno pennarum manipulo, vnam aquilæ pennam cum Epigraphe inſertam habens: « Sic alas deuorat vna meas. » Et quod de virga Moyſi Magorũ virgas deuorante dici poteſt? « Omnis ſapientia eorum deuorata. » Scribant Arriani, pennas exerant Manichæi, ſcribant acutiſſimè Priſcillianiſtæ, Donatiſtæ, Pelagiani; vnà omnes aut ſeorſim verbo, vel ſcripto, linguâ vel calamo cũ Aqui-

Aug. 4. Confeſ. c. 16.

Pauſanias.

Iſidor. l. 12. Orig. c. 7.

Plin. li. 10. c. 3.

Tipot. in hierograp.

Pſ. 106. 26.

lâ noſtrâ cõtendant, & conuicti, & ad nihilũ reducti dicát : « ſic alas deuorat vna meas. » Vultis vt de eo cæteris vt puſionibus aut locuſtis cum Gygante cõpoſitis referam, quod ipſe de gygantæo dente retulit. « Vidi, inquit, ipſe non ſolus, ſed aliquot mecum in Vticenſi littore molarem hominis dentem, tam ingentem, vt ſi in noſtrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videretur facere potuiſſe. Sed illum Gygantis alicuius fuiſſe crediderim. » Numquid tu Gygas magnorum dentium, ſicut & Aquila alium grandium? Cuius vna penna conſumit omnes; cuius vel vnicus dens, toti cibum Eccleſiæ præmandens corpori, centenos in fruſta conciſus Doctores eximios quotidie moduletur.

Aug. li. 15. de ciu. c. 9.

Hanc Aquilam præcepto Dei ſublimiter eleuatam, non tantùm Eccleſiæ Patres, ſed & ſummi Pontifices & Concilia commendarunt. Et cùm in cæteris tam humanis quàm diuinis litteris, cæteros omnes velut Aquila Doctores longè ſuperauerit, ſeipſum, in libris de gratiâ ſcriptis, omnium calculo ſuffragióque tranſcendit. Vt de eo ſicut & de Ioanne Euangeliſtâ Solem diuinitatis acriùs cæteris & fixiùs contemplante cum Gregorio dicam : « Facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Iurè, inquit, locus aquilæ, non iuxta, ſed deſuper eſſe deſcribitur, quia ſiue per hoc quod eius aſcenſionem ſignat, ſeu quia Verbum Patris Deum apud Deum eſſe denunciat, ſuper Euangeliſtas cæteros, virtute contemplationis excreuit, cum quibus & ſimul de eius Deitate loquitur. Hanc tamen omnibus, ſubtiliùs contemplatur. Sed ſi Aquila cum aliis adiuncta, quatuor animalia eſſe memorantur, mirum quo modo deſuper ipſorum quatuor eſſe deſcribitur, niſi quia Ioannes per hoc quod in principio Ver-

Vide dicta ſer. de conuerſion.

Greg. hom. 4. in Ezec.

bum vidit, etiam ſuper ſemetipſum tranſiit. Nam niſi & ſe tranſiſſet, Verbum in principio non vidiſſet. Quia ergo & ſemetipſum tranſgreſſus eſt, non iam ſolummodò ſuper tria, ſed adiuncto & ſe, ſuper quatuor fuit. » Et quis Patrum, & Doctorum Eccleſiæ non cedat Auguſtini Doctrinæ? Quis eum Ioannis ſupparem non agnoſcat, cuius & Euangelium expoſuit & quindecim de Trinitate libros compoſuit: & Verbum apud Deum, radium in Sole contemplatus eſt, & plenum gratiæ & veritatis Verbum caro factum, Chriſtum Dominum nullis ſuis meritis, ſed ex Dei gratiâ Filium Dei prædeſtinatum teſtatus eſt. « Animam, inquit, rationalem, carnémque hominis Chriſtus ſuſcepit; ſuſceptione ſingulariter mirabili, & mirabiliter ſingulari; vt nullis iuſtitiæ ſuæ præcedentibus meritis Filius Dei ſic eſſet ab initio quo homo eſſe cœpiſſet, vt ipſe, & Verbum quod ſine initio eſt, vna perſona eſſet: Euangelio dicente, Verbum caro factum eſt, &c. Nam vbi hoc factum eſt, niſi in vtero Virginali, vnde fuit initium hominis Chriſti? Itemque Virgine requirente, quomodò fiet iſtud? &c. Angelus reſpondit: Spiritus ſanctus ſuperueniet, &c. Propterea & quod naſcetur, &c. Propterea, inquit, non propter opera, quæ nondum nati vtique nulla ſunt, &c. Iſta natiuitas, profectò gratuita, conjunxit in vnitate perſonæ hominem Deo, carnem Verbo. Iſtam natiuitatem bona opera ſequuta ſunt, non bona opera meruerunt. »

Io.1.14.

Aug. li. de corr. & gr. c. 11. & de præd. SS. c. 15. & 24.

Et de ſublimi contemplationis eius volatu & intuitu quid loquar? Gregorius ſupra de aquila: « In arduis, inquit, nidum ponere dicitur, quia deſideria terrena deſpiciens, ſpe iam de cœleſtibus nutritur. In arduis nidum ponit, qui habitationem mentis ſuæ in abiectâ & infimâ conuerſatione non con-

Greg. l. 31 mor. cap. 19.

ſtruit, &c. Vir itaque ſanctus cùm terrena deſpicit, more ſe aquilæ ad altiora ſuſpendit, & per contemplationis ſpiritum ſubleuatus perennem Angelorum gloriam præſtolatur, atque huic mundo hoſpes, illa appetendo quæ aſpicit, iam in ſublimibus figitur. » Narret ipſe & aquilino ſuo calamo pingat quo vſque in ardua fuerit in illo cum matre

Aug. li. 9. Conf. cap. 10. ſuâ ſanctiſſimâ colloquio eleuatus. « Exigentes, inquit, nos ardentiore affectu in idipſum perambulauimus gradatim cuncta corporalia, ipſum cœlum vnde Sol & ſtellæ lucent ſuper terram. Et adhuc aſcendebamus interiùs cogitando, & loquendo te & mirando opera tua: & venimus in mentes noſtras, & tranſcendimus eas, vt attingeremus regionem vbertatis indeficientis, vbi paſcis Iſraël in æternùm veritatis pabulo, & vbi vera ſapientia eſt, per quàm fiunt omnia, &c. & dum loquimur, & inhiamus illi, attigimus eam modicè toto ictu cordis; & ſuſpirauimus, & reliquimus ibi religatas primitias ſpiritus, &c. Extendimus nos, & rapidâ cogitatione attigimus æternam ſapientiam ſuper omnia manentem. Si continuetur hoc & ſubtrahantur aliæ viſiones, longè imparis generis, & hæc vna rapiat, abſorbeat, & recondat in interiora

Matth. 25. 21. Matth. 18. 10. Claud. Ep. Alt. præf. in Ep. ad Rom. ex bibl. S. Ger. pariſ. floruit an. 800. gaudia ſpectatorem ſuum: vt talis ſit ſempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ cui ſuſpirauimus. Nonne hoc eſt intra in gaudium Domini tui? » Quo altiùs Moyſes? quo ſublimius Paulus? quid plus habet, niſi quod ſemper videt faciem Patris Angelus? Hanc Aquilæ ſublimitatem præclarè extulit Claudius Epiſcopus. « Amantiſſimus Domini ſanctiſſimus Auguſtinus, Thalamus Trinitatis, lingua Spiritus ſancti, terrenus homo, ſed cœleſtis Angelus. Olim terram pedibus ambulans, ſed cœlum ſemper meritis poſſidens; corrupti-

ruptibilique, atque adhuc mortali carne circumdatus, incorruptibili Angelicaque visione atque immortali intuitus semper est Dominum. Acer ingenio, suauis eloquio, sæcularis literaturæ peritus, in Ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in sua actione compunctus in expositione fidei nostræ Catholicus, in quæstionibus soluendis acutus, in reuincendis hæreticis circumspectus, in explanandis Scripturis Canonicis cautus. » Hactenus vidimus Aquilam præcepto Dei sublimiùs cæteris eleuatam, eandem videamus in profundissimam humilitatis abyssum seipsam intimâ sui cognitione demergentem. « Cinæo Balaam Prophetante dicitur, robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petrâ posueris nidum tuum. Cinæus namque possessor interpretatur. Et qui sunt, qui præsentia possident, nisi hi qui ingenio sapiētiæ sæcularis callent? qui in hoc veraciter robustum sibi habitaculum cōstruunt, si per humilitatem paruuli apud semetipsos facti, in Christi sublimitate nutriantur; si semetipsos infirmos sentiant, & in excelsâ humilitate cogniti, Redemptori fouendā mentis fiduciam ponant.» De aquilarum diuersitate tract. Plinius, primam Augustino cōuenientissimā primo loco ponit: «Ex his quas nouimus, Aquilæ maximus honos, maxima & vis, sex earum genera. Melænaetos, à Græcis dicta, eademque Valeria, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: sola Aquilarum fœtus suos alit, cæteræ fugant: sola sine clangore, sine murmuratione. Conuersatur autem in montibus.» Quid aptius? Valeria nostra quidem Aquila, tum quòd præualeat cæteris, tum quòd à Valerio Episcopo Hipponensi hortum acceperit, in quo nigricans plumis, hoc est nigello habitu cum fratribus

Greg. l. 31. mor. c. 19.

Plin. lib. 10. c. 3.

indutus Monaſticam vitam inſtituit. In montibus ſine murmure, hoc eſt pacificè in conuerſatione cœleſti quadriennio conuerſatus, fœtus ſuos alens cœleſtis doctrinæ pabulo. Et licet ſupra eam dixerimus « Aquilam grandem magnarum alarum » meriti magnitudine & ſcientiæ ſublimitate; eandem tamen in oculis ſuis, & nigram, & minimam cenſeo; nigram quidem: non tantùm, « Nigrarum causâ veſtium, quâ eum conuiuio nuptiali eiiciendum » Secundinus minabatur; ſed & quia amori proprio, & vanitati mortuus, interiùs potiùs humilitatis habitu, quàm veſte nigra foris indutus; vt nigrum congregat viſum, acutius vt Aquila nihilum ſuum conſpicatus, ſibi ipſi verâ ſui cognitione vileſcens, Preſbyteratu primùm indignum ſe reputans, inuitus à Valerio multas fundens lacrymas Preſbyter factus eſt; dehinc ab eodem, qui fugerat vrbes in quibus Epiſcopus deerat, ſucceſſor nominatus; eidem Valerio ſcribit: « Eo, inquit, tempore quo diſcere cœperam, vis mihi facta eſt merito peccatorum meorum. Nam quid aliud exiſtimem neſcio, vt ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. Sed arbitror Dominum meum, propterea me ſic emendare voluiſſe, quòd multorum peccata nautarum, antequam expertus eſſem quid illic agitur, quaſi doctior & melior reprehendere audebam. Itaque poſtquã miſſus ſum in medium, tunc ſentire cœpi temeritates reprehenſionũ mearũ, quanquam & antea periculoſiſſimum iudicarem hoc miniſterium. Et hinc erant lacrymæ illæ, quas me fundere in ciuitate, Ordinationis meæ tempore, nonnulli fratres animaduerterunt. » Et quis ſine ſtupore profunditatis humilitatis eius tredecim libros, & duos retractationum legat? Et confeſſio quidem in prioribus duplex cernitur. « Confeſſio, inquit, duo-

Aug. to 6. in ep. Secũd. ad Auguſt. poſt init.

Aug. ep. 148.

Aug. in Pſ. 94.

bus modis accipitur in Scripturis. Eſt confeſſio laudantis, & eſt confeſſio gementis. Confeſſio laudantis, ad honorem pertinet eius qui laudatur: Confeſſio gementis, ad pœnitentiam pertinet eius qui confitetur, &c. Verè puto quòd ipſa ſint vota de quibus dicit in alio Pſalmo, reddam tibi vota mea quæ diſtinxerunt labia mea. Nihil iſtâ diſtinctione ſublimius, nihil tam neceſſarium, & ad intelligendum, & ad faciendum. Quomodò ergo diſtinguis vota quæ reddis Deo? vt illum laudes, te accuſes. » Vtrumque perfectiſſimè diſtinxit Aquila noſtra in Confeſſionibus ſuis, & dona Dei, & ſua peccata confitens: Inter cætera: « Scis tu Domine Deus meus, quia & celeritas intelligendi & diſputandi acumen, donum tuum eſt; ſed non inde ſacrificabam tibi, &c. Nam quid mihi proderat bona res non vtenti benè? Non enim ſentiebam illas artes, etiam ab ſtudioſis, & ingenioſis difficillimè intelligi, niſi cùm eis eaſdem conabar exponere; & erat ille excellentiſſimus in eis qui me exponentem non tardius ſequeretur, &c. Quid mihi tunc proderat ingenium per illas doctrinas agile, & nullo adminiculo humani magiſterij, tot nodoſiſſimi libri enodati; cùm deformiter & ſacrilegâ turpitudine, in doctrinâ pietatis errarem? aut quid tantùm oberat paruulis tuis longè tardius ingenium, cùm à te non longè recederent, vt in nido Eccleſiæ tuæ tuti plumeſcerent, & alas charitatis alimento ſanæ fidei nutrirent? » Quid retractationum libros reuoluam? « Aquilam puto non auaritiâ nutriendi inclementem fieri, ſed examine iudicandi. Semper enim fertur probare quos genuit, ne generis ſui inter omnes aues quoddam regale faſtigium, degeneris partus deformitas decoloret. Itaque aſſeritur, quod pullos ſuos radiis Solis ob-

Aug. li. 4. conf. cap. 16.

Ambr. lib. 5. in Hexa. c. 18.

iiciat, atque in aëris medio, pio paruulos vnguē suspendat: ac si quis repercussus Solis lumine, intrepidam oculorum aciem inoffenso intuendi vigore seruauerit, is probatur, quod veritatem naturæ sinceri obtutus constantiâ demonstrauerit: sin verò lumina sua præstrictus radios Solis inflexerit, quasi degener, & tanto indignus parente reiicitur: nec æstimatur educatione dignus, qui fuit indignus susceptione. Non ergo eum acerbitate naturæ, sed iudicij integritate condemnat: nec quasi suum abdicat, sed quasi alienum recusat. » Ita prorsus omnes suos fœtus ad purissimum veritatis Solem, vsque ad leuiuscula probauit, ne tanto indigni parente inter genuinos eius partus admixti spurij pro legitimis haberentur.

Et in quo perspicacitas mentis Aquilæ nostræ præ cæteris lucet? quæ sapientissimi hominum Salomonis arbitrio, vera & summa sapientia æstimatur? « Vt sciui, quoniam aliter non possem esse cōtinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adij Dominum & deprecatus sum illum, &c. » Quod non solùm de continentiâ, sed & de omni dono intellexit. Subiecit enim: « Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. » Omnia pariter Augustinus bona à Deo accepta referebat, nil sibi, totum Deo vir Apostolicus tribuebat. Vt omnes fermè paginæ librorum eius, maximè de Gratiâ contestantur. Vnicum hîc locum referam. « Hoc præceptum obedienter audire, hoc est, quidquid gloriatur, in Domino glorietur, similiter vt cætera, Dei donum est. Quod donum qui non habet, non dubito dicere; alia quæcumque inaniter habet. » Præmiserat de quocumque bono, omnium bonorum authori humili veritate, & verâ humilitate tribuendo:

Sap. 8. 21.

Sap. 9. 6

Aug. li. de dono perseu. c. 4.

Ibidem c. 13.

« Nos, inquit, volumus, ſed Deus operatur & velle. Nos operamur, ſed Deus in nobis operatur & operari pro bonâ voluntate. Hoc nobis expedit, & credere & dicere. Hoc eſt pium, hoc verum: vt ſit humilis & ſubmiſſa confeſſio, & detur totum Deo. »

Vbi ſcioli hodierni, qui nec paſſeres quidem, aut hirundines garrulæ, vel muſcæ importunæ, Aquilæ ſe componere non verentur? qui perperam dicta, & retractatione digniſſima, etiam humillimis eius retractationibus inſultantes, cum peruicaciâ defendunt? qui comptulis verbis cum affectatione etiam in verbo Dei minimè tolerandâ, « prurientes auribus, & à veritate auditum auertentes » ſtudent; & ne quid auditores, vel tantillum aſperum lædat, totâ diligentiâ cauent? Non ſic Auguſtinus; barbara etiam verba, licet eloquentiſſimus, non dedignatus, vt ſe ſuo aptaret auditori. « Melius, inquit, eſt, vt nos arguant Grammatici, quàm nos non intelligant populi, &c. melius nos in noſtro barbariſmo intelligetis, quàm in noſtrâ diſertitudine, deſerti eritis. » Huc Aquila grandis oculum ſuum & volatum, præ humilitate deponebat. Hoc pondere contra ventos vanitatis firmus ſtabat. Audiſtis quid de lapide, « Ætite à colore Aquilæ candicante caudâ » dicto referant naturæ venatores. « Ætites lapides reperiuntur in nidis Aquilarum: aiunt binos inueniri, marem & fœminam; nec ſine iis parere Aquilas. Harum maſculus durus, ſimilis gallæ, ſubrutilus. Fœmineus verò puſillus ac mollis; alligati partus celeritatem faciunt, &c. » Quæ omnia à Plinio mutuatus eſt Iſidorus. « Ætites lapides ex argumento nominis magnam famam habent. Reperiuntur in nidis Aquilarum, &c. Inædificatur ni-

2. Tim. 4. 3.

Aug. in Pſa. 138. Et in Pſ. 36.

Plin. li. 37. c. 11. Iſidor. l. 16 Orig. cap. 4.

Plin. li. 36. c. 21. Et lib. 10. c. 3.

Digitized by Google

do lapis Ætites, quem aliqui dixere Gagatem, ad multa remedia vtilis, nihil igne deperdens. » Et rurſum: « Lapis Ætites in Aquilæ repertus nido cuſtodit partus contra omnes abortuum inſidias. » Hoc & alij lapide Aquilam firmare nidum, oua excludere, pullos à ſerpentibus ſeruare narrant.

1. Cor. 8. 1. Heu quàm verè Paulus: « Scientia, inquit, inflat. » Et niſi exaltatum nidum humilitatis lapide firment quilibet docti & iuſti, niſi à ſerpentibus nidum cordis ſui tueantur incolumem, aut fœtum virtutis non excludunt, aut excluſum periculo vanitatis & ſuperbiæ exponunt. Duas etiam Ætitis ſpecies Zoroaſtes agnouit, ſolidam, etiam in ignibus inconſumptibilem: aliam poroſam, & nullius effectus. Solidam vidimus Auguſtini humilitatem, in

Eccli. 19. 23. omnibus poroſam & fictam redarguentem. « Eſt enim, & qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo » qui & alta ſapit, & humilibus

Rom. 12.16. non conſentit. Contra Apoſtolum præcipientem: « Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes, » In quem locum Auguſtinus. « Tunc, inquit,

Aug. in Pſ. 118. erit humilitas vera, ſi non ſolâ oſtentetur in linguâ: vt ſimus ſecundùm Apoſtolum, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Non ait, colloquentes, ſed confitentes, quod non fit ore, &c. foris fingis humilitatem, intùs amplecteris vanitatem, &c. Quid tibi prodeſt videri ab hominibus humile eſſe quod dicis, ſi Deus videt altũ eſſe quod

Iob 41. 25. ſapis? » Qui volet contra « conſtitutum Regem ſuper omnes filios ſuperbiæ » pugnare, militet ſub

Iſid. lib. 18. orig. cap. 3. ſignis Aquilæ. « Aquila in ſignis, quòd eadem auis, Iouis in armis auſpicio fuit. Nam dum idem Iouis aduerſus Titanas proficiſceretur, Aquilam ei in auſpicio apparuiſſe ferunt, quam ille pro indicio victoriæ acceptam, tutelæ ſuæ auſpicatus, eam le-

gioni ſignum dedit : quo factum eſt, vt deinceps militum ſignis committeretur. » Et quos Titanas, niſi de naturæ & arbitrij viribus ſuperbientes Pelagianos intelligo ? quos exercituum Dominus, & Sponſa eius Eccleſia, « Caſtrorum acies ordinata » ſub Aquilæ noſtræ ſignis, pennis, & ſcriptis eius, victorioſiſſimè bellauit. Nulla porro maior ſuperbia, nullus typhus inflatior, quàm vni Deo debitam gloriam ſuis viribus arrogare. « Sunt & ſua Aquilis cum ceruis prælia, multum puluerem volutatu collectum, inſidens cornibus excutit in oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes. Nec vnus hoſtis illi ſat eſt : acrior eſt cum dracone pugna, &c. oua hic conſectatur Aquilæ, auiditate maleficâ. Illa ob hoc rapit, vbicumque viſum. » Neque verò vnus Auguſtino fuit hæreticus debellandus. Acris illi cum ſingulis pugna. Pelagium ſæpius « in prælio ceruum » & ſuffugia quæritantem, penna multa velut pulueris nube, & teſtimoniorum Scripturæ globo conſperſus, cornibus eius ſuperbiæ inſidens, eius oculos obruit, & præcipitem victumque proſtrauit. Draconem porro, & antiquum ſerpentem ouis eius & ſcriptis ſubdinde inſidiantem, omni tempore ſuperauit. « Viginti ampliùs annis, (addam & duodecim ſæculis,) contra inimicos gratiæ Dei, Catholica acies, huius viri ductu (ſub Aquilæ ſignis) pugnat, & vincit. » Quid plura ? Draconem vultis cum ſuis omnibus aſſeclis videre proſtratum ? « Ipſo adhuc in corpore conſtituto, Pelagiana hæreſis aduerſùs gratiam Dei mortiferis auſibus rebellauit. Nec defuit in vitâ benignitas miſerantis Dei, quæ militem ſuum ſpiritalis gratiæ armis, tantò fortiùs præcingeret, quantò acriùs aduerſùs eandem vaſa iræ diabolus inſtigaret. Proinde memoratus Dei Pon-

Cant. 6. 9.

Plin. l. 10. c. 4.

Tertul. de corona. c. 1.

Proſper contra Collat.

Fulg. li. 2. de veritate prædeſt. c. 18.

tifex, turrim fortitudinis ipsam gratiam tenens, & exinde cuncta hostilium machinamenta telorum, cœlestis iuuaminis virtute confringens, non solùm ipse de hoste victoriam referens triumphauit, quin etiam posteris certandi, & vincendi ordinem, si quando victa prauitas reciduo ausu infandum caput erigere diceretur, ostendat. Hunc legat omnis qui salutem æternam adipisci desiderat; humiliter orans misericordiæ Dominum, vt eundem spiritum intelligentiæ legens accipiat, quem ille accepit, vt scriberet, & eandem illuminationis gratiam adipiscatur, vt discat, quam ille adeptus est, vt doceret.» Discat & cum ipso à
Io.15.5. Christo, « Sine me nihil potestis facere: non in se,
1. Cor. 1. 31. sed in Domino gloriandum » nec de acceptis donis contra donatorem esse pugnandum.

Vidimus hactenus Aquilam & sublimiter eleuatam, & profundè demissam, simulque sub eius signis contra superbiam, & propriæ excellentiæ inordinatum amorem pugnare didicimus. Sed non vnum nobis humilitatis vexillum extulit, sed multò excellentius sustulit charitatis, cuius ardentissimâ dilectione Dei & proximi anima cum sponsa di-
Cant. 2. 4. cebat: « Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.» Siue vt legit Pagninus ex Hebræo; « Vexillum eius super me amor. » Neque enim alio magis insigni, dignosci, alio cyclo æstimari, alio pondere trutinari eligit Augusti-
Aug. li. 13. Confess c. 10. nus: « Amor, inquit, meus pondus meum, illo feror quocumque feror. » « Mores, inquit, nostri, non ex eo quod quisque nouit, sed ex eo quod quis-
Aug. ep. 52. ad Maced. que diligit dimicari solent, &c. nec faciunt bonos, vel malos mores, nisi boni vel mali amores. » Tulerit licet Aquila grandis medullam Cedri sublimis, & summitatem Scripturæ scientia Cherubini

fuulſerit : « Superextolletur ſuper Libanum fructus eius. Quis alius fructus intelligendus eſt, qui ſuper hunc Libanum extollitur, niſi de quo Apoſtolus dicit de charitate ſua locuturus, adhuc ſupereminentem viam vobis demonſtro? hoc enim & in primo proponitur munerum diuinorum, vbi ait, fructus autem ſpiritus eſt charitas. » Hæc « via Aquilæ in cœlo, & in arduis ponentis nidum ſuum. Numquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila? Præceptum Domini primum & maximum mandatum » quo ſuper omnia generoſum cor Aquilæ ſublimatum ad Seraphim vſque tranſtulit Auguſtinum. Hoc vnum neceſſarium, hæc vna margarita, pro quâ dedit omnia ſua vt eam compararet. Hæc Cæſario forma virtutum, ex Petro Bleſenſi Sabbatum, ex Abbate Iſaac Paradiſus, ex ipſo Auguſtino. « Charitas Deiformes homines facit. » Et totus in Deum mutatus eſt Auguſtinus impletum expertus in ſe Chriſti propheticum : « Cibus ſum grandium: creſce & manducabis me : nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tuæ : ſed tu mutaberis in me. » Quid eſt amor? dicat nobis Dionyſius Seraphici Pauli diſcipulus. « Amor diuinus eſt vis motrix surſum, trahens in Deum, qui ſolus eſt per ſe pulchrum & bonum. « Id Aquilæ noſtræ vidit oculus, hoc cor amauit, huc penna volauit : « Scis occultorum cognitor Deus, quoniam non ſolùm terrâ, ſed omnibus quæ in ea ſunt, tu mihi charior es, ſed etiam ipſo cœlo, &c. tu melle dulcior, lacte & niue candidior, nectare ſuauior, gemmis & auro pretioſior, cunctiſque terrarum diuitiis & honoribus mihi charior. » Amor vt « ignis, inſatiabilis eſt, nunquam dicit ſufficit : Omnis, inquit, copia quæ Deus meus non eſt, egeſtas mihi eſt. » Quid eſt amor? « Impetus eius, impetus ignis, atque

Pſ. 71. 16 Aug ib.
1. Cor. 13.
Gal. 5. 22.
Matth. 22. 38.
Aug. 15. de Trin. cap. 18.
Aug. li. 7. conf. cap. 10.
Dion. de diu. nomin. cap. 14.
Aug. homil. 50.
Medit. cap. 35. Et cap. 18.
Cant. 8. 6.
Dan. 7. 10.

flammarum. Fluminis igneus rapiduſque, rotæ eius ignis accenſus. » Primum mobile omnes ad ſe rapiens & deuoluens affectus. « Libet ſanè de te loqui, de te audire, de te ſcribere, &c. Hunc mens diligat, lingua canat, manus ſcribat, atque in his ſanctis ſtudiis fidelis animus ſe totum exerceat, &c. Ex quo didici te, non ſum oblitus tui. Vbi enim inueni veritatem, ibi inueni Deum meum, ipſam veritatem, quam ex quo didici, non ſum oblitus. Itaque ex quo didici te, manes in memoriâ meâ, & illic te inuenio cùm reminiſcor tui, & delector in te, hæ ſunt ſanctæ deliciæ meæ quas donaſti mihi miſericordia tua, reſpiciens paupertatem meam. » O imam & ſublimem Aquilam! O charitatem non inflantem, ſed humiliter ſimul & ſublimiter in arduis & infimis Auguſtini nidum ædificantem.

Aug. medit. c. 22 & 28. Lib. 10. confeſſ. cap. 24.

Quid eſt amor? vis vnitiua, abſentiæ amati impatiens: « Ecce iam morior, & Ieſus non eſt mecum. Et certè meliùs eſt mihi non eſſe, quàm ſine Ieſu eſſe. Melius eſt non viuere, quàm viuere ſine vitâ. » Et rurſum: « Fortè dicis non videbit me homo & viuet: Eia Domine, moriar, vt te videam. Videam vt hîc moriar. Nolo viuere, volo mori, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Mori deſidero, vt videam Chriſtum. Viuere renuo, vt viuam cum Chriſto. » Solarem nullus dubitat Aquilam, & increatæ lucis auidiſſimum Auguſtinum nullus ambigit qui hæc legerit: « Ecce, inquit, video, gratias ago: Ecce video lumen cœli, interlucet oculis mentis meæ radius deſuper à facie luminis tui, & lætificat omnia oſſa mea. O ſi perficeretur in me! Auge quæſo luminis Author, auge quæſo quod interlucet in me: dilatetur obſecro, dilatetur ex te; quid eſt hoc quod ſentio? quis eſt ignis qui calefacit cor meum? quæ eſt lux quæ irradiat cor

Medit. cap. 39. Et Soliloq. c. 1.

Aug. Soliloq. cap. 34.

meum, &c. Aufer quæſo ſquamas caliginis antiquæ radio tuæ illuminationis, ſplendor ineffabilis, vt te videre valeam (ô Aquilam) irreuerberatis obtutibus, vt in lumine tuo videam lumen, &c. Ecce video, ſed per ſpeculum & in ænigmate, ſed quando facie ad faciem? » Quo procedit amor? vſque ad ſacrificium, holocauſtum, perfectam ſui ipſius, deſtructionem. Vnde & excellentiſſimus actus charitatis eſt martyrium quod defuit Auguſtino, quanquam ipſe non defuerit martyrio, toties eum Donatiſtis ad necem quærentibus, & peccatorum omnium remiſſionem parricidæ pollicentibus » niſi eum diuina prouidentia præſeruaſſet: «Et ſi nobis perſecutoris flamma deeſt, fidei tamen flamma non deeſt. Non ardemus quidem corpore pro Chriſto, ſed ardemus affectu; non ſubiicit mihi perſecutor ignem, ſed ſubiicit mihi deſiderium Saluatoris: » An non Martyr, & pluſquam Martyr, qui iugi doloris gladio compunctus, & amoris igne ſuccenſus, ſeipſum inceſſanter viuam hoſtiam Deo ſuo immolabat? Aquila vnoquoque decennio in igne elementari ſe renouat. Auguſtinus omni die & momento, etiam vt Pyrauſta in igne amoris vt proprio cordis elemento viuebat. « Da mihi, inquit, irriguum ſuperius, & irriguum inferius, vt ſint mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Efficiarque in conſpectu tuo, Deus meus, per ignem compunctionis holocauſtum pingue & medullatum. Mactet totus in ara cordis mei, &c. Fac me per ignem compunctionis coram te omni horâ hoſtiam viuam fieri. » Vt de eo iure ſcriptum ſit: « Auguſtinus, inquit, coronam Martyrum multipliciter eſt conſequutus. » Quid Aquilam ſuæ nutriculæ amatricem iactat prophana Antiquitas? « Eſt percelebris apud Se-

Pſ. 35. 10
1. Cor. 13. 12.
D. Th. à Villanoua ſer. 1. de S. Aug.
Aug. ſer. 1. de S. Laur.
Genebrardus in Pſal. 102. 5.
Aug. li. 21. de ciuit. c. 2.
Aug. medit. cap. 36. Et c. 35.
Plin. li. 10. c. 5.

ſton vrbem Aquilæ gloria educatam à Virgine retuliſſe gratiam, aues primò, mox deinde venatus aggerentem. Defunctâ poſtremò, in rogum accenſum eius inieciſſe ſeſe, & ſimul conflagraſſe. Quam ob cauſam incolæ, quod vocant Heroum, (id eſt monumentum) in eo loco fecere, appellatum Iouis, & Virginis, quoniam illi Deo ales adſcribitur.» Quid minus Auguſtinus? Sed quid non amplius Auguſt. medullâ Cedri educatus,&ſanguineChriſti de latere fluente inCruce;in illo rogo quo amore noſtri moriens dilectionis ſuæ exarſit, incendio, non ſemel, ſed iugiter, ſe Auguſtinus holocauſtum Heroum nos ei faciemus? fecit certè illi Dominus, perenne amoris monimentum, ei qui Petro compar, audire meruit à Domino Auguſtine amas me? Cui ille, tu ſcis Domine. Ad illum Chriſtus: quantum? & quouſque? Adeo Domine, vt ſi oſſa mea lampades aureæ & ſanguis balſamum pretioſiſſimum eſſet, ardere vellem. Quid amplius? ſi venæ, & nerui nexus aurei, te mihi inſeparabiliter aſtringerem. Quid vltra? ſi Auguſtinus eſſes Domine, & Deus eſſem, te Deum mallem. O vis amoris ſurſum ferens, ô ignis ad nihilum redigens! ô ex Dionyſio, extaticum de ſtatu dimouentem, & facientem vnum.» Dixiſti Lucifer Aquila & Cherub. Extentus diſtentuſque ſuperbiâ, dixiſti, Deus ego ſum. Aſcendam ſuper aſtra cœli, exaltabo ſolium meum, ſimilis ero Altiſſimo. Et ſi exaltaueris ſicut Aquila nidum tuum, inde detraham te, in infernum detraheris in profundum laci.» Et vnde te peruerſus amor expulit, & ſuperbia deturbauit; huc humilis charitas Auguſtini mereretur extolli.

Ribad. in vita eius Vega ſer. 12. poſt Pent.

Dion. de diu. nomin. cap. 4.

Eſa. 14. 13. & ſeq.

Ier. 49. 16.

Humilem Franciſcum nouimus, poſt Apoſtolum, ſtigmata Domini in corpore portaſſe, quibus fieret ſimilis hominum nouiſſimo crucifixo; ſed ea

Ioan. ab Angelis iuxta D. Bo-

in corde Auguſtinum habuiſſe non tantùm ſpiritaliter, ſed & realiter, multis probatiſſimis Authoribus conteſtatum legimus: Et quidem ipſe cor ſuum amoris ſagittâ transfixum, humiliter confitetur. « Sagittaueras tu cor noſtrum charitate tua, & geſtabamus verba tua transfixa viſceribus. » Et cùm vitalis ſit amoris ſagitta, quomodo cor Auguſtini charitate vulneratum potuit emori? « Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. » Deus autem & vita eſt, ſicut charitas eſt: proinde Auguſtini cor amore transformatum in Deum, amoris ſagittâ vulneratum, fortiori morte dilectione percuſſum, non potuit mori: « Et quomodo morietur, qui vitali gladio meretur occidi? » Stupendum dictu, auditu incredibile, quod multis item indubitatæ fidei authoribus ſcriptum vidimus. S. Sigiſbertus Epiſc. Lurudunenſis, ann. Chriſti 951. circa horam primam vidit Angelũ cor Auguſtini in vaſe cryſtallino ſibi offerentem, quod ipſe confluente populo, ad Eccleſiam cùm in altari poſuiſſet, dum Te Deum cantaretur tanquam viuum palpitare in omnium oculis viſum eſt. Et quoties deinceps Trinitas nominabatur, vel præſentiâ cordis libri eius de Trinitate conſcripti aperiebantur, cor ſanctiſſimum exultare videbatur, cuius præſentiam, nullus ferre poterat hæreticus, quin ſtatim in terram corrueret exanimis & mortuus. In cuius rei confirmationem, Auguſtinus à Ieſu Archiepiſcopus Bracharenſis iuſſu Gregorij 13. Bauariam viſitans, cor ferreum aureo circulo obductum attulit in Luſitaniam cum hac inſcriptione: « Cor admotum vero cordi ſancti Auguſtini, ferreo propter eius nimiam conſtantiam, aureo, propter inflammatam charitatem. » Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic ſimile?

nau. & Vincẽt. Ferrar.

Lib. 9. conf. c. 2.

1. Io. 4. 16.

Chryſol. ſer. 108.

Lud. de Angel. Cornel. Lancelot. B. Iord. de Saxon. ſer. 149. de SS. Bib. Monaſter. de Turrib. in Luſit. Bibl. Mona. S. Laur. in Eſcu. li. inſcr. quotid. panis. MS. Salamant.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. O cor ſacroſanctum ſanctiſſimi Patris Auguſtini, vbi nunc viuis, quo terrarum loco ſeruaris. Quis det mihi vt meum poſſit cor tuo cordi, ferreum aureo admotum transformari? O vacuum immenſum humilitate, abyſſus gratiarum & donorum Dei plenitudine, totius ſcientiæ ſacrarium, fons tot ſublimium & piorum conceptuum! O fornax amoris! O altare charitatis! O ſi tenerem te, & in intimum ſinum reconderem, & tumori meo, tenebris, frigori, humilitatem, lucem, feruorem, medicum applicarem! Tibi quidem Chryſoſtome, gratulor, quòd cum Paulo reſurgere toto mentis affectu popoſceris; ſit mihi ſatis cum Auguſtino parente ſuſcitari. Certè ſi reſurrectio corporis eſt morientis, & non animæ immortalis; vbi pars melior, origo vitæ, cor primum viuens, fuerit, huc cæteri, miniſtris Angelis cineres corporis colligentur, huc de cœlo anima, velut Aquila de arduo gloriæ nido corpus viuificatura conuolabit. Tum verò fratres,
Luc. 17. 73. implebitur illud Christi: « Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ. » Quod & ipſe de reſurrectione intellexit, thema noſtrum exponens.
Aug. in Iob 39. 27. Numquid præcepto tuo eleuabitur Aquila? « Sicut, inquit, eius præcepto, qui ait: Cùm exaltatus fuero, omnia traham ad me. Pro nobis enim moriturus, & corpus reſurrectione leuaturus in cœlum; vbi fuerit, inquit, cadauer, ille congregabuntur &
L. 1. qu. Euang. qu. 42. Aquilæ. » Et rurſum: « Vbi fuerit corpus, illuc, &c. id eſt in cœlum, quo hinc ſecum leuauit corpus in homine ſuſcepto. Quod etiam cadauer ideo appellatum eſt, quia moriturus hæc loquebatur.

Digitized by Google

Illuc congregabuntur Aquilæ, dictum eſt de ſpiritalibus, qui eius paſſionem, humilitatemque imitando, tanquam de eius corpore ſaturarentur. Corpus enim propter humilitatem, pro nobis, paſſionemque ſuſcepit. » De quo Diuus Ambroſius: « Nonne, inquit, tibi videntur Aquilæ circa corpus, Maria Cleophæ & Maria Magdalenæ, & Maria mater Domini, Apoſtolorumque conuentus circa Domini ſepulturam, &c. ſunt & circa corpus Aquilæ, quæ credunt Ieſum in carne veniſſe, &c. Eſt etiam corpus Eccleſia, in quâ per baptiſmi gratiam renouamur ſpiritu, & occidua ſenectutis, in rediuiuas reparantur ætates, &c. Eſt etiam corpus de quo dictum eſt: Caro mea verè eſt cibus, &c. Circa hoc corpus veræ Aquilæ ſunt, quæ alis circumuolant ſpiritalibus, &c. Nonne tibi videntur Aquilæ circa corpus, quando veniet in illâ die cum intelligibilibus nubibus filius hominis, & videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt. » Vbi ergo fuerint corpora iuſtorum, illuc congregabuntur Aquilæ, id eſt, animæ electorum. Tunc: « Mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut Aquilæ, volabunt & non deficient. » O quo gaudio implebitur anima mea, cùm videbo ad præceptum Domini, in iuſſu & in voce Archangeli dicentes: Surgite mortui; videbo Aquilam grandem magnarum alarum obuiam Chriſto in aëra rapi, & eleuari ſuper ignem feruidiorem, & in arduis ſupra lunam conſtantiâ, ſupra Mercurium eloquentiâ, ſupra Venerem continentiâ, ſupra Solem lumine, ſupra Martem fortitudine, ſupra Iouem ſapientiâ, ſupra Saturnum maturitate, ſupra Firmamentum virtutum omnium ſtellarum multitudine, & in ipſo Empyreo cũ Cherubim gloriæ luce, cum Seraphim charitatis ardore. Ibi in arduis poſito nido Aquilæ

Ambr. lib. 8. in Luc. 17.

Io. 6. 56.

Io. 19. 37.

Eſa. 40. 3.

1. Theſ. 4. 16.

nostræ oculi Trinitatis Solem immoto & firmo contemplabitur obtutu.

Secunda Reflexio. Cogitemus quo honore digna sit Aquila, quam Deus sic in ardua sublimauit; quam Catholica vbique veneratur Ecclesia. Nos quidem absit vt errore Thebanorum illusi Aquilam adoremus; aut cum Caio Mario, in bello cum Cymbris, abiectis aliis signis, Aquilâ argenteâ vso, victoréque regresso, diebus festis eam vnguentis aromaticis perfundamus. Thuris honorem vni Deo litamus. Sed præcipuum inter sanctos Augustino honorẽ exhibemus; quem Deo pergratum esse, miraculum comprobauit, & etiamnum perseuerat. Cereis siquidem quotannis in eius festo succensis, posterâ die ponderatis, nil detractum imminutumve comperitur. Vt nouerimus, nil in impensis pro Aquila factis, incurri dispendij, sed emolumenti quàmplurimum. Deuotis nil dubium suis fausta semper & fortunata aderit Aquila; & nusquam icta fulmine, nos sub alis suis ab irâ Dei tutos incolumesque seruabit; eos quàmmaximè qui sub humilitatis, & charitatis eius signis contra superbiam & proprium amorẽ, rerumque temporalium ambitum certauerint.

Alexãder ab Alex.

Annales Valent. in Hisp.

Tertia Reflexio. Messorem recolo missum ad fontem inuenisse serpentem oblongâ caudâ implicatam aquilam opprimentem, quam ipse suâ falce nodos secans, in libertatem asseruit. Nec ingrata quidem, tanto redempta periculo suum assertorem ac vindicem, haustam hydria aquam quam serpens veneno infecerat haurire paratum, poculum rostro atque vnguibus excutiens, & vi magnâ eripiens manibus, præsentissimâ morte liberauit; aliis messoribus eidem relictis periculo. Videte quæso quâ rostri ac vnguis, scripti

Pierius lib. 19 Hierog.

Digitized by Google

ſcripti verbique efficaciâ lectores ſuos, auditores, ac deuotos lethiferis poculis inhiântes ſuis præſeruet exemplis, ac ſermonibus dehortetur: « Clamat Propheta: Quouſque graues corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? clamat quouſque, clamat ſcitote. Et ego tamdiu neſciens vanitatem dilexi, & mendacium quæſiui: & ideo audiui & contremui, quoniam talibus dicitur, qualem me fuiſſe reminiſcebar, &c. quæ vtinam audiſſent qui adhuc diligunt vanitatem, & quærunt mendacium: fortè conturbarentur, & euomuiſſent illud, &c. Volentes enim gaudere forinſecùs facilè euaneſcunt, & effunduntur in ea quæ temporalia ſunt, & imagines eorum famelicâ cogitatione lambunt. Et ô ſi fatigentur inediâ, & dicant, quis oſtendet nobis bona, &c. O ſi viderent internum lumen æternum, quod ego quia guſtaueram, frendebam, quoniam non eis poteram oſtendere, ſi afferrent ad me cor, &c. & dicerent: quis oſtendet nobis bona? Ibi enim, vbi mihi iratus eram, intus in cubili vbi compunctus eram, vbi ſacrificaueram, mactans vetuſtatem meam, & inchoatâ meditatione renouationis meæ, (recolit ſe tanquam Aquilam renouatam) ſperans in te, ibi mihi dulceſcere cœperas, & dederas lætitiam in corde meo, &c. nec volebam multiplicari terrenis bonis deuorans tempora, & deuoratus à temporalibus; cùm haberem in æternâ ſimplicitate aliud frumentum, & vinum, & oleum, & clamabam in conſequenti verſu clamore alto cordis mei: O in pace, ô in idipſum! ô quid dixit, obdormiam & ſomnum capiam? &c. & tu es idipſum valde qui non mutaris, & in te requies obliuiſcens laborum omnium: quoniam nullus alius tecum, nec ad alia multa adipiſcenda, quæ non ſunt quod tu, ſed tu

Aug li. 9. conf. c. 4.

Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. » Viden vt venenatum Aquila nobis ſubtrahat poculum vt ad puriſſimum bonitatis fontem prouocet aſpirare?

Aug. in Pſ. 121. in tit.

« Si quis, inquit, amor immundus inflammat animam, & ad terrena concupiſcenda, & peritura ſectanda vocat perituram, & in ima præcipitat, atque in profunda demergit: ſic amor ſanctus ad ſuperna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad ea quæ non tranſeunt, neque moriuntur excitat animam, & de profundo inferni leuat ad cœlum. Habet tamen omnis amor vim ſuam, nec poteſt vacare amor, in animâ amantis: neceſſe eſt vt ducat. Sed vis noſſe qualis amor ſit, vide quò ducat: non enim monemus vt nihil ametis, ſed monemus ne mundum ametis, vt eum qui fecit mundum liberè ametis, &c. (bonorum ſumma nobis Deus eſt, neque infra remanendum nobis eſt, neque vltra quærendum: alterum enim periculoſum eſt, alterum nullum eſt, &c.) Obligata anima amore terreno quaſi viſcum habet in pennis, volare non poteſt: mundata verò ab affectibus ſordidiſſimis ſæculi, tanquam extenſis pennis, & duabus alis reſolutis ab omni impedimento, id eſt duobus præceptis dilectionis Dei & proximi volat. Quò, niſi ad Deum? Aſcendit volando, qui aſcendit amando. Quod antequam poſſit, gemit in terra, & dicit: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? » Quis vt Aquilæ? O Aquila grandis prouocas pullos ad volandum. Vtinam nobis oculus, penna, cor Aquilæ detur vt in arduis hîc gratiæ nidum, & illic gloriæ ponamus. Amen.

Aug. de morib. Eccleſ. Catho'. c. 8.

Deut. 32. 11.

IN NATITITATE B. VIRGINIS.

Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ. Psal. 80. 3.

ERratis fratres, si Mariam hodierna die tantummodo natam creditis: « Primogenita est ante omnem creaturam » prælecta, & prædestinata ab æterno Mater Filij Dei, « Patris sæculorum, hæredis vniuersorum, per quem Pater fecit & sæcula. Ab initio, inquit, & ante sæcula creata sum. » Et quidem cùm ex Philosophis, « relata sint simul natura & cognitione; » non potuit, « prædestinari Dei Filius factus ei ex semine Dauid secundùm carnem » nisi simul & Mater, de qua natus est, cum eo præscita, & prædestinata. Mariam, « Aurorâ matutinâ formosiorem, lucidiorem Sole, pulchriorem Lunâ » ex vtero Annæ prodeuntem; naturæ miraculum, prodigium gratiæ, & totius gloriæ complementum; Patris æterni filiam, Verbi Matrem, Spiritus sancti Sponsam, Angelis concinentes, acclamate; « Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? » Primò itaque in hac Neomenia nouos conceptus, secundò nouos fructus & reflectiones proferam. Ego verò Iudæis vt cedam, solitis de Synagogæ pinnaculis, in Neomenia tuba canere? Noua Luna nouos conceptus; verba noua, nouos fructus, affectus nouos, noua

Eccli. 24. 5.
Hebr. 1. 2.
Eccli. 24. 14.
Rom. 1. 2. 3.
Cant. 6. 9.
Cant. ibid. 4.
DIVISIO.

opera, à nobis expostulat; « Ne memineritis prio-
Esa. 43. 18. rum, & antiqua ne intueamini: Ecce ego facio no-
ua, & nunc orientur, & vtique cognoscetis ea. »
O Virgo sicut ortâ Lunâ, mare crescit, & exundat
in oriente; fac vt abundet in ore meo, tuorum
Gen. 1. 2. meritorum influxus, mare laudum: & Spiritus ille
Tertull. de bapt. cap. 1. qui « super aquas exordio mundi ferebatur » & in
abysso gratiarum « piscem nostrum Christum » de
Esther. 14. 13. te produxit; « det sermonem congruum in os
meum. » Præcepto patris tui Dauid obsequor; &
in Neomenia buccino; cùm Angelicâ tubâ auribus
tuis sonuero: « Sumens illud Aue Gabrielis ore »
Aue Maria.

EXORDIVM.

Si sua singulis rebus à diebus æternitatis deter-
minata nascendi sunt tempora; Salomone dicen-
Eccle. 3. 17. te: « Tempus omni rei: » Et Dauide præcinente:
Ps. 30. 16. « In manibus tuis sortes meæ: » siue vt transferunt
alij, « tempora mea: » ille « qui fecit Lunam in
Ps. 103. 19. tempora » Mariæ, vt Luna pulchræ, sæculum,
tempus, diem, mensem, quo nasceretur, speciali
curâ prouidentiâque præscripsit. Hinc Ecclesiasti-
Eccli. 24. 14. sticus ipsi præludens: « Ab initio, & ante sæcula
creata sum: » siue vt Rabbi Emmanuel; « Tesse-
lota sum, » alij, « augurata sum Princeps » non
quòd fato, casu, vel sorte, vt iactu tesseræ, totius
orbis principatus obtigerit Virgini; sed quòd sine
vllo suo, vt nec secundùm Augustinum, Christus
eius Filius, proprio merito, sit electa. Itaut respe-
ctu nostri, sit sors, & tessera: Dei autem, cuncta
sapientissimè prouidentis, electio. Ego verò tem-
pora omnia & sæcula, in conspectu tribunalis im-
motæ, & inuariabilis æternitatis, de Virginis ortu

certaſſe non incongruè dixero; cùm idipſum doctiſſimus ille, ac deuotiſſimus Deiparæ Damaſcenus præmeditatus: « Certabant, inquit, inter ſe ſæcula, quodnam ortu tuo gloriaretur. Verùm eorum contentionem præfinitum Dei, à quo ſæcula facta ſunt, conſilium ſuperauit: ac poſtrema, prima facta ſunt, dum ipſis fœlici fato natiuitas tua obtigit. » Sæcula porro, ſiue ætates mundi ſex, ſenis creationis mundi diebus Auguſtinus aptauit, quæ & Paulus, « aptata Verbo Dei » prædixit; « id eſt diſpoſita per imperium Dei, dixit enim, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt, vt de inuiſibilibus, hoc eſt materia prima informi, & inuiſibili, fierent viſibilia, vel aptata ſunt, id eſt, conuenientia, & correſpondentia Verbo Dei inuiſibili facta ſunt omnia ſæcularia, & ſimilia conceptui diuino. Vnde Boëtius: pulchrum pulcherrimus, ipſe mundum, mente gerens, ſimilique imagine formans. »

Damaſcen. orat. 1. de Natiu. Virg.

Hebr. 11. 3. D. Th. ibidem lect. 2.

Boët. de conſol.

Dies autem ſex primos ſæculi ſic ſanctus Auguſtinus aptauit: « In principio, inquit, creauit Deus cœlum & terram, inde vſque ad hoc tempus quod nunc agimus, ſexta ætas eſt. Nam prima ætas computatur ab Adam vſque ad Noë: ſecunda à Noë vſque ad Abraham: tertia ab Abraham vſque ad Dauid: quarta à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis: quinta à tranſmigratione Babylonis, vſque ad Ioannem Baptiſtam: ſexta inde vſque ad finem ſæculi: Propterea & ſexta die fecit Deus hominem ad imaginem ſuam, quia iſta ſexta ætate, manifeſtatur per Euangelium reformatio mentis veſtræ, ſecundùm imaginem eius qui fecit eum. » Et rurſum: « Sicut ſexto die fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem, ſic inuenimus ſexto veniſſe Dominum Ieſum Chriſtum, vt reformaretur homo ad imaginem Dei, &c. » Sed

Aug. tr. 9. in Io. 2. & li. 4. de Trinit. c. 4. & in Pſal. 92.

aduerto quod ſicut ſexta die homo primus de terra factus eſt, ſic ætate ſexta Chriſtus de terra Virgine formatus eſt. Sexta itaque ætas & poſterius ſæculum Soli, & Lunæ, Chriſti & Mariæ natalibus obtigit: ſed non ſine myſterio natalitij Virginis ſeptimus anni menſis obuenit, quia ab Arithmeticis « numerus Virgo ſeptenarius appellatur, » quòd ſolus ex omnibus numeris, in denario concluſis, nec generet ſimilem, nec à ſimili generetur, quod quidem enumeranti liquet. Vnitas enim alteri vnitati coniuncta, binarium; binarius, quaternarium: hic verò octonarium: quinarius denarium perficit. Senarius autem licet non generet in denario ſimilem, quem excederet, ad duodenarium perueniens, à ſimili tamen generatur: duo enim ternarij, ſenarium perficiunt. Septenarius autem licet decimumquartum genere duplicatus, denarium tamen tranſgreditur; nec in eo concluſus à ſimili generatur. Hinc & Sabbathi numerus eſt, & quietis; quia indiuiſibilis eſt in partes æquales; & iuxta
1. Cor. 7. 33. Paulum, « qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. » Diuiduntur enim affectus & intentiones, non in vnum Deum collectæ. Proinde & Sabbathum æternam requiem &
Matth. 22. 30. beatitudinem ſignificat; & « in reſurrectione, neque nubent, neque vxores ducent: quia nulla poſt ſextum mundi ſæculum erit ſolicitudo placendi inuicem, ſed in vnum Deum erunt omnes intenti.
Aug. in Pſ. 92. Et Auguſtinus ſupra: « Non, inquit, ſine cauſa illi dies ſic ſunt ordinati, niſi quia & ſæcula ſic curſura erant, antequam requieſcamus in Deo, &c. Ideo quia & iſta tranſitura ſunt opera bona; (Paulus enim & de coniugio dicit: qui matrimo-

nio iungit Virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit melius facit, &c. tempus breue eſt, reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tãquam non habentes ſint, &c. præterit enim figura huius mundi) & ſextus iſte dies, quando perficiuntur opera bona valde, habet veſperum. In Sabbatho autem non inuenimus eſſe veſperam, quia requies noſtra non habebit finem. Veſpera enim pro fine ponitur. » Veſpera & pro tribulatione ſumitur, quæ ſemper coniugium comitatur; teſtante Paulo, quòd « tribulationem carnis habebunt huiuſmodi. » Quam debet prorſus excludere dies beatitudinis, ſine veſpera, & occaſu ſempiternus. Proinde ſapientia diuina, Virginum Matri ac Reginæ ſeptimum menſem, quietis indiuiſibilis, quo naſceretur, addixit, & diem eiuſdem menſis, reſurrectionis, octauum. Numerum porro Virgineum etiam in Arcæ Noë, poſt diluuium, quiete Moyſes delineauit: « Requieuit Arca menſe ſeptimo, ſuper montes Armeniæ: Hebr. & Septuaginta, Ararat, id eſt maledictio tremoris.» Quia poſt diluuium iræ Dei, eminens Virgo omni maledictioni peccati, quo concuſſus Adam nudus, & ſpoliatus, ad vocem Dei intremuit; immunis à peccato, placidiſſimè in gratia nata requieuit Arca ſanctiſſima; in qua reliquiæ mundi ſaluæ factæ ſunt; quam Heſychius appellauit, « Arcam Noë tres contignationes habentem » id eſt, omnem cœleſtis, & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & triplicis ſtatus, virginum, nuptarum, viduarum perfectionem complexam; & quod omnibus præcellit elogiis, « totius Trinitatis complementum.» Non tantùm quòd hæc puella omnibus naturæ, gratiæ, gloriæ prærogatiuis, ſit hodie à ſanctiſſima Trinitate, præ omnibus creaturis cumulatius ornata; quod tota Trinitas vas in ea

1. Cor. 7. 38.

1. Cor. 7. 28.

Gen. 8. 4.

Heſy. ſer. de laud. Mar.

capaciſſimum conditum, bonis omnibus, quorum pura creatura capax eſt, impleuerit; ſed quòd in Dei Matrem ab æterno theſſelata, vt diximus, in Dei Filio, quod externis deerat relationibus, compleuerit. Pater enim ad Chriſtum refertur,& Chriſtus ad Patrem: & Pater Chriſtum Filium,& Chriſtus Filius Deum Patrem, non alio amore, quàm ipſo Spiritu ſancto diligit: Ex quo Virgo Mater ipſummet Chriſtum Dei Filium, cuius regni non erit finis, vt nec veſpera Sabbathi, de Spiritu ſancto, vt viro, & Sponſo obumbrante concepit. Et hunc quidem in Neomenia noſtra, nouâ Luna nata, nouum conceptum, ex veteribus monumentis, obliuione forte ſepultum, vel hoc modo nondum expoſitum, profero. Nec prætteribo quod doctiſſimi Nazianzeni Interpretes, in numerum ſeptimum virgineum menſis commentati ſunt: Numerum hunc in iactu aleæ « numerum eſſe Veneris.» Quod quidem numero Virginis aduerſaretur, ſi fabuloſam illam impudicitiæ Venerem matrem, ſiue ſtellam Venereos amores afflantem acciperem, ſed cum Salomone, « inter mulieres pulcherrimam, cum Dauide, « Specie ſua, & pulchritudine ſua, diffuſa in labiis gratia, » ſydera omnia ſuperantem, « Matrem pulchræ dilectionis » intelligo, ſimul & Virginum gloriam: « In cœlo mirabile extitit portentum. Nam in ſtella, quam Plautus Veſperuginem, Homerus Heſperum appellat, (nos Mariam ſtellam matutinam, Auroram conſurgentem, Veſperam neſcientem appellabimus) pulcherrimam dicens, Caſtor ſcribit tantum portentum extitiſſe, vt mutaret colorem, magnitudinem, figuram, curſum: quod factum ita, neque antea, neque poſtea ſit. Hoc factum Ogyge Rege dicebant Adraſtus Cyzicenus, & Dion Neapolites Mathematici no-

Luc. 1. 33.

Elias in orat. 3. Naz. & Nicetas in orat. 42

Aug. li. 21. de ciu. c 8. ex Varr. de gente pop. Rom.

biles.» Sed ipſe Auguſtinus diuinæ poteſtati omnia pro arbitrio mutanti tribuit: « Quando, inquit, ille voluit, qui ſummo regit imperio, ac poteſtate quod condidit, ſtella præ cæteris magnitudine, atque ſplendore notiſſima, colorem, magnitudinem, figuram, & quod eſt mirabilius, ſui curſus ordinem, legemque mutauit. » Et quid tam nouum, tam Neomeniæ noſtræ congruum, tam præter curſum ordinemque naturæ? Quod portentum, aut ſignum maius, quod neque antea, neque poſtea ſit factum, quod hæc puella iuxta Bernardum: « Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, gaudia Matris habens cum Virginitatis honore? » In iactu porro ſyderum, quando ea veteres ſuperſtitioſâ ſolemnitate ſortiebantur; ſydus canis infauſtum, Veneris autem fauſtum, fœlix, fortunatum eſſe ſentiebant. Et quid canis peioris ominis, homini portendebat? cuius ſyderis malignitatem auerſatus Deum à filia ſua vnicè præ cæteris dilecta, amoliri Pſaltes oratione ſua depoſcebat? « Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. » Et quæ eſt vnica, niſi vna columba, vnica Ioachim & Annæ filia, vnigeniti Filij Dei Mater electa? Quis ille canis omnibus hominibus allatrans, omnes dente ferali mordens, niſi primi hominis peccatum, in omnem progeniem eius effuſum? Quæ manus canis, niſi poteſtas ipſius peccati, communi originis lege omnibus dominantis? Latrare potuit hic canis in Neomeniam, nouam Lunam, ſed eam mordere non potuit. Hanc ſtupent Angeli, vix terram natiuitate ſua tangentem, & iam « mulierem, vt ſignum magnum in cœlo fulgentem, amictam Sole » originalis iuſtitiæ, ſtellarum diademate coronatam, vt totius peccati victricem, Lunæ denique maculas

Aug.ib.

Ber.ſer. 4. de Aſſum.

Pſal.21. 21.

Apoc. 12.1.

pedibus conculcantem. An non Neomenia & nouitas magna, tot aſtra ſimul diei noctique præſidentia, in vnius virgunculæ natali concurrere? « ſicut auroram conſurgere, pulchram vt Lunam, electam vt Solem, terribilem vt caſtrorum aciem ordinatam? Et quid tam nouum, quàm puellam

Prou. 31.19. inermem, dicere « mulierem fortem, manum mittentem ad fortia, ordinatam aciem » vocitare? Et

Cant.6.3. « pulchra eſt ſicut Hieruſalem, & viſio pacis eſt,

Cant.8.10. ex quo, inquit, facta ſum quaſi coram eo pacem reperiens: » Vera Irene pacifica Imperatrix & A-

Cant. 4.4. mazon bellicoſa: « Collum tuum ſicut turris Dauid, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura artium. » Quid tam nouum, quàm vnius diei infantulam, nutricem dicere? tam nouum, quàm

Ier. 31.22. cum Propheta de ea prædicere, « Nouum creauit Dominus ſuper terram, fœmina circumdabit virum? » Quid tam nouum, quàm vbera turribus

Cant.8.10. adæquare? « Et vbera mea, inquit, ſicut turres. » Quid bellicis turribus, cum pacificis & lacteis vbe-

Damaſcen. orat. 1. in Natiu. Virg. ribus eſt commune? « Sanè res omnes conditas dignitate antecelluiſti. Ex te enim ſola ſummus ille opifex, partem aſſumpſit, hoc eſt maſſæ noſtræ primitias. Caro ipſius, ex carne tua: & ſanguis ex ſanguine tuo: & lac è mamillis tuis ſuxit Deus, ac labia tua, Dei labiis vnita ſunt. O Miracula mentis captum, atquę orationis facultatem excedentia! Te rerum omnium Deus, dignam prænoſcens, amauit, amatam prædeſtinauit, atque extremis temporibus, in ortum produxit, ac Dei Matrem, ſuique Filij & Verbi nutriciam effecit. »

Veteri more omnes hominum filij natiuitatem ordiuntur à fletu, quod & ipſe Salomon de ſe con-

Sap.7.3 fitetur: « Et ego natus accepi communem aërem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam

vocem ſimilem omnibus emiſi plorans, in inuolumentis nutritus ſum, & curis magnis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium.» Vnde & fabuloſum arbitror quod de Zoroaſte narratur. De quo Auguſtinus miſerias huius vitæ deſcribens: « Quis, inquit, non exhorreat, & mori eligat, ſi ei proponatur, aut mors perpetienda, aut rurſus infantia? Quæ quidem quòd non à riſu, ſed à fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingreſſa ſit, neſciens prophetat quodammodo. Solum, quando natus eſt, ferunt riſiſſe Zoroaſtem, nec ei boni aliquid monſtroſus riſus iſte portendit. Nam magicarum artium fuiſſe perhibetur inuentor; quæ quidem illi nec ad præſentis vitæ vanam fœlicitatem contra ſuos inimicos prodeſſe potuerunt. A Nino quippe Rege Aſſyriorum, cùm eſſet ipſe Bactrianorum Rex, bello ſuperatus eſt. Graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium: Vſque adeò impleri neceſſe eſt, vt ipſi paruuli per lauacrum regenerationis ab originalis peccati, quo ſolo tenebantur, vinculo iam ſoluti, mala multa patientes, nonnulli etiam incurſus ſpirituum malignorum aliquando patiantur.» Ideoque & omnes propter idem originale peccatum, « quod ab Adam in omnes homines pertranſiit, natura filij iræ » filij proinde lachrymarum, & miſeriæ. Maria autem, vt Neomenia noua Luna, nouo modo naſcitur, ſpeciali ſupra Ieremiam & Ioannem Baptiſtam prærogatiua digna, non iræ, ſed pacis & gratiæ filia naſcitur, ſua gaudium non multis vt Ioannes, ſed vniuerſo mundo natiuitate annuntians. Nec eam quæ ſupra Saram riſum omnibus & gaudium ſempiternum in filio paritura erat, ortum ſuum & partum à lachrymis orditi de-

Aug. li. 21. de ciu. ca. 14.

Eccli. 40. 1.

Rom. 5. 12.

Epheſ. 2. 3.

Aug. ſer. 2. de Annun. cebat. « Mariæ cantus, Euæ planctum excluſit. » Hanc cum Ambroſio compellemus. « Veni Eua iã ſobria, veni Eua, etſi in te aliquando intẽperans, ſed iam in prole ieiuna. Veni Eua iam talis, vt non de Paradiſo excludaris, ſed rapiaris ad cœlum. Veni Eua iam Sara, quæ parias filios, non in triſtitia, ſed in exultatione; non in mœrore, ſed riſu. Iſaac tibi multiplex naſcetur; &c. Veni ego Eua, iam Maria, quæ nobis non ſolùm Virginitatis incentiuum attulit, ſed etiam Deum intulit. Vnde lætus, & exultans tanto munere dicit Eſaïas; Ecce Virgo in vtero concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuël, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. Vnde hoc munus? Non de terra vtique (vnde & ſignum magnum apparuit in cœlo:) ſed de cœlo vas ſibi hoc, per quod deſcenderet Chriſtus elegit, & ſacrauit templum pudoris. Per vnam deſcendit, ſed multas vocauit, &c. Egregia igitur Maria (id eſt è communi grege & ſorte ſpecialiter electa, & nouo modo genita in gratia & riſu, futura ſimul veri riſus Mater & Virgo:) quæ ſignum ſacræ Virginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Chriſto vexillum leuauit. »

Ambr. de inſt. Virg. c. 5.

Eſa. 7. 14.

Quid hîc nobis de Etymo Neomeniæ Lyranus obtrudit? quam ab νέῳ μήνη, id eſt nouo defectu appellatam cenſuit, quòd ſingulo quoque menſe deficiat. Quis enim in Maria defectus? An non « quaſi Luna plena, in diebus ſuis lucet? & quaſi Luna perfecta in æternũ? » In primis, inquã, diebus ſuis, conceptus, & ortus, « Tota pulchra, & ſine macula » plena & perfecta, ſicut primò condita Luna; « Dei enim perfecta ſunt opera. » Et quis defectus naturæ, gratiæ, gloriæ, in Dei Matre? An quia quod perfectum eſt ſemper natura intendens in prole, dum marem mallet gignere, deficit

Eccli. 50. 6. Pſ. 88. 38. Cant. 4. 7. Deut. 32. 4.

in femella? Sed omnem vtriuſque ſexus defectum reparat hæc puella, melior Annæ quolibet filio etiam Baptiſta Elizabeth filia. Nos quidem à debita Virgini laude & Hymno deficimus, ſi plenam Solis radiis Lunam non dicimus. Titulum Pſalmi cuiuſdam inſcriptum legimus, « defecerunt Hymni Dauid filij Ieſſe. Tot habemus Pſalmos in quorum titulis ſcriptum eſt nomen Dauid, nuſquam eſt additum, filij Ieſſe, niſi in hoc ſolo; quod credendum eſt non fruſtra factum, neque inaniter, &c. Ipſe Chriſtus ſecundum carnem naſciturus, in radice erat occultus, in ſemine Patriarcharum, & quodam tempore reuelandus, tanquam fructu apparente, ſicut ſcriptum eſt; floruit virga de radice Ieſſe, &c. de carne Abrahæ per Iſaac & Iacob, & ne multa commemoremus, per Mariam Dominus noſter Ieſus Chriſtus.» Quam laudem & Hymnum in Neomenia qui non buccinat tuba, in Hymno deficit, & « ex ore infantis & lactentis infantulæ Mariæ laudem non perficit.» Niſi eam Matrem Dei dixeris, nihil dicis.

Aug. in Pſ. 72.
Eſa. 11. 1
Pſa. 8. 3.

Obſcurum cenſuit Auguſtinus in Pſaltis verſiculum ſcribens, & legens: « Vt ſagittent in obſcura Luna rectos corde;» Vtrum Luna lumen ex ſe habeat, an illud mutuetur à Sole: ſed exertè quod de tota Ambroſius Eccleſia, hoc ego profero de Maria: « Hæc eſt vera Luna, quæ de fraterni ſui luce perpetua, lumen ſibi immortalitatis, & gratiæ mutuatur. Fulget enim Maria non ſuo, ſed Chriſti lumine, & ſplendorem ſibi arceſſit de Sole iuſtitiæ, vt dicat: Viuo autem, iam non ego, viuit autem in me Chriſtus. Beata planè, quæ tantum inſigne meruiſti. Vnde te non tuis Neomeniis, ſed typo Eccleſiæ Beatam dixerim. In illis enim ſeruis, (cum Agar ancillâ Synagogâ, Neomenias

Aug. in Pſa. 10.
Ambr. li. 4. in Hexa. cap. 8.
Gal. 2. 20.

colente) in hoc diligeris.» In typo ſcilicet Eccleſiæ, cum Sara liberæ, & in Iſaac riſu gaudio plena, radiis Solis iuſtitiæ cumulata Mater pulchræ dilectionis appellaris. Nec deſunt qui Neomeniam in noſtro themate memoratam de plenilunio intelligant, ad creationem Lunæ, ab initio perfectæ reſpicientes. Sed & noua Luna Soli iuſtitiæ, lumen dedit vitæ. Quæſtionem hîc nouam, & à nullo quod ſciam huc vſque propoſitam, in Neomenia buccino, quo die nomen fœminis apud Hebræos imponi ſolebat. Nec ignoro præſcriptum in Leuitico, ſuſcepto maſculo mulierem, ſeptem diebus immundam, ob fluxum menſtrui remanſiſſe, & die octauo maſculum circumciſum, eique nomen impoſitum. Pro fœmina autem penſum immunditiæ duobus hebdomadibus perſoluiſſe. Vnde & colligo decimaquinta poſt femellæ nâtalem die, poſt oblatum pro ipſa, in expiationem originalis peccati, à parentibus ſacrificium, puellam quoque ſuum nomen eſſe ſortitam. Ad Mariam quod attinet, ſanctiſſimum eius nomen ab Angelo, ſancto Ioachim patri eius in monte oranti reuelatum narrat Epiphanius. Ei quippe dixit Angelus: « Anna vxor tua, pariet tibi filiam, & vocabis nomen eius Mariam.» De quo Bonauentura: « Glorioſum, inquit, nomen, quod os Domini mirabiliter nominauit.» Sed quandonam tam mirabiliter nomen accepit? Noua certè Luna, non antiquo more Romanorum Hebræa puella, octauo die, aut Hebræo nono, vel iuxta legem Leuitici memoratam decimaquinta poſt ortum die debuit appellari, cùm iuxta Bernardum: « Maria ſit à natura reuerenter conſeruata, & à lege diligenter venerata, & à gratia clementer prælecta:» Veteres moras in impoſitione nominis, mores veteres & leges non debuit

Treuetus in Pſa. 80. iuxta Hiero. in Prou. 7.

Leuit. 12. 2.

Epiph.

Bonau.

Bernar.

expectare. Hinc Nyſſenus : « Audiui , inquit , arcanam & occultam hiſtoriam , &c. (vbi poſt multa de voto & conceptu Matris ,) cum inquit , nata eſſet puella , nomen quidem impoſuit ei Mariam : vt etiam per nomen impoſitum , diuinitus datum munus ſignaretur. » Sed longè ante Natalem eius , nomen hoc à Deo Mariæ impoſitum meditatus eſt Damianus : « Germinat , inquit , virga Ieſſe de tortuoſa radice generis humani , & de Patriarcharum arbore , in altitudinem , & rectitudinem erumpens , omnem ignorat nodoſitatem , foliorum tenebras neſcit , infructuoſa quæque non habet. Videt & ardet ille vehemens amator , & totum Epithalamium in laudibus eius decantat, vbi manifeſtè ſponſus inducitur ſpirans amorem ſinceriſſimum , nec vltra valens diſſimulare quod patitur. Euocatur ſtatim cœleſtis ille conuentus , & iuxta Prophetam init Deus conſilium , cogit concilium , facit ſermonem cum Angelis de reſtauratione eorum , de redemptione hominum , de elementorum renouatione ; ac illis ſtupentibus & mirantibus præ gaudio , de modo redemptionis : Et ſtatim de theſauro diuinitatis nomen Mariæ euoluitur. » Cuius in ortu gaudium vniuerſo mundo , archetypo , Angelico , elementari , & præ cæteris humano , ad lucem nominis Mariæ radiantis annuntiatur. « Imponuntur autem nomina quibuſdam diuinitus à principio natiuitatis , ad deſignandam gratiam , quam à principio conſequuntur , ſicut patet de Ioanne Baptiſta. » Cuius tamen gratiæ plenitudo pro vaſis capacitate , & miniſterij dignitate , longè minor eſt Maria : « Quia ſingulis gratia eſt largita per partes : Mariæ verò ſimul ſe totam dedit gratiæ plenitudo. » Et cum multas in ſcriptura Marias inueniamus : « Eſra genuit Ma-

Nyſſ. de Chriſti Nat.

Dam. ſer. de Annun.

Eſa. 16. 3.

D. Th. lect. 1. in cap. 1. Rom.

Chryſol. ſer. Pſ. 145.

1. Paral. 4. 17.

Exod. 15. 20. Matth. 27. 56. Ioa. 19. 25. Rom. 16. 1. Ambr. de inſt. Virg. c. 5.

riam.» Præter ſororem Aaron & Moyſi: Mariam Magdalenam, Iacobi, Ioſeph, & Cleophe, etiam Paulus alteram Mariam ſalutari iubet ex nomine: ſed nulla Maria Dei, Chriſti, Domini nomen præter hanc ſingulariter mirabilem puellam eſt conſequuta. Quod præclarè Ambroſius vnicus adnotauit: « Speciale, inquit, Maria Domini, hoc nomen inuenit, quod ſignificat, Deus ex genere meo. Dictæ ſunt & ante Mariæ multæ: nam & Maria ſoror Aaron dicta fuit, ſed illa Maria, amaritudo maris vocabatur. Venit ergo Dominus in amaritudinem fragilitatis humanæ, vt conditionis amaritudo dulceſceret Verbi cœleſtis ſuauitate, & gratia temperata. Hoc ſignificauit fons Marat per lignum dulcoratus, eo quod populus nationum, amarus ante peccatis, vel caro noſtra temperamento Paſſionis Dominicæ in vſus alteros mutaretur.» Et vndè ſanguinem Dominus quo redimeremur accepit? An non ex Maria, quæ omne filij ſui Paſſione amariſſima, ſed amore dulciſſima, mare dolorum & tormentorum, quod peccata noſtra meruerant, temperauit. Mirabile Mariæ nomen, quod ſignificat Deus ex genere meo. O Neomeniam, & nouam Lunam, omnium in Chriſto nutricem electorum! Hinc alia verſio Eccleſiaſtici legit: « Facta ſum coram eo nutrix.» Vt verius eam quam Dianam veteres ſiue Lunam « multimammam » appellemus; de qua « amaritudinem maris, quaſi lac ſugamus.» Quod ſi quæris, ad totius nouitatis complementum, quandonam Maria Mater, Maria genitrix, Maria nutrix extiterit? Ab ipſo ortu matrem Guarricus Abbas agnouit. « Nata eſt, inquit, nobis noua mater.» Quod ſtupet Dam. exclamans: « Quæ eſt iſta quæ naſcitur, per quam omnes renaſcimur? Neque verò ſecundùm

Hiero. ad Euſtoch.

Guarr. de Nat. Virgin. Damia. Beda.

dûm Bedam tantummodo mater, quando de Spiritu ſancto concepit, ſed ex quo concepta eſt ipſa, digna fuit eſſe Mater Dei. Prærogatiuas huius nominis & maternitatis inſigne dignius omnibus Chryſologus eclebrauit: « Maria, inquit, Mater vocatur. Et quando non Maria Mater? Congregationes, inquit, aquarum, appellauit Maria. (Ex quibus nati ſunt piſces & aues, Chriſtiani ſimplices, & ſancti vt volucres in cœlo conuerſantes, quorum omnium mater eſt Maria per Chriſtum.) Nonne hæc exeuntem populum de Ægypto concepit vno vtero, vt emergeret cœleſtis in nouam creaturam renata progenies? iuxta illud Apoſtoli: Patres noſtri omnes, ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube & in mari. Et vt ſemper Maria humanæ præuia ſit ſalutis, populum quem vnda generatrix emiſit in lucem, ipſa iure præceſſit in Cantico: Maria, inquit, ſoror Aaron, ſumens tympanum in manu ſua, dixit; Cantemus Domino, glorioſè enim honorificatus eſt. Nomen hoc prophetiæ germanum eſt, hoc renaſcentibus ſalutare, hoc virginitatis inſigne, hoc pudicitiæ decus, hoc indicium caſtitatis, hoc Dei ſacrificium, hoc hoſpitalitatis virtus, hoc Collegium ſanctitatis, (quia omnium aliarum Mariarum, & quorumcumque Sanctorum colligit ſanctitatem, vel ad eius nomen homini radians ſapientiæ lumine, tanquam ad omnium virtutum gymnaſium, omnes debent concurrere.) Meritò ergo Matris Chriſti (Sapientiæ Patris, dicentis, mea eſt doctriua, &c. eruditis interſum cogitationibus) nomen hoc eſt maternum. » Quid plura? rurſum interrogas quando nomen hoc Neomenia noſtra « Maria Domini » ſortita ſit? « Ab æterno, inquit, ordinata ſum. Ab initio &

Chryſol. ſer. 146. Gen. 1. 10.

1. Cor. 10. 2.

Exod. 15. 20.

Prou. 8. 12.

Prou. 8. 23. Eccli. 24. 14. Prou. 8. 30. ante ſæcula creata ſum. Cum eo eram cuncta componens, Principis pacis, & Patris futuri ſæculi Mater, ex quo facta ſum coram eo pacem reperiens. Pulchra vt Luna, electa vt Sol, in ſplendoribus Sanctorum, ante Luciferum genita.» Chryſologum rurſus accipite: « Quid ſibi vult Sponſa Mater? ſi Mater, non Sponſa: ſi Sponſa, non adhuc Mater. Virginitate Sponſa, fœcunditate Mater. Mater viri neſcia, partus cõſcia. Aut quomodo nõ ante conceptũ Mater, quæ poſt partum Virgo Mater? Aut genitrix quando non, quæ ſæculorum generauit authorem? Principiũ dedit rebus? Natura Virgo Mater; ſemper nouerca corruptio. Eſt ergo muneris virginalis, vt regeneret per Deum Virgo, quod per Deum Virgo generauit.» Quaſi diceret: Cùm poſt primam mundi creationem, in qua Deus ex nihilo, ſine corruptione cuncta produxit, & ipſam Euam virginem ex Adæ latere: Cætera poſtmodum, ex corruptione tanquam nouerca, & ipſi homines ex Adam & Eua corrupta gignantur; ad virginitatis commendationem plurimum facit, vt Maria Virgo per Dei Verbum, Deique Filium omnes fideles regeneret, quod natura adhuc Virgo, per Dei Verbum in Adam & Eua generauit. Cùm itaque Deus cuncta de nihilo, & abſque præiacente principio corruptionis materia fecerit, natura tunc Virgine incorrupta exiſtente: Et primum hominem de inculta terra limoque virgine, & de coſta Adæ virgine, virginem Euam; ſic de Maria Virgine, corruptæ ſub arbore & violatæ genitricis damna reparante, per Verbum incarnatum regenerati hodie in Neomenia, argentea Ambroſij tuba denuo buccinemus: « Veni Eua iam ſobria. Veni Eua, etſi in te aliquando intemperans, ſed iam in prole ieiuna, &c. Veni ergo Eua iam Maria, quæ nobis, non

Chryſol. ſer. 146.

Ambr. de inſt. Virg. cap. 5.

ſolum virginitatis incentiuum attulit, ſed etiam Deum intulit.» Et gaudium vniuerſo mundo annuntiauit. Et hæc de Neomenia, noua Luna dicta ſufficiant.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Aduertamus quam prudenter & iuſtè Pſaltes hortatus Verbi diuini præcones, tuba in Neomenia buccinare, immediatè ſubiecerit; «in inſigni die ſolemnitatis veſtræ.» Num. 29. 1.
Quot enim & quanta ſolemnia in menſe ſeptimo agebantur. Prima die menſis ſeptimi feſtum tubarum, in memoriam datæ legis in ſono tubæ. Leuit. 25. 9. Hoc menſe feſtum expiationis, Scenopegiæ, ſiue Tabernaculorum; collectæ, & octauarum eorumdem colebatur. Lyranus ex Hebræo, pro inſigni die, legit terminum diei feſti. Chaldaïca Paraphraſis, in menſe qui coopertus eſt, ſiue ob feſtum Tabernaculorum, ſiue quod in nouilunio lumen Lunæ obtectum videatur. Et ſic erit iuxta Pſaltem: «Conſtitutus dies ſolemnis in condenſis, vſque ad cornu altaris.» Richardus Cenomanus «diem Throni» dixit: ſed hunc locum Pſaltis, natali Virginis aptauimus, O diem ſolemnē, diē throni, in quo augurata ab æterno mūdi Regina, clara ex ſtirpe Dauid exoritur! O diem celebrē, quo veri legiſlatoris mater naſcitur, «cuius in manu ignea lex» duros Deut. 32. 2.
emolliens, «& lex clementiæ in lingua eius.» Prou. 31. 26.
Diem tabernaculi, in qua ad terram promiſſam, & hæreditatem cœli tranſeuntes, ſub columna nubis ab æſtu protegimur. Securus ambula Chriſtiane, ſub hoc tabernaculo. «Per diem Sol non vret Pſ. 120. 6.
te, neque Luna per noctem.» Diem expiationis, quo per eam, quam dixit Auguſtinus «veniæ venam, & gratiæ Matrem.» Aug. A delictorum noſtrorum ſordibus expiamur. Diem termini quo auro-

Digitized by Google

ra naſcitur, initium diei, & terminus noctis: vt ea
Rom. nata iam tum cum Paulo buccinandum eſſet:
13. 12. Heſich. « Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.»
ſupra. Dies, inquam, termini quo, « totius Trinitatis complementum » apparuit, terminus operum Dei & totius puræ creaturæ perfectiſſimus. Quid enim Matris Dei dignitate ſublimius? Ante quam nil in cœlo, nil in terra, erat quod plenè in creaturis di-
3. Reg. uinam potentiam, ſapientiam, bonitatem termi-
18. 43. naret. Sed ſicut Elia puero ſuo iubente: « Aſcende & proſpice contra mare: qui cum aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait, non eſt quidquam. Et rurſum ait illi, reuertere ſeptem vicibus. In ſeptima autem vice: Ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis (Pagninus ex Hebræo, ſicut vola viri) aſcendebat de mari, &c. Ecce nubes & ventus, & facta eſt pluuia grandis.» Et exinde fertilitas. Et Maria ex vtero Annæ velut mari prodiens ſicut nubecula parua, ſeptimo menſe, quaſi ſeptima vice, pluuiam gratiarum & fertilitatem bonorum omnium, & votorum, vt ita dicam, ipſius diuinitatis terminum ſecum aduexit, cùm ante natalem eius non eſſet quidquam quod ei plenè, ad terminum & cumulum vſque ſatisfaceret: nilque arida & ſterilis terra humani generis præter ſpinas & tribulos germinaret. Quidni denique diem nunc collectæ
Cant. 7. nouarũ frugum dixero, cum ipſa in Cant. dilecto ſuo
13. Neomenia dicat: « Omnia poma noua & vetera ſeruaui tibi dilecte mi.» Et alibi rurſum: « Flo-
Eccli. res mei, fructus honoris & honeſtatis.» Et iterum:
24. 23. « Ego quaſi vitis, fructificaui ſuauitatem odoris.»

Secunda Reflexio. Et fructus nouos ex nominis eius Emphaſi, in die ſolemnitatis noſtræ
Bonau. omnes cuiuſcumque ſtatus & conditionis colliga-
in Pſalt. mus. Et primo quidem à Bonauentura diſcamus,

« Omnipotens poſt Deum nomen eius. » Si enim, Rup. in Gen.
iuxta Rupertum nomen Abrahæ magnificatum eſt,
ex quo vna litera he nominis Dei quæ ſignificat
eſſe, addita eſt, cùm prius Abram vocaretur;
ideóque ſecundùm Origenem, quando Deus Abra- Orig. cont. Celſum
ham inuocabatur, exaudiebat promptius inuocan-
tem, propter conſortium nominis: quantò prom- Pſ. 144. 18.
ptius propitius erit, qui « propè eſt omnibus inuo-
cantibus eum, inuocantibus eum in veritate; » ſi
proximam, & coniunctiſſimam Deo « Mariam
Domini, ſignificantem Deum ex genere ſuo » in-
uocauerit. Scio quidem « nomen Ieſu neceſſarium Rup. in Ioan.
eſſe vniuerſæ orationis vehiculum: » ſed Anſel- Anſel. de excell. Virg. c. 6.
mum recolo teſtantem: « Velociorem interdum
eſſe ſalutem in nomine Mariæ quam Ieſu: quia Fi-
lius Iudex eſt, & omne iudicium dedit Pater Filio,
&c. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia Io. 5. 22. & 27.
filius hominis eſt. » Maria autem aduocata noſtra,
« adiutrix in opportunitatibus, in tribulatio- Pſ. 9. 10
ne. »

Tertia Reflexio. Eia fratres, quacumque in cauſa, belli, pacis, terræ, maris, in quocumque negotio, ad Mariam recurrite. Vos milites, in hac Neomenia, in hac die ſolemnitatis veſtræ, ad Mariam confugite; & hac duce, « Terribili caſtrorum acie ordinata, omni armatura fortium » victoria certiſſimè reportanda, victricem eius vmbram buccinate. Hæc nempe Arca ſanctificationis, quam Hieronymus vertit, « Arcam fortitudinis » Chryſoſtomus roboris? appellat. Quæ tot afflixit Azotios, tot Bethſamitas occidit, & circumducta ſepties Iericuntinos muros euertit. Vnde & Leuitæ tollentes Arcam fœderis exercitu ad bellum procedente, cantabant: « Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum

Hiero. in Pſal.

Pſ. 67. 1.

à facie eius.» Ionathas è Machabæorum genere,
1. Mac. 10. 21. in feſto Tabernaculorum copioſum ſcribitur exercitum congregaſſe. Et ſub vmbra Virginis, quam
Ephrē. Euagr. lib. 4. cap. 23. Nicetas lib. 3. hiſt. ſanctus Ephrem vocat « fidelium vallum » ſub hac turri Dauid vnde mille clypei pendent, quid Chriſtiani exercitus reformident. Neſcitis Duci fortiſſimo nomine Narſi ſolicito & oranti, ſignum dediſſe Virginem, & quomodo pugnaret, docuiſſe, & eius patrocinio triumphaſſe? Numquid & Manuel Comnenus Imperator, parta Virginis ope victoria, Conſtantinopoli ſpoliis, vna cum captiuis hoſtibus, in curru magnifico traductis, imaginem Virginis triumphantem, circumquaque per vrbem tranſuexiſſe, quam Nicopeam ex Curopalate dictam Imperatores feſtis ſolemnioribus magna pompa & ſingulari deuotione colebant. Neque verò ſolis militibus contra hoſtes viſibiles pugnantibus, ſed maximè contra ſpiritalia nequi-
Iob 7. 1. tiæ, « Militia eſt vita hominis ſuper terram. Non
Epheſ. 6. 12. enim nobis eſt colluctatio tantum aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus rectores & poteſtates tenebrarum harum.» Et quid tam infeſtum tene-
Cant. 6. 9. bris quam « aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol.» Vnde ſequitur propriè contra tenebrarum principes « Terribilis vt caſtrorum acies
Chryſoſt. ho. 8. in c. 4 Rom. ordinata.» Quæ teſte Chryſoſtomo, « ſolo nomine Mariæ draconem incantat, & ſpeluncis abigit.» Hæc quippe eſt cui « inimicitiæ ſunt cum ſer-
Gen. 3. 15. pente & ſemine eius, cuius caput ipſa contriuit.» Et Bonauentura atteſtante, « eius ſolo audito no-
Bonau. in ſpec. S Brig. in reuel. mine, tanquam à facie exercitus fugiunt dæmones profligati.» Quorum cum inſonuit nomen auribus, animam cui inſidiabantur, ſubito derelinquunt terrefacti. Mariæ ergo nomen in corde, Mariam in ore, Mariam in manu ſemper pro ſcuto, pro gla-

dio, inuictiſſimo habeamus.

Qvarta Reflexio. Et vos mercatores buccinate in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Nec enim fruſtra in Conciliis contra Neſtorianos habitis, & in Synodo Conſtantinopolitana, & Chalcedonenſi, Maria Theotocos appellatur, quæ vox non tantùm Matrem Dei, ſed & « negotiationem Dei, vſuram Dei » ſignificat. Vt mirum non ſit eam Bernardum dixiſſe: « Negotium ſæculorum. » Quæ enim terra fœcundior, quæ menſa trapeſitæ nummis fœnori expoſitis ditior? quæ excepto virgineo ſinu ſemine Verbo Dei, in tantam meſſem excreuit electorum, vt facto « ventre eius ſicut aceruo tritici, » horrea cœli, baiulis Angelis impletura ſit in die iudicij. Quæ & accepta mna, ſignata Patris imagine, vel talento auri pretioſiſſimo ad ſui ventris menſam, centuplum & milleſimum prædeſtinatorum lucrum & fœnus, Deo pepererit, quos ſuis meritis & oratione, « portantes imaginem cœleſtis, ſpiritu reformauit, & conformes fecit imagini filij ſui, ſignatos lumine vultus Dei. » Et nos exempla eius ſecuti, ne inutilem in ſudario pecuniam Domini reponamus, ſed multiplici eleemoſynæ fœnore pauperibus impenſo, & bona temporalia augeri, & æterna nobis bonis operibus cumulari ſatagamus. « Vſura mundi centum ad vnum: Deus vnum accipit ad centum: & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forſitan de cautione ſoliciti. Quare? nonne homo homini exiguæ chartulæ obligatione conſtringitur? Deus tot & tantis voluminibus cauet, & debitor non tenetur? Sed dicis, eſto quod debeat: quo exigente reſtituet? ſeipſo. (Fidelitate verbi & promiſſi ſui vrgente.) Quia non poteſt

Concil. Cõſtã-tinop. 2. c. 6.

Bernar.

Cant. 7. 2.

1. Cor. 15. 49. Rom. 8. 29. Pſ. 4. 7.

Chryſol. ſer. 25.

ille mentiri. Idem ipſe eſt, & executor & debitor.»

QVINTA REFLEXIO. Nulla hominum conditio, nulla profeſſio exſors hodiernæ lætitiæ. Vos itaque qui ſulcatis mare, ſicut & qui terram colitis & aratis, diem hunc ſolemnem colite. Hæc inſignis dies ſolemnitatis veſtræ, quo ſtella maris exorta eſt: quo & Robertus Rex Galliæ anno Chriſti 1022. ex prima regni nobilitate, nouum ordinem triginta equitum inſtituit, quibus in aurea torque ſtellam pro inſigni inſertam collo circumpoſuit. Et doctus Idiota, nouam nomini MARIÆ interpretationem dedit, « Doctricem & Magiſtram maris ſignificare » meditatus. Et quis, maris huius vitæ fluctus, ventos, ſyrtes, pericula, tempeſtates, naufragia prætergreditur? quis gratiæ diuinæ, quis gloriæ portum fœliciter appellat, niſi continuò ſtellam maris MARIAM inſpiciat? Quis tandem maris huius amariſſimi ſalum, quis tot dolorum amaritudines, abſque MARIA conſolatrice guſtet & ſorbeat? Cuius nomen Epiphanio interprete: « Myrrham maris ſonat.» Hæc ſiquidem vel ſolum inuocato eius nomine, in tribulationis amaritudine, ſit licet « magna velut mare contritio tua » implebitur illud in te, & de conſolatione promptiſſima ſtupefactus, dices: « Ecce in pace, amaritudo mea amariſſima.» Et à corruptione impatientiæ & blaſphemiæ MARIÆ nomine, & myrrha maris præſeruatus, non « vir pollutus labiis, ſed in ſermonibus tuis iuſtificatus » audies dulciter tibi MARIAM blandientem, & pro te Filio ſuo ſupplicantem; & dicentem: « Labia eius ſicut lilia, diſtillantia myrrham primam. Memor fuit nocte tribulationis & amaritudinis ſuæ, nominis mei Domine, & cuſtodiuit legem tuam. Superius mul-

Iacob. du Brueil Antiq. Pariſ.
Idiota.
Epiph.
Eſa. 38. 17.
Eſa 6. 5.
Pſ. 50. 5.
Cant. 5. 13.
Pſa. 118.

titudine dolorum eius, consolationes tuæ lætificent animam eius. » Tanta porro vis est in hac nominis Mariæ inuocatione consolatio, vt Filius eius qui « myrhatũ vinum noluit bibere » quod erat fortissimum, ne quid roboris acciperet, sic nec Mariæ nomen in Cruce voluit appellare, ne quamcumque consolationem ex eius pronuntiatione sumeret. Nobis hoc totum positis in tribulatione poculum hauriendum clementissima pietate prouidebat. Ps. 93. 19. Marc. 15. 23.

Sexta Reflexio. Cùm variæ sint huius vitæ miseriæ, his omnibus noua remedia, Neomenia nostra procurat. Communis omnium mortalium sors est, peregrinorum & viatorum conditio: « Quamdiu enim sumus in corpore peregrinamur à Domino: » Et quod nobis iter agentibus dulcius hospitium, quàm quo Maria excepit Dominum, in castello Marthæ figurata? quo allusit Chrysologus: « Mariæ nomen, inquit, hospitalitatis est virtus. » Si nobis cum proximo, nobisipsis in pugna mentis & carnis, cum Deo, in peccatis sunt lites: Maria primùm nos securos facit: « Per se regnare Reges, legum conditores iuxta decernere. » Dehinc, « Ex quo facta est, pacem coram Deo reperisse. » Et sanctus Ioannes Geometra. « Latitudinem terræ dimensus, » & immensa « viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Dominus oriens ex alto. » Sic de Maria, pacifica, & vera Sulamite loquitur: « Vocatur, inquit, Virgo ius dirimens lites. » Iure etenim patriæ potestatis, quo Christus etiam postquam omnia subiecit ei Pater, subiectus est Patri, subditus est & Matri; quæ summo & proprio iure lites omnes inter Deum & peccatores dirimit, & componit. Vt quid enim inter leonem & libram signum virginis, 2. Cor. 5. 6. Chrys. sol. ser. 146. Prou. 8. 15. Cant. 8. 10. Eccli. 1. 2. Luc. 1. 78. Ioann. Geom. 1. Cor. 15. 27.

niſi vt Deum ſummum Regem iratum placet, & inter furorem eius, libramque iuſtitiæ mediatrix intercedat? « Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius. Teneamus eam, nec dimittamus donec benedixerit nobis. Potens eſt enim, nempe vellus eſt medium inter rorem & aream: mulier inter Solem & Lunam: Maria inter Chriſtum & Eccleſiam conſtituta. » Ideo & ſpeciali Dei prouidentia nata eſt vindemiæ menſe, aſſumpta meſſe, quo tempore iurgia fori liteſque ſuſpenduntur. « Quidquid enim tunc in tribunalibus definitur, irritum cenſeatur, inquit alicubi Damianus. » Denique ſi nobis cum morbis eſt lucta, hac maximè anni tempeſtate, qua iuxta Galenum: « Morbi autumnales, aut longi ſunt, aut mortales: » ideo nobis hoc tempore nata eſt, animæ, & corporis ægritudinibus efficaciſſima medicina, quæ « publicum peccatoribus aperuit Valetudinarium. » Dicam & factam mortis antidotum & vitæ perditæ reparatricem. « Sine Maria nec curari mors poterat, nec vita reparari. Veniat Maria, veniat materni nominis baiula, quatenus prodeant ab inferis mortui, mortui exeant de ſepulchris. »

Bern. in ſign. magn.

Galen lib 3. de diebus decret

Baſil. orat. 17.

Chryſol. ſer. 64.

Septima Reflexio. Cùm propriè ſeptimo menſe, feſtiuitas eſſet expiationis, id eſt pœnitentiæ qua peccata purgantur, & hic menſis Ethanim diceretur, id eſt fortitudinum & aſperitatum. Et Arca figura Mariæ dicta ſupra, Arca roboris & fortitudinis, pellibus cilicinis ex capris operta, eſſet & ſimul Arca aſperitatis; quæ menſe ſeptimo eſt inducta in templum; iure à ſancto Ignatio Neomenia noſtra, « nouæ vitæ noſtræ, & pœnitentiæ magiſtra » vocatur, non quod « ſcopa Lazari eguerit, quæ nihil proprij inquinamenti ha-

2. Par. 2. 5.

Ignat.

Ber. ſer. 2. de Aſſumpt.

buit: » ſed quòd non tantum nata, ſed & concepta, pro mundi peccatis pœnitentiam egerit. Vnde, & « capilli eius ſicut greges caprarum, &c. » Cant. 4. 1. quòd vel iam inde, Arca fœderis cilicina pro peccatoribus cogitaret. « Menſis ſeptimus afflictionis & Leuit. 16. 29. expiationis eſt. » Pudeat innocentiſſima Virgine infantula pœnitente, corda noſtra ad eius imitationem Magiſtræ non flecti; cùm quercus in oliuæ ſcrobem inſita molliatur. « Nos hanc ritè ſolemnitatem colimus, cùm corpus noſtrum pro Domino laboribus, & ærumnis atterimus; cum interiorem hominem per compunctionis, & fletuum lamenta mactamus, &c. Cùm ſancta quælibet anima redemptori ſuo veraciter in amore coniungitur; cùm ei velut in ſponſali thalamo, (ſicut Luna Soli) per oblectationis intimæ glutinum copulatur, tunc proculdubio ſolemnitatem Neomeniæ celebrat, dum reformatam ſe à ſuperno lumine, fratrum ſuorum aſpectibus repræſentat. » O Neomenia, noua Luna, « tanta eſt virtus tui ſanctiſſimi nominis, ô ſemper benedicta Virgo Maria, quod mirabiliter emollit, ac penetrat duritiam cordis humani. » Nec ignoras « magis propter peccatores, quàm propter iuſtos te factam eſſe Matrem Dei. »

Damiã. lib. 4. ep. 16.

Idiota.

Anſel. de excel. Virgin. c. 1.

Damaſcenus, cùm mentis, & carnis beatiſſimæ Virginis perfectiones deſcripſiſſet; ſic in Neomaniam noſtram concludit exclamans: « O miraculum omnium miraculorum maximè nouum; mulier Seraphinis ſublimior effecta eſt: Deus viſus eſt, paulominus ab Angelis minoratus. Sileat ſapientiſſimus Salomon, nec iam nihil ſub Sole nouum eſſe affirmet. O Virgo diuinitus gratia donata; templum Dei ſanctum, quod ille pacis Princeps Salomon ſpiritualiter conſtruxit, & habitauit;

Damaſcen. orat. 1. de natiuit. Virg.

Eccle. 1. 10.

non auro, & inanimis lapidibus ornatum, verùm auri loco Spiritu fulgens: pro lapidibus autem pretioſis, margaritam ingentis pretij Chriſtum habens: illum, inquam, diuinitatis carbonem, quem, vt
Eſa.6.6. labia noſtra tangeret, (dans oſculum Sponſæ ſuæ, naturæ noſtræ ſe vniens,) obſecrabat: vt hac ratione purgati, ipſum cum Patre, & Spiritu laudaremus, clamantes, Sanctus, &c. vna diuinitatis natura, in tribus perſonis. Sanctus Deus, & Pater, qui in te, atque ex te myſterium illud perfici voluit, (complementum Trinitatis,) quod ante ſæcula præfiniuerat. Sanctus fortis, Filius Dei ac Deus, qui te vnigenitam, ac primogenitam, hodierno die ex ſterili matre produxit: vt qui vnige-
Coloſſ. 1. 15. nitus erat, ac primogenitus omnis creaturæ, vnigenitus ex te Virgine MATRE genitus, primogenitus
Rom.8. 29. ſit inter multos fratres, æquè videlicet ac nos, carnis ac ſanguinis abs te particeps factus. At verò non ex ſolo patre, aut ex ſola matre te produxit; vt ſoli vnigenito, vnigeniti proprietas omnibus partibus perfecta ſeruetur. Solus enim ipſe vnigenitus eſt ex ſolo patre, & ſolus ex ſola matre. Sanctus immortalis Spiritus ſanctus, qui diuinitatis ſuæ rore
Exod.3. 2. te ita conſeruauit, vt ab igne diuino minimè abſumpta fueris: nam hoc quoque MOSIS rubus præſignabat. » O ſanctiſſimæ Trinitatis diuiniſſimum complementum! per te Patris omnipotentia, fragilitati noſtræ ſuccurrat, per quam omnem infantiæ infirmitatem neſciſti. Per te Filij ſapientia noſtram illuminet ignorantiam, per quam omnium Cherubim, ab ipſo natiuitatis exordio, ſuperaſti ſcientiam; Per te Spiritus ſancti bonitas, omnem prauitatis cordis noſtri malitiam corrigat, ſuoque igne molliat duritiem; per quem omnium Seraphim ſuperaſti charitatis ardorem, da nobis in hac

tui natalis, solemnitatis tuæ & nostræ insigni die, toto corde & ore noua Neomeniæ miracula buccinare; vt cum cœlitibus omnibus in cœlesti gloria sanctissimæ Trinitatis in te omnia vota sua complentis, & in Christo Filio tuo omnia instaurantis, laudes possimus æternaliter decantare. Amen.

IN FESTO S. NICOLAI DE TOLENTINO.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem; quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Psal. 36. 37.

NOn frustra, nec sine mysterio Ioannes in Apocalypsi describens ciuitatem sanctam Ierusalem, & duodecim eius portas, & singulas, ex singulis margaritis candidis & pretiosis contextas induxit: nimirum vt & ab Oriente, & Occidente, ab Aquilone & Austro, ternos introitus ad gloriam, magna Dei largitate, hominibus patere demonstraret; qui « congregabit à quatuor ventis » & absque acceptione personarum iudicans, « ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire:» duodecim autem portas dixit duodecim margaritas: quod in Adam perdita innocentiæ margarita, de Paradiso terrestri exules, intelligamus nullum nisi per portam ex margarita compositam, hoc est per innocentiam, Baptismo vel Pœni-

Apoc. 21. 21.

Matth. 24. 31.

Apoc. 7. 9.

1. Tim. 2. 4.

tentia reparatam, in Paradiſum regreſſurum. Vt vel via lactea vitæ innocentis, quam ſibi in emblema præſcripſit ſanctus Carolus Borromæus, cum ſymbolo, « monſtrat iter: » vel per « aſcenſum purpureum, vſque ad ſanguinem peccato reſiſtendo, » & lachrymas ſanguinem cordis in pœnitentia effundendo reuertamur. « Quis enim aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde. » O quam altus, & ſublimis, in ſummo innocentiæ, & pœnitentiæ monte Nicolaus; qui per roſas, & lilia, lacteam ſimul, & purpuream viam, « candidus & rubicundus » ad ſummum peruenit perfectionis apicem. Audiuit certè, & cuſtodiuit etiam in hac miſeriæ valle beatus verbum Dei, & intimo exaratum corde illud Dauidicum: « Cuſtodi innocentiam, &c. vidit iudicis æquitatem, & verè pacificus præclaras accepit, deditque Eccleſiæ reliquias. » Sed nulla tibi in innocentia, pœnitentia, pace, reliquiis comparabilis creatura, ô MARIA; « Tota pulchra, & ſine macula; Sunamitis, ex quo facta es, quaſi pacem coram Deo reperiens » reliquias nobis in altaris Sacramento pretioſiſſimas reliquiſti, quam innocentiſſimam agni matrem, vtpote gratia plenam Angelus ſalutauit. Aue Maria.

Tipot. in Hierogr. Card. — Cant. 3. 10. — Pſ. 24. 4 — Cant. 5. 10. — Pſa. 36. 37. — Cant. 4. 7. — Cant. 8. 10.

EXORDIVM.

Quàm fœlix & beata humanæ naturæ conditio, ſi in illo florenti innocentiæ ſtatu conditus homo perduraſſet: « Plantauerat Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, (Hebr. ab Oriente, Septuaginta ad Orientem) in quo poſuit hominem quem formauerat, produxitque Dominus Deus de

Gen. 2. 8

humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue; lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita, &c.»

Omnia in illo deliciarum loco elementa ad plenam hominis voluptatem concurrebant. Aër serenus, nullo nubilo turbidus; terra nullo cultu, ornata floribus, fructibus onerata, omnes simul veris delitias, & Autumni diuitias exhibebat, aqua crystallina limpidissimi fontis, singulas plantas, mæandrico fluxu flexuque rigabat. Illic versicolorum auium garritus demulcebat aures; illic omnium fluctuum sapor, multiplici varietate gustum, florum balsamea suauitas odoratum mirabiliter afficiebat. Quid plura? robur, & forma corporis, pleno animæ dominio subiecta; anima innocentiæ bysso, purpura charitatis induta, hominem « super omnia opera manuum Dei constitutum, paulominus ab Angelis coronatum honore & gloria minuebat. » Accipite Augustinum sic beatitudinem Paradisi describentem: « Quid, inquit, timere, vel dolere poterant illi homines, in tantorum tanta affluentia bonorum, vbi nec mors metuebatur, nec vlla corporis mala valetudo: nec aberat quicquam quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat quod carnem animumve hominis fœliciter viuentis offenderet? Amor erat imperturbatus in Deum, atque inter se coniugum fida & sincera societate viuentium, & ex hoc amore grande gaudium; non desistente quod amabatur (flore pulchritudinis & suaui conuersatione) ad fruendum. Erat deuitatio tranquilla peccati; qua manente, nullum aliunde malum quod contristaret irruebat,

Ps. 8. 7. 8.

Aug. li. 14. de ciu. c. 10

&c. Quàm igitur fœlices erant primi homines, & nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum lædebantur incommodis: tam fœlix vniuersa societas esset humana, si nec illi malum quod etiam in posteros traiicerent, nec quisquam ex eorum stirpe iniquitatem committeret quę damnationem reciperet. Atque ista permanente fœlicitate, donec per illam benedictionem qua dictum est, Crescite & multiplicamini, prædestinatorum Sanctorum numerus compleretur, alia maior daretur, quæ beatissimis Angelis data est, vbi iam esset certa securitas peccaturum neminem, moriturumque neminem, &c.» Paulò infra; vtrumque hominis, hoc est & corporalem, & spiritalem in statu innocentiæ fuisse Paradisum asserit. «Viuebat, inquit, homo secundùm Deum in Paradiso, & corporali, & spiritali: neque enim erat paradisus corporalis, propter corporis bona, & propter mentis, non erat spiritalis. Aut verò erat spiritalis, quo per interiores; & non erat corporalis, quò per exteriores sensus homo frueretur. Erat planè vtrumque propter vtrumque.» O Adam iam tum tibi illud mentis auribus Dauidicum Spritus sanctus insusurrabat, ad custodiam vtriusque Paradisi necessarium: «Custodi innocentiam,» qua perdita, omnem perdes vtique paradisi voluptatem: «Et vide æquitatem:» Quam iustè scilicet, traditis in potestate tua arboribus, in vno ligno vetito, sui Domini vult ostendere potestatem. «Quoniam reliquiæ sunt homini pacifico.» Si cum Deo fueris obediendo pacificus, Deus erit erga tuas reliquias in statu innocentiæ propagandas munificus: Alias in te posterisque tuis plectendis vindex æquissimus. Sed proh dolor, vsurpauit homo vetitum, & perdidit, magna æquitate, concessum Adam & Eua pecca-

Gen. 1. 28.

Ibidem cap. 11.

Ps. 36. 37.

Digitized by Google

peccauerunt. « Et reliquiæ impiorum interibunt.» Pſa. 36.
ambo Paradiſo eiecti; quò nemo niſi baptiſmo, vel 38.
pœnitentia reparata innocentia, regreditur. Hanc viam tenuit Nicolaus, fidelis innocentiæ baptiſmalis cuſtos, & Pſaltis auidiſſimus auditor, ſibi dictum reputans, « Vidit æquitatem, cuſtodiuit innocentiam » præclaraſque reliquias verè filius Dei pacificus, Eccleſiæ reliquit. Hæc prima tractatus parte diſcutiamus; vt in ſecunda, exemplo eius, vel cuſtodiamus innocentiam, vel perditam, per pœnitentiam reſtauremus. Pſalm. 36. 7. Diviſio.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Quid de Adamo fruſtra querimur? quid innocentiæ ſtatui inuidemus? quid lapſui naturæ humanæ inſultamus? Si « per hominem mors, per hominem vita. Primus Adam de terrena terrenus, ſecundus Adam de cœlo cœleſtis. » In ſtatu naturæ integræ homo ad imaginē Dei factus: in ſtatu naturæ erectæ Deus « in ſimilitudinem hominum factus.» In illo vnio ſimplex facta eſt gratiæ, in iſta vnitas inuenta perſonæ. In illo « vir caput mulieris: » in iſto Chriſtus Eccleſiæ. In primo mulier inquinauit virum: in ſecundo vir mulierem expurgauit, « non habentem maculam neque rugam. » Neque enim decebat humanæ infirmitati cedere Patris æterni potentiam; ſerpentis fraudi, filij ſapientiam; malitiæ diaboli, Spiritus ſancti bonitatem. Vnde Paulus: « Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia: Et non ſicut delictum ita & donum. » Pulchrè Auguſtinus vtrumque ſtatum comparans: « Tale, inquit, erat adiutorium, quoddesereret, cùm vellet, & in quo permaneret ſi vellet, non quo fieret vt vellet. Hæc prima eſt gratia quæ data eſt primo Adam; ſed hæc potentior eſt in ſecundo

1. Cor. 15. 21. verſ. 47. Philip. 2. 7. Epheſ. 5. 23. Epheſ. 5. 27. Rom. 5. 20. & 15. Aug. li. de corr. & grat. cap. 11.

Digitized by Google

Adam. Prima eſt enim, qua fit vt homo habeat iuſtitiam, ſi velit: ſecunda ergo plus poteſt, qua etiam fit, vt velit; & tantùm velit, tantoque ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiſcentem, voluntate ſpiritus vincat. » Et paulo ſupra vtramque diſtinguit gratiam; & licet lætiorem fuiſſe fateatur Adami ſine tentatione & repugnantia, benè iuſtéque viuendi, gratiam; noſtram tamen aſſerit in vincenda cupiditate fortiorem; Quam in noſtro, ipſo etiam nomine victore Nicolao, digno Auguſtini filio videbimus: « Ille, inquit, (ſupple Adam) in illis bonis Chriſti morte non eguit: iſtos à reatu, & hæreditario, & proprio, illius agni ſanguis abſoluit. Ille non opus habebat illo adiutorio quod implorant iſti, cùm dicunt: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ille verò nulla tali rixa, à ſeipſo aduerſus ſeipſum tentatus atque turbatus, in illo beatitudinis loco, ſua ſecum pace fruebatur. Proinde etſi non interim lætiore nunc, verumtamen potentiore gratia indigent iſti. Et quæ potentior quàm vnigenitus Filius? &c. » Hanc qui ſuis, ſecundum menſuram beneplaciti, partitur electis, magno & exundanti cumulo, noſtro effudit abundantiſſimè Nicolao, fortiore aduerſus ſerpentis fraudes, & vires, in cuſtodienda innocentia, quàm Adam in Paradiſo.

Aug ib.

Rom 7. 24.

Multi requirunt, cur præuiſum Adæ lapſum non præuenerit Deus? quibus cum Auguſtino reſpondeo, id Deum optimum permiſiſſe, ad humiliandam ſuperbiam hominis, & diaboli, & efficaciam ſuæ gratiæ extollendam. « Deo, inquit, præſciente, quid eſſet facturus iniuſtè, (Adam ſcilicet) præſciente tamen, non ad hoc cogente, ſed ſimul ſciente, quid de illo ipſe faceret iuſtè. Nunc verò poſtquam eſt illa magna, peccati merito amiſſa li-

Aug. li. de corr. & grat. c. 12.

bertas; etiam maioribus donis adiuuanda remanſit infirmitas. Placuit enim Deo, quò maximè humanæ ſuperbiam præſumptionis extingueret; vt non glorietur omnis caro coram ipſo, id eſt omnis homo. Vnde autem non glorietur, niſi de meritis ſuis, quæ quidem potuit habere, ſed perdidit: hoc eſt per liberum arbitrium? Propter quod, non reſtat liberandis, niſi gratia liberantis, &c. Subuentum eſt igitur infirmitati libertatis humanæ, vt diuinâ gratiâ indeclinabiliter, & inſuperabiliter ageretur. Et ideo quamuis infirma, non tamen deficeret, neque aduerſitate aliqua vinceretur.» O quot bona per gratiam Saluatoris, eliſæ naturæ, & prorſus infirmæ collata ſunt, quibus ſtans integra innocentia caruiſſet! Vbi Nicolae, tui nominis energia tum fuiſſet? Vbi enim victoria, ſine certamine, vbi laus ſine virtute? Vbi virginitas, vbi prolis ſeminandæ neceſſitas? Vbi obedientia tua & paupertas, vbi nulla ſuperbiæ in dominando, nulla auaritiæ in acquirendo cupiditas? Vbi pœnitentia, vbi nullus dolor de propria vel alieni culpa? Vbi abſtinentia, ſenſuumque omnium mortificatio, vbi nulla carnis edomanda rebellio, vel Chriſti paſſibilis inuitatio? Vbi ſpiritalis, & corporalis miſericordia, vbi nulla proximi indigentia? Vbi vllus actus virtutis Heroïcus, vbi nullus ex appetitu & fomite peccati reniſus? O quot virtutibus & meritis, quanta gratia, & gloria Nicolaus noſter, abſque fœlici peccato Adam, ſed longè beatiori Chriſti gratia, fraudatus, coroniſque mulctatus, nuſquam virgo, obediens, pauper, miſericors, pœnitens, tot ieiuniis, abſtinentiis, cacumeniis, xerophagiis, flagellis ferreis innocentia cuſtodita, longoque ſeptuaginta annorum martyrio laudatiſſimus. Hinc cum Auguſtino concludo: «Fortiſſi-

1. Cor. 1. 29.

Aug. eod. ca. ſupra. mo quippe (Adæ innocenti) dimiſit, atque permiſit facere quod vellet, infirmis ſeruauit, vt ipſo donante, inuictiſſimè quod bonum eſt, vellent, & hoc deſerere inuictiſſimè nollent.» Quid magis appoſitum ad victorioſi & inuictiſſimi ſemper ac laudatiſſimi Nicolai gloriam? qui ſemel in Baptiſmo reparatam innocentiam, indeclinabiliter, & inuincibiliter cuſtodiuit, vt cum Paulo diceret: «Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.» 1. Cor. 15. 57.

Ab ineunte ætate, ſeptennis adhuc, cum Pſalte propoſuerat, dicens: «Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.» In queml ocum Auguſtinus; «Non aqua, inquit, iſta viſibili lauas manus tuas, ſed quando pie cogitas de operibus tuis, & innocens es coram oculis Dei, quia eſt & altare coram oculis Dei quo ingreſſus eſt Sacerdos, qui pro nobis ſe primus obtulit, &c. Vbi offers vota Domino, vbi preces fundis, vbi conſcientia tua pura eſt.» Cùm Nicolaus innocens, Sacerdoti, circumdans altare, miniſtraret; meruit «audire vocem laudis,» & ab ipſo Chriſto laudari, audiuit enim dicentem ſibi: Nicolae: «Innocentes & recti adhæſerunt mihi.» O laudem, omnia elogia continentem! vbique enim, vbi Pſaltes in vulgata, dixit innocentiam; in Hebræo legimus, «perfectionem.» Cui ſcilicet nihil deſit, & ſuperſit nihil; nihil inſit maculæ, vel defectus. Rectus autem nil diſtortum, nil demiſſum, nil ſupponit elatum, vt rectiſſimæ adhæreat Regulæ. O ſublime præconium! «Innocentes & recti adhæſerunt mihi» præcepit Maximus; «Lauda poſt mortem, magnifica poſt conſummationem.» Sed ſummus Pontifex Chriſtus, de ipſo altaris oraculo, viuæ,

Aug. in Pſ. 25.

Pſ. 25. 7. Pſal. 24 21.

S. Max. ho. 59. Sap. 4. 13.

inquam, vocis oraculo, « Conſummatum in breui complentem tempora multa » Nicolaum, vt rectum, & innocentem extulit. « Vt audiam, inquit, vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua.» Vbi rurſus Auguſtinus; « Quid eſt, inquit, vt audiam vocem laudis? Vt intelligam, inquit, hoc eſt enim audire coram Deo, &c. Audire vocem laudis, eſt intelligere intus, quia quidquid in te mali eſt, de peccatis tuum eſt: quidquid boni, in iuſtificationibus Dei eſt. Ita audis vocem laudis, vt non te laudes, quando bonus es. Nã laudando te bonũ, ſis malus. Bonũ enim te fecerat humilitas, malum te facit ſuperbia &c. Lauabo inter innocentes, &c. Vt audiã vocẽ laudis tuæ: id eſt ex ipſo bono meo, non de me præſumam, ſed de te, qui dediſti; ne laudari velim de me, in me; ſed de te, in te. Ideo ſequitur, vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem vniuerſa mirabilia tua. Non mea, ſed tua. » O dignum Patris Auguſtini filium Nicolaum! O humilem tanti Doctoris humilitatis Diſcipulum! Sic primò laudatus, innocentiam tota vita & rectitudinem intentionis cuſtodiuit, vt iubente poſt mortem eius, Eugenio 4. vna manu lilium, virginitatis & innocentiæ ſymbolum præferens, alia librum apertum geſtans pingeretur, in quo ſcriptum erat: « Præcepta Patris mei Auguſtini ſeruaui. » Non vota tantum, aut Regulam, ſed humilitatis vbique commendatiſſimæ præſcripta.

Aug. ib.

Thom. Tambell. in ſpec. c. 18.

Iob quidem ore diuino, coram inuido Sathana, eſt laudatus: « Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? (Sanctes Pagninus ex Hebr. perfectionem ſuam.) tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra? »

Io. 2. 3

Tertul. lib de patient. cap. 14. Quod ſic ponderat Tertullianus : « O fœliciſſimum; inquit, illum qui omnem patientiæ ſpeciem, aduerſus omnem diaboli vim expunxit. Quem non abacti greges, non illæ in pecore diuitiæ, non filij vno ruinæ impetu adempti, non ipſius denique corporis in vlcere cruciatus, à patientia, & fide Domino debita excluſit; quem diabolus totis viribus fruſtra cecidit, &c. Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ ſuæ extulit? Cum ille homo ad omnem aceruum nuntiorum, nihil ex ore promeret, niſi Deo gratias : cùm vxorem iam malis delaſſatam,& praua remedia ſuadentem execraretur. Quid? ridebat Deus. Quid? diſſecabatur Malus, cùm Iob immundam vlceris ſui redundantiam, magna æquanimitate deſtringeret; cùm erumpentes beſtiolas inde, in eoſdem ſpecus & paſtus foraminoſæ carnis, ludendo reuocaret. » Nec impar

Aug. in Pſ. 97. Tertulliano Auguſtinus : « Tuba, inquit, ductilis erat Iob, quando repente percuſſus tantis damnis, & orbitate filiorum, tunſione illa tantæ tribulationis factus tuba ductilis ſonuit, Dominus dedit, &c. Adhuc tunditur, datus eſt in poteſtate, vt & caro eius percuteretur. Percuſſa eſt, cœpit putreſcere, ſcatere vermibus. Suppoſita Eua ad ſeductionem, vxor eius ſeruata ad miniſterium Diaboli, non ad ſolatium mariti. Suggerit blaſphemias, non obtemperat ille. Obtemperauit Adam Euæ in Paradiſo, repellit Adam Euam in ſtercore, &c. melior Iob putris in ſtercore, quàm integer ille in Paradi-

Aug. li. de patientia cap. 12. ſo. » Et rurſum alibi : « Cautior, inquit, fuit iſte in doloribus, quàm ille in nemoribus. Ille victus eſt in delitiis, iſte vicit in pœnis. Conſenſit ille oblectamentis, non ceſſit iſte tormentis, &c. » Pudet ſanè conſtantiorem ipſo ſancto Iob Nicolaum

noſtrum, cum Adamo conferre. Adam Euæ ſuadenti conſentit; Nicolaus Euæ ſuæ, id eſt carnis concupiſcentiæ reſtitit. Adam plenæ ac perfectæ ætatis, gulæ ceſſit; Nicolaus vix ſeptem annorum, ter in hebdomada gulam ieiunio perdomuit. Adam ab vno fructu ſex horis vix continuit; Nicolaus ab omni pomo triginta annis abſtinuit. Adam modico tempore virgo permanſit in Paradiſo; Nicolaus annis ſeptuaginta virginitatem ſeruauit in corrupto ſæculo. Parum eſt huic viro, Adæ fuiſſe victorem, niſi & ipſum Iob in rectitudine vitæ, & perfecta innocentia ſuperaſſet. Iob bonis pluribus abundabat; Nicolaus omnia dimiſſa contempſerat. Iob palatia multa incolebat; Nicolaus nec propriam cellam habitabat. Iob vxoratus liberos & amplam familiam poſſidebat, Nicolaus vitam cælibem virgo agens, bonorum operum fœcunditatem pro liberis habebat. Iob in fimo, aliquando mollius quàm Nicolaus in pauimento iacebat. Iob aliquoties tentatus, & vexatus à Sathana; Nicolaus ſine intermiſſione, tota vita; nunc ſpectris horrendis, nunc tentationibus diuerſis; aliquando etiam commoto Eccleſiæ tecto, confracta lampade, baculo contrito fore ſemianimis relictas, vnde reliquum, vitæ, claudus impedito greſſu proceſſit, ſed in omnibus diaboli victor euaſit. « Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo exſtruxit? » Proſequitur Tertullianus Encomiſtes eximius triumphorum ſancti viri Iob, ſub eius typo Nicolaum noſtrum extollere. « Itaque, inquit, operarius ille victoriæ Dei, retuſis omnibus iaculis tentationum lorica clypeoque patientiæ, & integritatem mox corporis à Deo recuperauit, & quæ amiſerat, conduplicata poſſedit. » Et operarius ille victoriæ Dei Nicolaus, quid accepit? non integritatem mox

Gen. 3. 6.

Tertul. de patientia cap. 14.

Digitized by

corporis à Deo recuperauit, ſed continuum vulnus in duplicis patientiæ meritum. Vt de illo dicam, quod ſubdidit Tertullianus de filiis Iob, non ſuſcitatis: « Maluit in illo die reddi ſibi: tantum gaudij ſecurus Domino diſtulit. Suſtinuit tam voluntariam orbitatem, ne ſine aliqua patientia viueret. » Nec contendens Deus duplicia reddere Nicolao; 98. gradibus Iob ſuperior, centuplum pro relictis, accepit à Domino; nec iam Limbum, & ſinum Abrahæ, dilato tamdiu Domini gaudio; ſed ſtatim poſt mortem, vitam poſſedit æternam.

Tertul. ibid.

Quod me magis in huius viri innocentia ſuſpendit, eſt in eo cernere perfectionem innocentiæ, ex integritate vitæ, & pœnitentiæ ſeueritate contextam, lilium videre ſpinis vndequaque circumſeptum, « Nazaræum candidiorem niue, ebore antiquo rubicundiorem » candorem innocentiæ, rubore pœnitentiæ permiſcentem. Hinc procedentem via lactea, inde aſcenſu purpureo « in montem myrrhæ de colle thuris » ab oratione ad mortificationem conſcendentem. Iuſtè ſanè in oratione ſtat peruigil Dauid, homicidio reus, & adulterio; « anticipent oculi eius vigilias; humiliet in ieiunio animam ſuam; & ab eo genua infirmentur; flagelletur tota die, ſit caſtigatio eius in matutinis; ponat veſtimentum cilicium; fiant lachrymæ eius panes die ac nocte; rugiat à gemitu cordis; exitus aquarum deducant oculi; » quibus concupiuit Vriæ innocentis vxorem. « Lauet per ſingulas lectum ſuum, lachrymis ſuis ſtratum ſuum riget » adulterij ſordibus inquinatum: & ſanguinem innocentis Vriæ longa pœnitentia expiet. Hic autem quid? cuius anima, cor, oculi, manus, totum corpus innocentiam baptiſmalem, tota ſollicitudine cuſtodiuit? Quod ſi Dauid prius adulter, merito pœ-

Cant. 2. 2. Thren. 4. 7. Cant. 4. 6. Pſ. 76. 5. Pſ. 34. 13. Pſ. 108. 24. Pſa. 72. 14. Pſa. 68. 12. Pſ. 118. 136. Pſ. 6. 7.

nitentiæ, iam ſenex, in eodem lecto cum adoleſcentula virgine recumbit, innocentiæ reſtitutus; ad quem gloriæ cumulum ſurget Nicolaus innocentia cuſtodita, per tot ardua vitæ pœnitentes opera ſublimatus? Quæ reliquiæ homini pacifico? 3. Reg. 1. 2.

Deus bone, quam pacem ſibi, & reliquis poſteris, Adam reliquiſſet, ſi innocentiam, qua debuerat, fidelitate cuſtodiens, pacem cum Deo ſeruaſſet, animâ ſubiectâ Deo, nec cato animæ, nec elementa contraria carni, nec creaturæ Regi, nec homines ex vno, inter ſe diuiſi rebellaſſent. Sed infœlix ſponſo diſcordiæ deguſtato, pondere culpæ aggrauato ipſa facilitate obſeruantiæ, libra iuſtitiæ originalis ab æquilibrio deflectente, in ſeipſum diuiſus eſt. Anima à Deo, ab anima caro, ab homine creaturæ rupto pacis fœdere diſceſſerunt. Hinc rixæ domeſticæ, bella publica, ipſa denique contra Eccleſiæ vnitatem ſchiſmata. Sed fidem cum innocentia perdidit, Nicolaus vna cum innocentia cuſtodita reſtituit, vt cum principali ſorte reliquias acceſſorias. Vt quod de nullo legitur, Eccleſia tot ſchiſmatibus ante diuiſa, ſtatim elatis in eius Canonizatione reliquiis, pax & tranquillitas toti orbi Chriſtiano, meritis beatiſſimi Nicolai innocentiæ cuſtodis ſit reddita, vt quam Chriſtus innocens, naſcendo per Angelum publicauit, & reſurgens ore proprio, vt columba Noë oleægercula, pacem Apoſtolis prætulit, hanc Nicolaus vniuerſali Eccleſiæ attulerit. Trecenta, vt minus, miracula in omni genere, in Bulla Canonizationis eius, à ſummo Pontifice Eugenio quarto approbantur. Cuius laudibus ſic inter cætera ſubſcribit: « Æternus, inquit, Deus, qui facit mirabilia magna ſolus, Confeſſorem ſuum eximium, Nicolaum de To-

Gen. 8. 11.

In Bullario Ordinis pag. 112 ex Cõſt. 2. paragraph. 2. Eug. 4.

lentino, in approbata Religione Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, ac eius pueritia educatum; puritate candidum, charitate fœcundum, electum ex millibus, exemplar præfulgidum ſapientia eius infinita produxit. »

Videre vultis relictas hominis huius innocentis
Pſal. 36. 37. & pacifici reliquias: « Quoniam reliquiæ ſunt homini pacifico: » Implenda prophetia fuit, vt veluti Adam innocenti parebant omnia, ſic Nicolai pe-
Pſa. 70. 16. dibus & nutui ſubiaceant omnia. « Introibo, inquit, in potentias Domini. » Et cùm iuxta Pau-
1. Cor. 6. 17. lum: « Qui adhæret Deo vnus ſpiritus ſit » vna proinde erit potentia eius, cui à puero dixit Chri-
Pſa. 24. 21. ſtus; Nicolae, « Innocentes & recti adhæſerunt mihi. » Quod ſuperbus Achas oblatum ſibi ſtultè
Eſa. 7. 11. renuit, hoc humilis Nicolaus accepit. « Pete tibi ſignum à Domino ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. » Vis aquam in vinum, panes datos pauperibus, in flores transformari, aut multiplicari; ſteriles mulieres fœcundari, carceratos ſolui, in profundum merſos emergere; ſex mortuos ſuſcitari; tres ſuſpenſos à patibulo, alterum à gladio præſeruari? Fiet tibi ſicut petis. In profundum inferni iam labentem animam pueri ſine baptiſmo defuncti; à Purgatorio plurimas, à Iudicio cognatum; diuinam ſuſpendere iram. In excelſum ſupra; ſtellam vt Magis in Bethlehem domum panis, in Eccleſiam, inquam, ducem; Muſicam Angelorum ſex ante obitum menſibus; Chriſtum vna cum Matre, & beato Patre Auguſtino in mortis articulo
Matth. 25. 21. dicentem: « Euge, ſerue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui? » Dic cum Pſalte confidenter: « Lauabo inter innocentes manus meas, &c.
Pſ. 25. 7 Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mi-
Aug. ib. rabilia tua. » Et cum Auguſtino: « Munda faciam

inter innocentes opera mea, quibus amplexabor ſublimia tua.»

Vidiſtis æquitatem iuſti iudicis retribuentem innocentiæ cuſtodi, iuxta opera ſua. Supereſt, vt reliquias ad literam hominis pacifici videamus; hactenus enim odoris boni & famæ per miracula vndequaque diffuſæ reliquias audiuimus: « Quid eſt, inquit, Auguſtinus, ſunt reliquiæ? cùm mortuus fueris, non eris mortuus: hoc eſt, ſunt reliquiæ. Erit illi aliquid & poſt hanc vitam, hoc eſt illud ſemen quod in benedictione erit. Vnde Dominus, qui credit in me, inquit, licet moriatur viuet. Quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.» O Adam, perdita innocentia, pulueri & corruptioni mortis addictus es, Nicolaus innocentia cuſtodita, tot poſt mortem annis incorruptus perſeuerat. Et præciſum brachium, vt viuo adhuc, ſanguine multo exundauit: & ſæpius, quod ſemel de Eliſæo ſcriptum eſt; quòd, « mortuum corpus eius prophetauit » ſæpiùs Nicolai brachium recenti ſtillans ſanguine, Dei in homines irati flagella prædixit. « Fecit potentiam in brachio ſuo. Et brachium Domini cui reuelatum eſt?» Prophetat & implendam prophetiam, « non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.» Stupendum dictu, auditu mirabile. Vidi ipſe, vidi baculum, quo, diabolo cum Nicolao confligente, velut Dauid certante cum Goliath, ictus eius confractum eſt, iam pro reliquia pretioſiſſima à fidelibus honoratum; cuius nec præſentiam fert ipſe diabolus, ob Energumenorum corporibus ſtatim ſe abripiens in conſpectu eius; impleto illo Dauidico, Nicolae, in te, verſiculo: « quoniam pones eos dorſum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum;» pudori, inquam, diaboli faciem, & ſtridori dentes eius, in conſpectu ba-

Aug. in Pſa. 36.

Io. 11. 25

Eccli. 48. 14.

Luc. 1. 51.

Eſa. 53. 1

Pſal. 15. 10.

Pſa. 20. 13.

culi, velut in reliquiis potentissimis præparabis; coges eos dorsum vertere, & absque tergiuersatione subitò abreptitios dimittere liberos, vt iure, velut
1. Reg. 21. 9. gladius obtruncati Philistæi, in anathema suspendatur, præclaræ monimentum insigne victoriæ.

Hebr. 9 4. Nec præteribo, quòd sicut ex Paulo, « In arca testamenti circumtecta ex omni parte auro, erat Vrna aurea habens Manna, & Virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: » Sic vidi in Arca sacrarij conuentus nostri Tolentini, baculum, non semel, sed frequenter miraculorum gloria frondescentem; & Manna in vrna argentea, quod pretiosas dicti brachij reliquias operuit; quæ cum sint hominis verè pacifici, tabulas testimonij custodientis; tota figura, vt cernitis, impleta est.

Quid dicam de pane (post febrim eius, monente beatissima Virgine, pane mendicato curatam) approbante Eugenio 4. vsque nunc solemniter be-
Psa. 77. 25. nedicto? An non « Manna, Angelorum panis » in
Sap. 16. 21. honorem Angelici hominis, ritè vocabitur; « Cum vniuscuiusque voluntati deseruiens, in quod quisque vult, in illud conuertatur? Nec quadraginta annorum spatio, quo Israëliticus populus peregrinatus est in deserto, sed à ducentis iam annis, & vsque ad consummationem sæculi, nusquam deficiente olei misericordiæ innocentis, & pacifici lecytho; vt nec farinæ pugillo, contra febres, & omnis generis morbos, ipsamque pestem, incendia, maris denique pericula imminuto. An non supra multorum Sanctorum reliquias, horrendam
In Archiu. Genuēs. maris tempestatem, onerarias naues in portu Genuensi aperto naufragio mergere minitantem frustra aduectis ab Episcopo, Clero, populo, Sanctorum reliquiis; vnius panis reliquiâ, in mare missâ;

ſtupente cœlo ; terra , mari ipſo, tranquillauit ;
Conclamantibus omnibus creaturis: « Quis eſt hic, Matth.
quia mare & venti obediunt ei ? » O Nicolae verè 8. 27.
pacifice , « Tu dominaris poteſtati maris , motum Pſa. 88.
autem fluctuum eius tu mitigas. » Planè cum Pſal- 10.
te cantabo : « Quoniam reliquiæ ſunt homini Pſa. 36.
pacifico » panis huius Sancti reliquias , & « frag- 37.
menta colligam , ne pereant ; non recedet & me- Io. 6. 12.
moria tua , & nomen tuum requiretur à generatio- Eccli.
ne in generationem. » 39. 13.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Hunc vobis aſſumite Patronum, has contra omnia mundi pericula habete reliquias , ſit vobis hic panis quotidianus , « & in fortitudine cibi illius ambulate. » Sed præ omnibus , virtutum eius exempla , in animorum morbos certiſſima remedia. Vos fratres virginalem eius & Angelicam puritatem , iugem obedientiam , profundam paupertatem imitamini; quibus, vt clypeus, « à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris , ab incurſu & dæmonio meridiano » protegamini.

3. Reg. 19. 8.

Pſ. 90. 6

Secvnda Reflexio. Tu verò , quiſquis es , qui baptiſmo perditam in Adam , in Chriſto innocentiam recuperaſti : « Cuſtodi innocentiam ad Deum , & vide æquitatem ad proximum : vt ſcilicet non facias aliis quod tibi non vis fieri. Et ideo cuſtodi innocentiam , quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico: id eſt quoniam Deus reliquit eas, ſcilicet innocentiam & æquitatem homini, quaſi in teſtamento pacis. Vnde dicitur, ſtatuit illi teſtamentum pacis. In pace autem concurrunt hæc duo ; innocentia , qua nulli noceamus ; & æquitas

Hugo Card. in Pſal. 36.

Eccli. 45. 30.

qua cunctis, vt æquum eſt ſubueniamus. Vel ſic: quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico, id eſt, ideo ſunt illa prædicta facienda: quoniam Deus reſeruat homini pacifico, qui innocentiam cuſtodit, & æquitatem facit, reſeruat dico reliquias Paradiſi, conuiuium æternum. Vnde Tobias: « Beatus, inquit, ero, ſi fuerint reliquiæ ſemini meo. » Hoc eſt bonis operibus meis, quia « qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. » Cui præuium debui præmittere, Eccleſiæ Mediolanenſis Antiſtitem Ambroſium. « Qui cuſtodit innocentiam, inquit, æquitatem videt: quoniam qui mundus eſt, Deum videt; cuius vita recta eſt, & recta iuſtitia, vt auerſetur eos qui declinauerint ad ſtudia prauitatis. Bona innocentia, quæ Deum videt. Denique alij poſuerunt: cuſtodi perfectionem. Perfectus eſt enim qui malitiam neſcit, nec dolum nouit. Ideo, inquit, cuſtodi perfectionem, quia ſunt reliquiæ homini pacifico, &c. Ergo magis reliquiæ ſunt hominis ſpes reſurrectionis & fides conuerſionis, & gratia dilectionis: quoniam impij non reſurgunt in iudicium. Vita autem iuſtorum nota eſt Deo, & iudicio Domini comprobatur, &c. reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Iniuſti autem diſperibunt ſimul, reliquiæ impiorum interibunt. Iuſtorum reliquiæ virtutes ſunt: Impiorum reliquiæ, improbitas, atque perfidia, ac peccatum. Ea delebuntur vt non ſint. »

Tob. 13. 20.

Ambr. in Pſ. 36.

TERTIA REFLEXIO. Quanta cura cuſtodienda ſit innocentia docuit Auguſtinus: « Cuſtodi, inquit, innocentiam; tene, quomodo cùm auarus eſſes ſaccellum tenebas, quomodo tenebas ſaccellum ne tibi extorqueretur à fure; ſic cuſtodi innocentiam, ne tibi extorqueatur à diabolo. Sit illa certum patrimonium tuum, de qua ſunt diuites

Aug. in Pſal. 36.

& pauperes. Cuſtodi innocentiam. Quid tibi prodeſt lucrum auri, & damnum innocentiæ? » Et alibi: « Luctum in arca, damnum in conſcientia. » Aug. ſer. 205. de tẽp.
Exemplum profert ſancti Iob. Cuius eripiendæ innocentiæ vxor à diabolo relicta & adiutrix aſſumpta. « Accedit, inquit, vxor relicta ſicut Eua adiutrix diaboli, non conſolatrix mariti: tentat & dicit inter multas increpationes; adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Dic aliquod Verbum in Deum, & morere. Et ille Adam in ſtercore eſt cautior, quàm Adam in Paradiſo. Nam Adam in Paradiſo conſenſit mulieri, vt de Paradiſo emitteretur. Quid ergo ille Adam in ſtercore parturiens immortalitatem intrinſecus, (ſicut auis Paradiſi fertur ex florum putredine, de rore cœli perfuſa, & radiis Solis animata generari.) Vermibus flueſcens extrinſecus, quid ait mulieri? tanquam vna ex inſipientibus locuta es. » Sic reſponde carni tuæ, ſic ambitioni, gulæ, ſic auaritiæ tentanti, & innocentiam eripere volenti: quid ſtudia loqueris? quid terrena obiicis, æterna & cœleſtia de Deo ſperanti? « Cuſtodi innocentiam, » anima mea, « & vide æquitatem » ſummi iudicis; pro momento culpæ, vel innocentiæ, æterna præmia, vel tormenta rependentis. Quæ reliquiæ ſunt diuiti, & Epuloni Auaro? « Reliquiæ impiorum interibunt: reliquiæ autem ſunt homini pacifico. »

Aug. in Pſal. 29. Iob 2. 9.

Pſa. 36. 37.

Pſa. 36. 38.

QVARTA REFLEXIO. Qui perdiderit innocentiam, & triſte theſauri ſuis incurrerit naufragium, certam arripiat pœnitentiæ tabulam. Duæ enim tantum ſunt viæ cœli, innocentia, & pœnitentia; ſi vtramque cum Nicolao tenere non poſſumus, alteram neceſſariò teneamus. « Ferat, ferat, amaram pœnitentiæ curam, qui ſeruare debitam noluit ſanitatem. Cui ſua vita chara eſt, dura nulla

Chryſol. ſer. 167.

eſt cura. Medicus non ſit ingratus, qui per dolorem reuocat ad ſalutem. Qui innocentiæ creditum ſeruat, pœnitentiæ non ſoluit vſuram.» Innocentiæ auferendæ theſauro nobis à Deo credito inuigilat inimicus. « Dolet, inquit, Tertullianus, quod ipſum, & Angelos eius Chriſti ſeruus, ille peccator, iudicaturus eſt. Itaque obſeruat, oppugnat, obſidet, ſi qua poſſit aut oculos carnali concupiſcentia ferire, aut animum illecebris ſæcularibus irretire, aut fidem terrenæ poteſtatis formidine euertere, aut à via certa, peruerſis traditionibus detorquere. Non ſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur venena eius prouidens Deus, clauſa licet ignoſcentiæ ianua, (malim legere, innocentiæ; niſi intelligat primam Catechumenorum pœnitentiam initerabilem) & intinctionis (Baptiſmi) ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patere. Collocauit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat.» Ad pœnitentiam ſic idem hortatur: « Eam tu peccator mei ſimilis, imò me minor: Ego enim præſtantiam in delictis meam agnoſco; ita inuade, ita amplexare, vt naufragus alicuius tabulæ fidem. Hæc te peccatorum fluctibus merſum proleuabit, & in portum diuinæ clementiæ protelabit. (Diriget velut nauim, aut telum ad ſcopum.) Rape occaſionem inopinatæ fœlicitatis, vt ille tu, nihil quondam penes Deum, niſi ſtilla ſitulæ, & areæ puluis, & vaſculum figuli; arbor exinde fias illa, quæ penes aquas ſeritur, & in foliis perennat, & tempore ſuo fructus agit, quæ non ignem, non ſecurim videbit.» Oues etiam de Baptiſmi lauacro mundatæ aſcendentes, ſi niueam velleris ſui albedinem inquinauerit, aberrantes à via lactea, in hœdos transformatæ fœtentes; in pœnitentiæ fonte lotæ, & odorem balſami, & candorem

Tertul. lib. de pœnit. cap. 7.

Ibidem cap. 4.

Eſa. 40. 5. Dan. 2. 35. Pſ. 1. 3. Ier. 19. 11. Matth. 3. 10.

candorem priſtinum recipient. Accipite Bernardum; « Erimus, inquit, de vitibus Engaddi, de quibus non liquor vini, ſed liquor balſami fluit, conſimilis botro cypri, de quo Sponſa in Cantico amoris: Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi, quod ſonat fons hœdi. Fons hœdi dicitur pœnitentia, vel Baptiſmus; in quo dum aliquis intrat velut hœdus, innocentiã debet acquirere vt agnus.» Quinetiã, ſicut Iacob hœdinis pellibus colla manuſque villoſus, indutus odoriferis primogeniti Chriſti pro nobis in Eſaü reprobi, « in ſimilitudinem carnis peccati » meritorum vt veſtium eius fragrantia, & pœnitentiæ noſtræ cibo hœdino, « quo libenter veſcitur » paternam benedictionem conſequemur; & cum prodigo ſtolam primam, cum Nabuchodonoſor regnum, cum Adam pœnitente paradiſum. Pulchrè in hanc rem Tertullianus: « Præteribit illam (peccator ſcilicet pœnitentiam) quæ Babylonium Regem in regna reſtituit? diu enim pœnitentiam Deo immolarat, (ſacrificium Deo ſpiritum contribulatum, &c.) ſeptenni ſquallore exomologeſin operatus, vnguium Aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria, horrorem præferente, &c. Peccator omnium notarum cùm ſim, nec vlli rei niſi pœnitentiæ natus, non facilè poſſum ſuper illa tacere, quam ipſe quoque, & ſtirpis humanæ, & offenſæ in Dominum Princeps Adam, exomologeſi reſtitutus in Paradiſum ſuum, non tacet.»

B. r. ſer. 10. in cœn. Dom. Cant. 1. 13. Gen. 27. 16. Rom. 8. 3. Gen. 27. 9. Luc. 15. 22. Tertul. de pœnit. c. 12.

O Nicolae, cuſtos innocentiæ, vt & veræ magiſter pœnitentiæ, quo nos peccatores inſpicis oculo, & innocentiæ ſpontaneos corruptores, & pœnitentiæ temerarios contemptores: « Iam ſecuris ad radicem poſita, arbores autumnales eradicatas, infructuoſas bis mortuas » originali, & actuali to-

Matth. 3. 10. Iudæ 12.

tiens iterato peccato, in prędam ignis ęterni addi-
ctas? O pacifice, per pacem quam toties mundo
elementari & humano tuis meritis impetraſti, exo-
Eccli. ro ſupplex, « innoua ſigna, renoua mirabilia. »
36. 6. Scis, « Cor Regum in manu Dei: » Et nos credi-
Prou. mus Regis Regum cor in manu tua: « Volunta-
21. 1. tem timentium ſe faciet & deprecationem eorum
Pſ. 144. exaudiet. » Et te quoque innocentem, & timentem
19. ſe, pro Eccleſia Sponſa ſua non repellet orantem.
Vides ignem toto orbe Chriſtiano ſuccenſum, fi-
delium ſanguinem furore bellico campis Martiis
exundantem: tu qui in fluuio pacis iam placidè
Pſa. 45. quieſcis, « ex fluminis impetu ciuitatem Dei lęti-
5. ficante » mediis interceſſionis tuę canalibus deriua-
tas aquas effunde, & flammas è fluuio draconis
abyſſi eructatas extingue. « Fiat pax in virtute tua;
Pſ. 121. in diebus noſtris oriatur iuſtitia & abundantia pa-
7. Pſa. 71. cis donec auferatur Luna: » Et ſub mulieris fortis,
7. id eſt Eccleſiæ pedibus, Mahumetica Luna calcata
Apoc. conteratur: « Effundat bella Dominus Sabbaoth
12. 1. in Gentes quę Deum non nouerunt. » O Nicolae
Pſ. 78. 6 « propter fratres meos & proximos meos, loque-
Pſ. 121. 8 bar pacem de te, propter domum Domini Dei no-
ſtri, quęſiui bona tibi; » Populi totius Chriſtiani
deuotionem, & erga ſanctas tuas imagines, bene-
dictos panes, reliquiaſque reuerentiam, relinque
nobis, & tuarum virtutum exempla; innocentię,
pœnitentię, pacis, ſedulam & fidelem cuſtodiam;
vt ſi perditâ innocentiâ, à Paradiſi deliciis, & tran-
quillitate exulauimus; per pœnitentiam reuoce-
mur ad pacem; & per eam ad filiorum hæredita-
tem. Amen.

IN EXALTATIONE S. CRVCIS.

Quasi Cedrus exaltata sum in Libano.
Eccli. 24. 17.

CVm secundùm Philosophos, relata sint simul natura; nil miror si Theologi eumdem latrię cultum Cruci & Crucifixo, exhibendum pronuntient; cùm tantus sit respectus eius ad Dominum glorię, in ea pro generis humani salute suspensum; quanta fructus ad arborem, Iudicis ad Tribunal, & Regis ad Thronum, relatio inuenitur. Hinc D. Leo Dominicę Crucis potestatem exaltans, exclamat: « O admirabilis potentia Crucis! ô ineffabilis gloria Passionis! in qua & Tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est Crucifixi. » Nos hodie primò de Cruce, Cedro Libani comparata, & similiter exaltata dicemus: secundò Reflexiones morales, more solito ex pręmissis colligemus. Sed tu Virgo, vt Cedrus, incorrupta in Libano sanctitatis, super omnes arbores in Paradiso plantatas exaltata pręlicaris. «Per te Crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum, &c. Per te vnigenitus Dei Filius vera illa lux effulsit sedentibus in tenebris, & vmbra mortis. » Ex te Verbum carnem & sanguinem sumpsit, quem in Cruce pro nobis obtulit & effudit; quem à Patre missum vnigenitum Filium, de Spiritu sancto concepisti, Angelo nuntiante, & dicente; Aue.

D. Leo ser 1. de Passione.

DIVISIO.

Cyrill. Alex. ho. cōt. Nestor.

Digitized by Google

EXORDIVM.

Sicut prophetia diuini participatio eſt luminis, cuius oculo perſpicaci cuncta ſunt futura præſentia, & tam rata, & firma conſiliorum eius conſtantia, vt prædicta pro factis habeantur: ſic S. Crucis Exaltationem vt iam factam & celebratam Ezechiel Propheta nuntiauit: « Scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile. » Quid enim humilius ligno abominabili, cuius cauſa « maledictus qui pendet in ligno? » Quid glorioſius illo, de quo dicitur: « Benedictum lignum per quod fit iuſtitia? » Vnde D. Auguſtinus: « Nihil, inquit, tunc erat in carne intolerabilius, nihil eſt nunc in fronte glorioſius, &c. Denique modò in pœnis reorum non eſt apud Romanos. Vbi enim Domini Crux honorata eſt, putatum eſt, quod & reus honoraretur, ſi crucifigeretur. » Sed ne aliunde quàm ex proprio themate, Exaltationẽ eius & gloriã promã, tria in Cedro Crucis attendo; altitudinem, incorruptibilitatem, immenſitatem; vt Chriſtus tria attributa diuina ſuæ Cruci communicaſſe videatur.

Ezech. 17. 24. Deut. 21. 23. Sap. 14. 7. Aug. tr. 36. in Io. 8.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

« In Ægypto & Syria Reges inopiâ abietis, Cedro ad claſſes feruntur vſi. Maxima ea in Cypro traditur, ad vndeciremem Demetrij ſucciſa, centum triginta pedum, craſſitudinis verò ad trium hominum complexum. » Sed omni Cedro Crux altior, & vtilior, qua non iam, vt Arca Noë: « Contemptibile lignum iuſtum gubernans, qua octo animæ ſaluæ factæ ſunt; » ſed ad omnium

Plin. li. 16. c. 40. Sap. 10. 4. 1. Pet. 3. 20.

Digitized by Google

ſidelium ſalutem fabricatum eſt à Chriſto naui-
gium: « Vbi naufragat omnis infidelis, in iſto alto, Aug. in
in iſto profundo. Vis tranſire profundum hoc? A Pſa. 91.
ligno Chriſti noli reſilire, ne mergaris; tene te ad Et tr. 2.
Chriſtum. Quid fecit? Inſtituit lignum quo mare in Io. 1.
tranſeamus. Nemo enim poteſt tranſire mare huius ſæculi, niſi Cruce Chriſti portatus.» Attende porro, quòd ſicut Cedrum nulla arbor altitudine præcellit; ſic latriæ nullus cultus & honor dignitate præcedit. Hunc autem cultum vni Deo debitum, ſuæ Cruci voluit exhiberi: quod fuerat ab Iſaïa prophetatum: « Incuruabitur, inquit, ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & Idola penitus conterentur, & eleuabitur Dominus ſolus in die illa.» Vbi Septuaginta paulò aliter: « Humiliabitur omnis homo, & cadet contumelia hominum.» Opprobrinm quippe Crucis cadere, & in gloriam Crucifixi tranſire debebat. Duo autem hîc Exaltationis Crucis dedit auſpicia; Idololatriæ per Crucem euerſionem, & cultus latriæ ipſi Cruci debitæ præſtantiam. Euerſis quippe ſimulacris Gentium, Chriſti Domini Crux eodem quo ipſe Dominus cultu latriæ colitur, & adoratur. Mirum, quòd cùm Moyſes Idololatriæ potius euerſor, omnem ſimilitudinem inhibuiſſet, ſerpentem tamen æneum in ſtipite formam Crucis habente, contra ſerpentum ignitorum morſus erexit in deſerto. Verùm quoniam hæc præ cæteris figura erat Chriſti crucifigendi, quam & in Euangelio referens: « Sicut, inquit, exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam:» Iuſtè & myſticè lignum cum ſerpente in figuram Domini propoſuit. Cùm enim Chriſtus « in hoc

Eſa. 2. 17.

Io. 3. 14.

1. Io. 3. 8

apparuerit, vt diſſolueret opera diaboli; » opus autem eius fuerit, vt primos parentes in ſerpente ſeduceret, & lethali morſu vulneraret, quo delitiis Paradiſi contemptis ad fructum ligni vetiti carpendum inducti ſunt; ſic populus Hebræus in deſerto, manna omnem ſuauitatem habente ſic neglecto, vt diceret: « Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo; » Ad allia, porros; & pepones Ægypti, idem ſerpens compulit ſuſpirare vehementi deſiderio. Quò factum eſt, vt culpæ pœna ſimilis reſponderet, vt à ſerpentibus ignitis percuſſi morerentur. Cuius in remedium plagæ, ſerpens æneus in cruce poſitus eſt, quem qui reſpiceret vulnerati reuiuiſcerent. « Quemadmodum igitur illi, bona quibus à Deo affecti, ſpreuerunt, ac carnis voluptatibus longè poſthabuerunt: Ita vulgò omnes in opificem noſtrum impegimus, & ſub morſus ſerpentum ſpiritualium cecidimus, noſtris à Deo relicti concupiſcentiis, à quibus animis vulnerati, opera principis ſerpentum, draconis Apoſtatæ, qui Adamum interemit, ſumus necati. » Cùm itaque « primum Idololatriæ parentem conſtet eſſe ſerpentem, qui pluralitatem Deorum, in hominum induxiſſe conſtat errorem, quadam ſerpentis aſtutia; » hinc eſt, quod Chriſtus « in ſimilitudinem carnis peccati veniens » & maledictum ſerpentis, & pendentis in ligno, ſubiit, ſimul & ſuſtulit. Vnde & Moyſes diuino afflatus Spiritu erecto ſerpente, in cruce, Chriſtum præfigurans omnem Idololatriam per Chriſtum Crucifixum euertendam, & ſolam Crucem ſic exaltandam, vt eodem cultu latriæ cum Deo coleretur, magnâ ſapientiâ prophetauit.

Num. 21. 5.

Procop. in Num. 21.

Ambr. lib. de Paradiſo c. 13.

Huc facit quod iuxta traditionem Hebræorum probati authores referunt cùm Iebuſæi in

Abulenſis in 2. Paral. 10.

ſumma Arce Sion Idola plurima collocaſſent, inſultantes Dauidi dixerunt: « Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos & claudos: » Cùm autem dictum fuiſſet in Paralipomenis: « Qui percuſſerit Iebuſæum, erit Princeps & Dux: » Hoc audito, & ſpe præmij & laudis excitatus Ioab, proceram ex Libano Cedrum excidi, & ad radicem arcis Sion aduolui curauit: cuius ſummitati cùm ſe alligari feciſſet, & ſenſim funibus tenſis, & machinis ad ſummum arcis eleuari, inde cæcos & claudos deturbauit; hoc eſt Idola proiecit; de quibus ſcriptum eſt: « Oculos habent, & non videbunt: pedes habent, & non ambulabunt. » Ioab nomen « ex Patre » interpretatur, & Filium Dei ex Patre natum repræſentat; ſicut Iebuſæus « conculcatum » ſonans diabolum de cœlo præcipitatum, & in ſerpente maledictum. Hic cultum Idolorum extulerat, quem Chriſtus eius victor in Cedro Crucis exaltatus abſtulit, & eam in ipſo Libano exaltauit. Libanus enim iuxta Tertullianum, thus ſignificat, quod prius Idolis incendebatur; & ſecundùm Rabanum, ſicut Cedrus odore ſuo ſerpentes interimit, ſic Chriſtus dæmones & Idola Crucis virtute profligauit. Quia ergo « humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter hoc & Deus exaltauit illum. » Hinc Tertullianus; « Minoratus, inquit, à Patre modicò citra Angelos; vermis & non homo, ignominia hominis, & nullificamen populi, quatenus ita voluit, vt liuore eius ſanaremur, vt dedecore eius ſalus noſtra conſtaret. Et meritò ſe pro homine ſuo depoſuit, pro imagine & ſimilitudine ſua, non aliena; (ſicut feciſſet Chriſtus Marcionis, qui non eſt filius Creatoris.) Vt quoniam homo non erubuerat lapidem & lignum adorans, eadem conſtantia,

Abeneſra 2. Reg. 5.

Pſ. 113. 9

Raban. Eccli. 24.

Philip. 2. 8.

Tertul. 4. cont. Marc. cap. 21.

Pſ. 8. 6.

Pſ. 21. 7.

Eſa. 53. 5.

non confuſus de Chriſto, pro impudentia Idololatriæ ſatis Deo faceret, per impudentiam fidei.» Doctè quidem Afer ſingula contexuit. Primò cùm dixit, pro ſuo homine depoſitum, id eſt, humiliatum, vel oppigneratum pro eo quem fecit: cùm Deus & Chriſtus Marcionis ne vermiculum quidem creare potuerit. Secundò impudentiam arguit idololatriæ, qua maior intelligi non poteſt, quàm Deos lapideos, & ligneos, opera manuum hominum, & vilium artificum, inſenſibilia & irrationabilia colere; vel homines contempto Deo vero, & eius Filio adorare. Præterea impudentiam fidei doctè vocauit. Hanc quippe ſatisfactionem meritiſſimè exigit Deus verus, vt frontoſa ſit fides, & ſanctè impudens, ad confitendum & adorandum Crucifixum, lapidem, in ligno, « Petra enim erat Chriſtus » licet « Iudæis ſcandalum & Gentibus ſtultitia » ſit habitus. Quod quidem ſine confuſione præſtandum eſt, propter eum qui ad gloriam Patris, noſtramque ſalutem, « Propoſito gaudio ſuſtinuit Crucem confuſione contẽpta» vt & nos cũ Pſalte dicamus: « Propter te ſuſtinui exprobrationẽ, operuit irreuerentia faciem meam. Irreuerentia quid eſt? non confundi, &c. Ergo irreuerentia quaſi impudentia eſt. Oportet vt habeat Chriſtianus irreuerentiam iſtam, quando venerit inter homines quibus diſplicet Chriſtus. Si erubuerit de Chriſto, de libro viuentium delebitur. Opus eſt ergo vt habeas irreuerentiam, quando tibi de Chriſto inſultatur: quando dicitur, cultor crucifixi, adorator malè mortui, venerator occiſi. Hæc ſi erubueris, mortuus es. (Quia fidem amittis quam opere negas, de libro viuentium ex fide deleris, cum iuſtis qui ex fide viuunt, non ſcriberis.) Sententiam quippe ipſius vide qui neminem fallit: Qui

1. Cor. 10. 4.
1. Cor. 1. 23.
Hebr. 12.2.
Aug. in Pſ. 68.
Pſa. 68. 29.
Luc. 9. 26.

me erubuerit coram hominibus, & ego eum erubeſcam, &c. obſerua igitur tu, ſit in te irreuerentia, frontoſus eſto, quando audis opprobrium de Chriſto, prorſus eſto frontoſus. Quid times fronti tuæ, quam ſigno crucis armaſti? » Dic rurſum tu qui Idololatriam conculcaſti, & Crucem adoraſti: Aug. « Tu agnoſcis opprobrium meum, & confuſionem Concio. meam, & reuerentiam meam. Quid eſt opprobrium 2. in Pſ. meum? quid eſt confuſio quid eſt verecundia? op- 68. probrium eſt, quod obiicit inimicus; confuſio eſt quæ mordet conſcientiam; verecundia eſt, quæ facit frontem etiam de falſi criminis obiectione erubeſcere. Erubeſcere quidem, non eſt crimen, aut ſi crimen eſt, non eſt illius cui obiicitur, ſed eius qui obiicit. Sed tamen infirmitas humani animi plerumque verecundatur, etiam cum falſum obiicitur; non quia obiectum eſt, ſed quia creditum. Omnia hæc ſunt in corpore Domini. (Eccleſia, & fidelibus.) Nam confuſio in illo non poterat eſſe, in quo culpa non inueniebatur. Obiiciebatur crimen Chriſtianis, hoc ipſum quod Chriſtiani eſſent. Illa quidem gloria erat, (illa velut Crucis Exaltatio;) fortes libenter accipiebant, & ſic accipiebant, vt omnino in nomine Domini ſui non erubeſcerent, operuerat enim irreuerentia faciem ipſorum, habentium frontem Pauli, dicentis; non Rom. 1. enim erubeſco Euangelium: virtus enim Dei eſt in 16. ſalutem omni credenti. O Paule, nonne tu es adorator Crucifixi? Parum eſt, inquit, inde mihi non erubeſcere, imò hinc ſolùm glorior, vnde me putat inimicus erubeſcere. Mihi autem abſit gloriari Gal. 6. niſi in Cruce Domini Ieſu Chriſti. Huic ergo tali 14. fronti opprobrium ſolum poterat obiici: nam nec confuſio poterat eſſe in conſcientia, iam ſanata, nec verecundia in fronte iam libera. » Erubeſcant

planè & toto rubore suffundantur, lignis, & lapi-
Ps. 113. 16. dibus, aliisque simulachris seruientes « Similes iis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: » Iudæis sit Christus Crucifixus scandalum, Gentibus ludibrium, nos Crucem exaltabimus eique reuerenter vt scabello pedum Domini inclinabimur, Ps. 17, 10. cui ipse « Inclinauit cœlos (id est Angelos) & de-
Philip. 2.8. scendit, humilians semetipsum vsque ad mortem Crucis. Exaltate itaque Dominum Deum nostrum,
Ps. 98.5. & adorate scabellum pedum eius quoniam san-
Ps. 131.7 ctum est. Adorabimus in lóco vbi steterunt pedes eius. Stetit quippe in Cruce Dominus, & vt infra
Habac. 3.6. dicemus de immensitate gloriæ Crucis, « stetit & mensus est terram. »

Tertul. Apol. 16 « Sed & qui Crucis nos Religiosos putat (Ethnicus scilicet, qui nos existimat in Crucis adoratione superstitiosos:) consecraneus erit noster, cùm lignum aliquod propitiatur. Viderit habitus, dum materiæ qualitas eadem sit; viderit forma, dum idipsum corpus Dei sit. Et tamen, quanto distinguitur à Crucis stipite Pallas Attica, & Ceres Pharia, quæ sine effigie rudi palo, & informi ligno prostat? Pars Crucis est omne robur, quod erecta statione defigitur. Nos si fortè integrum, & totum Deum colimus. Diximus originem Deorum vestrorum à plastis de Cruce induci. » Alludit Ter-
Tertul. Apol. c. 12. tullianus ad id quod dixerat: « Crucibus, & stipitibus imponitis Christianos, quod simulachrum non prius argilla deformat, Cruci & stipiti superstructa? » Tum prosequitur: « Sed & victorias adoratis, cùm in Tropæis cruces intestina sint Tropæorum. Religio tota Castrensis signa veneratur, signa iurat, signa omnibus Deis pro-
Tertul. Apol. 16. ponit. Omnes illi imaginum suggestus insignes, monilia crucum sunt. Siphara (vela) illa vexillo-

rum & Cantabrorum (à Cantabris, triumphatis ab Auguſto,) ſtolæ crucum ſunt. Laudo diligentiam, noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare. » Nos verò & nudam Crucem, vel integram & Ieſu Nazareno Crucifixo ornatam adoramus, & colimus, quæ non de Cantabris, ſed de Principibus huius mundi, dæmonibus, & Gentilium Imperatoribus, & omnibus Idolis triumphauit. Id quoque magnificè profeſſus eſt Athanaſius ſublimem latriæ cultum ſanctæ Cruci debitum innuens; quod per eam, cultus Idolorũ ſit euerſus: « Lignum, inquit, vile mundum ab impietate, ad pietatem reduxit, &c. O diuinam veramque ſapientiam cœleſtem Crucis Inuentionem! Crux terræ defixa fuit, & Idolorum cultus ſtatim defluxit. » Athanaſ. orat. in paraſc.

Ac veluti Cedrus incorrupta, & imputribilis, materiam olim præbuit Deorum ſimulachris, qui & immortales habebantur: & Cedrus à Græcis dicta νεκρῦ ζωὴ, vita mortui, quòd iuxta Theophraſtum, & Dioſcoridem, feretra ex ea compacta vitioſos cadauerum humores conſumat: Vnde & libri contra tineas eius ſucco vngebantur, quo & Numæ defoſſi, ad 535. annos imputribiles conſeruati ſunt. « Materiæ ipſi æternitas. Itaque & ſimulachra Deorum ex ea factitauerunt. Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Soſianus Seleucia aduectus. » De libris autem Numæ per quingentos 35. annos incorruptis, dixit Plinius, « hos fuiſſe è charta, maiore etiamnum miraculo, quòd tot infoſſi durauerunt annis, &c. Propterea arbitrarier eos non computruiſſe, & libros cedratos fuiſſe, & tineas non tetigiſſe. In his libris ſcripta erant Philoſophiæ Pythagoricæ. » Et rurſum: « Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem ſentit. » Erratis Iudæi dicentes: « Mittamus lignum (Hebr. Corrumpamus in ligno) panem eius. » Neſcitis

Aug. tr. 36. in Io. 8.

Plin. li. 13. c. 5.

Idem li. 13. c. 13.

Et lib. 16. c. 39.

Ierem. 11. 19.

Pſ.15.10 prophetatum eſſe, « Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: » Et corpus eius incorruptum, & lignum Crucis eius, ex attactu carnis eius, etiamnum perſeuerat illæſum. Sic eius incorruptibilitatem ſanctus Paulinus exaltat: » Ita vt Crucem Christi decuit, experimento Reſurrectionis inuenta, & probata Crux Chriſti eſt, dignoque mox ambitu conſecratur, conditâ in Paſſionis loco Baſilicâ, quæ auratis coruſca laquearibus, & aureis diues altaribus, arcano poſitam ſacrario Crucem ſeruat, quam Epiſcopus vrbis eius quotannis cùm Paſcha Domini agitur, adorandam populo Princeps ipſe venerantium promit. Neque præter hanc diem, qua Crucis ipſius myſterium celebratur, ipſa quæ ſacramentorum cauſa eſt, quaſi quoddam ſacræ ſolemnitatis inſigne profertur: niſi interdum religioſiſſimi poſtulent, qui ea tantùm cauſa illo peregrinati aduenerint, vt ſibi eius reuelatio, quaſi in pretiũ longinquæ peregrinationis deferatur. Quod ſolùm Epiſcopi beneficio obtineri ferunt. Cuius & tantùm munere, de eadem Cruce hæc minuta ſacri ligni, ad magnam fidei & benedictionis gratiam haberi datur. Quæ quidem Crux in materia inſenſata, vim viuam tenens, ita ex illo tempore innumeris penè quotidie hominum votis lignum ſuum commodat, vt detrimenta non ſentiat; ſed quaſi intacta permaneat, quotidie diuiduam ſumentibus, & ſemper totam venerantibus. Sed iſtam imputribilem virtutem, & indetribilem ſoliditatem, de illius profectò carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem, non vidit corruptionem. » Quàm vanè igitur conueniunt Iudæi dicentes, corrumpamus in ligno corpus eius. « De hoc enim ligno etiam Deus inſinuat per Ieremiam quod eſſetis dicturi; Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra viuorum, & nomẽ illius

S. Paulinus epiſt. 11. ad Seuerum.

Ier. 11. 19.

non memorabitur amplius, vtique in corpus eius lignum missum est; sic enim Christus reuelauit, panem corpus suum appellans, (Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, & accepto pane dicens, Hoc est corpus meum:) cuius retro corpus in panem Prophetes figurauit. » Sed & lignum propter panem incorruptum mansit.

Tertul. contra Iud. c. 10.

Crucem Domini pulcherrimè virgæ Aaronicæ contulit sanctus Augustinus: « Quod, inquit, hæc virga nuces produxit, Imago Dominici Corporis fuit. Nux enim trinam habet in suo corpore substantiæ vnionem, corium, testam, & nucleum. In corio caro, in testa ossa, in nucleo interior anima designatur. In corio nucis, carnem significat Creatoris; quæ habuit in se asperitatem, vel amaritudinem Passionis. In nucleo interiorem declarat dulcedinem Deitatis, quæ tribuit pastum, & luminis subministrat officium. In testa lignum interferens Crucis, quod non discreuit id quod foris, & intus fuit, sed quæ terrena & cœlestia fuerunt, mediatoris ligni interpositione sociauit: dicente Apostolo; quia ipse per sanguinē Crucis suæ pacificauit omnia quæ in cœlis sunt, & quæ in terris. » Sed aliquid mēti & scopo nostro proximus attigit dū mortem in cruce extinctam docuit. « Vita, inquit, æterna Verbum in principio apud Deum: Ipsa vita æterna dedit & carni susceptæ vitam æternam. Mori voluit, sed die tertia resurrexit. Inter Verbum suscipiens, & carnem resurgentem, media mors consumpta est. Ego sum, inquit, panis vitæ. » Et sicut virga Aaron, quāuis arida in tabernaculo posita flores & fructus germinauit: ita corpus Domini in mortis ariditate positum, & in sepulchri tabernaculo depositum, in florem resurrectionis erupit; vt diceret, « Et refloruit caro mea, &c. » O stupendum

Aug. ser. 4. de temp. in fin.

Coloss. 1. 20.

Aug. tr. 26. in Io.

Ps. 27. 7

Pſ.15.10 prophetatum eſſe, « Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: » Et corpus eius incorruptum, & lignum Crucis eius, ex attactu carnis eius, etiamnum perſeuerat illæſum. Sic eius incorruptibilitatem ſanctus Paulinus exaltat: » Ita vt Crucem Chriſti decuit, experimento Reſurrectionis inuenta, & probata Crux Chriſti eſt, dignoque mox ambitu conſecratur, conditâ in Paſſionis loco Baſilicâ, quæ auratis coruſca laquearibus, & aureis diues altaribus, arcano poſitam ſacrario Crucem ſeruat, quam Epiſcopus vrbis eius quotannis cùm Paſcha Domini agitur, adorandam populo Princeps ipſe venerantium promit. Neque præter hanc diem, qua Crucis ipſius myſterium celebratur, ipſa quæ ſacramentorum cauſa eſt, quaſi quoddam ſacræ ſolemnitatis inſigne profertur: niſi interdum religioſiſſimi poſtulent, qui ea tantùm cauſa illo peregrinati aduenerint, vt ſibi eius reuelatio, quaſi in pretiũ longinquæ peregrinationis deferatur. Quod ſolùm Epiſcopi beneficio obtineri ferunt. Cuius & tantùm munere, de eadem Cruce hæc minuta ſacri ligni, ad magnam fidei & benedictionis gratiam haberi datur. Quæ quidem Crux in materia inſenſata, vim viuam tenens, ita ex illo tempore innumeris penè quotidie hominum votis lignum ſuum commodat, vt detrimenta non ſentiat; ſed quaſi intacta permaneat, quotidie diuiduam ſumentibus, & ſemper totam venerantibus. Sed iſtam imputribilem virtutem, & indetribilem ſoliditatem, de illius profectò carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem, non vidit corruptionem. » Quàm vanè igitur conueniunt Iudæi dicentes, corrumpamus in ligno corpus eius. « De hoc enim ligno etiam Deus inſinuat per Ieremiam quod eſſetis dicturi; Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra viuorum, & nomẽ illius

S. Paulinus epiſt.11. ad Seuerum.

Ier. 11. 19.

non memorabitur amplius, vtique in corpus eius lignum miſſum eſt; ſic enim Chriſtus reuelauit, panem corpus ſuum appellans, (Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita, & accepto pane dicens, Hoc eſt corpus meum:) cuius retro corpus in panem Prophetes figurauit.» Sed & lignum propter panem incorruptum manſit. Tertul. contra Iud. c. 10.

Crucem Domini pulcherrimè virgæ Aaronicæ contulit ſanctus Auguſtinus: « Quod, inquit, hæc virga nuces produxit, Imago Dominici Corporis fuit. Nux enim trinam habet in ſuo corpore ſubſtantiæ vnionem, corium, teſtam, & nucleum. In corio caro, in teſta oſſa, in nucleo interior anima deſignatur. In corio nucis, carnem ſignificat Creatoris; quæ habuit in ſe aſperitatem, vel amaritudinem Paſſionis. In nucleo interiorem declarat dulcedinem Deitatis, quæ tribuit paſtum, & luminis ſubminiſtrat officium. In teſta lignum interſerens Crucis, quod non diſcreuit id quod foris, & intus fuit, ſed quæ terrena & cœleſtia fuerunt, mediatoris ligni interpoſitione ſociauit: dicente Apoſtolo; quia ipſe per ſanguinẽ Crucis ſuæ pacificauit omnia quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris.» Sed aliquid mẽti & ſcopo noſtro proximus attigit dũ mortem in cruce extinctam docuit. «Vita, inquit, æterna Verbum in principio apud Deum: Ipſa vita æterna dedit & carni ſuſceptæ vitam æternam. Mori voluit, ſed die tertia reſurrexit. Inter Verbum ſuſcipiens, & carnem reſurgentem, media mors conſumpta eſt. Ego ſum, inquit, panis vitæ.» Et ſicut virga Aaron, quãuis arida in tabernaculo poſita flores & fructus germinauit: ita corpus Domini in mortis ariditate poſitum, & in ſepulchri tabernaculo depoſitum, in florem reſurrectionis erupit; vt diceret; «Et refloruit caro mea, &c.» O ſtupendum Aug. ſer. 4. de temp. in fin. Coloſſ. 1. 20. Aug. tr. 26. in Io. Pſ. 27. 7

miraculũ! Virga germinauit arida, teſta & lignum Crucis, corium carnis ab anima quidem, ſed non à diuinitate diuiſit. Granumquidem in terram cecidit, mortuum fuit, ab anima ſeparatum corpus, ſed ſemper Verbo omnis vitæ principio coniunctum manſit, & ſicut Verbum carni dedit vitam æternam, ſic caro vnita Verbo ſuam ligno Crucis communicauit incorruptibilitatem: « Elegit extremum, & peſſimum genus mortis, qui omnem fuerat ablaturus mortem. De morte peſſima, occidit omnem mortem: peſſima enim erat non intelligentibus Iudæis, nam à Domino electa erat: ipſam enim Crucem ſuam ſignum habiturus erat; ipſam Crucem de diabolo ſuperato, tanquam trophæum in frontibus fidelium poſiturus; vt diceret Apoſtolus: Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Nihil erat tunc in carne intolerabilius, nihil eſt nunc in fronte glorioſius. Quid ſeruat fideli ſuo, qui talem honorem dedit ſupplicio ſuo? » Supplicij ſui inſtrumento tantam Exaltationem contulit, vt non ſolùm ad diem iudicij incorrupta perduret, ſed & in cœlo obſcuritatis eius luminaribus ſplendidior fulgeat, cuius lux & dum Chriſtus in ea penderet, Solem ipſum die Paſſionis obſcurauerat: « Vidit Sol quæ prius non didicit, vt qui doctus ſit abſcondi alterius luminis illuſtratione. » Et ideo Luna legis, Moyſis, & Sol Prophetarum, Elias, Chriſto in Thabor dicente exceſſum quem in Cruce completurus erat, euanuerunt. « Receſſerunt ſeruuli, vt ſolus Dominus, qui ſolus deſignabatur Filius, tunc videretur. » Et vbi ſplendidius lucerna coruſcaret, quàm ſuper aureum Crucis exaltata candelabrum? « Ipſam Crucem ſuo geſtans humero commendabat, & lucernæ ar-

D.Aug. tr.36.in Io. 8.

Gal. 6. 14.

Baſil. Seleuc. ſerm. de Transf.

Ambr. lib.1. de fide c.5.

Aug. tr. 117. in Ioann.

ſuræ, quæ ſub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat » ait Auguſtinus vbi præmiſerat : « Ibat ad locum vbi fuerat crucifigendus, portans Crucem ſuam Ieſus. Grande ſpectaculum : ſed ſi ſpectat impietas, grande ludibrium. Si pietas, grande myſterium : Si ſpectet impietas, grande ignominiæ documentum : ſi pietas, grande fidei munimentum. Si ſpectet impietas, ridet Regem pro virgâ regni, lignum ſui portare ſupplicij : Si pietas videt Regem baiulantem lignum ad ſemetipſum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus Regum. In eo ſpernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda Sanctorum : dicturo enim Paulo : Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: ipſam Crucem ſuam ſuo geſtans humero commendabat: » Quam & hodie Imperator Heraclius ſuis ſublatam humeris exaltabat. Idipſum à Doctore Maximo mutuatus eſt D. Leo : « Cùm Dominus lignum portaret Crucis, quod in ſceptrum ſibi conuerteret poteſtatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, ſed manifeſtabatur fidelibus grande myſterium ; quia glorioſiſſimus diaboli victor, & inimicarum virtutum potentiſſimus debellator, pulchra ſpecie, triumphi ſui portabat trophæum, & inuictæ patientiæ humeris ſignum ſalutis adorandum regnis omnibus inferebat : tanquam & tunc ipſa operis ſui imagine, omnes imitatores ſuos confirmaret, & diceret : qui non accipit Crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. » Atque « vt diſcas quantum Crux Luna lucidior, & Sole ſplendidior ſit : apparebit tunc Crux : » Et quando ? cùm « Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum. Tunc videbunt ſignum filij hominis, » nedum imputribile, ſed radiis gloriæ coronatum. Qui

Gal. 6. 14.
Ser. 8. de Paſſion.
Laurẽt. Inſt. li. de ligno vitæ c. 4.
Matth. 24. 29.
Matth. 13. 43.

autem talem honorem contulit tormenti ſui inſtrumento, quid ſeruat gloriæ fideli ſeruo, & amico ſuo? Audi quid ſeruet. « Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno Patris eorum: » Sed pariter cum Domino

Pſ. 103. 2. ſuo regnabunt immortales à ligno « confeſſionem & decorem induti, amicti lumine ſicut veſtimento. » Chriſtum recolo, ad arborem fici venientem; ſiue illa Synagogam Chriſtum Cruci damnantem, ſiue ipſam crucem, ſolos prius reos & fructus mortis ferentem adumbraret: « Venit Chriſtus, & in Synagoga fructum fidei reperit nullum: quia tota

Chryſol. ſer. 106. dolis erat inumbrata perfidiæ. Ad ficulneam venit Chriſtus, ad quam legitur Adam nudus fugiſſe poſt culpam: dicente Geneſeos libro: & cognouerunt

Gen. 3. 10. quia nudi ſunt: & conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi ſuccinctoria. Venit ergo ad ficum Chriſtus, vt inueniret Adam, vt nudum tegeret pro ſui corporis indumento: cuius ficus non velabat, ſed ſtimulabat pudorem: cuius ficus iſta, id eſt Synagoga, circumciſionibus ſuis nudabat partem verecundi corporis, non tegebat. » Quid plura? in ficu Crucis nudatus eſt Chriſtus, & qui poſt peccatum, homini morituro pelliceas fecerat tunicas, ipſe pelle, & carne veſtitus, mortali, fuit in Cruce ſpoliatus. Sed poſtea merito Crucis, immortalitate veſtitus; eadem quoque nos per eandem immortalem incorruptione veſtiturus: « Oportet enim

1. Cor. 15. 53. & ſeq. mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptionem. Et tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? »

Cedrum vidimus exaltatam in Libano gloriæ, cultuque latriæ, & incorruptione à Deo participata donatam; tertium iam attributum, immenſitatis nempe communicationem, vt de ea propheta-

tum

intelligamus: « Sicut Cedrus Libani multiplicabitur. » Et rursum, cùm Esaias dixisset: « Factus est Principatus super humerum eius: » Statim subiecit: « Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: Super solium Dauid, & super Regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum: Zelus Domini exercituum faciet hoc. » Vt quam latè patet Christi, ita & Crucis pateat imperium. Paulum audite: « Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, (addo & Crucis Iesu, in qua præscriptum est titulo, & inscriptione, iuxta Psaltem non corrumpenda: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum,) omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. » Hinc Anastasius Sinaita Cruci tribuit verba Christi dicentis: « Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ac si manifestè, inquit, diceret, authorem gloriæ tantæ esse Crucem. In cœlo enim Solem obscurat, in aëre tenebras ponit, in terra petras scindit, monumenta aperit. » Præluxerat Cyprianus, Crucem exaltanti Anastasio. « Quid, inquit, homine mortuo contemptius? quis vel Cæsarem mortuum metuat? Sed Christi morte quid efficacius? velum templi scissum est, terra concussa, Sol medio die texit faciem suam: Nunquam per omnem vitam magis declarauit potentiam suam. »

Ps.91.13 Esa 9.6 Philip. 2.8. Io.19.19 Anast. Sin. li. 4 de recta fid. dogmat. Cypr. de duplici Martyrio.

Multo amplius immensitatem gloriæ Crucis expandit idem Cyprianus, verba expendens Apostoli: « Docet, inquit, Apostolus Paulus illuminatos debere esse oculos cordis nostri, ad intelligendum quæ sit altitudo, latitudo, & profundum: altitudo ergo, & latitudo, & profundum, descriptio Cru-

S Cypr. in expos. Symb.

cis est. Cuius eam partem quæ in terram defixa est, profundum appellauit; altitudinem verò illam quæ in aërem porrecta sublimis erigitur: latitudinem quoque illam quæ distenta in dexteram læuamque protenditur. Cùm ergo tot species mortis sint, quibus de hac vita exitus dari hominibus solet; vult nos Apostolus illuminatos corde scire rationem, cur ex his omnibus, Crucis potius species ad mortem delecta sit Saluatoris. Vnde sciendum est, quòd Crux ista triumphus erat. Triumphi enim insigne est trophæum: trophæum autem deuicti hostis indicium est. Quia ergo aduenien Christus, sicut dicit Apostolus, tria pariter sibi regna subiecit, hoc enim indicat vbi ait; quia in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum; & hæc omnia sua morte vincebat; conueniens mysterio mors quæsita est; vt in aërem sublimatus, & aëris subiugans potestates, victoriam de his, supernis & cœlestibus traderet; expansas autem manus tota die, sicut sanctus Propheta, tenderet ad populum incredibilem, qui est in terra, & incredulos contestaretur, & inuitaret credentes. Ea verò parte quæ sub terram demergitur, inferna sibi regna subiiceret, &c. Mors enim ab eo mortem spoliatura suscipitur. Nam Sacramentum illud susceptæ carnis, hanc habet causam, vt diuina Filij Dei virtus velut hamus quidam habitu humanæ carnis obtectus, & sicut ante Apostolus dixit: habitu repertus vt homo, principem mundi inuitare posset ad agonem: cui ipse carnem suam velut escam tradidit; vt hamo eum diuinitatis intrinsecus teneret insertum (vnde & vermis in Passione factus, & Cruce hamum operiens) & effusione immaculati sanguinis, qui peccati maculam nescit, omnium peccata deleuit. (Sufficienter quidem ex

Philip. 2. 10.

Esa. 65. 2.

parte ſua, ſed non omnium efficaciter, ſed quibus voluit applicare;) eorum dumtaxat, qui cruore eius, (vt Agni Paſchalis) poſtes fidei ſuæ ſignaſſent. Sicuti ergo hamum eſca conſeptum ſi piſcis rapiat, non ſolùm eſcam cum hamo non remouet, ſed & ipſa de profundo, eſca aliis futurus educitur: Ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in mortem corpus Ieſu, non ſentiens in eo hamum diuinitatis incluſum; ſed vbi deuorauit, hæſit ipſe continuò, & diſruptis inferni clauſtris, velut de profundo extractus, traditur, vt eſca cæteris fiat. Quod ita futurum ſub hac eadem figura, & Ezechiel dudum ſignauerat, dicens: Et extraham te in hamo meo, & extendam te ſuper terram, campi implebuntur de te, & conſtituam ſuper te omnes volucres cœli, & ſaturabo ex te omnes beſtias terræ. Sed & Propheta Dauid dicit: Tu confregiſti capita draconis magni, dediſti eum in eſcam populi Æthyopum. Et Iob de eodem myſterio ſimiliter proteſtatur: ait enim ex perſona Dei loquentis ad ſe: Aut adduces draconem in hamo, & pones capiſtrum circa nares eius.» Vides quàm latè ſe pandat Crucis exaltatæ gloria. Toto terrarum orbe regnat, & Orientis, & Occidentis duo eius brachia dominantur imperio. Profundum eius, inferni ſpiritus ſibi ſubiicit, altitudo ruinas cœleſtis implet. Quid vltra? « Ruenti mundo ſolidam Deus petram, & lignum Crucis, quaſi fulcrum oppoſuit.» Tandem & ipſa « Crux cœli firmamentum eſt, totiuſque mundi ſuſtentaculum.» Quid porro ad Exaltationem ſanctæ Crucis, & immenſitatem claritatis eius expreſſius, quàm quod ipſe Chriſtus ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum; « Et ego, inquit, exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum?» Exultet Archi-

Exod. 12.7.22.

Hebr. 2. 14.

Ezech. 32. 3.

Pſ. 73. 14.

Iob 40. 20.

S. Germanus Patr. Conſtant. orat. de Cruce

Macar. Achiep. Philadelph. in feſto Exalt.

Io. 12. 32.

medes, & inuenta regula diu quæsita tripudiet, exclamans, εὕρηκα, εὕρηκα, reperi, reperi. Hac se totum orbem tollere, & ad se trahere posse iactabat, si extra mundum vel punctum vnum solidum inuenire posset, quo eam figeret. Hoc diuinæ sapientiæ seruabatur, vt punctum poneret extra mundum, hoc est, totius naturæ Angelicæ & humanæ captum; vt Deus homo, Verbum Caro, & in Pas-
Ps.21.6. sione « vermis, & non homo » fieret, & machina Crucis, omnia traheret ad seipsum. Quod autem
S. Aug. tr.52. in Ioa. 12. dixit: « Si exaltatus fuero à terra, hoc est, cùm exaltatus fuero. Non enim dubitat futurum esse quod venit implere. Hoc refertur ad illud, quod superius ait, si autem mortuum fuerit granum, multum fructum affert. Nam exaltationem suam, quid aliud dixit, quàm in Cruce Passionem? quod & ipse Euangelista non tacuit: subiunxit enim, & ait, hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus, &c. Hoc itaque isti animo retinentes, quia dixerat, Venit hora vt glorificetur filius homi-
Io.12. 28. nis, & quod nunc ait, cùm exaltatus fuero à terra, mortem Crucis intelligentes, quæsierunt ab illo,
Vers.34 & dixerunt, nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Si enim Christus est, inquiunt, manet in æternum: si manet in æternum, quomodo exaltabitur à terra? id est, quomodo Crucis Passione morietur? Hoc enim eum dixisse intelligebant, quod facere cogitabant. Non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulata conscientia, &c. Totum intelligite, & moriturum Christum, & victurum in æternum: & sanguinem
Psa.50. 20. fusurum, quo redimat; & ascensurum in sublimia, quo perducat;» Et omnes destinatos « muris Ie-

ruſalem ædificandis, & ruinis eius implendis » lapides, electos, & probatos, à quatuor orbis partibus machina ſuæ Crucis immenſâ gloriâ triumphantis ad ſeipſum, hoc eſt gloriæ ſuæ conſortium trahat. Sic locum hunc D. Gregorius exponit vt ſe ab Augustino didiciſſe fatetur: « Nihil, inquit, aliud teneatis, niſi quod vera fides per Catholicam Eccleſiam docet, quia deſcendens ad inferos Dominus, illos ſolummodo ab inferni clauſtris eripuit, quos viuentes in carne, per ſuam gratiam in fide, & bona operatione ſeruauit. Quod enim per Euangelium dicit: cùm exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum, omnia videlicet electa; nam trahi ad Deum poſt mortem non potuit qui ſe à Deo malè viuendo ſeparauit. » Fuſius hæc pertractat D. Auguſtinus: « Nunc iudicium eſt mundi: Iudicium, inquit, non damnationis, ſed diſcretionis. Vnde ſcriptum eſt: Iudica me Deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta; &c. Poſſidebat ergo diabolus genus humanum, & reos ſuppliciorum tenebat chirographo peccatorum. Dominabatur in cordibus infidelium, ad creaturam colendam deſerto Creatore, deceptos captiuoſque pertrahebat. Per Chriſti autem fidem, quæ morte eius (morte autem Crucis) & reſurrectione firmata eſt, per eius ſanguinem, qui in remiſſionem fuſus eſt peccatorum, millia credentium à dominatu liberantur diaboli, Chriſti corpori copulantur, & ſub tanto capite, vno eius Spiritu, fidelia membra vegetantur. Hoc vocabat iudicium, hanc diſcretionem, hanc à ſuis redemptis diaboli expulſionem, &c. Numquid de cordibus Patriarcharum & Prophetarum, veterumque iuſtorum, non eiectus eſt foras? Eiectus eſt planè. Quomodo ergo dictum eſt, nunc eiicietur foras? Quomodo putamus, niſi quia

Pſ. 109. 6.

Greg li. 6. Epiſt. ep. 15.

Aug. tr. 52. in Io. 12.

Pſal. 42 1.

tunc quod in hominibus pauciſſimis factum eſt; nunc in multis magniſque populis iam mox futurum eſſe prædictum eſt? &c. Abſit autem vt diabolum principem mundi ita dictum exiſtimemus, vt cœlo & terræ dominari poſſe credamus, ſed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto terrarum orbe diffuſi ſunt, &c. Princeps malorum omnium qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui ſimiliter toto terrarum orbe diffuſi ſunt: Vnde dicit Apoſtolus, Deus erat in Chri-
2. Cor. 15. 19. ſto, mundum reconcilians ſibi.» Deinde preſſius triumphum Chriſti per Crucem & omnium ad ſe per eam attractionem explanat: « Omnia traham poſt me. Quæ, inquit, omnia, niſi ex quibus ille eiicitur foras? Non autem dixit omnes, ſed omnia.
2. Theſ. 3. 2. Non enim omnium eſt fides. Non itaque hoc ad vniuerſitatem hominum retulit, ſed ad creaturæ integritatem, id eſt, ſpiritum, & animam, & corpus; & illud quo intelligimus, & illud quo viuimus,
Luc. 21. 18. & illud quo viſibiles & contrectabiles ſumus. Qui enim dixit, capillus capitis veſtri non peribit, omnia trahit poſt ſe. Aut ſi omnia, ipſi homines intelligendi ſunt, omnia prædeſtinata ad ſalutem poſſumus dicere, ex quibus omnibus ait, nihil eſſe periturum, cùm ſupra de ſuis ouibus loqueretur. Aut certè omnia hominum genera, ſiue in linguis omnibus, ſiue in ætatibus omnibus, ſiue in gradibus bonorũ omnibus, ſiue in diuerſitatibus ingeniorũ omnibus ſiue in artũ licitarum & vtiliũ profeſſionibus omnibus, & quidquid aliud dici poteſt ſecundũ innumerabiles differentias, quibus inter ſe, pręter ſola peccata, homines diſtant, ab excelſiſſimis, vſque ad humillimos, à Rege, vſque ad mendicum, omnia, inquit, traham poſt me, vt ſim caput eorum, & illi membra mea.» Sic qui dominabatur toti mundo,

Princeps mundi foras eiectus est per Crucem, sicut Cedrus Libani multiplicatam, foras de mundo. « Quantaslibet aduersum nos erigat machinas, quando non tenet locum cordis, vbi fides habitat, eiectus est foras. » Nã fortiori Crucis machi[illegible] imperiũ diaboli, mortis, & peccati, & omnis eius machina & armatura destructa est. Vnum precandum nobis est, vt qui per Crucẽ exaltatã semel in Christo vicimus, eius semper adiuuante nos gratia triumphemus. Vnde concludit sanctus Augustinus: « Nolite, inquit, de vobis præsumere, si non vultis foras eiectum diabolum, intrò, iterum reuocare. »

Aug. ib. supra.

Aug. ib.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Cùm Cedrus Christi de Idololatria triumpharit, omnia cum Rachele Idola Laban sub eiusdem Crucis Terebintho defossa, hoc est, quidquid mundus colit, adorat, inordinatè diligit, sepulta conculcemus; vt vni Christo Crucifixo, eiusque sanctissimæ Cruci cultu latriæ, & toto affectu seruientes, cum captiuã captiuitate, hoc est electis diaboli tyrannicæ captiuitati ereptis currui triumphali vincti, & post eam tracti in odorem virtutum eius alacres properemus. « Mihi quidem videntur, & Thracius ille Orpheus, & Amphion Thebanus, & Arion Methymnæus, viri quidam, non viri, fuisse deceptores, qui prætextu Musicæ perniciem afferentes, artificiosis quibusdam præstigiis ad corruptelas dæmoniacè incitantes, probra Orgyiis celebrantes, luctus in Deorum Cantica traducentes, primi deduxere homines ad simulachra, atque adeo lapidibus, & lignis, hoc est imaginibus & adumbrationibus, agrestem gentis excitauere consuetudinem: Illam verò pulchram

Gen. 31. 19.

Clem. Alex. in exhort. ad Gentes in p.

Digitized by Google

libertatem eorum qui ſub cœlo vitam gerunt, Canticis & carminibus in extremam redigentes ſeruitutem. Sed non talis, meus Cantor (Chriſtum intelligit in cythara Crucis diſtentis neruorum fidibus, modulo ſuauiſſimo omnia ad ſe trahentem) ſed venit, paulò poſt diſſoluturus acerbam ſeruitutem dæmonum tyrannidem obtinentium: ad ſuaue autem Religionis & pietatis in Deum iugum nos traducens, in cœlum rurſus euocat eos qui humi ſunt abiecti. Solus quidem certè ex iis qui vnquam fuerunt, difficillimas feras homines manſuefecit. Volucres quidem, eos qui ex ipſis ſunt leues, ſerpentes verò, eos qui deceptores: & leones eos, qui ſunt animoſi, & ad iram concitati: ſues autem, eos qui ſunt voluptati dediti: lupos autem, eos qui ſunt rapaces. Lapides autem, & ligna, ſunt inſipientes, &c. potens eſt enim Deus ex his lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, qui miſeratus multam inſcitiam, & cordis duritiem eorum qui lapiduerunt aduerſus veritatem, excitauit ſemen pietatis in Deum, virtutem ſentiens, ex lapidibus illis nempe gentibus, quæ crediderunt lapidibus. Rurſus autem quoſdam virulentos, impoſtoreſque, ac ſimulatores, iuſtitiæ inſidiantes, appellauit genimina viperarum. Sed horum quoque ſerpentum ſi quis pœnitentia ductus fuerit, Verbum lubens ac ſua ſponte ſequens, homo Dei efficitur. Alios autem allegoricè dicit lupos, pellibus ouium indutos, eos innuens, qui in forma hominum, ſunt rapaces. Has ergo omnes immaniſſimas feras, & tales lapides, ipſe cœleſtis cantus in manſuetos homines transformauit. Eramus enim, eramus nos quoque aliquando inſipientes, inobedientes, errantes, ſeruientes voluptatibus, & cupiditatibus variis, in malitia, & inuidia degentes, odibiles, nos inuicem

Matth. 3. 9.

Math. 7. 15.

Tit. 3. 3.

odio habentes, vt ait Scriptura Apoſtolica. Quando autem benignitas & humanitas apparuit Seruatoris noſtri, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm miſericordiam, ſaluos nos fecit. Vide quantum potuerit nouum Canticum: homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris. Hi autem qui planè erant vt mortui, qui eius quæ verè eſt vita, non erant participes, poſtquam Cantici ſolùm fuerunt auditores, reuixerunt.» Quot adſtantes Cruci reuerſi ſunt, & conuerſi, «percutientes pectora ſua, & dicentes, Verè Filius Dei erat iſte?» Venite ergo, lapides, ligna, volucres, leones, lupi, ſues, & cuiuſcumque generis peccatores, quacumque ex gente, tribu, lingua, populo, trahentem vos Crucis machina, inſtrumento muſico, ſequimini veloces, à ſimulachris veſtris ad Deum viuum & verum conuertimini. « Dauid certè Rex Cytharœdus, qui adhortabatur ad veritatem, dehortabatur autem ab Idolis, longè quidem aberat vt ipſe laudaret dæmones, qui vera muſica ab ipſo expellebantur, qua Saüle à dæmone vexato, ille ſolummodo canens, eum curauit.» Sed Chriſtus cytharam pulſans, organo Crucis principem mundi foras eiecit. « Certè ipſe quoque eſt Dei concinnum & aptum inſtrumentum, & ſanctum, ſapientia ſupermundana, Verbum cœleſte. Quidnam ergo vult inſtrumentum Dei, Verbum, Dominus, & nouum Canticum? Patefacere, inquit, oculos cæcorum, & aperire aures ſurdorum, & qui pedibus claudicant, vel errant, ad iuſtitiam deducere, Deum inſipientibus hominibus oſtendere, interitum compeſcere, mortem vincere, inobedientes filios patri reconciliare.» Sic Crux adoranda, quæ Idola contriuit, & parentem Idololatriæ ſerpentem profligauit, omnes infirmos vi medica ſanauit, mor-

Luc. 23. 48.

Clem. Alex. ibid ſupra à p.

1. Reg. 16. 23.

Eſa. 35. 5.

tuos suscitauit, & Amphionis, Orphei, Arionis instrumentis efficacior, sermos hominum mores ad se trahens, non tantùm ad humanitatem & rationis normam adduxit, sed ad fidem, & Dei cognitionem & amorem, suauiter & potenter induxit.

Secunda Reflexio. Recolite quæso, & quod ad Exaltationem Sanctæ Crucis plurimum

Io.3.14. facit, à Christo relatum reuoluite. « Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. » Quid in illo stipite serpentifero, nisi Crux Domini figuratur? Tertul contra Iud. ca. 10. Num. 21.8. « Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur æneum serpentem ligno impositum, pendentis habitu, in spectaculum Israëli salutare proposuit, eo tempore quo à serpentibus, post Idololatriam exterminabantur? Nisi quòd hîc Dominicam Crucem intentabat, qua serpens diabolus publicabatur. (Subhastabatur, spolia eius venalia exponebantur, fraus eius euulgabatur, palam traducebatur triumphatus,) & læso cuique ab huiusmodi colubris, id est Angelis eius, à delictorum peccantia, ad Christi Crucis sacramenta intento, salus efficiebatur. Nam qui in illam tunc respiciebat, à morsu serpentium liberabatur. » Quis ictus igneo serpente superbiæ, viso humiliato Christo in Cruce, mortali non sanetur à vulnere? Quis igneis auaritiæ percussus ictibus, non curetur, aspecto Christo spoliato, & nudo pendente in stipite? Quis flammis ardens luxuriæ, æstus immundos non temperet, lilio inter spinas proprio purpurato in sanguine? Crux omnium medicina morborum. « Quid enim sunt serpentes mordentes? peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors

Aug. tr. 12. in Io. 3.

Domini in Cruce. Quia enim à ſerpente mors, per ſerpentis effigiem figurata eſt mors. Mors ſerpentum lethalis, mors Domini vitalis. Attenditur ſerpens vt nihil valeat ſerpens, Quid eſt hoc? Attenditur mors, vt nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vitæ, ſi dici poteſt, mors vitæ: Immò quia dici poteſt, mirabiliter dicitur. Sed numquid non erit dicendum, quod fuit faciendum: Ego dubitem dicere, quod Dominus pro me dignatus eſt facere? Nonne vita Chriſtus? Et tamen in Cruce Chriſtus? Nonne vita Chriſtus, & tamen mortuus eſt Chriſtus. Sed in morte Chriſti mors mortua eſt, quia vita mortua occidit mortem, plenitudo vitæ deglutiuit mortem. Abſorpta eſt mors in Chriſti corpore. Sic & nos dicemus in reſurrectione, quando iam triumphantes cantabimus: vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? &c. & hoc intereſt inter figuratam imaginem, & rem ipſam: figura præſtabat vitam temporalem, res ipſa cuius illa figura erat, præſtat vitam æternam.» Vultis & aliquid in idipſum ſubtilius? « Suſpenſus eſt tunc ſerpens æneus in conto, quia Chriſtus ſuſpendendus erat in ligno, &c. tunc vnuſquiſque reſpiciebat ſerpentem mortuum, vt poſſet euadere viuum. Nunc verò qui vult diaboli vitare venenum, Chriſtum reſpiciat Crucifixum. Et quia mors à morſu nomen accepit, & generi humano morſus antiqui ſerpentis acciderat, & mors niſi à morte ſuperari non poterat: Ideo mortem Chriſtus ſuſtinuit, vt iniuſta mors iuſtam vinceret mortem, & liberaret reos iuſtè, dum pro eis occidebatur iniuſtè, &c. Ideo ſerpens ille æneus efficitur, vt doctrina Chriſti in vniuerſo mundo clarius prædicetur, &c. Etiam ſecundum medicorum carnalium diſciplinam, quibus de morte ſerpentis contra viuorum

1. Cor. 15. 54.

Aug. ſer. 101. de tēp.

ſerpentium venena, ſalubria præparantur antidota: non eſt incongruum, vt mortuum debeat ſerpentem intendere, qui à viuorum ſerpentum venenis deſiderat liberari. » An non in remediis etiam Crux ſicut Cedrus Libani multiplicatur? « Cedri ſcobe ſerpentes fugari certum eſt, &c. Cedrides, hoc eſt fructus Cedri, tuſſim ſanant, aluum ſiſtunt, vtiles ruptis, conuulſis admoti, &c. Cedrus magna quàm Cedrelaten vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur, dentium doloribus vtiliſſimum, &c. Oculorum albugines caligineſque inunxere eo, & contra pulmonis vlcera cyathũ eius ſorbere iuſſerunt. » Et per Crucem & minimum eius puluerem, & gratiæ ex ea fluentis oleum, dæmones & peccata fugamus morbos animi, corporiſque ſanamus, & ſtridorem dentium gehennæ euadimus, & dulci Spiritus ſancti aura reſpiramus. « Defuncta corpora incorrupta æuis ſeruat, viuentia corrumpit: mira differentia, cùm vitam auferat ſpirantibus, defunctis pro vita fit. » Ita planè « Mortificata membra ſuper terram, eorum qui Chriſti ſunt, & qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis » æternam corruptionem procurat, ſpirantibus autem voluptatem & in delitiis viuentibus, æternam in iudicio corruptionem intentat.

Plin. li. 23. ca. 5.

Plin. ib. Coloſſ. 3. 5. Gal. 5. 24.

Tertia Reflexio. De dimenſionibus autem Crucis, in qua Chriſtus ſuæ in nos charitatis immenſitatem expandit: « Ea ſignificari rectè intelligitur quod ait Apoſtolus, quæ ſit latitudo, longitudo, & altitudo, & profundum. Lata eſt quippe in tranſuerſo ligno, quo extenduntur pendentis manus; & ſignificat opera bona in latitudine charitatis: (de qua Pſaltes, latum mandatum tuum nimis) longa eſt à tranſuerſo ligno,

Aug. tr. 118. in Ioan. 19 Epheſ. 3

vſque ad terram, vbi dorſum pedeſque figuntur, & ſignificat perſeuerantiam in longitudine temporis vſque ad finem. Alta eſt in cacumine quod per tranſuerſum lignum ſurſum verſum excedit; & ſignificat ſupernum finem, quo cuncta opera referuntur: quoniam cuncta quæ latitudine, ac longitudine plenè ac perſeueranter fiunt, propter altitudinem diuinorum facienda ſunt præmiorum. Profunda eſt in èa parte, qua in terram figitur: ibi quippe occulta eſt, nec videri poteſt, ſed cuncta eius apparentia & eminentia inde conſurgunt, ſicut bona noſtra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi ac diiudicari non poteſt, vniuerſa procedunt. Sed & ſi Crux Chriſti hoc ſolùm ſignificet quod ait Apoſtolus, qui autem Ieſu Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus, & concupiſcentiis, quàm magnum bonum eſt? » Hoc planè à nobis exigit charitas crucifixi, hoc debitum Chriſtiani, vt noſtram poſt eum Crucem baiulemus: « Qui non accipit, inquit, Crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Quia qui Chriſti ſunt, Crucifixerunt corpus, &c. Et indignus eſt Chriſto, qui non Crucem ſuam, in qua compatimur, commorimur, conſepelimur, conreſurgimus, accipiens, Dominum ſit ſecutus, in hoc ſacramento fidei, ſpiritus nouitate victurus. » Sed vſque ad finem, cum tota charitatis latitudine, Chriſto & proximo compatiens, in Cruce perſeueret: & dicat cum Pſalte, & interprete eius Auguſtino: « Omnis conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum valde. Omnis, inquit, conſummatio mihi videtur hoc loco intelligenda vſque ad mortem, pro veritate certare, & pro vero, ac ſummo bono omnia mala tolerare, cuius conſummationis finis eſt, excellere in regno Chri-

Gal. 5. 24.

Hilar. Cano. 10. in Matth.

Aug. Cócio. 27. in Pſ. 118.

Ita prorſus Crux ante Chriſtum arbor reis deſtinata, lignum mortiferum, & pendentem in eo maledicto ſubiiciens. Sed ex quo Chriſti clauis perforata, eius ſanguine perfuſa eſt, reorum ſupplicium, in aſcenſum purpureum, & iuſtorum tranſtulit in triumphum. « Non eſt ergo dilectiſſimi, erubeſcenda Crux Chriſti, quæ de virtute eſt diuini conſilij, non de conditione peccati. »

D. Leo ſer. 1. de Paſſio.

Qvarta Reflexio. Ad Crucem igitur, non tanquam ad patibulum inuiti compellamur, ſed alacres velut ad ſcalam regni curramus. « Magnum Chriſte, te architectum video, virgam portantem, & de iſta virga miracula facientem, &c. Virga Maria ſancta, virga ipſe Chriſtus, virga Crux. Et de iſta virga quàm magna, & mira fecit hic architectus; & arborem fecit Crucis, vbi ipſe angularis pependit lapis, & ſcalas cœli, per quas hominem lapſum ad patrem leuauit. Quale miraculum fratres, huius architecti, vt de virga ſua faceret ſcalas, & tales, quarum caput in cœlum poneret, & per eas ipſe, & aſcenderet, & deſcenderet, & propter confirmationem, ipſe ſuper eas incumberet. Aſcende ſecurus, qui deſideras cœlum. Non te terreat earum nec anguſtia, nec longitudo, nec latitudo. Nihil timeas. Non nutant gradus eius, quos ille architectus ſic confirmauit, vt in eius ligno manus ſuas clauis affigi voluerit. Vide has ſcalas; & vſus architecti diſcipulum Apoſtolum Paulum demonſtrantem, & quaſi gradus numerantem, & aſcendentem, & quamplurimos inuitantem. Flecto, inquit, genua mea ad patrem Domini mei Ieſu Chriſti, vt det vobis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit altitudo, & latitudo, &c. Quatuor gradus poſuit Crucis. Non ergo laborioſæ ſunt hæ ſcalæ, quatuor gradus habent, & perdu-

Aug. tr. de Cataclisſmo c. 6.

Gen. 28. 12.

Epheſ. 3. 14.

perducunt ad cœlum. In altitudine Crucis, caput poſitum eſt Crucifixi. Surſum cor habeat Chriſtianus ad Dominum, quod interrogatus quotidie reſpondet, & aſcendit vnum gradum. In latitudine Crucis manus affixæ ſunt Crucifixi: perſeuerent manus Chriſtiani in operibus bonis, & ſecundum gradum aſcendit. In longitudine Crucis corpus pependit Crucifixi: caſtiget quis corpus ſuum obſeruationibus ieiunij, illud ſuſpendat, vt ſeruituti animæ ſubiiciat; & tertium gradum aſcendit. In profundo Crucis occultum eſt quod non vides, ſed inde exurgit totum quod vides. Adſit fides Chriſtiana, quod non poteſt comprehendere, credat corde, altiora à ſe non quærat, ſpes eum nutriat, & tunc gradum quartum aſcendit. Per hos gradus aſcenderunt ſancti omnes continentes, coniugati, fideles: euaſerunt ruinas mundi, migrauerunt ad loca minutiſſima, vbi iam nec barbaros timent, nec fragiles caſus humanos exhorrent, &c. » O Chriſte, tu per hanc ſcalam aſcendiſti ad Patrem. « Trahe nos poſt te: da nobis in vita præſenti, vt ſimus ſine angaria baiuli Crucis tuæ, & cõprehẽdamus cum omnibus ſanctis, quid latitudo, quid lõgitudo, quid ſublimitas, quid profundũ huius ligni ſignificet: quo conſpecto, non noceat nobis, neque mordeat coluber ſolitudinis, ſed incolumes per omnia ſequamur te: tecum paruuli ſimus, tecum circumcidamur, tecum baptizemur, tecum ieiunemus, tecum lotis pedibus, panem Angelorum edamus, tecum crucifixi mundo, viuamus, tecum Spiritu ſancto repleti & corpore & ſpiritu in æternum maneamus. » Per te & Crucis Cedrum exaltati in Libano gratiæ, per hanc ſcalam exaltemur in Libanum gloriæ. Amen.

Eccli. 3.22.

Cypr. de Paſſ. Chriſti in fine.

tunc quod in hominibus pauciſſimis factum eſt; nunc in multis magniſque populis iam mox futurum eſſe prædictum eſt? &c. Abſit autem vt diabolum principem mundi ita dictum exiſtimemus, vt cœlo &. terræ dominari poſſe credamus, ſed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto terrarum orbe diffuſi ſunt, &c. Princeps malorum omnium qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui ſimiliter toto terrarum orbe diffuſi ſunt: Vnde dicit Apoſtolus, Deus erat in Chri-
2. Cor. 15. 19. ſto, mundum reconcilians ſibi. » Deinde preſſius triumphum Chriſti per Crucem & omnium ad ſe per eam attractionem explanat: « Omnia traham poſt me. Quæ, inquit, omnia, niſi ex quibus ille eiicitur foras? Non autem dixit omnes, ſed omnia.
2. Theſ. 3. 2. Non enim omnium eſt fides. Non itaque hoc ad vniuerſitatem hominum retulit, ſed ad creaturæ integritatem, id eſt, ſpiritum, & animam, & corpus; & illud quo intelligimus, & illud quo viuimus,
Luc. 21. 18. & illud quo viſibiles & contrectabiles ſumus. Qui enim dixit, capillus capitis veſtri non peribit, omnia trahit poſt ſe. Aut ſi omnia, ipſi homines intelligendi ſunt, omnia prædeſtinata ad ſalutem poſſumus dicere, ex quibus omnibus ait, nihil eſſe periturum, cùm ſupra de ſuis ouibus loqueretur. Aut certè omnia hominum genera, ſiue in linguis omnibus, ſiue in ætatibus omnibus, ſiue in gradibus bonorũ omnibus, ſiue in diuerſitatibus ingeniorũ omnibus ſiue in artũ licitarum & vtiliũ profeſſionibus omnibus, & quidquid aliud dici poteſt ſecundũ innumerabiles differentias, quibus inter ſe, pręter ſola peccata, homines diſtant, ab excelſiſſimis, vſque ad humillimos, à Rege, vſque ad mendicum, omnia, inquit, traham poſt me, vt ſim caput eorum, & illi membra mea. » Sic qui dominabatur toti mundo,

Princeps mundi foras eiectus est per Crucem, sicut Cedrus Libani multiplicatam, foras de mundo. « Quantaslibet aduersum nos erigat machinas, quando non tenet locum cordis, vbi fides habitat, eiectus est foras. » Nã fortiori Crucis machina imperiũ diaboli, mortis, & peccati, & omnis eius machina & armatura destructa est. Vnum precandum nobis est, vt qui per Crucẽ exaltatã semel in Christo vicimus, eius semper adiuuante nos gratia triumphemus. Vnde concludit sanctus Augustinus: « Nolite, inquit, de vobis præsumere, si non vultis foras eiectum diabolum, intrò, iterum reuocare. »

Aug. ib. supra.

Aug. ib.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Cùm Cedrus Christi de Idololatria triumpharit, omnia cum Rachele Idola Laban sub eiusdem Crucis Terebintho defossa, hoc est, quidquid mundus colit, adorat, inordinatè diligit, sepulta conculcemus; vt vni Christo Crucifixo, eiusque sanctissimæ Cruci cultu latriæ, & toto affectu seruientes, cum captiuã captiuitate, hoc est electis diaboli tyrannicæ captiuitati ereptis currui triumphali vincti, & post eam tracti in odorem virtutum eius alacres properemus. « Mihi quidem videntur, & Thracius ille Orpheus, & Amphion Thebanus, & Arion Methymnæus, viri quidam, non viri, fuisse deceptores, qui prætextu Musicæ perniciem afferentes, artificiosis quibusdam præstigiis ad corruptelas dæmoniacè incitantes, probra Orgyiis celebrantes, luctus in Deorum Cantica traducentes, primi deduxere homines ad simulachra, atque adeo lapidibus, & lignis, hoc est imaginibus & adumbrationibus, agrestem gentis excitauere consuetudinem: Illam verò pulchram

Gen. 31. 19.

Clem. Alex. in exhort. ad Gentes in p.

libertatem eorum qui ſub cœlo vitam gerunt, Canticis & carminibus in extremam redigentes ſeruitutem. Sed non talis meus Cantor (Chriſtum intelligit in cythara Crucis diſtentis neruorum fidibus modulo ſuauiſſimo omnia ad ſe trahentem) ſed venit, paulò poſt diſſoluturus acerbam ſeruitutem dæmonum tyrannidem obtinentium: ad ſuaue autem Religionis & pietatis in Deum iugum nos traducens, in cœlum rurſus euocat eos qui humi ſunt abiecti. Solus quidem certè ex iis qui vnquam fuerunt, difficillimas feras homines manſuefecit. Volucres quidem, eos qui ex ipſis ſunt leues, ſerpentes verò, eos qui deceptores: & leones eos, qui ſunt animoſi, & ad iram concitati: ſues autem, eos qui ſunt voluptati dediti: lupos autem, eos qui ſunt rapaces. Lapides autem, & ligna, ſunt inſipientes, &c. potens eſt enim Deus ex his lapidibus
Matth. 3. 9. ſuſcitare filios Abrahæ, qui miſeratus multam inſcitiam, & cordis duritiem eorum qui lapiduerunt aduerſus veritatem, excitauit ſemen pietatis in Deum, virtutem ſentiens, ex lapidibus illis nempe gentibus, quæ crediderunt lapidibus. Rurſus autem quoſdam virulentos, impoſtoreſque, ac ſimulatores, iuſtitiæ inſidiantes, appellauit genimina viperarum. Sed horum quoque ſerpentum ſi quis pœnitentia ductus fuerit, Verbum lubens ac ſua ſponte ſequens, homo Dei efficitur. Alios au-
Matth. 7. 15. tem allegoricè dicit lupos, pellibus ouium indutos, eos innuens, qui in forma hominum, ſunt rapaces. Has ergo omnes immaniſſimas feras, & tales lapides, ipſe cœleſtis cantus in manſuetos homines
Tit. 3. 3. transformauit. Eramus enim, eramus nos quoque aliquando inſipientes, inobedientes, errantes, ſeruientes voluptatibus, & cupiditatibus variis, in malitia, & inuidia degentes, odibiles, nos inuicem

Digitized by Google

odio habentes, vt ait Scriptura Apoſtolica. Quando autem benignitas & humanitas apparuit Seruatoris noſtri, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm miſericordiam, ſaluos nos fecit. Vide quantum potuerit nouum Canticum: homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris. Hi autem qui planè erant vt mortui, qui eius quæ verè eſt vita, non erant participes, poſtquam Cantici ſolùm fuerunt auditores, reuixerunt. » Quot adſtantes Cruci reuerſi ſunt,& conuerſi, « percutientes pectora ſua, & dicentes, Verè Filius Dei erat iſte? » Venite ergo, lapides, ligna, volucres, leones, lupi, ſues, & cuiuſcumque generis peccatores, quacumque ex gente, tribu, lingua, populo, trahentem vos Crucis machina, inſtrumento muſico, ſequimini veloces, à ſimulachris veſtris ad Deum viuum & verum conuertimini. « Dauid certè Rex Cytharœdus, qui adhortabatur ad veritatem, dehortabatur autem ab Idolis, longè quidem aberat vt ipſe laudaret dæmones, qui vera muſica ab ipſo expellebantur, qua Saüle à dæmone vexato, ille ſolummodo canens, eum curauit. » Sed Chriſtus cytharam pulſans, organo Crucis principem mundi foras eiecit. « Certè ipſe quoque eſt Dei concinnum & aptum inſtrumentum, & ſanctum, ſapientia ſupermundana, Verbum cœleſte. Quidnam ergo vult inſtrumentum Dei, Verbum, Dominus, & nouum Canticum? Patefacere, inquit, oculos cæcorum, & aperire aures ſurdorum, & qui pedibus claudicant, vel errant, ad iuſtitiam deducere, Deum inſipientibus hominibus oſtendere, interitum compeſcere, mortem vincere, inobedientes filios patri reconciliare. » Sic Crux adoranda, quæ Idola contriuit, & parentem Idololatriæ ſerpentem profligauit, omnes infirmos vi medica ſanauit, mor-

Luc. 23. 48.

Clem. Alex. ibid. ſupra à p.

1. Reg. 16. 23.

Eſa. 35. 5.

tuos suscitauit, & Amphionis, Orphei, Ariosis instrumentis efficacior, sermos hominum mores ad se trahens, non tantùm ad humanitatem & rationis normam adduxit, sed ad fidem, & Dei cognitionem & amorem, suauiter & potenter induxit.

Secvnda Reflexio. Recolite quæso, & quod ad Exaltationem Sanctæ Crucis plurimum facit, à Christo relatum reuoluite. « Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. » Quid in illo stipite serpentifero, nisi Crux Domini figuratur? « Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur æneum serpentem ligno impositum, pendentis habitu, in spectaculum Israëli salutare proposuit, eo tempore quo à serpentibus, post Idololatriam exterminabantur? Nisi quòd hîc Dominicam Crucem intentabat, qua serpens diabolus publicabatur. (Subhastabatur, spolia eius venalia exponebantur, fraus eius euulgabatur, palam traducebatur triumphatus,) & læso cuique ab huiusmodi colubris, id est Angelis eius, à delictorum peccantia, ad Christi Crucis sacramenta intento, salus efficiebatur. Nam qui in illam tunc respiciebat, à morsu serpentium liberabatur. » Quis ictus igneo serpente superbiæ, viso humiliato Christo in Cruce, mortali non sanetur à vulnere? Quis igneis auaritiæ percussus ictibus, non curetur, aspecto Christo spoliato, & nudo pendente in stipite? Quis flammis ardens luxuriæ, æstus immundos non temperet, lilio inter spinas proprio purpurato in sanguine? Crux omnium medicina morborum. « Quid enim sunt serpentes mordentes? peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors

Io. 3. 14.

Tertul contra Iud. ca. 10. Num. 21. 8.

Aug. tr. 12. in Io. 3.

Domini in Cruce. Quia enim à ſerpente mors, per ſerpentis effigiem figurata eſt mors. Mors ſerpentum lethalis, mors Domini vitalis. Attenditur ſerpens vt nihil valeat ſerpens, Quid eſt hoc? Attenditur mors, vt nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vitæ, ſi dici poteſt, mors vitæ: Immò quia dici poteſt, mirabiliter dicitur. Sed numquid non erit dicendum, quod fuit faciendum: Ego dubitem dicere, quod Dominus pro me dignatus eſt facere? Nonne vita Chriſtus? Et tamen in Cruce Chriſtus? Nonne vita Chriſtus, & tamen mortuus eſt Chriſtus. Sed in morte Chriſti mors mortua eſt, quia vita mortua occidit mortem, plenitudo vitæ deglutiuit mortem. Abſorpta eſt mors in Chriſti corpore. Sic & nos dicemus in reſurrectione, quando iam triumphantes cantabimus: vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? &c. & hoc intereſt inter figuratam imaginem, & rem ipſam: figura præſtabat vitam temporalem, res ipſa cuius illa figura erat, præſtat vitam æternam.» Vultis & aliquid in idipſum ſubtilius? « Suſpenſus eſt tunc ſerpens æneus in conto, quia Chriſtus ſuſpendendus erat in ligno, &c. tunc vnuſquiſque reſpiciebat ſerpentem mortuum, vt poſſet euadere viuum. Nunc verò qui vult diaboli vitare venenum, Chriſtum reſpiciat Crucifixum. Et quia mors à morſu nomen accepit, & generi humano morſus antiqui ſerpentis acciderat, & mors niſi à morte ſuperari non poterat: Ideo mortem Chriſtus ſuſtinuit, vt iniuſta mors iuſtam vinceret mortem, & liberaret reos iuſtè, dum pro eis occidebatur iniuſtè, &c. Ideo ſerpens ille æneus efficitur, vt doctrina Chriſti in vniuerſo mundo clarius prædicetur, &c. Etiam ſecundum medicorum carnalium diſciplinam, quibus de morte ſerpentis contra viuorum

1. Cor. 15. 54.

Aug. ſer. 101. de tẽp.

ſerpentium venena, ſalubria præparantũr antidota:
non eſt incongruum, vt mortuum debeat ſerpentem intendere, qui à viuorum ſerpentum venenis deſiderat liberari. » An non in remediis etiam
Plin. li. 23. ca. 5. Crux ſicut Cedrus Libani multiplicatur? « Cedri ſcobe ſerpentes fugari certum eſt, &c. Cedrides, hoc eſt fructus Cedri, tuſſim ſanant, aluum ſiſtunt, vtiles ruptis, conuulſis admoti, &c. Cedrus magna quàm Cedrelaten vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur, dentium doloribus vtiliſſimum, &c. Oculorum albugines caligineſque inunxere eo, & contra pulmonis vlcera cyathũ eius ſorbere iuſſerunt.» Et per Crucem & minimum eius puluerem, & gratiæ ex ea fluentis oleum, dæmones & peccata fugamus morbos animi, corporiſque ſanamus, & ſtridorem dentium gehennæ euadimus, &
Plin. ib. dulci Spiritus ſancti aura reſpiramus. « Defuncta
Coloſſ. 3. 5. corpora incorrupta æuis ſeruat, viuentia corrum-
Gal. 5. 24. pit: mira differentia, cùm vitam auferat ſpirantibus, defunctis pro vita fit. » Ita planè « Mortificata membra ſuper terram, eorum qui Chriſti ſunt, & qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis » æternam corruptionem procurat, ſpirantibus autem voluptatem & in delitiis viuentibus, æternam in iudicio corruptionem intentat.

TERTIA REFLEXIO. De dimenſionibus autem Crucis, in qua Chriſtus ſuæ in nos
Aug. tr. 118. in Ioan. 19 charitatis immenſitatem expandit: « Ea ſignificari rectè intelligitur quod ait Apoſtolus, quæ ſit la-
Epheſ. 3 titudo, longitudo, & altitudo, & profundum. Lata eſt quippe in tranſuerſo ligno, quo extenduntur pendentis manus; & ſignificat opera bona in latitudine charitatis: (de qua Pſaltes, latum mandatum tuum nimis) longa eſt à tranſuerſo ligno,

vſque ad terram, vbi dorſum pedeſque figuntur, & ſignificat perſeuerantiam in longitudine temporis vſque ad finem. Alta eſt in cacumine quod per tranſuerſum lignum ſurſum verſum excedit; & ſignificat ſupernum finem, quo cuncta opera referuntur: quoniam cuncta quæ latitudine, ac longitudine plenè ac perſeueranter fiunt, propter altitudinem diuinorum facienda ſunt præmiorum. Profunda eſt in ea parte, qua in terram figitur: ibi quippe occulta eſt, nec videri poteſt, ſed cuncta eius apparentia & eminentia inde conſurgunt, ſicut bona noſtra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi ac diiudicari non poteſt, vniuerſa procedunt. Sed & ſi Crux Chriſti hoc ſolùm ſignificet quod ait Apoſtolus, qui autem Ieſu Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus, & concupiſcentiis, quàm magnum bonum eſt? » Hoc planè à nobis exigit charitas crucifixi, hoc debitum Chriſtiani, vt noſtram poſt eum Crucem baiulemus: « Qui non accipit, inquit, Crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Quia qui Chriſti ſunt, Crucifixerunt corpus, &c. Et indignus eſt Chriſto, qui non Crucem ſuam, in qua compatimur, commorimur, conſepelimur, conreſurgimus, accipiens, Dominum ſit ſecutus, in hoc ſacramento fidei, ſpiritus nouitate victurus. » Sed vſque ad finem, cum tota charitatis latitudine, Chriſto & proximo compatiens, in Cruce perſeueret: & dicat cum Pſalte, & interprete eius Auguſtino: « Omnis conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum valde. Omnis, inquit, conſummatio mihi videtur hoc loco intelligenda vſque ad mortem, pro veritate certare, & pro vero, ac ſummo bono omnia mala tolerare, cuius conſummationis finis eſt, excellere in regno Chri-

Gal. 5. 24.

Hilar. Cano. 10. in Matth.

Aug. Cōcio. 27. in Pſ. 118.

sti, quod non habet finem, & habere ibi sine morte, sine dolore, & cum magno honore, vitam morte huius vitæ ac doloribus & opprobriis acquisitam. Quod autem addidit, latum mandatum tuum valde, non intelligo nisi charitatem. Quid enim profuisset quacumque morte imminente, & inter quantacumque tormenta illa martyria confiteri, si charitas in confitente non esset? (hinc Anastasius Sinaïta, Crucem ligno scientiæ boni & mali comparat, ex charitate patiente bonum à malo latrone discernentem.) Audiamus Apostolum, & si tradidero, inquit, corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. In hac diffusione latitudo est, in qua sine angustiis via quoque ambulatur angusta, donante illo, cui dictum est, dilatasti gressus super me, & non sunt infirmata vestigia mea. Latum est ergo mandatum charitatis nimis, mandatum illud geminum, quo iubetur Deus & proximus diligi. Quid autem latius, quàm vt ibi pendeat tota lex, & Prophetæ.» Nec sufficit, nisi & Crux multiplicata sicut Cedrus Libani, ad quæcumque ferenda extendatur. Et quidem, multiplices sunt, & variæ cruces, animæ, carnis, à mundo, dæmone, vxore, liberis, fortunis. Et cuius sit materiæ vera Crux ignoratur. Inde & «quasi Cedrus, quasi palma, quasi platanus, quasi cypressus» dicitur, vt ad omnem sis indifferens, & omnem feras. Et de Cedro quidem: «Maioris Cedri duo genera. Quæ floret, fructum non fert, frugifera non floret: Et in ea antecedentem fructum, occupat nouus.» Christi Crux & «lectulus simul floridus, ex flore campi, & Iesu

Anast. Sin.

1. Cor. 13. 3.

Rom. 5. 5.

Psal. 17. 37.

Matth. 22. 40.

Eccli. 24. 17.

Plin. li 13. c. 5.

Cant. 1. 15.

Nazareno » ſed fructum vt lignum vitæ protulit immortalem. Inter homines autem plerumque floridæ Cruces, infructuoſæ ſunt. Floret quidem Crux Prælati, floret & Crux Equitis Torquati, ſed quem fructum virtutis, & pœnitentiæ proferunt? Nec dignus hodie Heraclius habitus eſt, qui Crucem Domini portaret, Regio apparatu florens in purpura. Et Chriſtiano in veſtibus ſplendidis incedenti pompaticè Tertullianus inſultat, cum Diogene faſtum calcante Platonis. « Num ergo in Coccino & Tyrio pro delictis ſupplicare nos condecet? » O leproſi, & inſenſibiles, mementote Cedrum in ſanguine paſſeris intinctum, purificationi leproſi appoſitum. Et « paſſer ſolitarius in tecto » Crucis, vt Cedri, nidificauit prior; & ſanguinem fudit in purificationem peccatorum. An pudebit, vel pigebit cum Chriſto Crucifigi? « Cedrus materia ſublimis ad gratiam, leuis ad onus, ſuauis ad odorem. » Et quanta gratiæ ſublimitas, vt cum Paulo « Chriſto confixus ſis Cruci. » Audi Chryſoſtomum tribus pueris applaudentem: « O quibus te incorrupta fides triumphis extendis! Adeſt tibi amica maieſtas, patitur ſe Deus cum pueris in ſupplicio numerari. Et ſpecies quarti ſimilis Filio Dei. » Adeo vt Methodius dixerit; « Sic expetendam Crucem, & Martyrium, quo hoſtia Deo grata offertur, vt hac cauſa carnem paſſibilem ſumpſerit Chriſtus. » Quamuis igitur ante Chriſtum, tribulationis aquæ eſſent amariſſimæ, ligno Crucis indulcatæ ſunt. Lignum autem oſtenſum Moyſi, erat ex arbore amariſſima & venenoſa decerptum, quæ ſolis capris eſt pabulum; capræ autem ſymbolum ſunt peccatorum & reorum. Et huius vmbra ligni Lyrano lethalis eſt, ſed ſi clauo perforetur, ad multa vtilis, veneficam deponit malignitatem.

Tertul. de pœn. cap. 11.
Georg. Venet. in Harmonia Cant. 2. tono. 3. cap. 17.
Ambr.
Chryſoſt. ſer. de trib. pueris.
Methodius apud Theodoret. dial.
Abul. ex R. Salom.
Lyran.

Ita prorſus Crux ante Chriſtum arbor reis deſtinata, lignum mortiferum, & pendentem in eo maledicto ſubiiciens. Sed ex quo Chriſti clauis perforata, eius ſanguine perfuſa eſt, reorum ſupplicium, in aſcenſum purpureum, & iuſtorum tranſtulit in triumphum. « Non eſt ergo dilectiſſimi, erubeſcenda Crux Chriſti, quæ de virtute eſt diuini conſilij, non de conditione peccati. »

D. Leo ſer. 1. de Paſſio.

Qᴠᴀʀᴛᴀ Rᴇꜰʟᴇxɪᴏ. Ad Crucem igitur, non tanquam ad patibulum inuiti compellamur, ſed alacres velut ad ſcalam regni curramus. « Magnum Chriſte, te architectum video, virgam portantem, & de iſta virga miracula facientem, &c. Virga Maria ſancta, virga ipſe Chriſtus, virga Crux. Et de iſta virga quàm magna, & mira fecit hic architectus; & arborem fecit Crucis, vbi ipſe angularis pependit lapis, & ſcalas cœli, per quas hominem lapſum ad patrem leuauit. Quale miraculum fratres, huius architecti, vt de virga ſua faceret ſcalas, & tales, quarum caput in cœlum poneret, & per eas ipſe, & aſcenderet, & deſcenderet, & propter confirmationem; ipſe ſuper eas incumberet. Aſcende ſecurus, qui deſideras cœlum. Non te terreat earum nec anguſtia, nec longitudo, nec latitudo. Nihil timeas. Non nutant gradus eius, quos ille architectus ſic confirmauit, vt in eius ligno manus ſuas clauis affigi voluerit. Vide has ſcalas; & vſus architecti diſcipulum Apoſtolum Paulum demonſtrantem, & quaſi gradus numerantem, & aſcendentem, & quamplurimos inuitantem. Flecto, inquit, genua mea ad patrem Domini mei Ieſu Chriſti, vt det vobis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit altitudo, & latitudo, &c. Quatuor gradus poſuit Crucis. Non ergo laborioſæ ſunt hæ ſcalæ, quatuor gradus habent, & perdu-

Aug. tr. de Cataclyſmo c. 6.

Gen. 28. 12.

Epheſ. 3. 14.

perducunt ad cœlum. In altitudine Crucis, caput poſitum eſt Crucifixi. Surſum cor habeat Chriſtianus ad Dominum, quod interrogatus quotidie reſpondet, & aſcendit vnum gradum. In latitudine Crucis manus affixæ ſunt Crucifixi: perſeuerent manus Chriſtiani in operibus bonis, & ſecundum gradum aſcendit. In longitudine Crucis corpus pependit Crucifixi: caſtiget quis corpus ſuum obſeruationibus ieiunij, illud ſuſpendat, vt ſeruituti animæ ſubiiciat; & tertium gradum aſcendit. In profundo Crucis occultum eſt quod non vides, ſed inde exurgit totum quod vides. Adſit fides Chriſtiana, quod non poteſt comprehendere, credat corde, altiora à ſe non quærat, ſpes eum nutriat, & tunc gradum quartum aſcendit. Per hos gradus aſcenderunt ſancti omnes continentes, coniugati, fideles: euaſerunt ruinas mundi, migrauerunt ad loca minutiſſima, vbi iam nec barbaros timent, nec fragiles caſus humanos exhorrent, &c.» O Chriſte, tu per hanc ſcalam aſcendiſti ad Patrem. «Trahe nos poſt te: da nobis in vita præſenti, vt ſimus ſine angaria baiuli Crucis tuæ, & cōprehēdamus cum omnibus ſanctis, quid latitudo, quid lōgitudo, quid ſublimitas, quid profundū huius ligni ſignificet: quo conſpecto, non noceat nobis, neque mordeat coluber ſolitudinis, ſed incolumes per omnia ſequamur te: tecum paruuli ſimus, tecum circumcidamur, tecum baptizemur, tecum ieiunemus, tecum lotis pedibus, panem Angelorum edamus, tecum crucifixi mundo, viuamus, tecum Spiritu ſancto repleti & corpore & ſpiritu in æternum maneamus.» Per te & Crucis Cedrum exaltati in Libano gratiæ, per hanc ſcalam exaltemur in Libanum gloriæ. Amen.

Eccli. 3.22.

Cypr. de Paſſ. Chriſti in fine.

DE VITA, ET LAVDIBVS SANCTI THOMÆ A VILLANOVA.

Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum; omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. Psal. 8. 7.

PRofundè quidem, sed sublimiter omnis humanæ gloriæ contemptum expressit in Emblemate suo Galeaceus Maria Sfortia Dux quintus Mediolanensis; in quo statuam in medio Globi, in basi rotunda collocauit; in qua statua, media stella lucet, vna infra sub pedibus iacet, tres in summo globo eminent cum hoc symbolo: « Me trahit altus honos » quasi diceret, & doceret, virtutem, cuius affectu possidetur, non honorem statuæ à mundo, pro mercede concupiscere; sed Lucifero ad ima deiecto, « qui mane oriebatur » in Sanctissimæ Trinitatis beatifica visione, altum, & verum, æternumque honorem ponere. Erramus fratres si sanctum Thomam à Villanouâ Archiepiscopum Valentinum, totius mundanæ gloriæ contemptorem, dum adhuc mortalis hîc ageret; iam in cœlo, statuis, panegyricis, triumphalibus arcubus, cæteràque nostræ deuotionis officiosâ licet, & piâ pompâ delectari credimus. Hinc quidem nobis magnum apud Deum meritum, & lucrum accedit; sed accidentalis est hæc Sãcto gloria, quem immor-

Tipot. in Hierograp. Duc. Mediolan.

Esa. 14. 12.

tali iam perfruentem, è cœlis audio longè veriùs illud Sfortiæ perſonantem: « Me trahit altus honos. » Cui omnem à Deo gloriam pro meritis accepturo Pſaltes Regius acclamabat: « Gloriâ & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum; omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. » Sed licet omnia generoſo contemptu calcauerit, proprio didicit experimento, « quærenti primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, cætera omnia ſuperadiecta ſibi; » à remuneratore munificentiſſimo. Tria nos in hoc tractatu videbimus; primò quidem, Diuum Thomam gloriâ & honore, præ cæteris ſanctis à Deo coronatum, & conſtitutum ſuper opera manuum Dei, ſecundò per quadrigam virtutum, in gloriæ ſublimitatem euectum. Tertiò virtutes illius in exemplum non modò prælatis, ſed & cunctis fidelibus eſſe propoſitas. Aderis Virgo, cui à teneris addictiſſimus fuit; In cuius Præſentationis feſto habitum Ordinis noſtri ſuſcepit, Miſſam primam die Natiuitatis celebrauit, & in ſolemnitate Aſſumptionis Epiſcopatum adiit; ſicut & in tuo Natali, per mortem tranſiuit ad gloriam: « Qui enim te inuenit, inuenit vitam, & haurit ſalutem à Domino » quam per Gabrielem ſupplices exoramus, cum eo dicentes: Aue Maria.

Pſ. 8. 7.

Matth. 6. 33.

DIVISIO.

Prou. 8. 35.

EXORDIVM.

Ex quo ſolemni ritu Eccleſia Sancta Romana beatos in album Sanctorum tranſcribere, & ſacrâ eos apoteoſi donare cœpit, nulla pompâ tam celebri, quod ſciam; cuiuſcumque tandem ordinis, & Chori in Hierarchia ſua fuerit, Canonizationem inſtituit. Et quidem ſi Eminentiſſimo Cardinali

Baron. anno Chriſti 804.

Baronio credimus, Sanctorum Canonizatio ſolemnis à ſancto Suitberto ſub Leone tertio, anno Pontificatus eius nono, & Caroli Magni quarto, ſumpſit exordium. Refert enim præfatum Pontificem Vuerdam cum Imperatore accedentem, eiuſdem rogatu beatum Suitbertum poſt lectam ipſius ſanctiſſimam vitam, innumeraque miracula, poſtque actas preces celebres, celebrataque ieiunia, de conſenſu Cardinalium, cæterorumque Prælatorum, ſolemni ritu, inter ſacratiſſimum Miſſæ officium Sanctorum Confeſſorum Catologo adſcripſiſſe, pridie Nonas Septembris: & inſtituiſſe illum diem ab incolis feſtiuè colendum, atque ad diuina confluentibus indulgentias conceſſiſſe: denique multa ab omnibus adſtantibus dona oblata eſſe ad conficiendam pretioſam capſulam, in qua ſancti Reliquiæ collocarentur. Sed quod præclarè Leo tertius Pontifex maximus in gloriam Sancti Suitberti inſtituit, ſplendidè Alexander ſeptimus in ſancto Thoma à Villanoua, cœpto dudum à Paulo quinto proceſſu, maiori longè apparatu, ac pompâ, pro ſua in ſanctum Auguſtinum eiuſque Ordinem pluſquàm paternâ pietate conſummauit. Omnia ſiquidem notatu digniſſima in huius ſancti Canonizatione concurrerunt, quæ memoriam eius ſic commendant, vt in ipſa planè completa ſit Dauidica prophetia: « Gloriâ & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. » Dies enim à ſua ſanctitate huic ceremoniæ decretus, fuit omnium Sanctorum feſtiuitati deputatus. Quantâ gloriâ! vt vni, & nouiſſimo ætate ſancto colendo & honorando, Sanctis omnibus, vt ita dicam, pro tempore derelictis, intenderit ſancta Romana Eccleſia: vel hoc facto hunc virum velut omnium merita poſſidentem cunctis fidelibus po-

Pſ. 8.7.

neret in exemplum. Locum insuper elegit Pontifex, totius mundi sanctissimum, Apostolorum Principum Basilicam, aulæis, tapetibus, vasis aureis, & argenteis, candelabris, luminibus vsquequaque exornatissimam adeo vt « lucernis diem infringerent. » Ad hæc Romæ primum in Conuentu Generali sancti Augustini sacro Titulo Cardinalis insigni, Octauam integram cum indulgentia plenaria indixit Pontifex, vbi ipse primus & post eum plurimi Cardinales & Prælati Missa solemnia celebrarunt: Dehinc duos infra menses per totam Italiam, Galliam, Germaniam, Hispaniam, totum denique terrarum orbem quocumque cum Ecclesia Catholica Augustinianus Ordo se porrigit, Octauæ pariter cum eisdem indulgentiis plenariis, processionibus, concionibus per celebres Prædicatores habitis sancti Thomæ gloria propagata est. Et quod cæteris hactenus inconcessum sanctis, & inauditum nouimus; tantâ Summus Pontifex gloriâ sanctum hunc cumulauit, vt & singulis prædicatoribus Sancti Thomæ misericordiam, & charitatem commendantibus, indulgentiam plenariam, & singulis auditoribus septem annorum totidemque quadragenarum indulgentiam liberalissimè concessit. Sed quidquid disertissimi quique oratores in laudes sancti Thomæ congesserint, inferius certè est Eminentissimorum Cardinalium Elogiis, quæ subtexere singulis infra suo ordine virtutibus eius Cardinalibus exornandis, non pigebit. sed meritò præcedet ipsius Summi Pontificis cum Breui Apostolico perillustre præconium.

Tertul. Apol. cap. 35.

Digitized by Google

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Alexander 7. in orat. die Canoniza S. Tho. Prou. 25. 27. « Dei Omnipotentis Majeſtas infinitæ perfectionis complexa æternitatem, excellit adeo, exceditque cuiuſuis intellectus creati facultatem, vt ſi ad ipſam audeat ſcrutator accedere illico eiuſdem gloriâ opprimatur. Sed quoniam idem Omnipotens Deus, benigniſſimus eſt Dominus, accommodat ſeſe, & quaſi obſequitur noſtræ imbecillitati, dum obnubit ita lucem ſuam, vt permittat eam nos aliquantulum contemplari, amatque cognoſci, & Pſa. 67. 36. laudari à nobis, mirabilis in ſanctis ſuis. Hos enim cum veneramur primigeniam Dei virtutem, qui ſolus ſanctus, in ſeruis ieius participatam, & profitemur, & prædicamus: Eoſdem vt peculiari honore afficiamus, præcipit Magiſter, ac Redemptor noMatth. 5. 48. ſter, cum mandat vt ſimus perfecti, ſicut Pater noſter cœleſtis perfectus eſt: vt ipſum ſcilicet imitemur, à quo honorificandum eum eſſe quicumque Ioa. 12. 26. ſibi miniſtrauerit, pollicetur. Conſueuit ideo Sedes Apoſtolica, à primis vſque temporibus Martyrum, aliorumque præſtantium virorum ſanctitatem vniuerſæ Catholicæ Eccleſiæ colendam proponere, quod ſuccedentibus deinde ſæculis, alio atque alio ritu ſolemniter celebrauit. (Tum retexit præmemorata ex Baronio à nobis.» Fuimus nos VVerdæ ad Rhenum, Cæſaris inſulam vocant. Ac eodem in templo, ad eandem aram, ante ſancti Suitberti Epiſcopi reliquias operati ſumus: vbi traditur: Cum anno reparatæ ſalutis 803. Leo tertius Prædeceſſor noſter, ſupplice Germaniâ, & Carolo Cæſare, Sanctorum numero eximium illum Dei Sacerdotem adſcriberet, contigiſſe inter Cleri concinentis preces, vt reuiuiſceret illico nobilis

puer Goccellinus, lacrymis flagitante ſacros ante cineres matre, qui per quindecim horas Rheno ſubmerſus iacuerat in profundo. Agimus ergo quod Deus mandat, quod ſeruat Eccleſia, quod fidelis populi ac Principes rogare conſueuerunt, dum excedentium hominum merita, ſanctitatis titulo, ad cultum & venerationem conſecramus. Quod verò Thomam de Villanoua Archiepiſcopum Valentinum præ cæteris hodie proponimus (aduerte præcellentiam, & plurimis ſanctitatis candidatis prælationem, & poſt centum tantùm annos ab obitu Canonizationem,) faciunt, tum Beati prærogatiua illi à Paulo quinto Prædeceſſore noſtro iamdudum conceſſa: tum ordinis Epiſcopalis decus: tum Regis Hiſpaniarum, aliorumque Principum ac populorũ communes cum Auguſtiniana familia obſecrationes: tum verò, confidenter dicimus, noſtra erga Diuum Auguſtinum, Sanctissimvm Theologiæ Magistrvm; à Maioribus ſecundùm carnem per manus quaſi tradita, & peculiaris ab adoleſcẽtia erga hunc eius Alumnum ſuſcepta veneratio. Hunc porro tanquam Epiſcoporum exemplum, noſtro hoc æuo proponere meditamur, ob multas præclaraſque eius in paſtorali munere virtutes, & ob vnam præcipuè liberalitatem à prima ætate ad extremum vſque vitæ diem mirificè exhibitam, quâ vt fœneraretur Deo, miſerebatur pauperum; Prou. 19.17.
& quàm par eſt Eccleſiaſticæ Hierarchiæ præſules Luc. 22.
omnes imitari; vt nempe, quotquot poteſtatem ha- 25.
bent, verè benefici ſint, atque vocentur. Vtrum igitur Thomæ Archiepiſcopo Valentino, quem diuina fruentem beatitudine dudum colimus, Sancti appellationem & appellationi parem cultum decernere conueniat, ſicuti deliberamus, adhuc cœli implorantes oracula; ita veſtras quoque ſen-

tentias, Venerabiles Fratres perlibenter exquirimus. » Hîc ventum ad ſuffragia, & initio ſurgentes Cardinales & Prælati, detecto, ac poſtmodum tecto capite ſedentes, certatim ſua laudum ſymbola, & ſanctitatis ſuffragia contulerunt, ex quibus ſelectiora ſuo loco delibabimus. Quibus collatis Eminentiſſimo Cardinali Columna, nomine Catholicæ Maieſtatis Philippi quarti rogante, vt ſummus Pontifex ad Canonizationem procederet, & Reuerendiſſimo Nerlio Breuium Principum à ſecretis ſubinferente. « In Beato Thoma Archiepiſcopo Valentino abſque vlla prorſus exceptione antiquis Patribus pari, ſi vnquam in alio, ipſorum

Eccli. 44. 10. pietates non defuerunt, ſemen eorum in teſtamentis ſtetit, bona permanent, & gloria vſque in æternum non derelinquitur. Cæterùm beatas Sanctorum mentes, regalique illi nuptiarum agni Cœnæ

Apoc. 19. 9. fœliciter accubantes, & ſi benedictionibus dulcedinis inebrians vbertas domus Dei complet, & largus diuinæ voluptatis torrens inundat: tamen ex rerum quoque noſtrorum directis in Deum rationibus, aliquid ſane iucunditatis & gaudij ſuperfluenti cumulo accedit: & nonnullus eſt, qui blandiente charitate cœleſtes ac beatos ſpiritus attingat, in ſuis laudibus religioſi ſtudij, & piæ venerationis noſtræ ſenſus & amor. » Exinde ternâ vice exorante eodem Cardinali Columna, Summus Pontifex ante corpora Apoſtolorum, diuinum deprecatus oraculum, poſtremo rogante Columnâ, præfante Nerlio, & tertio hæc verba reſpon-

Nerlius dente: « Nunc exclament filij Aaron, in tubis productilibus ſonent, & auditam faciant vocem magnam, in memoriam coram Deo. Nam Sanctiſſimus Dominus noſter, tempus beneplaciti Domini adueniſſe arbitratus, authoritate Apoſtolicâ, Bea-

tum Thomam à Villanoua ex Auguſtinianâ profeſſione, Archiepiſcopum Valentinum, Sanctorum Catalogo, Confeſſorem Pontificem adſcribit. » Tunc Sanctitas ſua ſedens cum Mitra, Altaris libro, & Candela ab Epiſcopis aſſiſtentibus pronuntiauit ſententiam Canonizationis, hac vſus formâ. « Ad honorem Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum, Authoritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtrâ, maturâ deliberatione præhabitâ, & diuinâ ope ſæpiùs imploratâ, ac de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Vrbe exiſtentium Conſilio, Beatum Thomam de Villanoua Archiepiſcopum Valentinum, Sanctum eſſe decernimus & definimus, ac Sanctorum Catalogo adſcribimus: Statuentes ab Eccleſia Vniuerſali quolibet anno die 18. Septembris memoriam eius inter Sanctos Confeſſores Pontifices, piâ deuotione recoli debere. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. » Dehinc Aduocato acceptante cum gratiarum actione à Cardinali, Columnâ facta & petito Breui Apoſtolico ſuper eo Sanctiſſimis iuſſit expediri ſub hac forma.

Alexā-der 7. Summ. Pontif. Thomā Canonizat.

« THOMAS à Villanoua parentis Patria appellatus, Fontis Plani in caſtella è Matris vtero, cum miſeratione ſimul egreſſus, ab ineunte ætate præproperâ velocitate pietatis, eſurientibus eſcam, nudis operimentum, propriâ eſurie, ac nuditate præſtare cœpit. Corpuſculum verò ſuum anticipatâ caſtigatione, flagellis & cilicio terens, concupiſcentiam carnis, robuſto atque integro ſanctitatis vigore calcauit, vt planè in eo tritura ſementem, vindemia palmitem, & poma radicem præueniſ-

Breue Apoſtol. de Canonizat. S. Tho. Iob 31. 18.

ſent: adultus autem creſcente miſericordiâ cum il-
lo, poſtquam Compluti in Collegio ſancti Ilde-
phonſi, in diſciplina morum, profectuque virtu-
Pſa.118. tum, etiam docentes ſe facilè ſuperaſſet, Logicas
69. ſubinde facultates interpretatus, ac Theologicas
diſputationes ediſſerens, audito parentis obitu, ſe
Cathedræ ornamento & vtilitate abdicauit; ac in-
tegro patrimonio Virginibus alendis addicto, ne
ſæcularium ſtrepitu à perfecta cum Deo vnione di-
ſtraheretur, Auguſtinianam Eremum petiit, in ea-
que votis emiſſis, eximioris ſanctitatis fundamenta
iecit. Tum verò paupertatis beneficio ſumptus in
vſus pauperum exhibere non valens, plus ſumpti-
bus exhibere cœpit. Compenſans proprio labore,
in ſpiritualibus procurandis, mercedem diuitiis om-
nibus cariorem: aſſiduis enim Concionibus, & ſa-
lutaribus monitis, peccatores ad officium reuocare
ſtuduit; & pertinaces adhuc orationibus, duris fla-
Eſa.53.5 gellis, & ieiuniis, ſuo liuore adeo ſanari cum la-
chrymis impetrabat: & in meditatione aſſiduus, in
oratione perpetuus, in abſtinentia exactiſſimus, in
humilitate ſublimis, (vtpote cum Apoſtolo, vir
Apoſtolicus, ſciens humiliari, ſciens & abundare,)
Philip. ditiſſimus in paupertate, vix biennio elapſo, Prior
4.12. Salmantini Cœnobij, in quo ſuſceperat habitum,
ſuffectus eſt, indéque ad Ordinis munia præſtantio-
ra tranſlatus, vbique regularem diſciplinam reſti-
tuit, & Auguſtinianam familiam viris ſanctimoniâ
vitæ & litterarum præſtantiâ inſignibus, auxit.
Cúmque ætatem omnem à puerilibus exordiis vſ-
que ad prouectiores annos, per Eccleſiaſticæ diſci-
plinæ ſtipendia cucurriſſet, eique propterea celſio-
ris loci præmium deberetur Granatenſi Eccleſiâ
1. Cor. conſtantiſſimè recuſatâ, Valentinam ſuſcipere
12.31. coactus eſt; & ſemper æmulatus chariſmata melio-

ra, pingues Eccleſiæ redditus quoad vixit, pauperrimus ſibi; profuſiſſimâ liberalitate diſperſit, dedit Pſ.111.9
pauperibus; innumeros paſſus labores, Clerum reformauit: plurimis laceſſitus iniuriis, Eccleſiaſticam libertatem ſtrenuè defendit. Erectiſque tribus Collegiis, Compluti, Oriolæ, & Valentiæ, nec ſibi relicto lectulo, vt moreretur in alieno, Sacramentis Eccleſiæ piè expiatus, proferens verba, in ma- Pſ.30.6
nus tuas Domine commendo ſpiritum meum, migrauit in cœlum 68. ſuæ ætatis anno, die Natiuitatis Deiparæ 1555. eius corpus Valentiæ in Eccleſia Beatæ Mariæ de Succurſu ſepultum; ipſeque miraculis clarus, decreto ad eius Natalitia recolenda 14. Kalendas Octobris ab Alexandro ſeptimo, Sanctorum Catalogo adſcriptus eſt Kalendas Nouembris 1658. Nec mirum ſi tanta Elogia in ſancti Thomæ præconia eruperunt, cuius pedibus omnia Deus Omnipotens ſubiicere dignatus eſt. Dæmonia quidem, de quorum principe ſanctus Iob: « Non eſt poteſtas quæ comparetur ei ſuper terram, qui factus eſt vt nullum timeret. » Sed in Diuo Thoma: « Chriſtianæ poteſtatis documenta proceſſerant, quæ vim iſtam pernicioſiſſimam, nec vnquam bonam, antiqui erroris artificem ſola traducit. » De qua rurſum Tertullianus: « Dæmones non tantùm reſpuimus, verum & reuincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, ſicut plurimis notum eſt. » Et frequenter quidem ſuum in mundi principes dominatum exercuit, vt in ipſo vetus lectio noſtri thematis impleretur: « Conſtituiſti eum dominatorem. » Pſal. 8. 7.
Tempeſtas horrida domos Burgos euertebat, vt extremum vrbi concuſſæ immineret exitium: ſacellum ſancti Crucifixi adiit Thomas, & ſuis precibus diuinum lumen obtinuit, quo inſpirante

Dæmones eiecit.

Iob 41. 24.

Tertul. de anima c. 1.

Tertul. ad ſcapulam cap. 2.

tympanile conſcendit : vidit dæmones variorum animalium ſpecie transfiguratos, & eos oratione ſua fugauit. Dæmoniacum item coram eodem crucifixo liberauit. Sed vt erat vanitatis refuga, qua
Luc.10. 17. inflati Apoſtoli dæmonia ſibi ſubdita gloriabantur, fratres omnes, antequam dæmonium expelleret, in ſacellum collocauit, vt non ſibi, ſed orationi communi maligni Spiritus effugatio tribueretur;
Matth. 18. 20. illud Euangelij tum inculcans: « Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, &c. » Duas item nobiles fœminas alteram Valentiæ, alteram Alcoy, quas cæteri Exorciſtæ curare non potuerant, à dæmonum tyrannide eripuit: Parrocho iubens, vt artes diabolicas, & eiuſdem ſpiritus à Chriſto triumphati infirmitates, publicè decantaret ex cathedra. Futurum indubiè prædicens, vt ſuperbus & humiliationis aduerſatos, fugam velox arriperet.

Ephef. 6. 12. Ephef. 5. 8. Ecſtaſes S. Thom. Tertul. 5. cõtra Marc. cap. 8.

Nec mirum ſi tenebricoſos ſpiritus: « Rectores ac principes tenebrarum harum, vt filius lucis ambulans » propellebat: alter quippe Dionyſij Areopagitæ Hieroteus: « Erat diuina patiens » frequentes etenim extaſes eſt paſſus dum viueret quas Tertullianus in Petro Dominicæ Transfigurationis teſte amentias vocat, quaſque Marcioni defuiſſe exprobrat: « Edat aliquem Pſalmum, aliquam viſionem, aliquam orationem dumtaxat ſpiritalem, in extaſi, id eſt amentia. » Sic & humilis Thomas ſuas extaſes & reuelationes infirmitati tribuebat. Cum anno 1541. à Seripando totius Eremitarum Ordinis Generali poſtmodum Cardinali, & Tridentinæ Synodi Præſide accerſitus in Toleti Capitulo Prouinciali aſſiſteret quem volebat Vicarium Generalem ſuum & Prouincialem inſtituere ex induſtria moram traxit donec tempus electionis Pro-

uincialis præterfluxiſſet cui tandem tardius aduentanti Seripandus illud Virginis ad Chriſtum in templo morantem : « Fili quid feciſti nobis ſic ? fratres tui & ego dolentes multum deſiderauimus te: » Iuſſit vt Dominica in quam feſtum ſancti Michaëlis inciderat, concionem haberet : cumque ille de peregrinis Hieruſalem ciuibus ſermonem aggreſſus eſſet prorupit in lachrymas, & ſanctum animæ deliquium paſſus multo tempore obmutuit. Sic & dum in ciuitate Burgos habitum monachalem Nouitio daret, aſſumpto themate ex Canticis Canticorum : « Soror noſtra paruula eſt & vbera non habet : » Per quadrantem hæſit raptus in extaſim : tum ad ſe reuerſus & de dono Dei cum Pſalte: « humiliatus nimis in exceſſu ſuo » quem rurſum infirmitati deputauit, mira in argumentum aſſumptum auditorio ſtupente eſt proſequutus. Sic & Vailladoly coram Imperatore Carolo quinto die Iouis ſancto, hæc Euangelij verba pertractans : « Domine tu mihi lauas pedes ? » ita mente & corde fixus ſtetit immobilis in Chriſti Petri pedibus adgeniculati contemplatione, vt vltra progredi non potuerit : verus vtique Auguſtini Diſcipulus eadem Petri verba ſic pronuntiet : « Tunc Petrus, quod etiam quilibet eorum expauiſſet, expauit, atque ait : Domine tu mihi lauas pedes ? Tu mihi : quid eſt, mihi ? Cogitanda ſunt potius quàm dicenda : Ne fortè quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua. » Ioannes porrò ſancto à Michaële Prior Conuentus noſtri Saguntini teſtis oculatus narrat ſe vidiſſe ſæpius ſanctum Thomam in extaſi & à terra ſuſpenſum. Sed prolixior cæteris accidit die Aſcenſionis ab hora nona ad quintam ſerotinam, cum enim in Choro cantaretur Antiphona : « Videntibus illis ele-

Luc. 2. 48.
Cant. 8. 8.
Pſa. 115. 2.
Io. 13. 6.
Aug. tr. 56. in Ioa. 13.
Act. 1. 9

uatus eſt » cum Chriſto eleuatus, ſtetit immobilis, & velut exanimis donec excitatus ab eleemoſynario ad ſe reuerſus & horam quærens admiratus vix mediam horam in tam ſuaui ſpectaculo conſumptam credidit. Interrogante Eleemoſynario vbi tanto tempore raptus, animo conuerſatus eſſet, ſilentio prius indicto: Antiphonâ, inquit, à nobis inchoatâ, eam Angeli proſecuti muſicè, ita me rapuerunt, vt vix momento me in hac extaſi demoratum putem. Et Ioann. à Sancto Michaële Prior Saguntini Conuentus refert ſe vidiſſe eum ſæpe à terra eleuatum. Sic quippe « factum eſt ſilentium in cœlo (id eſt animæ eius ſummo apice) quaſi media hora. » Sic & Tertullianus Petri Transfigurationis Chriſti conſcij extaſim pingit Euangeliſtæ verba decurrens. « Petrus meritò contubernium Chriſti ſui agnoſcens, indiuiduitate eius ſuggerit conſilium: Bonum eſt nos hîc eſſe. Bonum planè vbi Moyſes ſcilicet & Elias. Et faciamus hîc tria tabernacula, vnum tibi, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum: ſed neſciens quid diceret. Quomodo neſciens? vtrumnè ſimplici errore, an ratione quam defendimus in cauſa nouæ Prophetiæ, gratiæ extaſim, id eſt amentiam conuenire? In ſpiritu enim homo conſtitutus, præſertim cum gloriam Dei conſpicit, vel cum per ipſum Deus loquitur, neceſſe eſt excidat ſenſu obumbratus ſcilicet virtute diuina. » Hac prorſus virtute obumbratus vt nube lucida, noctem impenetrabilem futurorum penetrabat illuſtratus à Deo Thomæ noſtri animus. Doctori à porta, conſulto in altari diuino oraculo inter Miſſæ ſolemnia, celebrationem proximam Concilij Tridentini cognouit; poſtridie receptis Pauli tertij ſuper hoc litteris, eiuſdem item Doctoris amici ſui familiariſſimi ſanitatem præſciuit. Ruinam pariter cuiuſdam ex

Apoc. 8. 1.
Tertul. contra Marc. cap. 22.
Matth. 17. 4.
Prophetiæ S. Thom.

matrimonio ſibi commendato, & ſe inconſulto contracto præſagiit, & alterius filij mortem inopinam ac violentam, & inde ſecutam ruinam patris mortem filij vindicare volentis: « Quantos enim caſus huiuſmodi impatientia incurſare conſueuit? Quotiens pœnituit defenſionem? Quotiens inſtantia eius deteriore facta eſt cauſis ſuis? Quoniam nihil impatientiâ ſuſceptum ſine impetu tranſigi nouit: Nihil impetu actum aut non offendit aut corruit, aut præceps abiit. » Subiiciam & alteram reuelationem, quâ vir Dei litigantibus ſuper vna Capella portendit cuiuſdam Eccleſiæ incendium triginta tribus annis ante futurũ, eâdẽ ſolâ Capellâ ſeruatà. Nec mirum ſi ieiuniis frequentibus addicta mens humano defæcata à corpore toto fulgeret lumine deitatis & arcanorum diuinorum conſcia fieret: « Non delicta incuſantes quæ ieiuniis elimentur nec reuelationum ſcientiâ indigentes quæ Xerophagiis extorqueantur, nec bella propria metuentes quæ ſtationibus diſcutiantur. » Enimverò quæ delicta in viro innocuo incuſari poſſunt niſi quæ fragilitas extorquet humana, quæ aſſiduis penè ieiuniis expurgabat quæ bella & diſſenſiones in Regno Valentino exitium minitantes ſuis ſtationibus non diſcuſſit? Quam reuelationum ſcientiam Xerophagiis non extorſit? Miracula porrò quid hîc ab eo patrata congeram quæ viuo, & defuncto à Deo mirificato ſancti nomen, & famam oraculo promeruerunt Apoſtolico: « Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum: (vel vt legit Auguſtinus) quoniam admirabilem facit Dominus ſanctum ſuum, » Selectiora, & in proceſſu Canonizationis eius relata proferam; quæ & in Eccleſia Principis Apoſtolorum ſuſpenſa ſunt ſummi authoritate Pontificis. Claudum & paralyticũ ſigno Cru-

Tertul. de patientia cap. 10.

Tertul. de ieiu. cap. 12.

Pſ. 4. 4.

Miracula S. Thom.

cis reſtituit ſanitati. Cœcam puellam triennem oculauit: Alteram viginti ſex annorum vlcere peſſimo in facie, Reliquiarum attactu ſanauit, contritum hominem à tauro in ludo Baccanalium, poſt duos annos priſtinæ reddidit ſanitati. Alterum in ſomnis lateris eius contactu ſanauit. Filium viduæ poſt ſemeſtrem febrem mortuum puellam ſexdecim annorum ad tumulum ſuum perlatam vitæ reddidit. Mulierem prægnantem ſeminecem, fœtu in ventre mortuo, à periculo ſoluit; mortuumque excitauit ad vitam. Eſt & ſuperſtes adhuc frater noſter Thomas Boſch, qui etiamnum viuit in Conuentu Valentino olim ſuſcitatus ſancti Thomæ imploratis ſuffragiis; qui & ipſi ſuſcitatori ſuo Theſim Theologicam anno præterito 1658. dedicauit; cum hac Epigraphe: « In vitæ reſtitutæ obſequium. » Sunt & qui vndecim mortuos vitæ & incolumitati reſtitutos aſſerant.

Nec mirum ſi alios ſuis meritis à mortis corruptione eripuit cuius integrum corpus poſt obitum viginti octo annis, anno 1588. incorruptum apparuit. Cùm enim Ioannes Baptiſta Viuas Canonicus Baſilicæ Valentinæ, lampadem, & ſeptum æneum circa Sepulchrum erigere vellet, opuſque eſſet aliquid circa tumulum effodere, ſuauiſſimus & cœleſtis odor exiuit, quo cum frequentibus eo miraculis permoti, corpus eruere propoſuerunt, quod cum veſtibus illæſum, nec colore mutatum inuenerunt. Proceſſus hinc iuridicus ſcriptus eſt & Paulo quinto anno 1618. tranſmiſſus, qui eum albo Beatorum inſcripſit, & toto regno Hiſpaniæ noſtris fratribus, dehinc Gregorius decimus quintus, vbique terrarum per totum Ordinem officium ritu duplici celebrari permiſit.

D. Th. Beatificatus.

Apparitiones

Illuſtris, & gloriâ coronatus, ipſo ſui obitus die per

per noctem hinc inde in diuerſis Palatij Archiepiſcopalis cubiculis, Ceuriano Epiſcopo, & Doctori à Porta, in noſtro habitu ad lectuli caput apparuit, vtriſque luctum exprobrans, abſtergenſque lachrymas, & ſe beatum, Deique viſione fruentem annuntians: « Gloria denique & honore coronatum, & ſuper opera manuum Dei conſtitutum. » Quid plura? « Verbo dæmonia de hominibus diſcuſſit, cæcos reluminauit, paralyticos reſtrinxit, mortuos denique verbo reddidit vitæ, elementa ipſa famulauit » compeſcens procellas. Cui opportunè ſuffragatus eſt in Conſiſtorio Eminentiſſimus Flauius Tituli ſanctæ Mariæ de populo Cardinalis Chiſius: « Fuit verè Deus mirabilis in Sancto ſuo, cùm per eius manus claudi ambulent, cæci videant, ægri ſanitati reddantur, leproſi mundentur, & mortui reſurgant. Sunt omnia mirabilia Dei, qui operatur magna ſolus, & conſtituit curantem, & fidelem ſeruum, ad cuſtodiendam familiam ſuam. » Subiecit & Cardinalis Corradus: « Innumera ferè miracula, iam Sanctitati Veſtræ in hoc ſancto conſeſſu relata: ac ſacræ Congregationis ſæpius comprobata, clariſſimè conteſtantur, vt mentis noſtræ oculis Diuinæ claritatis luce fulgente, cœleſtia, quantum in nobis eſt, ſuſpicientes arcana, gloriam ipſius apertiùs agnoſcere, & prædicare poſſimus. » Denique pro omnibus ſanctificationis eius ſuffraganeis, vnus altiſſimè locutus eſt Franciſcus Cardinalis Barberinus: « Reliquum eſt vt additis miraculorum & rerum præclarè geſtarum probationibus; quas abundè eſſe exiſtimo, eo oraculo, quo cœleſtia nobis patent, & Chriſtiana Fide tenenda docemur, ſuper cœlos gloriâ & honore coronatum Thomam Sanctitas veſtra definiat: quò eius inhabitet gloria etiam in terra noſtra, & Dominus lau-

S. Th. glorioſi

Tertul. Apol. cap. 21.

Cardinalis Chiſij ſuffragium.

Iacob. S. Mariæ Tranſpõtinæ Cardin. Corradus.

Frãciſc. Card. Barberinus.

Iacob. Bataglius Episc. Pontis marani. datur in Sanctis ſuis.» Sed palmam vnico verbo tulit Ioſephus Bataglius Montis Marani Epiſcopus: « Miraculis, inquit, claruit, & ipſe maximum miraculum fuit.» At enim longè pluris facienda ſunt opera virtutis quibus ad gloriam euectus eſt, quàm miracula indubitatæ fidei, propter quæ ab Eccleſia Sanctus declaratus eſt. Vnde & malum locum Pſaltis ab Auguſtino expoſitum ſic in eius honorem & gloriam commentari: « Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: nihil excipit, cùm dicit omnia, &c. videtur, inquit, relictis cœleſtibus, virtutibus & poteſtatibus, & omnibus exercitibus Angelorum relictis etiam ipſis hominibus tantum ei pecora ſubieciſſe, niſi oues & boues intelligamus animas ſanctas vel innocentiæ fructum dantes, vel etiam operantes vt terra fructificet: id eſt vt terreni homines ad ſpiritalem vbertatem regenerentur, &c. Subieciſti ergò oues & boues, id eſt omnem ſanctam creaturam, &c. Pecora campi congruentiſſimè accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes, vbi nihil arduum, nihil laborioſum aſcendunt. Campus enim lata eſt via quæ ducit ad interitum: & in campo Abel occiditur. Vide nunc etiam volucres cœli ſuperbos, de quibus dicitur, poſuerunt in cœlum os ſuum. Vide quàm in altum vento portentur qui dicunt linguam noſtram magnificabimus labia noſtra nobiſcum ſunt. Quis noſter Dominus eſt? Intuere etiam piſces maris, hoc eſt curioſos, qui perambulant ſemitas maris id eſt, inquirunt in profundo huius ſæculi temporalia, quæ tanquam ſemitæ in mari, tam citò euaneſcunt & intereunt, quàm rurſus aqua confunditur, poſtquam tranſeuntibus locum dederis, vel nauibus, vel quibuſcunque ambulantibus, aut natantibus. Non enim tantum ambulant ſemitas maris, ſed

Aug. in Pſal. 8.

Matth. 7. 14.

Pſ. 72. 9

Pſ. 11. 5.

perambulant, dixit, oſtendens pertinaciſſimum ſtudium inania & prӕterfluentia requirentium. Hæc autem tria genera vitiorum, id eſt voluptas carnis, & ſuperbia, & curioſitas, omnia peccata concludunt: quæ mihi videntur à Ioanne Apoſtolo enumerata, cùm dicit: nolite diligere mundum: quoniam omnia quæ in mundo ſunt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſæculi. Per oculos enim maximè curioſitas præualet, (qua curant mundani & ſollicitè quærunt, & concupiſcunt ditari, reliqua verò quò pertineant manifeſtum eſt. Et illa dominici hominis tentatio tripartita eſt, per cibum, id eſt per concupiſcentiam, vbi ſuggeritur dic lapidibus iſtis vt panes fiant. Per inanem iactantiam, vbi in monte conſtituto oſtenduntur omnia regna huius terræ ei promittuntur, ſi adorauerit. Per curioſitatem, vbi de pinna templi admonetur vt ſe deorſum mittat tentandi gratiâ, vtrum ab Angelis ſuſcipiatur, &c.» Hæc omnia poſt Chriſtum de quo hîc loquitur Auguſtinus, Diui Thomæ pedibus liberalitas diuina ſubiecit, morbos, mortem, dæmones, peccatores, ipſaque peccata, Sanctos quoque innumeros quos virtutũ heroïcâ præſtantiâ tranſcẽdit. Vt benè cũ Auguſtino concludam hanc primam huiuſce tractatus partem, vbi retexens Pſalmi titulum inſcriptum: « Pro torcularibus, in quibus nihil aliud agitur niſi vt fructus ab integumentis purgentur, & vinaceis vina in torcularibus exuantur: propter torculariorum itaque ſignificationem, ſubiecta ſunt pedibus eius, non ſolum vina, ſed etiam vinacia: non ſolum ſcilicet oues & boues, id eſt ſanctæ animæ fidelium, vel in plebe, vel in miniſtris: (hoc eſt in Prælatis & ſubditis, quos hodie videmus cum ipſis Regibus, Cardinalibus, ipſoque

1. Ioa. 2. 15.

Matth. 4. 3. & ſeq.

Aug. in Pſal. 8.

Pontifice Maximo sancti Thomæ pedibus adgeniculatos aduolui:) sed insuper & per ora voluptatis, & volucres superbiæ, & pisces curiositatis; quæ omnia genera peccatorum, nunc bonis & sanctis mixta in Ecclesia esse videmus: » Et à Diuo Thoma per virtutes heroïcas in seipso deuicta, & in peccatoribus, zelo eius ardentissimo, precibus, prædicationibus triumphata relatione certissimâ cognouimus.

SECVNDA PARS DOCTRINALIS.

De S. Thomæ Virtutibus maximè quatuor Cardinalibus.

Etsi innumera miracula à viuo & mortuo Sancto Thoma perpetrata, eum gloriâ & honore super omnia Dei opera constitutum, coronauerint, virtutes tamen eius heroïcæ ac solidæ, Titulum ei Sanctitatis altiùs ac nobiliùs contulerunt. Plurimis etenim æquus arbiter Christus in iudicio dicturus est; « Nescio vos, nescio vnde sitis, dicentibus Domino, nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus? » Hæc quippe gratuita dona, siue gratiæ gratis datæ, fidei quidem testimonia sunt, & fidei tantulæ, vt si quis vel grano synapis parem habuerit, montes etiam transferre possit; sed virtutes, heroïcæ quammaximè, Sanctos viros proprio charactere, à communi fidelium plebe discriminant. Hinc Vincentius Tituli Sancti Clementis Cardinalis Maculanus: « Ex relatis in hoc veritatis Senatu, iustum videtur, vt Beatus Thomas Archiepiscopus Valentinus ex Ordine Eremitarum Sancti Augustini assumptus, quem Deus copiosè

Matth. 7. 22.

Vincẽt. Card. Maculanus.

gratiæ ſuæ dono aduerſus diaboli, mundi & carnis tentationes protexit, ad heroïcum virtutis culmen extulit, plebi ſuæ afflictiſſimis temporibus in ſubſidium dedit, gloriâ miraculorum toti orbi manifeſtauit; in albo Sanctorum Confeſſorum ſolemni Canonizationis ritu conſcribatur. » Altiùs promouit virtutum eius omnium culmen, Cardinalis Ginetti Elogium: « Ille, inquit, mortalium conditionem ſupergreſſus, vitam incomparabili theſauro heroïcarum virtutum intexuit, & mirabilium operum ſerie nunquam interruptâ dum viueret, magis viuidâ dum moreretur, ad hunc vſque diem exornare non deſtitit. » Sublimiùs Cardinalis Sanctacrucius ſic præfatus eſt: « Quot habet cœlum ſydera, tot in Beato Thoma de Villanoua fulgent præclariſſimæ & heroïcæ virtutes. » Adhuc illuſtrius Cardinalis Odeſcalcus: « In ſingulis, inquit, virtutibus, ita eminuit, quaſi cæteras non haberet. »

Cardin. Ginettus.

Cardinalis Sancta Cruc.

Cardinalis Odeſcalcus.

Enimuerò quia me tempus deficeret ſingulas decurrentem, certos mihi limites præfigam, & intra quatuor Cardinalium metas, præclaras Eminentiſſimorum Cardinalium laudes in eum congeſtas coarctabo. Huc plurimum faciet emblema Rodolphi ſecundi, cuius numinus aurigæ quatuor equis ſuper nubila rapti figura exprimitur, cum ſymbolo: « Sic ad Aſtra. » Quaſi diceret quatuor Virtutibus Cardinalibus ad cœlum rapior. Quò facit Ambroſius, illud exponens Cantici: « Poſuit me currus Aminadab. Eo quod, inquit, anima noſtra coniungitur corpori, & velut quidam equorum frementium currus, rectorem ſui quærat aurigam. Aminadab pater Naaſon princeps populi Iuda, cuius figura refertur ad Chriſtum, qui verus populi princeps, animam iuſti velut currum agitator

Tipot. in Hierographia Imp. Rom.

Ambr. lib. 3. de Virgin. circa fi.

Cant. 6. 11. Iuxta 70.

aſcendens, verbi habenis gubernat, ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur.» Quod ſi quis inter ſanctos à verbo diuino rectore, eiuſque ſpiritu tanquam auriga & hîc viam mandatorum cucurrit, & equos affectuum & paſſionum, quatuor virtutum Cardinalium moderamine temperauit, præ cæteris Sanctis ſpontaneus quod ſonat Aminadab, Cardinalium teſtimonio Thomas noſter vt Helias alter curru igneo triumphauit. Currus porro gloriæ diuinæ quo ſancti peruehuntur in cœlum, non communibus equis, ſed myſticorum animalium admirabili quadrigâ tranſmundana vehitur, eâque pennatâ: « Habet enim anima ſpiritales volatus, quæ breui momento totum percurrit orbem. Liberæ enim ſunt cogitationes prudentium. Quantò ad altiora, & diuiniora ſe ſubrigunt, tantò magis ſine vllo terrenæ molis impedimento feruntur: Itaque adhærens Deo, & imaginis in ſe referens cœleſtis effigiem, vbi curſus ſuos ab equorum perturbatione placidauerint, in illum æthereum purumque locum plauſu ſpiritualium euecta pennarum, deſpicit omnia quæ in hoc mundo ſunt: & æternis intenta virtutibus, ſupra mundum labitur. Supra mundum enim Iuſtitia eſt, ſupra mundum Charitas, ſupra mundum Caſtitas, ſupra mundum Bonitas, ſupra mundum Sapientia: & ſi in hoc mundo ſit, ſupra mundum tamen eſt. Supra mundum erat iuſtitia, cum omnia regna mundi, & vniuerſam eius gloriam diabolus offerret. Supra mundum fuit, quæ de mundo nihil attigit, &c. Diſcite ergo in hoc mundo ſupra mundum eſſe, & ſi corpus geritis, volitet in vobis ales interior, &c. Ea eſt natura pennarum, vt agitando ſe virtutem capiant: (Sic laus virtutis in actione conſiſtit & creſcit;) eo iuuatur volatus quo anima delectatur,

Ambr. lib. 3. de Virg.

&c. Ac ne forte Philoſophica alicui aut Poëtica vſurpaſſe videamur, vt currus, equos, alas animæ diceremus, quæ illi magis aſſumpſere de noſtris, domeſticis nos vſos ſubſidiis, Propheticæ ſeries lectionis oſtendit. Similitudo vultus animalium, facies hominis, &c. & alæ eorum extenſæ. Hic quoque animam deſcribi accepimus, cuius quatuor animalia, quatuor affectiones ſunt, &c. In homine rationalis, in Leone impetibilis, in vitulo concupiſcibilis, in aquila viſibilis, per figuras animalium ſpecies affectionis expreſſa eſt. Nam in omni ſapiente viro prudentes Græci eſſe memorauerunt: λογιστικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, διαφατικὸν, Latini verò prudentiam, fortitudinem, temperantiam atque iuſtitiam. Prudentia enim rationis humanæ eſt: Fortitudo vim quamdam ferocientis virtutis habet, mortiſque contemptum: Temperantia ſacratæ vinculo Charitatis, myſteriorumque contemplatione cœleſtium, negligit corporis voluptates: Iuſtitia in alto quodam ſuggeſtu locata, videt exploratque omnia: quæ aliis potius nata quam ſibi, non tam ſuas vtilitates, quam publica emolumenta rimatur. Meritóque anima operata iuſtitiam, formam aquilæ accipit, quod terrena defugiens, totaque cœleſti ſublimis & intenta myſterio, reſurrectionis gloriam pretio æquitatis adipiſcitur.» Quis autem inter Sanctos, Thoma noſtro prudentior, fortior, temperantior, iuſtior inuenitur, cuius alæ præteruolant cæteris? «Procul ab honoribus, procul ab æſtibus mundi; ne quod fabulæ ferunt, æſtu ſolis cerâ reſolutâ, Icareos volatus pennâ relabente deſtituat. Nam licet grauitas dictorum obſit, Poëtico tamen ſale declarare voluerunt, prudentium maturitati tutos eſſe volatus per cœlum, iuuenilem verò leuitatem obno-

Plato in Phædr.

Ezech. 1. 10.

Ambr. ibid.

xiam cupiditatibus mundi refluentibus pennis, & per obliuia veritatis, meritorum compage reſolutâ, maiori pernicie, in terram relabi. Haud facilis volatus omnibus: difficilis etiam diſcordantibus in terris animalibus, vitæ curſus animalis eſt. (Facilis certè fuit Thomæ, in quo animalia paſſionum, virtutibus alatis, & iunctis inuicem pennis, ſicut coniunctæ ſunt virtutes, ſub moderamine gratiæ regebantur.) At ſi ſibi actus noſtri Ordo conueniat, (vt prorſus conueniebat in Thoma,) videbit & in nobis Propheta rotam illam vnam ſuper terram, ſine offenſione labentem. Rota enim ſuper terram, vita eſt corporis, ad animæ aptata virtutem; & ad Euangelicum cohærenti curſu formata pręceptum. Rota autem in medio rotæ, veluti vita intra vitam: quod Sanctorum ſibi vita non diſſonet, ſed qualis fuerit ſuperioris ætatis, talis ſit & ſequentis: vel hoc in hac vita corporis, vitæ voluatur vſus æternæ. (Et de Thoma quid dicam? Iuxta dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua. Pari curſu, quali volatu, in ſæculo, in Clauſtro, in Epiſcopali throno.) Cum iſta congruerint, tunc diuina vox reſultet, tunc ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo ſicut ſpecies hominis (Flechini) apparebit. Hic homo verbum eſt, quia Verbum caro factum eſt. Hic homo noſtrorum agitator eſt animalium; noſtrorum rector eſt morum, qui pro noſtrorum ratione meritorum, aut currum plerumque, aut montem aſcendit, aut nauim.» At enim Nauim Thomæ vt Patronus, & currum triumphalem, vt auriga, Patris æterni Sapientia conſcendit, & rexit; & « ros Hermon, ros Lucis, deſcendit in hunc montem Sion cum ſuorum plenitudine donorum & Virtutum. « In ornatum enim huius Angelicæ animæ, omnes tam Cardinales quam Theologales conſen-

Deut. 33. 25.

Chriſtophorus Card Vidmanus.

ſere virtutes. » Hunc ego non immeritò paradiſo terreſtri comparabo, cuius è medio fons proſiliebat admirabilis, in quatuor flumina diuiſus, quem Patres Eccleſię virtutem expreſſiſſe referunt, in quatuor Cardinales diſtributam. « Flumen, inquit, Auguſtinus quod procedebat ex Eden, id eſt ex deliciis & voluptate, & epulis, quod flumen à Propheta ſignificatur in Pſalmis, cum dicit, torrente voluptatis tuæ potabis eos; hoc eſt enim Eden, quod Latine voluptas dicitur: Diuiditur in quatuor partes, & quatuor Virtutes ſignificat; Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam, Iuſtitiam. (Subiicit Phiſon nunc eſſe Gangen, Geon autem Nilum, Tigrim autem & Euphratem ſua nomina retinuiſſe.) Quibus tamen nominibus virtutes ſpiritales ſignificantur, &c. Prudentia ergo quæ ſignificat ipſam contemplationem veritatis, ab omni ore humano alienam; quia eſt ineffabilis; quam ſi eloqui velis, parturis eam potius, quàm paris, quia ibi audiuit & Apoſtolus ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui; ſignificata eſt in nomine Phiſon, quod oris mutationem ſonat. Hæc ergo prudentia terram circuit quæ habet aurum & carbunculum, & lapidem Praſinum; id eſt, diſciplinam viuendi, quæ ab omnibus terrenis ſordibus, quaſi decocta niteſcit, ſicut aurum optimum & verum, quod nulla falſitas vincit. Sicut carbunculi fulgor nocte non vincitur; & vitam æternam, quæ viriditate lapidis Praſini ſignificatur, propter vigorem qui non areſcit. Fluuius autē ille qui circumit terram Æthyopiam multum calidam atque feruentem, ſignificat fortitudinem calore actionis alacrem atque impigram. Tertius autem Tigris vadit contra Aſſyrios, & ſignificat temperantiam, quæ reſiſtit libidini, multum aduerſanti conſiliis prudentiæ. Vnde plerumque in ſcripturis Aſſyrij

Aug. li. 2. de Gen. contra Marc. cap. 10.
Pſ. 35. 9.

loco aduerſariorum ponuntur. Quartus fluuius non dictum eſt contra quid vadat, aut quam terram circumeat; iuſtitia enim ad omnes partes animæ pertinet; quia ipſe ordo & æquitas animæ eſt, quâ ſibi iſta concorditer copulantur: prima Prudentia, ſecunda Fortitudo, tertia Temperantia: & in iſta tota copulatione atque ordinatione perficiunt iuſtitiam. Quidni verò animam Diui Thomæ Paradiſo voluptatis comparauero, in quo æterna Patris ſapientia, « cuius deliciæ eſſe cúm filiis hominum » ab vtero ad extremum vſque ſenium commorata eſt, « vt operaretur in eo & cuſtodiret illum. » Sed ſingulas in ſingulis fluminibus expreſſas lubet moroſiùs contemplar. Phiſon itaque Prudentiam & Sapientiam repræſentat: Et noſter Thomas, quantum fas homini, profundam ſapientiæ penetrauit abyſſum, & in celeberrimis Hiſpaniæ Academiis Theologiam profeſſus eſt. Vtriuſque teſtamenti paginas aſſiduò reuoluens, & explanans. Et in eo magnum donum diſcretionis ſpirituum, quo velut carbunculus noctu lucens, arcana pectorum diſcernebat; viuidâ quoque prudentiâ ac vegetâ pollebat, quæ & arida quæque corda, virtute ſua in ſubditis vegetabat, vt Praſius. Quid oris mutationi Thomæ conuenientius? Qui pro locis, temporibus, perſonis, ſiue in Religione Prælatus, ſiue factus Epiſcopus, os mutabat, non ſimulatione callidâ, ſed Charitate Apoſtolicâ, vt omnes Chriſto lucrifaceret, omni omnium generi per omnia vtilis. Primò quidem omnium ſtatuta Ordinum, renuntiaturus ſæculo, ætate maturâ prudenter conſuluit, nec amicorum, nec ipſius Matris conſilium ſecutus Ordinem Eremitarum, anno ætatis trigeſimo eſt profeſſus, & eo die Præſentationis Deiparæ ſacro, quo Lutherus habitum exue-

Prou. 8. 31. Gen. 2. 15.

Sapientia & Prudẽtia S. Thom.

1. Cor. 9. 19. & ſeq.

rat, ipſe ſuſcepit. Munus prædicatoris ex obedientia anno 33. eſt aggreſſus; amicos pios & ſanctos prudenter elegit. Suorum defectus admirabili prudentiâ diſſimulabat & inter cæteros Fratris Ioannis Rinſonij, in culpam notabilem lapſi, quem oratione & patientiâ ſic erexit, vt eum ſocium aſſumpſerit Epiſcopatu ſuſcepto. Vnde mirabundus ille, & tantâ dignatione ſtupefactus, cum aliquando peteret à Sancto noſtro, cur tantæ culpæ conſcius, eius ſocietate tam indignum dignaretur: Scio, inquit, & culpæ tuæ grauitatem, ſed & noui compunctionem. Factus Epiſcopus magnâ ſolertiâ Vicarios elegit idoneos, qui ſe in ſuo miniſterio iuuarent. Mores Diœceſanorum corruptiſſimos diſſimulauit ad tempus. Singulorum inclinationes ſagaciter inueſtigans, vt ſe omnibus accommodaret. Nomina Clericorum & culpas agnitas ſcribebat in tabulis, & ſilentium indicebat, factâque emendatione, ſcripta delebat. Parrochianos in Parrochos inſurgentes priuatim admonebat, eorumque emendationi cum magna cautela prouidebat. Pro carcerato Clerico neminem intercedere videns, Doctori à Porta iuſſit vt aliquem pro eo Patronum apud ſe procuraret, quo paulo poſt emendationem promittente, eum liberum miſit. Regiſtrum apud ſe ſæcularium concubinariorum, aliorumque reorum habebat, vt eos priuatim argueret, incorrigibiles mulctâ aliquâ, & tandem ſi opus eſſet cenſurâ, vel etiam litteris regiis, ſcandaloſos exilio plectebat. Canonicum perditum poſt multas fruſtra reprehenſiones, biennio integro variis affectum beneficiis ſic captiuauit, vt prudentiâ ſuâ eum Domino ſit lucratus. Cum enim tot ac tantis Epiſcopi ſui victus officiis ſuum ei viciſſim intimo ac tenero affectu obſequium deuouiſſet; video, inquit,

prudentem te & fidelem : rem habeo momenti gerendam Romæ, quam fidei tuæ ac prudentiæ committere volo. Breue Apoſtolicum pro Monialibus Clauſtro recludendis habeo poſcendum, vade & te itineri accinge, ſaluta tuos, & quia longum & periculoſum iter aggrederis, veni mecum hodie cœnaturus, & cras cum ſeruo fideli viam carpes. Thomas in oratione pernoctat. Mane rogat vt priuſquam egrediatur Confeſſione Sacramentali, & Euchariſtia ſe muniat, nec ante menſem vrgere negotium. Acquieuit ille, & Confeſſori ſibi dato, poſt menſem, alterum ſatisfactioni pro delictis ſubeundæ, paruit imperanti. Tandem & ſemeſtre tranſegit in ſpiritualibus exercitiis, rerum cœleſtium & ſalutis propriæ guſtu ineſcatus: Breui Apoſtolico tranſmiſſo, reditus eius publicatus, Epiſcopali domo relictâ, in proprium regreſſus domicilium, cæteris pietate Canonicis, eximio præluxit exemplo. Dono, vt præmiſimus, diſcretionis ſpirituum, vt & conſilij pollebat, nec vnquam reſponſum inconſulto, vel Miſſæ Sacrificio, vel præmiſsâ ſaltem oratione diuino oraculo. Prælatos Caſtiliæ ad Concilium Tridentinum euntes gratanter excepit, optimaque dedit conſilia, pro Eccleſiæ Vniuerſalis regimine: quæ omnia à Patribus ſuſcepta, in reditu retulerunt, præter duo, quorum primum erat, ne Epiſcopi velut vxore mutatâ ad aliam Ecſiam tranſmigrarent, exigente Paulo; « Vnius vxo-
1. Tim. 3. 2. ris virum: » alterum vt beneficia Curata viris eiuſdem loci capacioribus adminiſtranda traderentur, vt hoc pacto parentes ad ſuorum inſtructionem excitaret, & plures ſub hac ſpe & quaſi ſui laboris munere, litteris incumberent. Quàm prudenter erga domeſticos ageret, œconomia probauit, ſua ſingulis penſa, & miniſteria diuidebat. Nemo ſo-

ras abſque licentiâ prodibat, clauſâ ſemper noctu ianuâ, vt omnibus apertâ die. Nemo quidquam de viſis auditiſque quod ſcandalo foret, referre audebat. Singuli aut Officium Virginis, aut Roſarium recitare tenebantur, ſingulis ſemel menſibus Sacramenta ſuſcipere &c. Nullum inter eos murmur aut diſſidium. Errantium correctioni, infirmorum valetudini, delinquentium correctioni inuigilabat, & in vnum collectis omnibus quotidie de libro aliquo ſpiritali prælegebat, adeo vt perfectam prudentis Præſulis idæam à Paulo præſcriptam exhiberet Thomas « domui ſuæ benè præpoſitus, ſeruos tanquam filios habens, cum omni caſtitate. » Ibid. 4.
Tandem vt paucis abſoluam, vel « vt fluuius Phiſon os pro opportunitate mutabat, vel vt magni conſilij Angelus » ab Imperatoribus, Regibus, Optimatibus, Prælatis, & cuiuſcumque conditionis hominibus velut oraculum conſuleretur: adeò vt poſt mortem, non tam pro Eleemoſynis, quàm pro conſiliis, eo abſente deficientibus, velut arente prudentiæ fluuio, ſuſpicaretur ab omnibus, qui « non ſuæ innixus prudentiæ, ſimplex vt columba, prudens vt ſerpens » omnes in ſe prudentiæ partes implebat; quam ſic definiit Auguſtinus: « Prudentia eſt rerum bonarum, & malarum, & neutrarum ſcientia. Partes eius, Memoria, Intelligentia, Prouidentia. Memoria eſt, per quam animus repetit illa quæ fuerunt; Intelligentia per quam ea perſpicit quæ ſunt: Prouidentia per quam futurum aliquid videtur antequam factum eſt. » Cui autem Sanctorum Memoria tenacior, Intelligentia perſpicacior, Prouidentia cautior, quam noſtro Thomæ à Deo & æterna Sapientia infuſa eſt, cui adhærens, vnus ſpiritus factus eſt cum ea; quæ Sapientis ore proclamat: « Meum eſt Conſi-

Eſa. 9. 6. iuxta. 70.
Prou. 3. 5.
Matth. 10. 16.
Aug. li. 83. qq. q. 31.
1. Cor. 6 17.
Prou. 8. 14.
Ibid. 12.

lium, & mea est Prudentia, & eruditis intersum cogitationibus.»

D. Th. fortitudo. Ambr. lib. de Parad. c. 3. Aliud animal pennatum faciem Leonis habens, Fortitudinem inuictam & magnanimitatem Thomæ nostri delineauit, sicut & fluuius Tigris. De quo supra, licet temperantiam in eo describat Augustinus; nunc cum Ambrosio Fortitudini applico. Tigri velocior Thomas, omnia perfectionis cursus obstacula inuicto semper ac triumphanti animo pertransiuit: & quod stupendum, profundissimæ humilitati, altissimam generositatem, & honorum omnium culmen calcans, transcendit, & «Leone Prou. 30. 30. fortior ad nullius potentis expauit occursum.» Errant qui humiles pusillanimes putant: ille verè magnanimus & fortis, qui quod sibi fortes ambiunt pro virtutis præmio, verè fortis & humilis generoso didicit temnere, & altior cunctis calcare fastidio. Aug. in Psa. 92. Augustinus verbo & exemplo fortitudinis Magister, verè humiles verè tantùm fortes agnouit, vbi versiculum Psaltis exposuit. «Dominus regnauit decorē induit, fortitudinē induit & præcinxit se. De 2. Cor. 6. 7. ipso decore & fortitudine Apostolus Paulus: per arma iustitiæ dexterâ & sinistrâ. Vide vbi decorem, vbi fortitudinem, per gloriam & ignobilitatem in gloria decorus, in ignobilitate fortis. Apud alios gloriosus prædicabatur, apud alios ignobilis, contemnebatur. Decorem afferebat eis quibus placebat, fortitudinem aduersus eos, quibus displicebat, &c. Non molescere linguis laudantium, nec frangi linguis vituperantium, &c. Tum de Christo forti & humili. «Tunc humilis fuit quando linteo præcinctus est, & lauit pedes discipulorum suorum. Omnis autem fortitudo in humilitate, quia fragilis est omnis superbia. Ideo cum de fortitudine diceret, addidit præcinctus est, vt recolas Deum præ-

cinctum humilem, quando pedes diſcipulorum lauit.» O quoties Diuus Thomas præcinctus linteo, hoſpitum & pauperum pedes lauit, ac fortitudine præcinctus, quoties infirmis fratribus, quorum tota conſolatio erat, in viliſſimis & ſordidis quibuſque miniſteriis, forti animo ſe ſubiecit, quam magnanimus, & Philoſophiæ, & Theologiæ Magiſter, Imperatorum & Regum admirabilis prædicator, & animarum, quid dico? integrarum vrbium conuerſos, hominum plauſus, & reproborum ſubſannationes contempſit, per omnia fortis, Prioratus & Prouincialatus, & Archiepiſcopatus dignitates quoad potuit fugit, & niſi compulſus obedientiâ & cenſuræ comminatione nunquam ſuſcipere voluit. Bis Prouincialis Andaluſiæ & Caſtiliæ licet inuitus, Archiepiſcopatum Granatenſem proprio motu, ab Imperatore Carolo quinto oblatum, reuocare coëgit, ſed cùm idem Imperator Valentinum, cuidam Hieronymitano per Secretarium tradidiſſet, ille verò ſcripſiſſet Thomam in Regio diplomate; putans ſe nomen eius audiſſe noluit Imperator retractare, diuinâ id Prouidentiâ factum ratus, Valladoli Diploma miſit Philippo ſecundo Hiſpaniarum Regi, qui exultans gaudio, illud Thomæ tranſmiſit, quod Ianitor Thomæ in Choro cùm magna & ſtrepera feſtiuitate portauit, cui ille Prior pœnitentiam pro nuntio non leuem impoſuit, noctem interim inſomnem agens, cum lachrymis, matutini ſequentis impatiens, Regem fruſtra adiit, bis, terque vt exoneraretur, ſuæ Majeſtati enixè ſupplicans, Breue manibus Regiis reſignauit, optimatibus incaſsùm deprecantibus, vt Archiepiſcopatum accipiat. Tandem cum ipſe Ioannes de Tauera Cardinalis Toletanus Thomam inuiſens, grauiter eum quaſi obſtinatum argueret, multo fletu

genuflexus expoſcit, vt apud Imperatorem onus ſuis humeris importabile excutiat. Qui ex aduerſo Regi perſuadet, vt per Prouincialem Franciſcum De Nieue, ſub pœna Excommunicationis, intra viginti quatuor horas, Archiepiſcopatum acceptare præcipiat. Quo facto, ſtatim Seripando tum Ordinis Generali electionem ſuam mandat, eiuſque benedictionem, & à Conſtitutionum correctione ſibi in Capitulo Prouinciali commiſſa diſpenſationem implorat. Huic & Paulus tertius in expedita Archiepiſcopatus ſui Bulla, quaſi ſancto iam Canoniſato fœliciter adprecatur, ipſe verò pro omni gratulatione, Summo Pontifici reſpondet ſe timoris & triſtitiæ pondere penè opprimi in ſubeundo onere viribus ſuis longè impari, ſubire tamen obedientiâ debitâ, & ſpe fortitudinis à Paſtorum Principe hauriendæ, & pro Eccleſia quàm Chriſtus ſuo acquiſiuit ſanguine, proprium ſanguinem libentiſſimè profuſurum. In Eccleſia Eremitarum Valladoli ab Archiepiſcopo Toletano, aliiſque de more duobus conſecratus, animo forti æquè ac humili, omnis pompæ calcator, cum vnico Patre Franciſco Rinſſonio præmemorato, & ſeruo, pedes, ad capeſſendam Archiepiſcopatus Valentini poſſeſſionem perrexit, & memor Apoſtoli verbi, teneri affectus materni fortis edomitor, & matrem in via, ſummopere talem filium videre exoptantem, ſociumque ad id hortantem præteriit, dicens :
Epheſ 5 31. « Propter hoc relinquit homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. » Rectâ itaque viâ Valentiam pergit, & omni ſpretâ & prohibitâ ceremoniâ, Monaſterium Ordinis noſtri, Dominæ de ſuccurſu ſacrum adiit. Vbi, mirum dictu, à longo tempore arido cuncto territorio, orante Sancto, pluuia de cœlo abundantiſſima fluxit, & ab ingruente

grnente fame populum suum liberauit. Festum Natiuitatis Deiparæ ibidem celebrans vt simplex frater toto diei Officio interfuit. Quidquid potuit egit, vt onus Episcopatus excuteret. Primò Imperatori scripsit, vt Episcopatum diuidi, & redditum eius imminui procuraret. Et pro nouis conuersis alendis, cum Pontificis & Regis facultate, duo nummorum millia distraxit. Secundò paulò ante mortem & extremam ægritudinem, cum lachrymis coram Crucifixo Deum supplicans vt tanto se iugo exoneraret, de ratione reddenda sollicitus, Christus aperto ore vota eius implenda breui pollicitus est, & ex eo tempore os Crucifixi mansit apertum, palato, lingua, dentibus tantâ arte fabrefactis, vt sculptores miserit in stuporem, nec factum humanitùs affirmarunt.

Quo verò animi robore se in Episcopatu gesserit, fortitudinis eius exempla testantur. Primò quidem omnino independens à Curia agebat, nedum Episcopus, sed nec prior & prædicator quidem, Imperatorem Valladoli commorantem vsquam adiit, nisi pro exhibendis proximo apud Maiestatem Catholicam officiis charitatis. Per Quadragesimam Conciones coram ipsa habens, nec salutem in ingressu, nec vale in fine dicebat. De re contra bonum publicum in Concilio tractanda, publicè in Concione Imperatorem ab instituto deterrere volens, velum petiit oppansum aperiri, & audacter Imperatori perniciosum & iniustum esse ábsque vllo timore declarauit. « Non est mediocris animi Fortitudo, quæ bellum cum virtutibus gerat, (vt palmam scilicet de cæteris ferat,) sed quæ sola defendat ornamenta virtutum omniũ, & iudicia custodiat, & quæ inexpugnabili prælio aduersus omnia decernat, inuicta ad labores, fortis ad pericu- Ambr. lib. 1. de Officiis cap. 39.

la, rigidior aduerſus voluptates, dura aduerſus illecebras, quibus aurem deferre neſciat, pecuniam negligat, auaritiam fugiat, tanquam labē quandam quæ virtutem effœminet. Nihil enim tam contrarium Fortitudini, qnam lucro vinci, &c. Nec tentetur cupiditatibus nec frangatur metu, quia virtus ſibi conſtat, vt fortiter omnia perſequatur vitia, tanquam virtutis venena: iracundiam velut quibuſdam propulſet armis, quæ tollit conſilium, & tanquam ægritudinem vitet: gloriæ quoque vitet appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatiùs appetita, ſemper autem vſurpata.» Et hîc video ab Ambroſio deſcriptam Thomæ noſtri Fortitudinem inſuperabilem, & per omnia de virtutibus, vitiiſque triumphantem.

Conſtantiam eius indiuiduo nexu prudentiæ coniunctam quis ediſſerat? Canonicum deprehenſum armatum, ad ſe vocatum, verbo & oratione coarguit, alterum à Gubernatore Villanouano, cuius domeſticum vulnerauerat; incarceratum Thomas ſoluit. Sed cum pridem Capitulum alterum ab Archiepiſcopo noſtro reprehenſum ſuæ Iuriſdictionis non eſſe contendiſſet, pro eiuſdem liberatione, quoad viueret, ſe eius poteſtati ſubditurum eſſe repromiſit, Cenſuris conſtantiſſimè in Gubernatorem latis, quod Subdiaconum detineret, qui in taurorum certamine hominem occiderat, eumque nullâ ſeruatâ iuris formâ ſtrangulari feciſſet, eiuſque cadauer collo adhuc obſtricto fune in mediam plateam proieciſſet. Quo motus crimine præſul fortiſſimus, interdictum poſuit, omneſque Valentiæ Baſilicas clauſit, nec pœnis comminatis ab eo totius Eccleſiæ redditus retinendi, nec proregi Valentino vt Excommunicatum ſolueret, interdictumque tolleret, ceſſit, non redditus modo, ſed & ſan-

Digitized by Google

guinem & vitam pro tuenda Ecclesiastica libertate profundere paratum professus audacter. Vnde & prorex Gubernatori iussit, vt sancto viro pareret. Compulsus itaque Canonicum Archiepiscopo reddidit, confessus est, pœnitentiam egit, & Feriâ tertiâ post pascha conscendit pulpitum Thomas, & coram populo facti sui rationem exposuit, Gubernatorem excusauit, & laudauit. Non impari Fortitudine comminatorias Censuras contra concubinarios, aliasque multas affixit, nec rogatus à potentibus relaxauit: de quo à quodam Doctore reprehensus, quasi leuiter & imprudenter egisset, quod tamdiu tantum nefas plectere distulisset, respondit Chrysostomum & Augustinum contra blasphemos & ebriosos plurimos, à seueritate abstinuisse, & aliquamdiu dissimulasse prudentiâ. Nec minori generositate Turcâ vrgente quosdam Insulanos Commissariis Imperatoris eius nomine 20000. Nummos exigentibus, respondit se non huius Insulæ, sed Valentiæ Archiepiscopum, nec posse subtrahere Diœcesanis suis pauperibus patrimonium Christi, qui suis precibus iuuarent Insulanos, cæterum se libenter rediturum in Cellam, & Cæsaris, minus iram quam Christi vereri. Acquieuit tamen cautione datâ, & decem mille Imperatori commodauit. Generositatem animi Thomæ suo numismate cælauit Maximilianus Secundus Imperator, coronam cum orbe iacentem habente cum aquila sublimi super nubes euecta, cum symbolo: « Nil humana moror, dum super astra feror. » Quam pulchrè de Fortitudine supra Ambrosius: « Fortitudo vim quamdam ferocientis virtutis habet, mortisque contemptum. » Et Augustinus, « Fortitudo, est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Cuius partes magnificentia,

Tipot. in Hierogr. Imp.

Ambr. lib. 3. de Virginibus.

Aug. lib 83. qq. q. 31.

fidentia, patientia, perseuerantia. Magnificentia est rerum magnarum & excelsarnm cum animi ampla quadam & splendida propositione cogitatio, atque administratio. Fidentia est, per quam magnis & honestis in rebus, multum ipse animus in se (gratiâ semper præsuppositâ) cum certa spe collocauit. Patientia est honestatis aut vtilitatis causâ, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Perseuerantia est in ratione benè considerata stabilis & perpetua permansio. » Breuius alibi. « Quid fortitudo? Nonne illa est animæ affectio; qua omnia incommoda & damna rerum, non in nostra potestate constitutarum contemnimus. » Et cui præclara Thomæ nostri gesta consideranti non liquet eum in omnibus fortitudine heroïca præcelluisse. Sic Eminentissimi Cardinales eam omnes vno ore pronuntiarunt. Fabricius quidem Tituli Sancti Augustini Cardinalis Sabellus: « Zelus ille, quo ne labem, ne rimam Ecclesia pateretur, quamuis mitissimus agnus, assurrexerit vt Leo, & sæpè Pastoris baculũ vertit in fulmen: & pro Sacrorũ, pro Religionis, pro fidei integritate vsque ad extremum spiritum decertauit. » Et Christophorus Tituli Sancti Marci Cardinalis Vidmanus. « Prætereo quod in ornatu huius Angelicæ animæ, omnes tam Cardinales, quàm Theologales consensere virtutes, ex iis tamen charitas & fortitudo lucidiùs apparuere: illa, non tantùm in subleuandis pauperum miseriis; verùm etiam eorumdem secretis necessitatibus cum profusione paternæ substantiæ sponte occurrendo; ista Episcopale onus alacriter ferendo, inflexibili præcipuè animi robore contra rectores mundi pro libertate Ecclesiastica. » Paucis Aloysius Homodeus, Tituli Sancti Alexij Cardinalis, fortitudinem eius expressit.

Aug. li. 1. de lib. arb. cap. 13.

Fabric. Cardin. Sabellus.

Christophorus Cardinalis Vidmanus.

« Paſtoralis, inquit, in regenda tuendaque Eccleſia ſollicidudo, ac conſtantia. » Cui accinit Iacobus Cardinalis Corradus Tituli Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ: « Vita Religioſiſſimè functus, tanquam emeritus, æternâque remuneratione dignus; poſt laborioſa mundi certamina, quæ feruens in diuinis obſequiis potenter iniuit, infractoque animo ſuperauit, æthereis ſedibus iam receptus, vt ſedeat cum Principibus & ſolium gloriæ teneat, victor coronetur. » O quam fortis qui omnem terræ gloriam generosè deſpexit, ſeipſumque contempſit. Ita Virginius Cardinalis Vrſinus Tituli Sanctæ Mariæ in via latà Summum Pontificem affatus: « Ecquis dubitet, Beatiſſime Pater, quin coronari in cœlo debeat, qui ſtrenue certauit in terris, &c. Non ſolùm cenſeo, deueniendum eſſe ad eius Canonizationem, ſed etiam humillimè ſupplico, Sanctitas ſua velit, decreto illi de relata victoria aduerſus mundum iuſtiſſimo triumpho ſolari vota Chriſtianæ Reipublicæ, vt tanti viri edocti exemplo fideles, qui cupiunt exaltari, diſcant non inter rerum humanarum faſtigia, ſed inter cœleſtia veram gloriam inueniri. » Nec minori fortitudinis inuictæ elogio gloriam Thomæ proſecutus eſt Camillus Meltius Tituli Sancti Marcelli Cardinalis: « Debentur B. Thomæ de Villanoua Archiepiſcopo Valentino cœleſtes honores, Beatiſſime Pater, qui dum in terris ageret, terrena cuncta deſpexit, qui omnium Virtutum vſu in Chriſtiana militia diu multumque promeruit, donec coronam pulchritudinis cœli regnatoribus, dignam poſuit in capite ſuo, &c. Tantus vir, tam magnus Heros in Sanctorum album meritò eſt referendus, qui ſupra mortalium vim & conſuetudinem euectus, dum ſeipſum pro nihilo habuit Ordini ſuo

Aloyſius Homodeus. Cardinalis. Corradus. Card. 1. Reg. 2. 8.

Virginius Vrſinus Card.

Camillus Meltius Cardin.

magni Doctoris Augustini, Ecclesiæ suæ Valentinæ maximum honoris incrementum attulit, Hispaniæ vniuersæ decus ingens, & perennem gloriam comparauit.» Subsecutus est in hac laude Christophorus Signius Archiepiscopus Thessalonicensis assistens, contemptum gloriæ animi eius robori subscribens: « Nec doctrinæ præstantia, nec hominum laudes, nec summorum Principum æstimatio Thomæ humillimum cor, exaltare vnquam potuere: Episcopatum semper fugit, semel recusauit, tandem recepit, quia Superiorum imperio cogi potuit, sed humilitas dum contra hostes generosè pugnat, in honoribus creuit.» Impauidum Leonis instar, censuit Nerius Corsinus Archiepiscopus Damiatensis assistens: « Cum nihil, inquit, haberet in mundo quod diligeret, nihil esset in mundo quod pertimesceret, ac nudus nudum Christum in æterna Tabernacula sequeretur: eiusdem charitatis clypeo permunitus, bonum certamen certauit: ideoque in beata illa Hierusalem triumphat coronatus.» Decius Sancti Adriani Cardinalis Azzolinus: « Iure, inquit, post multiplex opus virtutis, & fortitudinis emeritæ, debetur corona expressa signo sanctitatis, immo & magnificentia in sanctificatione illi, &c.» Laurentius item Sancti Angeli Cardinalis Raggius: « Par est, Beatissime Pater, vt qui Christianæ militiæ duces meritis æquiparat, eosdem exæquet & titulo, Thomas de Villanoua per arma iustitiæ, bonum certamen certauit, prodigus animæ magnæ in sui victoriam, & magnarum diuitiarum in triumphum charitatis: morbi profligati pauperes euangelizati, vita propagata sanctissimum prædicant. Nil abest igitur quin sacro Heroi laurea, & diadema decoris decernatur, vt egregiorum facinorum præmia, æquè ac ipsa facinora

Christophorus Signius Archiepiscop. Thessal.

Nerius Corsin. Arch. Damiatensis.

2. ad Tim. 4. 7 & seq.

Decius S. Adr. Cardinalis Azzolinus.

Eccli. 45. 4.

Ps. 95. 6.

Laurent. Card. Ragg.

2. Tim. 4. 7.

eluceſcant in ſplendoribus Sanctorum.» Omnium Fräciſc.
hactenus ſanctorum qui nomen Thomæ ſortiti Henric.
ſunt, gloriam conſequutum Thomam noſtrum aſ- Burg.
ſeruit Franciſcus Henricus Burgenenſis Epiſcopus Epiſc.
Aliphanus: «Verè Beatus Thomas de Villanoua, abyſſus fuit ac Didimus, id eſt, gemellus. Miſerationis quæ cum ipſo de vtero matris egreſſa, ab infantia creuit: Abyſſus abyſſum inuocans? Thomæ enim Apoſtoli ſollicitudinem in inquirendis, Pſ. 41. 8
Angelici puritatem in edocendis, Cantuarienſis conſtantiam in defendendis his quæ ad Deum eiuſque Eccleſiam pertinent; meritò viſionem quam Thomas expectabat Apoſtolus, & mercedem quam Thomas expectabat Angelicus, creditur conſecutus, & dignus qui vt olim Cantuarienſis ab Alexandro 3. multis clarus miraculis, à ſeptimo eiuſdem nominis & Patriæ, vices Dei gerente in terris proclametur factus in cœlo, conſors charitatis quæ 1. Cor.
nunquam excidit, Dei ſcilicet, nam Deus charitas 13. 8.
eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & 1. Io. 4. 8
Deus in eo.» Apoſtolo Thomæ eum comparauit Decius Sancti Adriani Cardinalis Azzellius, quod Chriſti vulnera in pauperibus tractauerit: «Tho- Decius
mas verè fidelis, qui non opus habuit digitum in- Card.
ferre vulneribus vt Chriſtum agnoſceret; ſed benè Azzell.
tetigit Chriſtos Dei, dum manus ſuas extendit ad pauperes, eorum egeſtati aperuit, plagis admonuit.»

Et quoniam Angelicam puritatem in Thoma S. Tho.
noſtro Angelico Doctori Parem, cum Epiſcopo Caſtitas
Burgenenſi prælibauimus, viam aperui quâ in & Tē-
laudes eximiæ eius Temperantiæ deuoluantur, perātia.
cuius Angelica puritas non infima portio eſt. Caſtitas enim & gulæ & laſciuiæ motus compeſcit, & carnalem hominem mutat in Angelum, Tempe-

Tt iiij

rantia autem & in altero animali mystico, scilicet boue castrato, labori indefesso, & victui parcissimo addicto describitur, sicut & in fluuio Geon, de quo supra Æthyopiam alluente. Thomas enim noster corpus suum vt abiectum seuerissimè tractauit, licet quas ablueret sordes virgo integer non haberet, plurimo austeritatis & pœnitentiæ baptismate, non Æthyopem, sed Angelum lauans, & auido Crucis hiatu, qualiacumque terrenæ originis purgamenta indesinenter absorbens, vt quod superat originalis incendij, continuâ mortificatione restingueret. Probè nouerat vir innocens & austerus, quòd « Virtus duritiâ extruitur, mollitiâ verò destruitur. » Et quamquam in aliquo discedat Augustinus ab Ambrosio, in expositione fluminum; Geon applicet Fortitudini, & Tigrin Temperantiæ assignet: « Quod vadat contra Assyrios, quæ resistit libidini, multum aduersanti consiliis prudentiæ; vnde plerumque in scripturis Assyrij aduersariorum loco ponuntur. » Vterque tamen Temperantiæ fauet, quâ aduersantem spiritui carnem sic subdidit rationi, vt inccorruptam & Angelicam vitam egerit in carne contemptibili: Vnde & Augustinus: « Temperantia, inquit, est affectio coercens & cohibens appetitum ab iis rebus quæ turpiter appetuntur. » Et rursum: « Temperantia est rationis in libidinem, atque alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes continentia, clementia, modestia. Continentia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Clementia per quam animi temerè in odium alicuius illecti, concitatique comitate retinentur. Modestia, per quam pudor honestus claram & stabilem comparat authoritatem. » Ego verò nescio quis in ordine Sanctorum exactiùs om-

Tertul. lib. ad Mart. cap. 3.

Aug. li. de Gen. contra Manic. cap. 10.

Aug. li. 1. de lib. arb. c. 13

Aug. li. 83 qq. q. 3.

nes Temperantiæ partes impleuerit, aut in eis Thomam superauerit. Quis enim eo firmiùs & moderatiùs non rectos animi impetus, rexit, & Temperantiæ fræno coërcuit? Quid continentiùs eo, qui gubernatione consilij cupiditatem rexit? Quid eo clementiùs, qui sibi soli rigidus, nulli vnquam sibi etiam insultanti, nisi magnâ semper comitate respondit? Quid illo modestiùs? Quid pudorosius, qui vix septennis socios admirabili modestiâ continebat, qui Lector Licentiatus, Philosophiæ & Theologiæ Professor sexdecim annis, nec verbum ad laudem suam protulit, nec asperum quidquam in disputatione dixit, inter laudes & præconia modestus, contentionum arbiter, quas doctissimi non potuerant, pacificus componebat. Castitatem sic coluit, vt Confessor eius Pater Iacobus Montier, eum virginitatis illibatam seruasse certissimè retulerit, oratione assiduâ, otij fugâ, sensuum omnium custodiâ, ieiuniis penè continuis, cilicio, flagellatione frequentissimâ, lecti etiam in nuda tabula vsu perduro, carnem edomans. Cùm autem & moderatio vestium suas quoque partes in temperantia vendicet, in victu & habitu modestissimus egit, pluribus annis eundem habitum quem è claustro tulerat, Episcopus tulit, in hoc temperantiæ genere Augustinum Patrem æmulans: « Veni ad Episcopatum, &c. cum his indumentis, quibus illo tempore vestiebar, &c. » Ex duobus Camisiis detritis vnam sarciebat, caligas suas ipsemet reficiebat, & vndecim annorum spatio, quibus Archiepiscopatum gessit, duas tantùm nouas induit, albam vnam, atri velleris alteram, thoracem paulò charioris pretij sartori iussit venundari, & abiectiùs emi, vt religiosæ paupertati conformiùs vestiretur. Rogatus à Canonicis, vt habitum Monachi depo-

Aug. de cõmuni vita Cleric. ser. 1. & 49. de diuersis

neret, non acquieuit, & Biretum coactus accepit, quod facetè suum Episcopatum dictitabat: in omnibus memor Augustini Patris, olim in pari causa dicentis:: « De veste pretiosa, & si fortè decet Episcopum, non decet Augustinum. » Nullum in cubiculo perizoma, aut tapetem passus, & emptum ab œconomo, Ecclesiæ tradidit & Capellæ, scutellis testeis vtebatur, lectoque vilissimo, nec tapetem aut thronum in Ecclesia, vel paramentum in pulpito tulit, nisi partem panni serici, in notam Episcopalis functionis, in Capellam suam aliter ornari, quàm veteri telâ pictâ, & communibus tam in visitatione, quam in Ecclesia Cathedrali præter amictum & albam, vestibus sacris vtebatur, cui frugalitati, & modestiæ temperatissimi Episcopi, quid superaddi possit ignoro vt iustissimè sanctificationis eius competentes Eminentissimi Cardinales, certatim eius temperantiæ, castitati, vitæ austerissimæ rigori, hæc Elogia subscripserint. Franciscus quidem Episcopus Portuensis, Cardinalis Barberinus: « In hac Veterum Conciliorum Romanorum vera imagine par loco negotium, de cœli arcanis reuelandis proponitur. Thomas de Villanoua, Sanctus in infantia, & adolescentia virgineo, qui nunquam emarcuit, flore decora, in Augustiniana familia, & in ipso Archiepiscopatu Valentino; &c. ab omnibus agnitus est. » Eodem sensu Fabricius Tituli Sancti Augustini Cardinalis Sabellus; « Illibatus Virginitatis flos, quam puritatis, & Augustini cingulo obstrictus, non minus cœlo, quàm tumulo intulit, & integerrima vitæ innocentia. » Cuius causâ ad nuptias agni admissum testatus est Ioannes de Torres Archiepiscopus Salernitanus assistens: « Cum Thomas, inquit, de Villanoua Sanctissimus Antistes, non modò omnium virtutum zonâ lum-

Aug. de cōmuni vita Cleric. ser. 1. & 49. de diuersis & 50.

Frācisc. Card. Barber.

Fabric. Card. Sabellus.

Ioann. de Torrés Archiep. Salern. assistēs.

bos ſibi præcinxerit, ſed miraculorum quoque ſplendore lucernas geſtauerit in manibus (de numero prudentum virginum) adeóque admiſſus ſit ad nuptias agni, nefas omnino ſit aris illi decernendis non ſuffragari.» Expreſſiùs Vincentius Sancti Euſtachij Cardinalis Coſtagutus: «Vitæ innocentia perpeti innixa caſtitati, profunda in Regulari obſeruantia humilitas, vigilans in moderamine populorum ſollicitudo, zelus domus Dei, cæteræque eximiæ virtutes illuxerunt in Beato Thoma Valentiæ Archiepiſcopo.» Nec mirum ſi caſtitas à caſtigando dicta, in viro pœnitentiæ, auſteræ vitæ, & cruci addicto enituit: «Modus quo ſubditos à noxiis retrahebat, & ad pœnitentiam prouocabat; nempe ſeipſum ſeueriſſimè verberando; illos verò ſuauiſſimè corripiendo, &c.» Suffragatur alter: «Eius, inquit, diuitiæ fuerunt nihil poſſidere, & Crux quam tota vita familiarem habuit.» Concluſit alter: «Denique victa ipſius quacumque parte inſpiciatur, prodigium eſt: Agnoſco igitur magni Auguſtini magnam prolem, cuius in ſuo ordine rigor ac zelus, dubitare me non ſinunt, digniſſimum eſſe beatum Thomam qui Sanctorum albo accenſeatur.»

Vincẽt. Card. Coſtagutus.

Ioann. Bapt. Card. Spada.

Benedictus Card. Odeſcalcus.

Franciſcus Dominicus Archiepiſc. Auenio.

Quamquam omnium virtutum Chorus, & Cardinalium maximè ſuum Thomæ noſtri Sanctificationi contulerint ſymbolum, præ cæteris tamen «Dominus eum ſtolam gloriæ induturus, circumcinxit eum zonâ iuſtitiæ.» Siue enim iuſtitia vniuerſalis ſit virtus, virum innocuum, iuſtum & ſanctum denominans, poterat illud Sancti Iob ſibi ſumere: «Iuſtitiâ indutus ſum:» Et rurſum illud Eccleſiaſtici: «In aſcenſu altaris, dedit illi ſanctitatis amictum, & veſtiri eum in conſummatione virtutis.» Siue iuſtitia in particulari Cardinalis in-

Aſſiſtẽs. S. Tho. Iuſtitiæ

Eccli. 45. 9.

Iob 29. 14.

Eccli. 50. 11.

Iustinianus in Inst. telligatur, quæ à Iustiniano definitur: « Constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi: » Siue ipsa sit charitas, de qua Augustinus: « Inchoata charitas, inchoata iustitia, prouecta charitas, prouecta iustitia est, perfecta charitas, perfecta iustitia est. » Tanto diuini amoris incendio flagrabat, vt dicere solitus esset, cum Eleazaro: « Malle se præmitti in infernum, » quam non diligere Deum, quem qui diligit, nescit infernum, in quo pœna maxima; erat odisse Deũ, mirari solitus, quomodo Sacerdotes quotidie celebrantes, in eo non proficerent. Ipse autem quoties die Natiuitatis Christi celebrabat, facie totâ rutilabat. Iustissimum & perfectissimum vtrobique hunc Sanctum euidentissimè probabimus in sequentibus. Inter animalia mystica præteruolat aquila; « Facies enim aquilæ desuper ipsorum quatuor. » Et licet Thomas alios multos Sanctos in cæteris sit supergressus virtutibus, seipsum tamen in charitatis & eleemosynæ iustitia transcendit: vt notatu dignum, quod de quarto fluuio, scilicet Euphrate, qui fructificantem significat, nullos habet præscriptos limites, quos alluat & circumfluat. Sic enim adnotat Augustinus: « Quartus fluuius non dictum est contra quid vadat, aut quam terram circumeat (quia iustitia eleemosynæ non vni aut alteri peccato medetur, sed omnibus: quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Iustitia in vtroque testamento dicitur: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Nec attendit cui, sed propter quem donet: Propter eum scilicet qui iussit: omni petenti te tribue. Quod Thomas vt dicemus impleuit.) Iustitia enim ad omnes partes animæ pertinet, quia

Aug. li de nat. & grat. cap. 70. & vlt.

2. Mac. 6.23.

Ezech. 1.10.

Aug. li. 2. cont. Manic. c. 10.

Luc. 11. 41.

Ps. 111. 9

Matth. 6. 1.

ipſe ordo & æquitas animæ eſt, quâ ſibi illa tria concorditer copulantur, prima Prudentia, ſecunda Fortitudo, tertia Temperantia; & in iſta tota copulatione, atque ordinatione perficiunt Iuſtitiam.» Quam rurſum ſic definit: « Iuſtitia eſt habitus animi; communi vtilitate conſeruatâ ſuam cuique tribuens dignitatem.» Nos hoc loco de ſolâ charitatis & miſericordiæ Thomæ iuſtitia dicemus, quæ cum in ſpiritualem & corporalem diuidatur, iuſtum eſt vt ſuum cuique tribuendo pro dignitate ſpiritalis, pauca prælibemus «: Iuſtitia, iuxta Ambroſium omnem paſcit animam » & ipſe Beatus eſuriens & ſitiens iuſtitiam, eâ ſaturatus, de ſua plenitudine magno animarum zelo, & Prælatus in ordine, & Prædicator, & Epiſcopus maximè effundebat; nec cuiquam humiliationi aut largitati parebat, vt ſubditorum animas Domino lucraretur, nunquam niſi ſtans cum Sacerdotibus loquebatur, vel eos iuxta ſe ſedere faciebat; Canonicum quemdam cùm pro merita culpa, paulò ſeuerius arguiſſet, & ille in verba dura contra Archiepiſcopum erupiſſet, inſcio Thoma admoniti inquiſitores, eum in carcerem coniecerunt. Hoc vt primum menſæ aſſidens ſciuiſſet Thomas, relicto prandio, perrexit ad ipſos, veniam pro Canonico poſtulauit, ſuam ſeueritatem incuſans, & eductum carcere, vt tolleret ſcandalum, per vicum cum eo familiariter ambulauit. Die Veneris ſancto, Sacerdotem in ipſo altari blaſphemantem magno zelo & charitate corripuit, & multas ex eius oculis elicuit lachrymas, eique pro pœnitentia iniunctis eleemoſynis, triduano ieiunio, & per quindecim dies ab altari ſeparatione conuertit. Tres item concubinarios quorum dotauit fœminas, filiiſque prouidit. Alterum poſt octo dies carceris interrogatum quâ causâ

Lib. 83. qq. q. 31.

Ambr. l. de Paradiſo cap. 3.

peccasset, & illo respondente paupertatis, quæ à diuite muliere impudica subleuabatur: meâ ergo culpâ peccati, abstine deinceps, & tibi per singulos menses necessaria prouidebo. Alterum accersiuit, & in oratorio suo seipsum ad sanguinem vsque flagellauit. Vnde ille corruit ad pedes Thomæ pœnitentiam petiit, mores mutauit, osculum pacis ab Archiepiscopo suscepit. Nec frustra, Thoma, pro sigillo cor sagittâ transfixum habuisti, charitate proximi vulneratus, de qua successor tuus Franciscus Nauarrus: « Quis, inquit, ad Gygantis huius celsitudinem attinget? ». Tanta compassione derelictos excipiebat, vt Iudæum conuersum, ab omnibus abiectum, benignè exceperit, eius confessiones audiens, qui accersito Thomæ in mortis articulo reuelauit se visione mirabili conuersum, dum per viam cum socio magno Messiæ videndi desiderio flagrarent, vidisse magnam de cœlo lucem, in faciem concidisse, & rursum inspecto cœlo, in medio radij calicem cum hostia desuper conspexisse, auditâ voce clarâ: « Hic est Messias. » Et hoc fuit numisma Pij quinti cum symbolo: « Scio cui credidi. »

Tipot. in Hierogr. Pontif.

Altera iustitiæ pars in hoc Sancto per omnia mirabilis extitit, in quo temperantia eius iustitiæ seruiebat, neque enim vt facultates reconderet turpiter, sed vt plures pasceret pauperes & vestiret, victum & vestitum suum ad arctissimas angustias temperabat. Vnde sic de eo Vincentius Reuiglionus Episcopus Bouinensis: « Beatum Thomam de Villanoua solemni ritu cœlitum numero adscribi, Beatissime Pater, iustissimum arbitror, quem omnium virtutum suffragia, mortalium numero exemptum, viuum adhuc cœlo asseruerunt, virum enim planè cœlestem illum extitisse necesse est, cui per-

Vincēt. Reuigl. Episc. Bouin.

petuis ſuis ieiuniis pauperum famem alenti, omni naturæ prauitate coërcitâ, pro alimento fuit illibatæ ſapor integritatis; pro anima ſanctitas, pro vita Deus. Nullus igitur Sanctitati veſtræ dubitandi ſupereſt locus, an illum addat albo Diuorum, qui ſuis moribus de ſeipſo ſententiam pronuntiauit; quam cœlum ſe approbare nos docuit; cum aut paralyſi detentis, aut febri, aut multiplici morbo lecto defixis, vitam reddidit, & pedum officium, vt Thomæ Sanctitatem miraculis teſtaretur. » Sed cùm Euphrates, vt dixit Ambroſius, ſit vitalis & frugifer, quot dum viueret, à morte & fame ſeruauit, quis pauperes enumeret, quibus vitam ſuo etiam diſpendio præſtitit? An non adhuc infans, ſuo ſe ientaculo fraudauit, vt pauperes aleret? Puerulus prandium impranſus ex licentiâ matris eſurientibus dabat, & abſente matre cum panem non haberet quem erogare poſſet, omnes gallinæ pullos aduentantibus pauperibus dedit. Verè miſericordiæ natus filius, cuius Pater Alphonſus Garcia, ſimplex & ſenſatus refugium pauperum quibus & triticum mutuum dabat, & ſuo tempore reddere non valentibus, debitum miſericorditer relaxabat, & Molendini annuum cenſum in eleemoſynis expendebat: & mater Lucia Martines: « Manum mittens ad fortia, digitis apprehendens Prou. fuſum, lanam & linum quærens, operata conſilio 31.19. & manuum ſuarum; » dum ſe operiret cilicio, lani- 13. & 20. ficio ſuo veſtiebat pauperes, & de cætero, « Manum ſuam aperiebat inopi, & palmas ſuas inopibus extendebat. » His Magiſtris, ſed multo magis interiore Doctore Spiritu Sancto orphanorum Patre & Iudice viduarum, magnus factus eſt, & Ioanni cognomento par Thomas factus eſt eleemoſynarius. Quoties pileum, thoracem, veſtem-

que detraxit, vt nudum vestiret? Adhuc paruulus apud patrem suum vt rusticum partem commodati tritici referentem propter anni sterilitatem excusaret, exorauit. Septemdecim annorum erat, cum orbatus patre, matrem compulit, vt patrimonium Xenodochio erigendo impenderet. Factus Episcopus de Ecclesiæ redditu interrogans, audiensque septuaginta duo librarum millia, parum esse heroïcâ in pauperes largitate conquestus est. Cùm verò Canonici paupertatem eius subleuaturi ad supellectilem palatij comparandam quatuor mille ducatos ei obtulissent, ne obolo quidem sibi seruato totam summam Xenodochio Valentino transmisit. Carcerem Episcopalem visitans oculis misericordiæ asperum nimis & tetricum compleri terrâ iussit, Clericos humanitate potius quam seueritate correcturus.

Duodecim saltem mille alebat pauperes. Pro Collegio Cōuersorum duo nummorum millia pensionis annuæ præcessori Georgio Austriaco persoluebat, quatuor mille ministris Iustitiæ & domesticis. Singulis diebus 450. in Episcopali domo, cibum necessarium ministrabat, à qua eleemosyna, nullus quantumuis tardè veniens, aut pro vago & otioso ab aliis habitus excludebatur, non suum esse, id inquirere, sed Gubernatoris ciuitatis subinferens. Cùm vidisset è fenestra aliquem ab vna parte areæ ad alteram transeuntem, vt bis eleemosynam acciperet, ministris iussit, vt iterum ipsi porrigerent, dicens Angelum fortè sub pauperis veste latere. Pudorosis singulis tribus mensibus ducentos ducatos largiebatur, præter alias eleemosynas per Parrochias hinc inde dispersas. Nomina eorum in tabellis scripta ferebat. Pauperes nobiles primo die cuiusque mensis, vel per se, vel per fideles

fideles amicos pinguiùs excipiebat. Filias itē nobiles per eorū Confeſſarios exacto ſecreto, ſūmâ notabili collocabat, prætento debiti vel reſtitutionis nomine, & cū nō poſſet omne ſimul debitū ſoluere, per vices ſatisfaciebat; hortabatur diuites vt ſe huiuſcemodi piis charitatis operibus adiuuarent; & monerent quid ſui Parrochiani agerent, & quo egerent. Per Parrochos offerri ſibi iuſſit pueros expoſitos, & quatuor Regales afferentibus ſibi mercedis daturum promiſit, & interdum ſexaginta & octoginta per nutrices ſuis alebat impendiis, & primâ die menſis, eas vocabat iu aulam, curioſè inſpiciens, & remunerans copioſiùs eas quas maiori curâ paruulos excipere cognoſcebat, & negligentiores arguebat. Cùm vna vice cœnam ſumeret, allatus eſt ei paruulus quem vultu hilari tenerè oſculatum, accerſitæ nutrici commendauit. Orphanorum & viduarum verè pater. Nutrices & viduas curam orphanorum habentes, etiam triennio poſt mortem ſuam, relictâ ſummâ notabili perſolui curauit. Medicum & Chirurgū pro ægrotis penſione datâ ſuſtētabat, adoleſcentulis nubilibus collocandis dotis partem non modicam tribuebat. Carpentario 50. nummos ad lignum emendum dedit. Inſtrumenta artificibus egenis emebat, præter eleemoſynas menſtruas. Nec ab erogatione ceſſabat, licet quemdam nobilem addictum ludo probè noſcet, ne plus peccaret. Cùm ſuadentibus amicis ampliorem aulam Archiepiſcopatui erexiſſet, ſumptibus excedentibus quam præmeditatus fuerat ſummam, triſtis ac lugens inuentus à Canonico, dolorem ſuum ex aliqua inde futura exigentia pauperum, & ratione Deo reddenda confeſſus eſt. Sutorem pro reparanda veſte interius contra ſe murmurantem, tres habentem nubiles filias, magnâ excepit indulgen-

tiâ, hic enim cum alicuius Clerici suasu Thomam adiisset, quinquaginta nummos pro singulis dedit, quâ liberalitate conuictus ad Sancti pedes corruit. Murenam quadraginta assibus emptam ingemuit, quod plures inde pauperes pascere potuisset. Eleemosynæ porro eius tantâ iustitiâ temperatæ erant; vt cum in ciuitate Alcala Collegium ædificasset pauperibus, quod nostris Eremitis tradidit procurandum, facti pœnitens quasi suis id Diœcesanis detraxisset, alterum Valentiæ extruxit, pro Clericis suæ Diœcesis instruendis. Quidquòd nec matri operibus misericordiæ exhaustæ, vltra centum nummos, ducentos viginti Fratribus, & Auunculo pro emendo boue quadraginta largiri voluerit, iniustum ratus, si bona Valentinorum pauperum aliis traderentur. Humilitas eius & modestia enituit, sed cum exacta iustitia, in eo quòd cùm Giermanus Frater pretiosiùs sua sorte vestitus, ab eo remissus est, donec viliùs indutus accederet. Nepotem filiam suam Medico collocantem arguit, nec audiit argentarium dotem eius supplere suadẽtem. Auunculum pauperem petitâ à Prælatis quibuscum erat veniâ, adiit, excepit benignè, 50. nummos boui comparando, non ampliùs dedit. Tribus item cognatis largam eleemosynam sperantibus solum viaticum soluit, Episcopi bona, Diœcesanorum, non verò extraneorum esse caussatus. Quotidie ante & post Missæ Sacrificium in aula pauperes expectabat, vt eorum querelas & necessitates patienter & misericorditer audiret;
Eccli. 4. 7. « Congregationi pauperum affabilem se præbens. » Stupebat ipse, & Dominici verbi veritatem experiebatur, quod « Fœneretur Domino qui miseretur pauperis. » Prou. 19. 17. Licet enim 24. tantum mille nummos redditus haberet, plusquam 40. & 60. quot annis expendebat. Sed præterquam sibi

ſuiſque parciſſimus in omnibus erat, vt Chriſto ſimilis inopiâ ſuâ, copiam pauperibus daret, Deus miraculosè pecuniam multiplicabat & annonam. Quodam anno poſt meſſem ſterilem, velut alter Ioſeph neceſſitati prouidens, omne triticum à ſuis emit villicis, & per Hebdomadas loco pecuniæ iuſſit egenis erogari. Cùm autem tres viduæ pudoratæ & inopes triticum ab œconomo poſtulaſſent, illo ne granum quidem ſupereſſe reſpondente Thomæ, ipſoque non credente, & in horreum redire iubente & nil ſupereſſe rurſum affirmante: non puto, inquit miſericors Præſul Deum pauperibus ſuis defuturum, aſcendamus ſimul: & tantâ frumenti abundantiâ redundauit horreum, vt vix ianuam potuerint aperire. Tela, pecunia, cæteræque eleemoſynæ multiplicabantur in manibus eius: ſicut & ipſi eleemoſynarij eius experti ſunt. Doctor enim à Porta per Diœceſim miſſus, ruſticis aliquid largiturus, ſaccum pauperum quærens inter ſarcinas, nec inueniens, celebrato ſacrificio reperit, in eoque abundantiorem multò pecuniam. Quod cum Valentiam regreſſus Archiepiſcopo narraret, ſubriſit ille, ſæpius id ſibi contigiſſe confeſſus. Sic de eo Pſaltes Regius: « Tota die miſeretur & Fœnerat, & ſemen illius in benedictione erit: » & Paulus: « Multiplicabit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. »

Pſal. 36. 26. iuxta 70. 2. Cor. 9. 10. iuxta Syriac.

Quid mirum ergo ſi « inter medios Cleros dormiens » obitu fœlici ſanctiſſima eius anima « velut columba deargentatis pennis poſteriora dorſi & caudâ extremæ vitæ deauratus, » migrauit ad ſuperos? Exceſſit viuis, quem fames maxima & peſtis prænuntiata ſecuta eſt tanta, vt vix viui ſuperſtites mortuis humandis ſuppeterent. Epiſcopo Segriano dicente ſibi iudicio Medicorum, parum

Pſa. 67. 14.

Pſ.121.1 ſupereſſe viæ & vitæ, genuflexus hilaris exclamauit: « Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Si tamen populo tuo ſum adhuc neceſſarius, non recuſo laborem: Sin minus cupio diſſolui & eſſe tecum. Miſsâ die ſancti Auguſtini celebratâ, Confeſſione generali qualcumque actæ vitæ maculas eluit, ſecundâ Septembris viaticum ſumpſit. Expoſitum eſt pro vita eius proroganda in omnibus Eccleſiis Sanctiſſimum Sacramentum, indictâ per omnes oratione 40. horarum. De manu Epiſcopi Seriani lachrymantibus aſſiſtentibus, extrema Sacramenta recepit. 5000. ducatos ipſi & duobus domeſticis per parœcias vrbis diuidendas tradidit, ſupplicans ne obolum quidem reportarent. Quod cûm poſt duos dies exequi non valuiſſent, illis 1200. ſupereſſe dicentibus; exclamauit, Miſerum me, qui cum aliqua ſubſtantia decedam, portate rogo quidquid eſt reliqui Xenodochio, vt pauper ac nudus moriar. Domeſticis & Collegio pauperum bona mobilia largitus, cum nihil amplius haberet præter lectum, illum ianitori Palatij dedit, ab illo poſtulans, vt commodaret, & in alieno moreretur, ſicut Chriſtus in emendicato conditus eſt ſepulchro, qui moriens « vbi caput reclinaret, non habebat. » Lecto pauperculo cuſtodi domus legato cum ſurgere vellet, & in nuda humo vel ſtorea aut puluere emori, aſſiſtentibus id morti præuertendæ cauſam fore dicẽtibus, humilis acquieuit, & mutuum ab eo cui dederat poſtulauit. Sanâ mente, ſanoque conſilio, ad extremum vſque ſpiritum, ad ſe venientibus monita ſalutis dedit, & « theſaurum requieſcentem in ore ſapientis effudit. » Canonicis Corpus eius ad ſepulturam in Cathedrali poſcentibus, plurimum quidem gratulatus eſt, ſed religioſum ſe eſ-

Philip. 1.23.

Luc. 9. 58.

Prou. 21. 20. iuxta 70.

ſe profeſſus, apud Fratres ſuos in Eccleſia Beatæ Mariæ de Succurſu, velle tumulari. Quibus rurſum nomine Capituli enixiùs idem flagitantibus eâdem conſtantiâ reſpondit. Suffraganeo tandem ſuo in cubiculo celebrante, Corpus Dominicum cum multis lachrymis adorauit. Poſt eleuationem Sanctiſſimi Sacramenti, Pſalmum « In te Domine ſperaui » deuotiſſimè recitans, in Communione Sacerdotis expirauit, ore eius & facie tota per momenta, illuſtrius pulchreſcente, recitans extrema verba; « In manus tuas, &c. » Sic ille qui totâ vitâ cum Pſalte exercitatus in ſcopendo ſpiritu, ocyorem iaculo in Chriſti manus emittens animam, in deſtinatum gloriæ ſcopum directus, omnia mundi, carnis, dæmonis retia prætergreſſus, palmam & laurum immortalem eſt conſecutus. Nicolai Thronis Venetorum Ducis 68. emblemate digna Thomæ anima: In quo ſpoliata mulier iaculum erectum vibrat circa radium è nube fulgentem, ſtans ſuper retia inter laurum & palmam, cum Epigrapho: « Immortale quod opto. » Audito Paſtoris obitu, vniuerſus populus ingemuit, omnes Eccleſiæ nullis paramentis indutæ. Veſte albâ depoſitâ nigra induitur, & Pontificia deſuper exponitur. Concurrunt omnes, oſculantur, funus deducitur, cantus Cleri perſonat lachrymis & ſingultibus. 8000. pauperes feretrum ſubſequuntur, patrem ſuum emortuum clamitant. Prophetia Sapientis impletur: « Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & in die obitus ſui glorificabitur. » Canonicus Franciſcus Bocca monimentum ei magnificum cum Epiſcopali imagine, & Epitaphio curauit inſcripto: « Conditur hoc tumulo Frater Thomas de Villanoua Archiepiſcopus Valentinus, diuini verbi prædicator eximius, qui

Pſ. 30. 1.

Tipot. in Hierogr. Ducum Venet.

Eccli. 31. 28.

Christi pauperes benignâ manu, non solùm viuens fouit, sed etiam ad extremum amplissimis eleemosynis prosecutus, obiit die Natiuitatis Beatæ Virginis, anno 1555. » Nec præteribo quòd sancto viro Iob, non conferendus modo, sed & præ-
Iob 31. 18. ferendus; quòd non solùm: « Misericordia ex vtero matris egressa cum eo creuit » à puero ad senium, & perseuerauit ad mortem vsque, & vltra tumulum. Cùm enim lethali morbo iaceret in lecto, & villicos suos debitores sibi de patrimonio pauperum ipsis credito vocari iussisset, & ab eis debitorum singraphas exegisset, eas omnes cuidam ciui bonâ fide commisit, & omnem summam suo tempore pauperibus erogari, strictissimè commendauit. Cùm autem ille res suas magis quàm pauperum agens, partem tantùm egenis dedisset, vtensque cæteris in negotiis propriis exoluere differret: Sanctus Thomas Epiphaniæ nocte ipsi vigilanti terribili voce intonans apparuit, clamore pauperum excitatum se dicens, promisit ille se satisfacturum proximè, & manè partem aliquam dedit pauperibus. Sed terribilior nocte Purificationis apparuit
Iacob. 2. 13. eidem, subitaneam mortem, & « iudicium sine misericordia » intentans: Putas me mortuum? Viuit post mortem meus in pauperes affectus & zelus. Tum verò cuidam sequenti se iussit vt disciplinam grauem imponat negligenti. Ille timore & vulneribus ægritudine graui laborans, Episcopi Eleemosynarium accersit, narrat historiam, quidquid habet pecuniæ tradit, & quod superest debiti mutuum sumit, & rem totam vterque publicauit, Sancti gloriam & zelum vbique propalans.

Perfectam Iustitiam Charitatis eius nullis terminis dignioribus exprimere valeo, quam iisdem quibus Eminentissimi Cardinales in Consistorio

Digitized by Google

Sanctificationem ei debitam, vtpote coronam iustitiæ, vno omnes ore pronuntiarunt cum Archiepiscopis eidem suffragantibus. Ægidius Columna: « Si quis, inquit, miseretur pauperi, beatus erit, vt diuina canunt oracula: Beatus Thomas à Villanoua, qui omnem suam substantiam dispergens dedit pauperibus, merito à Sanctitate vestra, inter beatos cœlites referri debet, vt iustitia eius maneat in sæculum sæculi. » Decius Sancti Adriani Cardinalis Azzellinus: « Beatum Thomam de Villanoua authoritate Apostolica Sanctum dici iure debetur, & coli sacro ritu par est, qui vt cum Apostolo sanctificaret Christum in corde suo, propter miseriam inopum & gemitum pauperum continuò cum Domino, meruit etiam induci in montem sanctificationis, quem benè super egenos intelligens acquisiuit sibi dextera eius. » Franciscus Philippus Vicecomes, Episcopus Carsacensis: « Heroïca, inquit, virtus ab amore dicta, per quam solemni ritu seruus Dei beatus Thomas in album Sanctorum referendus est, in eo miro modo fulsit. Nam charitas teste Apostolo, non quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Beatus Thomas non quæsiuit quæ sua sunt à pueritia, quia crescente secum miseratione, vestes & alimenta sua pauperibus erogauit. Ab adolescentia, quia septemdecim annos natus propriam domum, cum toto patrimonio in fundationem Cœnobij Virginum contulit. A iuuentute, quia relicto sæculo, Religionem Sancti Patris Augustini ingressus est. A virilitate, quia Granatensem Archiepiscopatum recusauit, & Valentinum ex obedientia suscepit. A senectute, quia Archiepiscopus factus viginti quatuor millia aureorum quot annis, exceptâ pecunia & tritico diuinitus aucto, nec retento lectulo in quo iam iam mo-

Ægid. Colūna Episc. Amas. Assistens. Prou. 14. 21. Ps. 111. 3. Decius Card. Azzell. Ps. 11. 6. Ps. 77. 54. Frācisc. Philip. Vicecomes Episcop. Carsac. Generalis Ordin. nostri Absol.

riturus iacebat, egenis distribuit. Quæsiuit autem quæ sunt Iesu Christi, quia salutem animarum quæ Dei sunt, vigilantissimè conquisiuit: operarios misit ad Indos: Concilio Tridentino etiam absens profuit: Ecclesiasticam disciplinam restituit: prædicatione, ieiunio, oratione, proprioque effuso sanguine, animæ Deo lucrari sategit, delicta Ecclesiasticorum in se puniens, & semetipsum pro illis hostiam Deo offerens, suo cruore emendauit. Tantoque amore in Deum exarsit, vt quandoque per duodecim horas in extasi conuersaretur in cœlis: vnde cōsueuerat dicere: Anima mea renuntia libertati vertito in naturam, vt toto pondere properes in Deum tuum: ex quo tanquam carbo ignitus, lucerna ardens, cereus accensus, in Dei amore totus consumptus est. Quare censeo tutò posse à Sanctitate vestra inter cœlites solemni ritu numerari.» Franciscus Densa Episcopus Sancti Seueri, & Dei & proximi insignem in eo charitatem, iustitiamque commendat. « Cum Sanctitatis, & virtutum omnium fundamentum sit, sui ipsius abnegatio, & voluntatis vnio cum Deo, per dilectionem ipsius, & perfectam charitatem in proximum, ex quibus oritur humanarum rerum contemptus, in secundis moderatio, in aduersis patientia, in afflictos commiseratio, in pauperes ardens amor, & denique perfectissima, verissimaque iustitia, quæ operatur magna, & reputat parua, operatur multa, & reputat pauca, operatur diu, & reputat breue: Cúmque omnia hæc in beato Antistite nostro Valentino, non oscitanter, nec perfunctoriè, sed perfectissimè in vita, & post mortem præfulserint, vt per probationes, atque irrefragabiles testes deponentes de excellenti beati Thomæ fide, insigni spe, charitate, admirabili humilitate, castitate,

Philip. 2. 21.

Frācisc Densa Episc.

prudentiâ, fortitudine, & temperantiâ, nec non de pluribus miraculis tam ipſo viuente, quam mortuo editis, quæ omnia ſacra Rota, & ſacra rituum Congregatio pluries firmauit: meritò beatum Thomam omnium virtutum laude cumulatiſſimum, humillimè & reuerenter, inter Sanctorum Pontificum agmen præuio Canonizationis Decreto referri poſſe, iudico & ſubſcribo. »

Fabricius Tituli Sancti Auguſtini Cardinalis Sabellus: «Cùm in Dei ac proximi dilectione tota lex pendeat. Dubitandum non eſt beatum Thomam à Villanoua illam penitùs aſſecutum; qui ſemper ſe maior, in diuina dilectione ſe totum impenderit, adeóque diuinæ legis obſeruantiâ, ſanctiſſimæ vitæ rationem meditatus eſt, vt ex ea nec vnus apex excideret, &c. Qualis in proximos extiterit, egregius ille eleemoſynarij titulus indicat, quem pauperrimus ipſe bonis omnibus emit, ibi theſauros ſuos, nimirum in cœlis, & in pauperibus ponens, vbi cor ſuum: ea etiam in egeſtate ac nuditate obire contentus, quâ Chriſtus Dominus in Cruce ſe bonis omnibus, vt nos ditaremur expoliauit. » Fabric. Card. Sabell.

Vincentius Sancti Euſtachij Cardinalis Coſtagutus: « Excelluit inter omnes vna charitas, quæ ſola ſecernit filios regni à filiis perditionis, & quæ ita ex Deo eſt, vt ipſa ſit Deus. Hæc à puerilibus ientaculis inter egenos diſtributis, in diem aucta, eò vſque peruenit, vt Thomas moriturus lectulo quo cubaret indigeret; ſummam ideo miſericordiam conſecutus, quia ſummè miſericors, nec ſperans in pecuniæ theſauris, ex ipſis theſauros ſibi gloriæ parauit in cœlis: verè benè intellexit ſuper egenum & pauperem. » Vincẽti Card. Coſtag. Eccli. 31. 8. Pſ. 40. 1

Antonius Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Barberinus: « Omnia quæ diſertiſſimè dicen- Anton. Bbaret. Card.

da forent de beato Thoma de Villanoua Archiepiſcopo Valentino, paucis à Diuo Chryſoſtomo perſtringuntur: quando charitatis eſt impoſitum diadema; id ſufficit ad oſtendendum perfectum. Omnia dedit ille pauperibus: in vna charitate omnes coaleſcũt virtutes. Charitas enim omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuffert.» Vldericus Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Cardinalis Carpineus: «Sciant omnes & credant, eum qui præſertim amore pauperum, nec ſibi lectulum in quo moreretur reliquit, domum iam habere ditiſſimam, non manu factam, æternam in cœlis.»

1. Cor. 13.7. Vider. Card. Carp. Hebr. 9.11.

Camill. Card. Melt.

Camillus Tituli Sancti Marcelli Cardinalis Meltius: «Eâ, inquit, exarſit in Deum charitate, vt meritò diuini amoris cereus appellaretur: tam impensè proximũ dilexit, vt ſeipſum hoſtiã pro populo ſuo non ſemel viuus & moriturus obtulerit. In amorem pauperum tam effuſus ſemper, diem clauſit extremum, vt nec lectulum quidem in quo moriens iacebat, ſibi reſeruauerit. Nec poſſe ſe à carnis vinculis exiſtimauerit abſolui, vt euolaret ad cœlites, ſi vel pecuniæ minimum, non erogatum egenis, reliquiſſet in terris.»

Tiburt. Bolina Ep.

Subſcripſit & Tiburtius Bolina Epiſcopus Iſernienſis:« Pater bonus ille Thomas à Villanoua, humilis & pauper, diues cœlum ingreſſus eſt: quia perpingues redditus Eccleſiæ ſuæ Valentinæ, quos patrimonium pauperum appellabat, in cœleſtes theſauros manus pauperum deportauerunt: vnde ad hoc tantâ charitate inflammatus ſemper vixit, vt cuidam pauperi lectulum in quo iam iam animam daturũ ſe Deo ſperabat, alacriter ſit elargitus, &c. Christi Domini noſtri paupertatem tam enixè imitatus, vt æquè naſcens, viuens ac moriens, nuditatem illius viſus ſit adamare.»

Digitized by Google

Iulius Episcopus Sabinus Cardinalis Sacchettus : « Quis dubitet, Beatissime Pater, honoribus & laudibus efferendum esse virum quem ipse sacræ paginæ exquisierunt vt laudarent ? Beatus enim Thomas est ille vir qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris, quique non pecunias solùm, sed etiam omnem suppellectilem in pauperum vsum & alimenta distribuens, fecit mirabilia in vita sua. » Iulius Sacch. Card. Eccli. 31.8.

Martius Episcopus Albanensis, Cardinalis Ginettus : « Contemplor Thomam de Villanoua inter Christi pauperes, se, suaque profundentem omnia, siue in paterna domo adhuc infantem, siue cum in religiosæ paupertatis angustiis, diues Deo, pectus effudit in proximos, siue cùm de sede Archiepiscopali fortiùs erupit, flamma quâ intus ardebat : & videre mihi videor Reginā charitatem solium magnificentiæ suæ erexisse in corde Thomæ, vt ab infantiâ cresceret cum eo miseratio ad splendores vsque Sanctorum. » Mart. Ginett. Card.

Ioannes Baptista Tituli Sanctæ Susannæ Cardinalis Spada : « Episcopatus redditus, ita in pauperes erogabat, vt ad se nihil pertinere, sed proprium ipsorum patrimonium esse, & illis debitum soluere, non eleemosynam elargiri videretur. » Ioann. Bapt. Spada Card.

Hieronymus Tituli Sanctæ Mariæ trans Tiberim Cardinalis Columna : « Hesperus Hesperiæ vltimæ beatus Thomas, Phosphorus tandem assurgere debuit, vt non tantùm nobis luceret per noctem, sed clara die spectandus, totum terrarum orbem fulgore suo illustraret. Hæc igitur prima lampas ardentissimæ charitatis in specula diuinitatis appareat ; & quæ mortales tantis beneficentiæ influxibus cumulauit, ab iis hunc humillima venerationis officia consequatur. Vt enim decernatur Hieron. Col. Card. Ps. 104. 39.

aliquando sanctissimo viro titulus Sanctitatis, vitæ innocentia primò in vita, pœnitentiæ opera suadent, miraculorum frequentia imperat; sed prodigiosa charitas cogit. »

Franciscus Maria Basilicæ duodecim Apostolorum Cardinalis Brancacius. « Beatus Thomas, &c. Virtutibus licet ac miraculis quibus magnificatus est vehementer, summopere coruscauerit, se tamen maiorem reddidit illum charitas erga proximum & dilectio, neque enim quisquam magis beatus teste Ambrosio, quam qui intelligit super pauperis necessitatem, & infirmi atque inopis ærumnam. Vnde eleemosynarij inter mortales cognomentum, & speciale inter cœlites præmium est, vt credimus, consecutus. Cúmque fœcundus sit ager pauperum (vt Euphrates) ait Augustinus, citóque reddat donantibus fructum; hinc non absque diuino consilio factum existimo, quòd intra centum annorum spatium, ex quo in Domino obdormierat, præ multis aliis antiquioribus Dei seruis, & Beati meruerit obtinere titulum, & si infallibile Sanctitatis vestræ iudicium accesserit, Sancti denominatione decoretur. »

Francis. Branc. Card. Ps. 103. 1.

Multiplicationem seminis eleemosynarum Thomæ commendauit, eumque tam in hoc, quam mortuorum suscitatione Christo Domino pariauit Fredericus Tituli Sancti Martini in Montibus Cardinalis Sfortia: « Virtutum omnium ornamentum ita in beato Thoma eluxit, vt factus templum Spiritus S. miraculis clarus effulserit. Quorum prodiere præcipua, & magna frumenti copia in horto penitus vacuo inuenta, & duo mortui ad vitam reuocati: verè imitator eius qui ex nihilo omnia fecit, & seipsum viuum præbuit è sepulchro. Viros pietate insignes Sanctorum Fastis adiungere, Sanctæ

Freder. Sfortia Card.

Inquiſitionis Decreta, rem planè difficilem reddidere. Iam trigeſimus recurrit annus à poſtremo Canonizationis actu: Sed is qui ſpirat quando & vbi vult, fecit in prauis directa, & in aſperis vias planas, minimè paſſus præſcriptioni cœleſtia eſſe obnoxia, quæ ſunt addicta æternitati. »

Ioa. 3. 8. Luc. 3. 5.

Cum Deo de largitate certaſſe contendit Marcellus Tituli Sancti Marcelli in monte Cœlio Cardinalis Sanctacrucius: « Viſus eſt quaſi cum Deo de liberalitate certaſſe. Deductus eſt eò Thomas, vt Valentina opulentiſſima Eccleſia, vnde ſolo pane Epiſcopum aleret, vix haberet, & nihilominus quando ſic deficiebant etiam neceſſaria, tunc diſpertſit magis, & dedit pauperibus: quod vt abundantiùs faceret; multiplicauit ſæpiùs Deus annonam, & horrea vacua viſa ſunt redundantia per miraculum; ſcilicet noluit Deus in hac pugna vinci; quamquam viſus eſt quodammodo vincere Thomas, qui Salomone ſapientior, non id petebat, vt nec diuitias obtineret, nec paupertatem, ſed ſupremum aſſequi culmen paupertatis optabat, & ita ſibi mendicus, liberalis Dei Theſaurarius dictus & factus eſt. »

Marcel. lus Sanctacrucius Cardin.

Prou. 30. 8.

Concludamus hanc partem, & coronæ anni benignitatis eius circulum & coronam Auguſtinus cum Ad. diſputans, & virtutem perfectam cum circulo ex omni parte æquali componens: « Illud, inquit, attende, vtrum tibi videatur virtus æqualitas quædam eſſe vitæ, rationi vndique conſentientis. Nam ſi aliud ab alio in vita diſcrepet, magis niſi fallor offendimur, quàm ſi aliqua pars circuli maiore, minoréve interuallo quā aliæ partes, diſtet à puncto. An tu aliter exiſtimas? Ad. Imo aſſentor, & hanc quæ abs te deſcripta eſt probo eſſe virtutem. Nam & ratio dicenda non eſt aut exiſti-

Pſ. 64. 12.

Aug. de quantitate animæ cap. 16.

manda niſi vera, & cuius vita per omnia congruit veritati, is eſt profectò vel ſolus, vel certè maximè, qui benè atque honeſtè viuit, & qui ita ſit affectus, ſolus habere virtutem & eâ viuere dicendus eſt. Auguſtinus; Probè dicis, ſed certè etiam illud vides vt opinor ſimiliorem eſſe virtuti circulum, quàm figurarum aliarum planarum quamlibet, &c. Nam neque in animi bonis quidquam inuenis quod magis ſibi ex omni parte conſentiat, quàm virtutem, neque in planis figuris quam circulum. Quamobrem ſi circulus non magnitudine ſpatij, ſed quadam conformatione cæteris præſtat, quanto magis de virtute exiſtimandum eſt, quod non maioris loci occupatione, ſed diuinâ quâdam congruentiâ rationum, atque concordiâ cæteras animi affectiones ſuperat? &c. Proficiendo animus ad virtutem peruenit, quam fatemur nullâ ſpatij magnitudine, ſed magnâ vi conſtantiæ pulchram eſſe, atque perfectam.» Agebat Auguſtinus de quantitate animæ, ſed quantam & quàm perfectam animam Thomæ putamus, quantamque gloriæ coronam adeptam credimus, cuius virtus à puero creuit, cuius vitæ circulus per omnes partes ætateſque vitæ ad annum vſque 65. æquali curſu, quadrigâ virtutum Cardinalium indefeſsè ad metas vſque præcurrens, pueris, adoleſcentibus, viris, ſenibus, Sæcularibus, Religioſis, Prædicatoribus, Doctoribus, atque Prælatis, palmam & coronam iuſtitiæ repoſitam à iuſto iudice, & gloriam Sanctificationis à Summo Pontifice recepit, vt benè per aſſumptum thema concludam & cànam «gloriâ & honore coronaſti eum Domine, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum; omnia ſubieciſti ſub pedibus eius» non plebem tantùm, vniuerſumque populum Chriſtianum, ſed & Principes & Reges,

Digitized by Google

Præſules & Cardinales, ipſumque Rom. Pontificem ipſius pedibus & Reliquiis venerandis aduolutum.

TERTIA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO MORALIS. Quantas nos præ fidelibus cunctis, immortali Deo gratias agere, quantas laudes Summo Pontifici Alexandro VII. optimo, maximo gratitudinis noſtræ indices rependere debemus? Deo quidem, quod hunc Sanctum ab æterno Prædeſtinationis decreto, ad gloriam ſuam, totius Eccleſiæ vtilitatem, omnium fidelium exemplum, Ordinis noſtri decus eximium, ex eodem aſſumere, & eligere voluerit: & Summo Pontifici, quod eum multis Sanctitatis Candidatis, & optimè de Eccleſia Romana meritis, honore Sanctificationis, & Canonizationis prætulerit, Decretis ei tam amplis honoribus, vt nulli vnquam Sanctorum ſint collati conſimiles, vt in Exordio primæ partis iam diximus, vno excepto, quod hîc reſumo, præteritum; quòd plenariam in articulo mortis indulgentiam, conceſſerit, cuicumque numiſma Thomæ habenti ſuper ſe, & nomen eius deuotè reclamanti, quod nulli vnquam Sanctorum memini me legiſſe, vel audiſſe conceſſum. Hinc gratulatio Franciſci Tituli Sanctæ Mariæ in Via Cardinalis Albitij: « Protractus eſt, Beatiſſime Pater, non ſine Spiritus ſancti inſtinctu, rei arduæ atque difficillimæ exitus, vt à Sanctitate veſtra, quæ Patronum & Protectorem agnoſcit Auguſtinum, Filius Auguſtini in Sanctorum numero collocetur. Sanctitas ergo veſtra, quæ veluti iure clientelæ Sanctiſſimi Patris familiam pluribus beneficiis cumulauit, quæ eius templa non

Frãciſc. Albitius Card.

modo inſtaurauit, ſed & magnificentiſſimè extruxit, hunc illi ſacrum honorem addere non dubitet: vt cœli lætentur, exultet terra, & veſtræ Sanctitati inuicem gratulentur. Præclara enim merita, & heroicæ virtutes beati Thomæ id expoſtulant; illa præſertim in proximum prolixa charitas, illa in egenos profuſa liberalitas. Nam qui in peccatores & pauperes miſericors eſt, is Deus eſt. Sanctitatis veſtræ pietas id ſuadet, &c.» Alteram ſubdidit rationem Franciſcus Tituli Sancti Ioannis ante Portam Latinam Cardinalis Paulutius: «Sanctitati veſtræ ſpecialiter reſeruabatur præſentis ſæculi, per Beati huius viri charitatem reſtauratio, cuius nempe fœlix ad ſummi Apoſtolatus apicem electio ipſo ſæculari anno ab eius obitu recurrente contigit: cuius familia Auguſtiniani Ordinis cœlum pluribus ſanctitatis ſyderibus impleuit.» Præmiſerat & Franciſcus Henricus Burgenenſis Epiſcopus Aliphanus præcitatus à nobis; «Dignum qui vt olim Thomas Cantuarienſis ab Alexandro 3. (Compatriota ſeptimi) multis clarus miraculis, à ſeptimo eiuſdem nominis & patriæ vices Dei gerente in terris proclametur, &c.» Eia agite chariſſimi S. Thomæ fratres, & pro Alexandri ſeptimi ſoſpitate hoſtias laudis Deo perenni omnium bonorum fonti vouete & reddite.

Fráciſc. Paulut. Cardinalis.

Fráciſc. Aliph. Epiſc.

SECVNDA REFLEXIO. Neque verò nobis ſolis eius fratribus, ſed & fidelibus omnibus propoſitus eſt à Pontifice Chriſti Vicario, & Spiritus Sancti vero organo honorandus & colendus Thomas, cui tot tantique viri tam communi conſenſu & deuotione pari, honores maximos, ſiue in dicendis, ſcribendis, audiendis geſtis heroïcis, ſiue in imaginibus, Reliquiis, feſtiſque colendis per integras vbique terrarum octauas ſuæ pietatis officia præſti-

præſtiterunt. Sed cùm maxima laus poſita ſit in imitatione virtutum & honor in æſtimatione excellentiæ perſonæ quam colimus, ſit à Philoſophis conſtitutus, eos tum demum verè & propriè honoramus, quos imitatione dignos æſtimamus, & quorum ideo exempla ſectamur. Quapropter Eminentiſſimi Cardinales Sanctificationi eius impetrandæ & Patroni & Iudices, hanc inter cæteras cauſam Summo Pontifici, in ſuffragiis ſuis conferendis protulerunt, quod virtutum omnium exemplar fuerit, & in omni vitæ genere præluxerit. Sic Fabricius Tituli Sancti Auguſtini Cardinalis Sabellus: « Sicut Deo infinitæ agendæ ſunt gratiæ, qui admirabilis eſt in ſanctis ſuis, ita & Sanctitati veſtræ, quæ tantum virum in ſanctos aſſerere, totique Eccleſiæ, vt vnicum omnium exemplar, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, educere ſtatuit.» Hieronymus Tituli Sancti Onuphrij Cardinalis Lomellinus: « Excipiet Chriſtianus Orbis quem Sanctitas veſtra poſt integrum ſæculare ſpatium, terris reſtituet Thomam; & reſtituendum cenſeo, pio & ingenti cum beneficio vt qui homo inter homines deſiit eſſe, Sanctus reuiuiſcat, & heroïcis geſtis nuper relatis, quæ cum in humanis agebat fuerunt ſupra humanum morem præclara ad exemplum, poſt obitum verò ſupra naturæ vires mirabilia ad ſtuporem, ſacro Eccleſiaſtico Ordini imitationem ſui relinquens, ipſe cum Principibus ſedens, ſolium gloriæ teneat.» Franciſcus Maria Cardinalis Brancatius: « Non abſque diuino conſilio factum exiſtimo, &c. vt Sancti denominatione decoretur: quod ritè iuréque fieri poſſe cenſeo, ſic tanquam lucerna in caliginoſo loco luceat omnibus, nos quæ imitari non pigeat, quem celebrare delectat. » Ita & Marcus Antonius Cardinalis

Fabric. Sabell. Card.

Matth. 5. 15.

Hieron. Lomel. Card.

1. Reg. 2.8.

Fräciſc. Branc. Cardinalis.

2. Pet. 1. 19.

Marcus Anton. Franciottus Card. Matth. 5. 15.

Franciottus Tituli Sanctæ Mariæ de Pace: « Maximè deceat per Sanctitatem vestram, summos ei decerni honores, cuius summas constat fuisse virtutes cum præsertim monuerit nos Christus Dominus ne lucernam, quæ virtus Sanctorum est, in abscondito habeamus, sed palam, vnde illa miraculis illustret, virtutum exemplis etiam accendat Ecclesiam. »

Nicol. Ludou. Cardinalis.

Nicolaus Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum, Cardinalis Ludouisius virtutes eius omnibus Ordinibus proposuit imitandas: « Beatum Thomam cœlitibus olim adiunctum, incredibilis illa ab infantia ad vltimum vsque spiritum in pauperes miseratio, zelus & ardor tum Religiosæ disciplinæ tuendæ, tum Ecclesiæ administrandæ, aliæque heroïcæ virtutes, & miracula per ipsum à Deo patrata testantur. » Eodem stylo Flauius Tituli Sanctæ Mariæ de Populo Cardinalis Chisius: « Beatum Thomam, &c. Ob eius excellentem doctrinam, profundam humilitatem, eximiam in pauperes charitatem, exactam claustralis vitæ, & in Episcopatus dignitate irreprehensibilem obseruantiam, dignum censeo, qui à Sanctitate vestra Sanctorum numero adscribatur. »

Flauius Chisius Cardin.

Iulius Rospig. Card.

Iulius item Tituli Sancti Xisti Cardinalis Rospigliosius: « Præclarissimæ sunt virtutum prærogatiuæ, quibus Beatus Thomas, &c. Mirificè insignitus, in diebus suis Deo placere studuit, à prima vsque ætate vias eius sedulò custodiuit, & vitam mundi contemnens, vitam planè cœlestem peregit in terris. Religioso Ordini addictus, tum etiam Valent. Eccles. Præfectus, factus exemplum bonorũ operum, Episcopus vigilantiam, Regularibus disciplinã, omnibus charitatem, assiduò præmonstrauit. » Habent itaque in hoc vno virtutum omnium

Digitized by Google

prototypo quod cuiuscumque sortis homines imitentur. Habent & matres in matre Thomæ Lucia Martines, quid sequantur; modestiam, Sacramentorum frequentationem, orationem mentalem, egregiam in pauperes misericordiam, in erudiendis à puero liberis, disciplinam. Hæc enim non impar Monicæ infanti Augustino cum lacte dulcissimum nomen Iesu in os stillanti, teneram in Iesum & Mariam paruulo Thomæ deuotionem impressit. Habent pueri in Thoma quod imitentur, qui & paruulus assuescebat eleemosynis, in Ecclesia non nugax, aut garrulus, vt plerique, quibus & matres alludunt, sed modestus, & deuotus, ac frequens, Missis inseruiebat, verrebat templum, altaria ornabat, ædituum rogabat, vt per eum sibi hæc pietatis munia obire liceret. Patronum Thomam assumant sibi & Scholastici, quem sociis in exemplum, magistri, & inter eos Ioannes de Vergala ponere soliti erant. Habeant pariter & Magistri, qui plus lectioni quam orationi studentes, minus sapientiæ ex libris hauriunt, quam Thomas, non ad Gamalielis vt Paulus adolescens, sed Christi Crucifixi pedes eruditissimus euasit. De quo sub figura Aser, Scriptura prædixit, « Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. » Sumant & Regulares Eremitæ quàm maximè in eo vitæ suæ speculum, quod in omnibus consulant, in stricta votorum, Regularis disciplinæ, & vitæ austerioris obseruantia. Illud vel vnicum exemplar Verbi diuini prædicatoribus appono, vt non iam adolescentes & iuuenes, publicè perorandi prurigine æstuantes, ambiendorum beneficiorum inspectu vltro se pulpitis promouentes, Thomam anno 36. ætatis naturæ, Superiorum iussu ad muneris aggressum, tanto fructu & famâ publicâ, vt R. P. M.

Deut. 33. 3.

Hurtado Dominicani Ordinis maximus Prædicator, auditâ eius famâ, & innumerabili concursu populi, certatim ad eum andiendum confluentis, ipse eum auditurus in vrbem venerit, audierit, obstupuerit, & exclamarit, vt Regina Saba audito
3. Reg. 10. 7. Salomone; maior est Thomæ sapientia, talentum maius, &c. quàm quod mihi fuerat enarratum. Anno 1521. in Cathedrali Salamantica, totam Prouinciam seditionibus & rebellionibus diuisam ac perturbatam eloquentiâ suâ efficacissimâ composuit. Quid quod & Ioannes Magnanatus, Segouiensis Episcopus, ab eo conuersus ad Ordinem nostrum, refert Salamanticam vrbem sic mutasse mores, vt tota in Monasteria conuersa videretur. Et concionum eius operâ sic fratribus numerosis singula claustra fuisse repleta, vt & in alias Prouincias Castellæ mittere habitum postulantes, plures ordines sint coacti. Arguebat Thomas Prædicatores, qui vt plus studiis temporis impenderent, illud orationi detrahebant. Ipse verò non verborum ornatui, sed sententiarum ponderi vacabat, & auditorum affectibus commouendis. Sæpè post concionem cum lachrymis Confessores adibant auditores. Hunc Carolus Quintus, & vxor eius in Concionatorem ordinarium elegerunt. Miro ac diuino prorsus instinctu quid auditori conueniret agnoscens, quod singulis aptum erat tribuebat verbi diuini dispensator fidelissimus in tritici mensura
Luc. 12. 42. in tempore: « Sermo illius viuus & efficax, tantâ
Hebr. 4. 12. potestate plenus erat » vt Illustrissimus D. Gaspar Daualos Episcopus Granatensis, petitâ mutuò ab
Eccle. 8. 4. ipso concione, eâque coram populo recitatâ, tantâ sit à Clero suo gratulatione exceptus, vt nunquam sic locutus ex Cathedra diceretur ab omnibus, sed illâ magnâ modestiâ, & iustitiâ laudem refudit Tho-

Digitized by Google

imæ, cuius ore & calamo Spiritus ſanctus velut aptiſſimo organo etiam in commodatis ab eo compoſitis vtebatur. Archiepiſcopus Granatenſis cum Philippo ſecundo eius ſermoni aſſiſtens, in quo myſterium Trinitatis exponebat Thomas, tantâ ſapientiâ mentis, tanto feruore charitatis erupit, cum lachrymis in Dei laudes exclamans: « O bonitas! ô ſapientia diuina! quæ tantum ac tale myſterium ſic tuis ſeruulis aperire dignaris, vt mihi iam, non tam fides quam viſio videatur. » Vnde in amplexum eius poſt Concionem irruens Archiepiſcopus: Quid hoc rerum, Thoma, vnde tibi hæc ſapientia? Deſurſum planè, deſcendens à Patre luminum, inenarrabilem generationem, & verbum arcanum quod non licet homini loqui ſic enarraſti, verbum bonum eructans, vt nemo in carne mortali poſſit effari clarius. Nec mirum, Spiritus Patris loquebatur in eo, vnde Auguſtinus: « Si loquitur in eis Spiritus ſanctus, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis qui tradunt diſcentibus Chriſtum? Pietate magis orationum, quam oratorum facultate, non dubitet vt orando pro ſe ac pro illis quos eſt allocuturus, ſit orator antequam Doctor. Ipſa hora iam vt dicat accedens, priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet quod biberit, vel quod impleuerit fundat; Cùm enim de vnaquaque re quæ ſecundùm fidem delectationemque tractanda ſunt, multa ſint quæ dicantur, & multi modi quibus dicantur ab eis qui hæc ſciunt, quis nouit quid ad præſens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, niſi qui corda omnium videt? » Nec molli cytharâ, ſed terribili tuba muros Iericho mundi euertebat; « Sicut canentibus tubis muri illi ceciderunt, ita & nunc oportet vt

Philip. 1.21.

Aug. quæſt. 48. in Numer.

Aug. ſer. 16. de tẽp.

ciuitas mundi, id eſt ſuperbia cum turribus ſuis auaritia ſcilicet, inuidia, atque luxuria, ſimul cum populis, id eſt concupiſcentiis malis aſſiduâ Sacerdotum Prædicatione deſtruatur atque diſpereat, &c. Scitis quod tuba, non tam oblectationis eſſe ſoleat, quam terroris, &c. Nam ſicut in prælio tuba formidoloſi militis mentem deiicit, & animum fortis accendit; ita & Sacerdotalis tuba mentem peccatoris humiliat, animos Sancti viri corroborat; nec parcit voci, vt parcat ſaluti: & vno eodemque ſono; iſti adhortationem dat, quemadmodum ſit fortior ad vincendum; illi terrorem incutit, quemadmodum ſit tardior ad peccandum.» Noſter Thomas tubâ Euangelicâ hinc muros Iericho euertebat: inde Orphei cythara non Thebarum, ſed Hieruſalem muros extruebat. Nec contentus ſuam operam animarum conuerſione impendere niſi & diſcipulos ſuos eximios verbi miniſtros, viros Apoſtolicos in Indiam Occidentalem, Chriſtophorũ à S. Martino, Petrum Pampelunũ, Ioannem Cruzati, Hieronym. Ximenes miſſos habuit. Hic an. 1539. S. Th. per litteras gratulatur benedictionẽ petit fructum omnem, ipſi imputat. Vtinam multi «ſua quærentes, non Ieſu Chriſti, ſagenæ ſuæ
Habac. 1. 16. immolantes» & nil præter muſcas & ranas garrulas humanæ laudis aucupio ſuo vano, & caſſâ piſcatione captantes, viam ſuam corrigant ad exem-
Luc. 5. 4. pla Thomæ, « nec in verbo ſuo, ſed diuino, laxent retia ſua » in capturam, vt non in eis ſed « in
Pſ. 55. Deo ſermo laudetur & verbum.» Heliæ zelo parem aſſeruit Perſius Garaccius Epiſcopus olim La-
Perſius Garaccius Ep. rinenſis, de quo Sapiens: « Surrexit Helias quaſi ignis, & verbum eius vt facula ardebat: » Sic
Eccli. 41. 1. enim ipſe referens Cardinalem Seripandum de Thoma loquentem: « Excitabo, inquit, illius

Sanctimoniæ locupletiſſimum teſtem, ex monumentis hiſtoriarum, ampliſſimum virum, & omnium iudicio eruditiſſimum, Hieronymum Seripandum, Ordinis tunc Auguſtiniani decus, deinde huius ſacri Senatus fulgentiſſimum decus, & ſacri Concilij Tridentini integerrimum Præſidem. Is enim Generalis præpoſitus, cum ſuas Prouincias in Hiſpania perluſtraret, atque Hiſpalim perueniſſet, adeò permotus fuit ingenti Sanctitatis, Doctrinæ, & Eloquentiæ famâ Magiſtri Fratris Thomæ, Burgis tunc temporis officio Prioris fungentis, vt incredibili cupiditate incenſus audiendi eum virum quem quærebat; vt ipſe ait, anima ſua; perhonorificis litteris illum accerſierit Toletum. In quibus præcipuè miratur, quòd cum diſtincta Spiritus ſancti munera variè diuerſis ſint diſpertita, in eum tamen vnum omnia cumulatim collata eſſe dicerentur, vt idem eſſet eloquentiſſimus diuini verbi interpres, & vitæ ac ſanctimoniæ tantâ integritate, vt ſummos illos primos ſui Ordinis non ſequi, ſed præire videretur, prænuntiatque à ſe repertum iri alterum Heliam zelo commotum pro Domino Deo exercituum, ad cuius oris verbum, poſt tenebras, lucem, & ventum, fieret pluuia ſuper terram. At hæc quæ in eo tantoperè Seripandus admirabatur, erant veluti prima, vt ita dicam iam tum adoleſcentis Sanctimoniæ in ſpiritu religioſo rudimenta, atque in Epiſcopali poſtea munere, ſtrenuè adminiſtrando, mirabiliter perficiendæ certiſſima documenta. Quem igitur, Beatiſſime Pater, tantæ authoritatis Senator omnibus muneribus Sancti ſpiritus cumulatum, & zelo Heliæ proximum nuncupauit, hunc cœleſtibus illis honoribus, quos Heliæ zelus promeretur, donandum eſſe à Sanctitate veſtra non dubitauerim. » Hic

4. Reg. 2.12. prorſus : « Currus Iſraël auriga eius. » Baiulus onerum plebis, & verè auriga & director Epiſcopus vigilantiſſimus.

Tertia Reflexio. Hunc Archiepiſcopum Paſtoralis muneris viuum exemplum propoſuere Eminentiſſimi Cardinales, aliique Prælati Canonizationis eius ſolemnitatis Patroni approbatores. Primò quidem quia longè ab ambitu dignitatis huius quam plerique aut ſimoniâ mercantur, aut Principum fauore venantur, vi obedientiæ & cenſuræ, quaſi vi tractus Cathedram Valentinam aſcendit. Sic cenſuit Franciſcus Epiſcopus Portuenſis, Cardinalis Barberinus; « Thomas de Villanoua Sanctus in infantia, &c. In Auguſtiniana familia, & in ipſo Archiepiſcopatu Valentino, ad quem rectâ viâ, hoc eſt vi pertractus fuit; tam diuini verbi, quam ſacrarum opum diſpenſator fidelis inuentus, & ab omnibus agnitus eſt. » Et Iacobus Tituli Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ Cardinalis Corradus: « Hic, inquit, in ſortem Pontificalis miniſterij dignè vocatus à Domino, monita Apoſtoli apprimè recolens, ſuper gregis ſibi commiſſi cuſtodiam attentiſſimè vigilauit. Si quem fortè graui deprehendit tentatione concuſſam, fulcimento conſolationis adhibito iamiam cadentem erexit; ſi quos inopes ac egenos comperit, hos ſemper propitius munificentiſſimè recreauit: ſi quem verò in bono proficientem aduertit, protinus confortauit, vt meritò non minus deficientibus ſe pium exhibuerit Patrem, ſolicitumque Paſtorem. » Eodem tenore Franciſcus Gherius Epiſcopus Ceruiæ : « Tuo vt publico Eccleſiæ, Pater Sancte, iudicio definiatur fœliciter inter Sanctos regnare cum Chriſto, qui luminis Eccleſiæ Auguſtini inſtituta, moreſque ſequutus eſt : qui ad Epiſcopatum vocatus eſt tan-

Frácifc. Barber. Card.

Iacob. Corrad. Card.

Frácifc. Gherius Epiſc.

quam Aaron, qui domui & ouibus ſuis, non tam profuit, eas alendo, nutriendo, doctrinâ, verbo, exemplo, & operibus miſericordiæ, vt verè de eo dici poſſit; fuit laudabilis, quia irreprehenſibilis: ſe cuſtodiuit ab hoc ſæculo: non abiit poſt aurum, nec ſperauit in pecuniæ theſauris, ſed diſperſit omnia, dedit pauperibus, nudus reuerſus illuc, vbi iuſtitia illius manet in ſæculum ſæculi, &c. Deeſſet igitur illi decerni ſacros honores, vt poſitâ tam præclarâ lucernâ ſuper candelabrum, tum Regularis à quo prodiit, tum Epiſcopalis ordo, in quo emicuit, magis, magiſque illuſtretur.» Appoſitè itaque Carolus de Vecchiis Epiſcopus Cluſinus, Sacri Concilij Congregationis à Secretis; « Admonet, inquit, me proprij muneris ratio, Beate Pater, vt ad cœleſtes honores beato Thomæ Archiepiſcopo Valentiæ decernendos, ſuffragium aliundè quàm ex Concilio Tridentino deriuatum, non feram. Inchoatam ille Tridentinam Synodum, non abſolutam vidit. Abſolutam tamen optimi Paſtoris formam priuſquam Tridentini Patres ſancirent verbis, Thomas firmauit exemplis, & anticipatâ executione decreta Patrum præoccupauit & vota. Meritò igitur Sanctorum Concilio adſcribendus eſt ille, qui Apoſtolicæ Reformationis Concilium, priuſquam abſolueretur, in ſe abſoluit.» Hinc elogium Ioannis Baptiſtæ Repuccij Epiſcopi Vicitquenſis: « Admouendum ſuadent præclara eius geſta, & miracula publicis documentis legitimè comprobata, tantum hoc ſydus in Eccleſia emicare, vt potiſſimum qui Epiſcopale munus ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſint partes agnoſcant, ſeque non ad commoda, non ad diuitias, ſed ad labores & ſolicitudines pro Dei gloria vocatos aduertant; in eóque liceat illis propius intueri Eccleſiaſticæ pecuniæ vsũ,

Hebr. 5. 4.
Iac. 1. 27
Iob 1. 21
Pſ. 111. 3
Carol. de Vecchiis Epiſc.
Ioann. Bapt. Repuc. Epiſc.

(non ad hortos amœnandos, & domos tapetibus, vaſis aureis & argenteis, numeroſis famulis, equis, curribus, canibus, venaticis, quotidianis & lautis menſis, &c.) ſed ad pietatem ſibi tantummodo demandatum. » Alij enim gemmam Sacerdotum, alij nouum Phœnomenum Prælatis prælucens omni virtute, ſed charitate quammaximè. Sic Æmilius Alterius Epiſcopus Camertium Aſſiſtens: « Habet pro ſe famulus Dei Thomas decretum Spiritus ſancti: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Proferat ergo Sanctitas veſtra de theſauris ſuis noua & vetera, & Gemmam hunc Sacerdotum, quam in cœleſtes theſauros iamdiu manus pauperum deportaſſe certo ſcimus, in militantis Eccleſiæ ornamentum exhibere nè differat. » Et Patricius Donatus olim Epiſcopus Minorenſis: quemadmodum in cœlo noua paulatim aſtrorum Phœnomena apparent, quo mortales ad cœleſtia diligentiùs indaganda excitentur; ita par eſt, in Eccleſia quæ cœlum repræſentat, noua Sanctorum lumina in dies effulgeſcere, & innoteſcere, vt fideles ad Sanctitatis gloriam ſibi ſedulò parandam inflammentur, præſertim Epiſcopi; quorum vti dignitas, ita exemplum eſt Eccleſiæ munimentum. Itaque meritò Sanctitas veſtra in Sanctorum numerum referet, omnibuſque venerandum ſimul, ac imitandum proponet Beatū Thomam à Villanoua, ex Diui Auguſtini Familia, Archiepiſcopum Valentinum, qui more ſplendidiſſimi ſyderis illuxit, ſiue miracula ſpectentur, ſiue virtutes; ac imprimis Religio & humilitas in colendo Deo, prudentia & iuſtitia in grege paſcendo, conſtantia & continentia in ſeipſo moderando, patientia in malis tolerandis. Quarum tamen virtutum maxima & verè admirabilis fuit charitas in pauperibus, hoc eſt in-

Æmil. Alterius Epiſc.
Pſ. 40. 1.
Matth. 13. 52.

teriore Christi familia subleuanda. Et constantissimè teneo, quod Omnipotentis Dei consilio factum sit, vt tantæ Sanctitatis promulgatio præcipuè pertineat ad Beatitudinem vestram, cuius Pontificatus primarium arcanum est consulere Christi pauperibus, tanquam solidissimis Ecclesiæ Catholicæ fundamentis.» De quibus scriptum est: «Et posuit super eos orbem.» Imaginem Charitatis propositam dixit Franciscus Cardinalis Albitius: «Sanctitatis Vestræ pietas id suadet, temporis ratio exigit, vt hisce diebus quibus abundante nequitiâ, charitas refrigescit, vera charitatis imago te iubente, te duce, te triumphante, Beatissime Pater, ducatur in triumphum.» Et alter, Volumnius scilicet Bandinellus Patriarcha Constantinopolitanus Assistens: «Beatus Thomas, &c. Quem Pontifex sempiternus cumulatâ omnium virtutum iustitiâ; & miraculorum ostentis largè ditauit, & mox ciuem Sanctorum, & cœlestis aulæ domesticum, syderum suffragiis asseruit, auspiciis tuis, Beate Pater, iure datur in exemplum sacris Ecclesiæ Præsulibus, vt frigescenti charitati, ac pietati propemodum collabenti, opportunè succurrat. Cùm Templum Lateranense fatisceret, Sanctorum (Dominici & Francisci) illud supposita ceruix, humerique fulserunt. Ruentem Ecclesiæ disciplinam restaurant exempla Sanctorum. Nihil enim ad Sanctitatem magis inflammat quam illustre Sanctitatis exemplum. Meritò nunc ille qui per ardua quæque Sanctorum imitatus est normam, nobis proponitur imitandus.» Christophorus item Signius Archiepiscopus Thessalonic. «Misericordia cum eo de vtero matris egressa puerum panem suum esurientibus frangere, adolescentem egenos & vagos in domum suam inducere, Episcopum redditus omnes dispergere, & largiri pauperibus

Franc. Albit. Card.

Volumnius Bandin. Patriarcha.

Christophorus Signius Archiepiscop.

Esa. 58. 7.

liberalitate profusissimâ docuit. » Enimverò nihil tam indignum Episcopo, quàm cupiditas, quam arguit Paulus, maximè si subtrahat pauperibus, quod epulis superfluis impendat, quod & Gregorius in Mariniano reprehendit. « Fratrem nostrum Marinianum Episcopum verbis quibus vales excita, quia eum obdormisse suspicor. Nam venerunt quidam ad me senes mendicantes, quos dum solicitè de prædicto fratre requirerem quid eis dedisset, responderunt se eum rogasse, sed ab eo omnino nihil accepisse, &c. Dixerunt enim: respondit nobis dicens, Non habeo quod vobis dare possim, & miror, si is qui vestes habet, cellaria habet, argentum habet, quod pauperibus debeat dare non habet. Dic ergo illi vt cum loco mutet & mentem. Non sibi credat solam lectionem & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minimè fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: quia si hæc non habet: vacuum Episcopi nomen habet. » Et Salonitanum Episcopum, conuiuiis, & comessationibus deditum increpat: « Multis ab vrbe venientibus, Frater charissime, didici Pastorali curâ derelictâ, solis te conuiuiis occupatum quæ audita non crederem, nisi hęc actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque vsum Ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonio quod eis sub quibus es positus (Metropolitano, & maximè Pontifice maximo,) seruare reuerentiam nescis. »

ad Tit. 1. 7. Greg. l. 5. ep. 29. indict. 4.

Greg. l. 2. ep. 14

QVARTA REFLEXIO. Neque verò solis Episcopis, sed & omni populo Christiano virtutum omnium formam præscripsit Thomas. Sic conclu-

Digitized by Google

ſit Fredericus Cardinalis Sfortia : « Arbitror, inquit, Sanctitatis Veſtræ oraculo, poſſe optimo iure inter Sanctos referri tam præclarum Heroëm, à quo Antiſtites, Auguſtiniana Familia, Natio Hiſpana, totuſque populus Chriſtianus lætanter accipient quid diſcant & imitentur. » Cùm autem virtutis, & maximè humilitatis merces ſit gloria, diſcant fideles ab humili Thoma honores ac dignitates fugiente, non vanam, ſed veram gloriam aucupari. Sic monuit Virginius Cardinalis Vrſinus : « Humillimè ſupplico, Sanctitas Veſtra velit, decreto illi de relata victoria aduerſus mundum iuſtiſſimo triumpho, ſolari vota Chriſtianæ Reipubl. vt tanti viri exemplo edocti fideles, qui cupiunt exaltari, diſcant non inter rerum humanarum faſtigia, ſed inter cœleſtia, veram gloriam inueniri. » Ego verò audenter aſſeram per humilitatis iuſtitiam quâ quod Dei eſt, Deo reddatur, hoc eſt, quâ non in ſe, ſed in Domino fidelis & humilis anima gloriatur, veram gloriam inueniri. Sic ſenſit humilis Diui Thomæ Pater, Auguſtinus : « Omnium virtutum ſpecies, vno iuſtitiæ nomine continetur. » Et iuxta Bernardum : « Qui ſine humilitate virtutes congregat, puluerem in ventum portat. » Sed puluerem de camino vnde productæ ſunt veſicæ turgentes. Hoc eſt tumor ſuperbiæ quæ iniuſtitia maxima eſt, quæ Deo tollit quod ipſi chariſſimum eſt. De gloria quippe dicit. « Gloriam meam alteri non dabo. » De quo & Paulus : Suam volentes iuſtitiam conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. » Rectè quidem Iulianus de iuſtitia, ſi veram, ex Deo eſſe agnouiſſet, & non errore Pelagiano deceptus, eam Deo non libero arbitrio tribuiſſet : « Tantam virtutum copulam vnitatemque eſſe, vt vbi fuerit vna, omnes dicat adeſſe vir-

Freder. Sfortia Card.

Virgin. Vrſinus Card.

Aug. ep. 142. Ber. ho. de duobus Diſcipul. Emmaus citans Greg. Exodi 9. 9. Eſa. 42. 8. Aug. in Suppl. parte 2. l. 1. operis perf. ſect. 36.

tutes, & vbi vna non fuerit, omnes deesse, atque illam veram esse virtutem, quâ hac quadruâ iugalitate perficitur, &c. Nec prudentiam, nec fortitudinem, nec temperantiam posse sine iustitia contineri: secundùm quam veritatem, & Ecclesiastes
Eccle.9 18. pronuntiat; Qui in vno peccauerit, multa bona perdet: (Et rursum) hæc angusta virtus expunctrix
Aug.ib. sect.37. vniuscuiusque meritorum, in operibus quidem imaginis Dei, id est humanæ animæ, pro creaturæ ipsius modo & viribus intermicat: in ipso verò Deo omnium quæ sunt ex nihilo Conditore, immenso & claro pro æterno orbe resplendet. Origo eius Diuinitas est, ætas eius æternitas; & æternitas vltro citro nescia vel desinere, vel cœpisse, &c.» Cui resp. Augustinus: «Si ergo iustitiæ Deus est, vt fateris, cur homini ab ipso dari iustitiam non fateris, & potius humanæ voluntatis arbitrium, quam Dei donum vis esse iustitiam, vt sis in eis de quibus dictum
Rom. 10. 3. est, Ignorantes Dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Erubescite tandem, obsecro, & ab illo iustitiam poscite, qui est, vt fateri compulsi estis, origo iustitiæ.» Iuliano porro iustitiam definiente: «Est igitur procul-
Ibidem sect. 38. dubiò iustitia, sine qua diuinitas non est, quæ si non esset, Deus non esset: est autem Deus: est itaque sine ambiguitate iustitia. Non est autem aliud quàm virtus omnia continens, & restituens suum vnicuique sine fraude, sine gratia: Consistit autem maximè in Diuinitatis profundo. (Cui respondet Augustinus:) Definisti esse iustitiam virtutem omnia continentem, & restituentem vnicuique sine fraude, sine gratia, proinde videmus eam sine fraude restituisse denarium eis qui per totum
Matth. 20.9. & seq. diem in opere vineæ laborauerunt. Hoc enim placuerat, hoc conuenerat, ad hanc mercedem se fuisse conductos, negare non poterant. Sed dic

Digitized by Google

mihi quæso te, quomodo eis sine gratia tantumdem dedit, qui vnâ horâ in illo opere fuerunt? An amiserat fortasse iustitiam? Cohibe te potius; neminem quippe fraudat diuina iustitia, sed multam donat non merentibus gratiam: Cur autem huic sic, illi autem sic, aspice quod secutus adiungis: verissimè quippe dicis eam consistere maximè in Diuinitatis profundo, id est quod neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. » Heu quàm pauci Rom. 9.16.
veram de qua hîc sermo est iustitiam sectantur, quam multi qui sibi opera iustitiæ imputant, qui Deum gloriâ suâ fraudant, & bona opera ex eius gratiâ facta sibi & non omnium opifici tribuunt. Qui multa bona fortitudinis, prudentiæ & temperantiæ perdunt, cùm non ea ad veram Dei gloriam, sed ad vanam hominum famam, vel sui ipsius complacentiam referunt. Hæ prorsus aquæ non ex Euphrate iustitiæ viuidæ fluunt, sed ex mari mortuo amoris proprij quæ sua sunt quærentis, scaturiunt. Accipite responsum quod ab Augustino Consentius accepit: « Iustitia sicut dicis, non in se, Aug. ep. 120. ad Consentiũ.
sed in nobis viuit. Imo nos potiùs secundùm illam viuimus, ipsa verò per se iustitia nequaquam viuit. (Virtus autem est secundùm quam rectè viuitur.) Ad hoc vt tibi ipse respondeas, illud intuere, vtrum rectè dici possit vitam ipsam non viuere, quâ fit vt viuat quidquid non falsò dicitur viuere. Puto enim absurdum tibi videri, vt per vitam viuatur, & vita non viuat. Porrò si vita ipsa præcipuè viuit, quâ viuit omne quod viuit; recole obsecro quas dicat Scriptura diuina animas mortuas, profectò inuenies iniustas, impias, infideles. Nam licet per illas viuant corpora impiorum, de quibus dictum Matth. 8. 22.
est quod mortui sepeliant mortuos suos, &c. Non tamen ob aliud amissâ iustitiâ dicuntur mortuæ, nisi

quia & animarum licet immortaliter qualicumque vitâ viuentium, verior & maior vita iustitiæ est, tanquam vita vitarum, &c. Ea porrò iustitia quæ viuit in seipsa, procus dubio Deus est, atque incommutabiliter viuit. Sicut autem hæc cum sit in seipsa vita, etiam nobis fit vita, cum eius efficimur vtcumque participes: ita cùm in seipsa sit iustitia, etiam nobis fit iustitia, cum ei cohærendo iustè viuimus, & tantò magis minusue iusti sumus, quantò magis illi minusue cohæremus. Vnde scriptum est & de vnigenito Filio Dei, cum sit vtique Patris sapientia atque iustitia, & semper in seipso sit, quod factus sit nobis à Deo sapientia & iustitia, & Sanctificatio, & Redemptio, vt quem-

1. Cor. 1.31. admodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Est planè ille verus Deus summa iustitia, quam profectò esurire & sitire, ea nostra est in hac peregrinatione iustitia, & quâ postea saturari, ea nostra est in æternitate plena, iustitia.» Sed quantos videas saturos, & sui plenos vanâ iustitiâ, turgidos & inflatos, qui dicentes se iustos,

Luc. 1. 53. & apud semetipsos confidentes in virtute sua, sibique adhærentes, quos Deus dimittit inanes, &

Ps. 5.11. Luc. 18. 10. & seq. mortuos, sepulchro patenti gutture simili cum Euangelico Pharisæo, ore se proprio iactantes. Discant actionem vitalem esse, eam solam quæ procedit à principio vitæ coniuncto. Et quodnam

ad Tit. 3.5. est principium vitæ spiritalis, & viuæ actionis, &

Rom. 11 6. viui iusti operis? An non gratia, quæ principium est viui meriti? Paulum interrogent & Petrum:

Ephes. 2.10. Alter: «Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Si ex operibus, iam non est gratia. Ipsius enim

2. Pet. 1. 4. factura sumus, creati in operibus bonis.» Petrus

Rom. 6. 23. autem pretiosa gratiæ dona, data dicit, non parta ex nobis, vt per hæc efficiamur diuinæ consortes

naturæ

Digitized by

naturæ, & proinde vitæ, & vitæ æternæ, Gratia enim Dei vita æterna. » Agnoſcamus ergo cum Thoma humili, veram gratiæ iuſtitiam, & grati gratiæ ſimus, & principio vitæ omnis Deo, vt & fini noſtro cohærentes iuſtitiam eſuriamus, & ſitiamus, vt cum eo in gloria ſatiemur.

Eſt & alia iuſtitiæ ſpecies, quam imitemur in Thoma, cui plures Cardinales illud Pſaltis attribuerunt: « Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi: cornu eius exaltabitur in gloria. » Vbi Auguſtinus breuiter: « Quanti valet quod non videtur & emitur? Tanti quantùm quiſque habere potuerit. Propter hoc & ille ſparſit dedit pauperibus. Non videbat & emebat; ſed ille theſaurum ſeruabat in cœlo, qui eſurire & ſitire in pauperibus dignabatur in terra, non mirum eſt igitur ſi iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, cuſtode illo qui condidit ſæcula. » Neque verò verbo lapſum putes verbum diuinum, quod opus miſericordiæ, dicat opus iuſtitiæ. Quid enim iuſtius quàm reddere cuique quod ſuum eſt? « Domini eſt terra & plenitudo eius. » Meum eſt, inquit, aurum & argentum. Pauperis æquè ac diuitis operator eſt Dominus, & pulchrè ſupra interior familia Chriſti pauperes appellati ſunt, quaſi Filij Dei chariſſimi, quos & Chriſtus fratres ſuos vocat & æternorum tabernaculorum Dominos ſtatuit. Quam iuſtum ergo, vt bona Chriſti, eiuſdem filiis chariſſimis, ab eius œconomis diuitibus tribuantur? Quanta iniuſtitia ſi panis filiorũ canibus, equis, meretricibus, pompis, luxui, parietibus ornandis diuidantur? Quid ſi in iuſtitia & charitate cęteræ Cardinales continentur. Qui peccauerit in vno, erit omnium reus. « Nihil autem omnino eſſe virtutem affirmauerim, niſi ſummum amorem Dei. Qui au-

Pſ. 111.3

Aug. ib

Pſ. 23.1.

Iac. 2. 10.

Aug. li. de morib. Eccleſ. cap. 15.

Digitized by Google

tem proximum ſuum quem videt non diligit, quomodo Deum diliget, quem non videt? Diligamus autem non verbo aut linguâ, ſed opere & veritate.»

Aug in ſuppl. p. 1. ſer. 40

Neque verò, omnia diuitibus, & ſeipſum panem cœli danti, & horrea ipſa implenti, & eleemoſynas in cœli horreum per manus pauperum tranſuehenti, in pauperibus petenti, negandus eſt panis. « Date panem terrenum, & pulſate ad cœleſtem. Cùm ſit Dominus, & verus Dominus, & bonorum noſtrorum non egeat, tamen vt etiam aliquid erga illum faueremus, eſurire dignatur in pauperibus ſuis. Eſuriui enim, &c. Dignè conſiderent quantum ſit meritum Chriſtum pauiſſe eſurientem, & quale ſit crimen, Chriſtum contempſiſſe eſurientem, &c. Videamus quis maiore damno feriatur; ego cui non das terram: aut tu, qui non peruenies ad eum qui fecit cœlum & terram, &c. non ait, perde; ſed ait, migra, vbi non perdas, amas theſauros tuos, amas pecuniam tuam, &c. quidquid amas, in terra habes: ibi habes quod amas, vbi perdas, & pereas. Conſilium do, migra in cœlum, &c. ibi ſi habes, non amiſiſti, ſed ſequeris quò miſiſti, &c. non eſt hoc diſpendium, ſed compendiũ, &c. Das vnde ſuſtentatur fames hominum, accipis vnde ſis ſocius Angelorum. Das vnde non eſuriat homo, poſt paululum famem iterum paſſurus; accipis vnde numquam eſuriem aut famem patiaris;» Sed in æternum pane Angelorum ſatieris. Vide quo creſcat, & quo perueniat eleemoſynæ tuæ iuſtitia. Iuſtitia tandem arcta eſt via pœnitentiæ, quam Virgo licet, & Sanctus in omnibus Thomas tenuit, vt in vitam intraret. Quâ & ſibi etiam à licitis temperauit, & prudenter quæ ſpiritus erant, carnis deliciis prælegit, & fortiter aduerſa omnia tolerauit. Thomas Angelicus Se-

D. Th. in 1. Cor. 6. lect. 2.

raphicum nostrum docuerat ex Paulo « in multa patientia Dei ministros in tribulationibus, necessitatibus, angustiis, plagis, laboribus, vigiliis, ieiuniis, castitate, scientia, per quatuor Cardinales ordinandam esse vitam, & virtutem castitatis, quæ maximum locum tenet in virtute temperantiæ, post multos labores & vigilias & ieiunia obtineri fortitudinem in tribulationibus, scientiam in prudentia, iustitiam per arma iustitiæ, intellexisse Apostolum. » Impleuit hæc Thomas, vt dicere oum Psalte posset: « Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Verus per omnia Augustini discipulus. « Bona est gloria confessionis tuæ, si non sit mutatio conscientiæ tuæ. Tunc enim verè & immutabili conscientiâ hoc dices, cum non ob meritum tuum, sed propter nomen suum dices. Quæ sunt autem semitæ iustitiæ in quibus te deduxit? Audi deductorem tuum. Quam lata est, inquit, & spatiosa via quæ ducit ad perditionē: arcta autem & angusta via est quæ ducit ad vitam! Omnis namque semita breuis est, & compendiosa. Non ergo per delicias mundi, (vt intemperantes & immundi,) per opulentiam auri & argenti, (vt rapaces, auari, iniusti,) lapidibus etiam, vestibusque pretiosissimis, conspicuum honore omni, (sicut malè & peruersè fortes, ambitiosi, & superbi.) Nobilitate præditum, sapientiâ Philosophorum cunctâ tumentem, (vt prudentes sæculi, ad mundi gloriam anhelant,) Deus te ordinauit ire ad regnum cœlorum. Quia hæc omnia & his similia quibus malè vtuntur, quibus vti benè datur, efficiuntur eis via lata & spatiosa: id est in spe tantùm quæ videtur, & ducit eos, cum præsenti priuati fuerint vitâ, non ad spem, in qua non habuerunt spem, sed ad perditionem. Dormierunt enim som-

Ps. 22. 3. Aug. in suppl. parte 1. ser. 9. Matth. 7. 13. Ps. 75. 6.

Digitized by Google

num suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Per semitas iustitiæ ire te disposuit, id est per misericordiam & veritatem, vniuersæ enim viæ Domini misericordia & veritas, contemptâ viâ latâ & spatiosâ, semitas arctas & compendiosas incedere te vult, id est per famem & sitim, per nuditatem, per ieiunium, per ignobilitatem, per paupertatem, per patientiam, per despectum præsentium. » Triumphantem sequere plebs Thomam in Cardinalium Quadriga transuectum ad sydera, per arctas iustitiæ semitas gradientem. Bernardus quatuor monstra, Aspidem, Basiliscum, Leonem & Draconem conculcata & edomita per quatuor Cardinales exponit: « Leo rugiet, quis non timebit? Si quis ille fuerit, fortis, (timoris passionem domans) sed frustrato Leone Draco absconditur in arena, vt virulentis flatibus attrahat animam, insufflans ei quodammodo concupiscentiam terrenorum. Quis putas illius præteruitabit insidias. Nemo vtique nisi prudens. At fortè dum ad ista descendere caues, vrget quis molestiâ & ecce protinus Aspis adest: nam opportunum tempus sibi inuenisse videtur: quis non exasperabitur ab Aspide ista? nempe vir temperans & modestus, qui sciat abundare, & penuriam pati. Puto ex hac occasione fascinare te volet, malè blandiens oculus nequam. Quis auertet faciem suam? Profectò iustus qui non modo non ipse sibi accipere gloriam quæ Dei est, sed nè ab alio quidem recipere velit oblatam. Si tamen ille sit iustus, qui iustè quod iustum est exequatur, qui iustitiam suam non faciat coram hominibus, qui denique & si iustus fuerit, caput non leuet. Hæc enim virtus specialiter in humilitate consistit: hæc intentionem purgat, hæc quoque meritum omne eò veraciùs &

Psa. 24. 10.

Ber. ser. 14. in Ps. Qui habitat.

Philip. 4. 12.

Matth. 6. 1.

Digitized by

efficaciùs obtinet, quò minus arrogat sibi. Cum denique iuxta Augustinum supra, « Perfecta charitas perfecta iustitia sit; » qui, Deum cum Thoma perfectè diligit, perfectè iustus est. « Quare definire sic licet, vt Temperantiam dicamus esse amorem, Deo sese integrum incorruptumque seruantem: (contra, hoc tempore omnis caro corrupit viam suam.) Fortitudinem amorem omnia propter Deum facilè perferentem: (& quis est qui tanta pro Deo quam pro mundo transeunte, & concupiscentia eius perferre velit incommoda.) Iustitiam, amorem Deo tantum seruientem, & ob hoc benè imperantem cæteris quæ homini subiecta sunt: (& vbi sunt iusti, qui Deo debitam seruitutem & cultum impēdant, qui rectè carni imperent, & non potius, mutato ordine rebus sibi subditis famulentur?) Prudentiam, amorem benè discernentem ea quibus adiuuetur in Deum, ab iis quibus impediri potest. » Ex aduerso prudentiâ carnis cœcâ & mortuâ, omnis ordo prudentiæ euertitur: « Vtinam saperent cum Thoma, intelligerent, ac nouissima prouiderent. »

Aug. de moribus. Eccles. Cathol. cap. 15. Gen. 6. 12. 1. Ioa. 2. 17. Rom. 8. 6. Deut. 32. 29.

Humiliter saltem nos in virtute infirmos, ac paralyticos agnoscentes per merita virtutesque Thomæ Christi pedibus aduoluamur. Ambrosius demissum per tectum paralyticum oblatum Domino sic interpretatus est: « Tectum, inquit, sublime est mentis officium, animæque fastigium, quo nuda corporis operitur infirmitas. Vnde mihi videtur etiam paralyticus ille idcirco esse sanatus, quia quatuor adminiculis virtutum, Prudentiæ, Fortitudinis, Temperantiæ atque Iustitiæ, ad pedes Christi altâ quadam se ratione subiecit. Nihil enim excelsius humilitate, quæ tanquam superior nescit extolli: quia nemo id affectat, quod infra se iudi-

Ambr. lib. 8. in Luc. 17.

cat. » Humilis Thomas in ſublimi tecto virtutum omnium poſitus, quò altiùs ſurgeret non habebat, qui omnia mundi vana conculcabat. Miſericors il-
Iac. 5. 20. le & iuſtus noſtras Chriſto commendet, oſtendatdatque miſerias, & per tectum ſuæ charitatis noſtrorum operiens multitudinem peccatorum, per virtutum ſuarum Cardinalium manus paralyſim noſtram ſummo Medico offerat medicandam. Futurum enim ſperare debemus, vt ſterilitas & ſiccitas noſtra eius pluuiis & roribus infundatur, cui hoc ſymbolum contulit Franciſcus Tituli Sancti
Frãciſc. Polut. Card. Ioannis ante Portam Latinam Cardinalis Polutius: « Admirabili quidem diuinæ Prouidentiæ arcano factum eſſe cenſeo, vt in hoc ſæculo, quo ex tot bellorum influxu charitas potiſſimè refrigeſcit, is colendus Chriſtiano populo proponatur, qui charitatis æſtu mirum in modum exarſit: vt ſi per iras anguſtiantur vaſa carnis, dilatentur per pacem ſpatia charitatis: & quo tempore fames orbem terrarum pluribus in partibus agitabit, is aris admoueatur, cui Deus præter naturæ ordinem ad ſuſtentationem egenorum triticum multiplicauit in horreo: vt eius interuenientibus meritis, impleantur horrea ſaturitate, & vino torcularia redundent: quin & graſſante peſtilentiâ, is ad Sanctorum honores euehatur, qui pro ſubleuandis proximis, nec cubile ſibi ad vltimum exhalandum ſpiritum reſeruauit, vt magis magiſque diſcant Paſtores « animas pro ouibus ponere. » Sic & Franciſcus Sanctæ Mariæ
Franc. Maidalchinus Card. in Porticu Cardinalis Maidalchinus, Patronum Pacis non fruſtra expectauit: « Tam beatum, tamque mirabilem virum iungat Sanctitas veſtra de more Sanctorum Choris, vt illum nouâ hac honeſtatum pompâ interceſſorem habere mereamur in cœlo. Sic enim futurum confidimus, vt tota

Digitized by Google

ſtatim Eccleſia beatam pariter ac planè mirabilem conſequi debeat tranquillitatem & pacem. » Eodem ſenſu Cardinalis Azzellinus : « Quando igitur tanta animorum ac rerum diſſidia Chriſtianum orbem vndique diſtrahunt, quid vtilius, quid opportunius, quàm exponere Fidelium oculis exemplum pulchræ dilectionis, & obiicere viris ſanguinum, virum charitatis ? profectò nihil erit incitamenti vehementiùs, quo & Eccleſiæ & mundi proceres in publicas priuataſq; Fideliũ neceſſitates opes vnà & operam ſeriò impendere vrgeantur, nec ad vltricem Numinis iram procul auertendam, minorem ſibi patronum à Sanctitate Veſtra poſcunt præſens Chriſtiani orbis calamitas, Religionis pericula, Eccleſiæ iactura. » Nec abs re cum Pacifico Nicolao noſtro Thomam noſtrum contulit, & noſter ipſe Philippus Vicecomes Epiſcopus Catſacenſis; « Cenſeo, inquit, tutò poſſe à Sanctitate Veſtra inter cœlites ſolemni ritu numerari : idque cedet in maximam Dei gloriam, in ordinis Epiſcopalis ornamentum, in Religionis Auguſtinianæ ſingulare beneficium, in totius Eccleſiæ ædificationem, ac Principem Chriſtianorum pacem: & quam peperit Canonizatio Sancti Nicolai ſub Eugenio, dabit Sancti Thomæ ſub Alexandro. » Nec vacuæ ſpes, nec vota caſſa, nec irrita præſagia, cùm immediatè Sanctificationem noſtri Thomæ inuicem miſſis internuntiis Chriſtiani & Catholici Reges de pace tractarunt : & dum hunc ego Tractatum eiuſdem Sancti Encomiorum abſoluo, pacem vtrinque maximo omnium plauſu ſubſcriptam audio proximè publicandam. Quam Sancti Thomæ primò meritis, dehinc Eminentiſſimo Cardinali Iulio Mazarini, & Illuſtriſſimo D. Ludouico d'Aros, Chriſtianiſſimorum, & Catholicorum Regum Mi-

Card. Azzell.

Philippus Vicecom. Generalis abſolutus.

nistris fidelissimis, debemus accepta. Hanc vir charitatis & pacis amantissimè in Hierusalem ciuitate pacis à pacis principe Christo insolubili nexu confirma: « Fiat pax in virtute tua. Et in diebus Sanctificationis tuæ oriatur iustitia & abundantia pacis, donec auferatur Luna » & Mahometarum Lunatus Imperator coniunctis Regum omnium, ac Principum Christianorum armis, omnisque Gentilis & Hæretica prauitas deleatur. « Pater mi, Pater mi, currus Israël, (onera populi subleua) & auriga eius, duc nos per semitas iustitiæ, & quadrigâ virtutum tuarum trahe nos post te in odorem exemplorum tuorum. « O fons Paradisi Ecclesiæ in quatuor flumina diuisus! « Riga hortum plantationum tuarum; vt & hîc fructus dignos pœnitentiæ facientes » fructum in Paradiso cœlesti gloriæ capiamus. Sicut enim qui sursum per fluminum cursum ascendendo fontē repeteret, indubiè posset in Paradisum, quo « exomologesi restitutus est Adam » fœliciter remeare: sic qui quatuor Virtutum Cardinalium Thomæ vestigia sequitur, & quotidie per hæc ascendit & proficit, ad principium & fontem virtutis omnis gratiæ & gloriæ poterit peruenire; quod nobis meritis & precibus suis dignabitur impetrare qui cum Patre, Filio, & Spiritu Sancto, Beatus regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Ps. 121. 7. Ps. 71. 7. 4. Reg. 2. 12. Cant. 1. 3. Eccli. 24. 42. Matth. 3. 8. Tertul. lib. de pœnit. cap. 12.

Digitized by Google

IN FESTO S. MATTHÆI APOSTOLI EVANGELISTÆ.

Domine probaſti me, & cognouiſti me; tu cognouiſti ſeßionem meam, & reſurrectionem meam. Pſal. 138. 1.

DE diuinis nominibus plurima doctiſſimè ſcripſit Dionyſius; ſed nullum hodiernæ Matthæi feſtiuitati congruentius, quàm quod habet Eſaïas, &peccatorum omnium ſpei,& conſolationi conuenientius: dum Chriſtum Dominum auem vocat ab Oriente venientem, & virum diuinæ voluntatis: « Conſilium, inquit, meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet: vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. » Quis enim ille vir, niſi de quo Ieremias; « Fœmina circumdabit virum. » Quæ terra tam longinqua, quàm virginitas materna? » Facta nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum. » Et quid longius ab viis hominum, quàm « via viri in adoleſcentula?» Quis hominum, conſilium Dei, & voluntatem eius exactius adimpleuit, quàm « hic filius meus dilectus, in quo ſibi benè complacuit, vir dexteræ, & filius hominis quem confirmauit ſibi?» Conſilium porro Domini, & omnem voluntatem eius ſtabilem circa electorum cognitionem, probationem, & prædeſtinationem æternam, ipſe perfecit: & ſedentem in telonio publicanum, verbo ſuo potentiſſimo, in Apoſtolum & Euangeliſtam ſurgere præcepit: vt ab auaritiæ morbo le-

Eſa.46. 10. Ierem. 31.22. Prou. 31.14: Prou. 30. 19. Matth. 3. 17. Pſa.79. 18. Pſ.11.7.

thali excitatus, & ad omnia ſua continuò relinquenda, ſtabili Dei conſilio, voluntate & decreto incommutabili compulſus, « probatus argento »
Pſa.138. cum Pſalte gratulabundus caneret: « Domine pro-
1. 2. baſti me, & cognouiſti me,; tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Intellexiſti cogitationes meas de longè, ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes vias meas præuidiſti. » Vidiſti ſedentem in telonio publicanum; ſemitam auari cognouiſti, funiculum quo
1. Tim. vinctus detinebar, « in laqueum & tentationem
6. 9. diaboli illapſum, volentem diuitem fieri, in interitum mergendum » cognitione, approbationis inſpectum, gratuita miſericordia, de ſeſſione, & habitu malo ſuſcitaſti; vt omnis circa me voluntas Dei fieret, & conſilium, ac decretum prædeſtinationis meæ ſtaret. Sed quid tandem Eſaïas, Chriſtum vocatum ab Oriente auem appellauit?
Zach. 6. « Oriens nomen eius, cuius egreſſiones à diebus
12. æternitatis: » ortus à Patre, « in ſplendoribus
Mich. Sanctorum, ex vtero ante Luciferum genitus. »
5. 2.
Pſ. 109. Auis ſpeciem non determinat: « Phœnicem Orien-
4. tis alitem, de ſingularitate famoſum. » Alibi cum
Tertul. Tertulliano diximus: & Vnigenitus quidem Patris,
de reſurrect. ac Matris eſt Filius Ieſus. Sed nunc malim Cha-
cap. 13. radrioni comparare; quem licet vt immundam
Leuit. auem edi, Leuitici, ac Deuteronomij ſancita ve-
11. 19. tuerint: Chriſtus autem eſca mundiſſima à nobis
Deut. comedi ſit præceptus: reprobus tamen pro nobis
14. 18. factus eſt, maledictum & hircus anathematis pro
Ælian. & Dio. peccatis noſtris. Vnum eſt Chanadrio ſingulare;
Carthu. quòd certum ex eius inſpectu, vel auerſione, ſani-
in Leuit. tatis, aut mortis augures circa morbidos ſumere
V. Dam. opuſc. ſoliti eſſent auſpicium. Si quem enim ad ægri lectū
52. c. 10. appoſitus oculo placido, & benigno cerneret, conti-

Digitized by Google

nuò conualeſcebat: ſi verò dorſum languido conuerteret, de eius vita conclamatum erat. Matthæum grauis auaritiæ morbus in telonio detinebat ægrotum; prætetiens Ieſus, auis Orientalis, ſalutifero eum dignatus aſpectu. Quid factum eſt, quis huius aſpectus exitus? « Continuò relictis omnibus ſecutus eſt eum. » Et tu Maria eiuſdem ſpeciei, & virtutis Orientis auicula. Hic naturam in te humanam ſumpſit, tu ab illo ſummam, in electos & peccatores poteſtatem. De te quid ſimile nos docuit Anſelmus: « Sicut, inquit, omnis peccator à te auerſus, & à te deſpectus, neceſſe eſt vt intereat; ſic omnis ad te conuerſus, & à te conſpectus, impoſſibile eſt vt pereat. » Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. De te natum Ieſum primus omnium docuit Euangeliſta Matthæus; quam primò gratia plenam ſalutauit Archangelus, dicens: Aue Maria.

Matth. 4.20.

Anſel. ſer. de laud. Mariæ.

EXORDIVM.

Non abs re, nec ſine myſterio, Eccleſia præ cæteris Scripturæ ſacræ voluminibus, in diuino Officio ad Dei gloriam componendo, Dauidicos Pſalmos, Epiſtolas Pauli, Euangelium Matthæi ſelegit, vt frequentius fidelium oculis ea proponeret, auribuſque inſinuaret, ac cordibus. Cùm enim duobus Eccleſia titulis illuſtretur, Sponſæ Chriſti & fidelium matris, & Sponſi gloriam, & filiorum debuit æmulatione ſolicita zelare ſalutem. Vtrumque porro in conuerſione peccatorum aſſequitur finem; gloriam quidem Sponſi; de quo ſcriptum eſt: « Propterea expectat Dominus, vt miſereatur veſtri: Et ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus: Beati omnes qui expectant

Eſa. 30. 18.

Digitized by Google

eum. » Exaltabitur, inquam, velut in throno gloriæ; peccatoribus humilitatis & ſuppedaneum factis, & ſcabellum pedum eius. Expreſſius autem Paulus, miſericordiam Dei peccatoribus
Rom.3. 23. indulgentem Dei gloriam appellauit. « Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum:non enim eſt diſtinctio:(Syriac. differentia. Iudæi ſcilicet, & Gentilis, infantis, vel adulti.) Omnes enim peccauerunt, & egent, (Syriac. deſtituuntur) gloria Dei. » Vbi Doctor
D. Th. lect. 3. in c. 3. Rom. Angelicus: « Non eſt, inquit, quantum ad hoc; diſtinctio intet Iudæum, & Gentilem, in Chriſto enim Ieſu, non eſt Gentilis, & Iudæus, ſcilicet,
Coloſſ. 3. 11. diſtinctionem aliquam habens: quaſi Iudæus non indigeat iuſtificari à Deo, ſicut Gentilis:
Eſa.53.6 Omnes enim peccauerunt, &c. Omnes nos quaſi oues errauimus: & per hoc egent gloria Dei, id eſt iuſtificatione, quæ in gloriam Dei ce-
Pſa.113. 9. dit: non autem ſibi debet homo hanc gloriam adſcribere: non nobis, Domine, non nobis, ſed no-
Pſ. 67. 35. mini tuo da gloriam. Date gloriam Deo ſuper Iſraël: Sic igitur, quia omnes peccauerunt, & ex ſe iuſtificari non poſſunt; reſtat vt per aliam cauſam iuſtificentur, quam conſequenter oſtendit ſubdens: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, &c. Vbi primò oſtendit, quòd huiuſmodi iuſtificatio eſt ſine lege, id eſt, quia non eſt ex operibus legis: cùm
Eſa.52.3 dicit: Iuſtificati gratis, id eſt abſque merito præcedentium operum, gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini; & hoc per gratiam ipſius,
1. Cor. 15.10. ſcilicet Dei: cui ex hoc debetur gloria, dicente
Aug. de nat. & gr. c.4. Paulo: Gratia Dei ſum id quod ſum. » Quapropter, vt verbis Auguſtini, Pauli locum exponam: « Hæc gratia, ſine qua nec infantes, nec ætate

Digitized by Google

grandes ſalui fieri poſſunt, non meritis redditur, ſed gratis datur, propter quod gratia nominatur. Iuſtificati, inquit, gratis per ſanguinem ipſius. Vnde hi qui non per illam liberãtur, &c. Iuſtè vtique dãmnantur, quia ſine peccato non ſunt, vel quod originaliter traxerũt, vel quod malis moribus addiderũt. Omnes enim peccauerũt, ſiue in Adã ſiue in ſemetipſis, & egent gloria Dei. Vniuerſa igitur maſſa pœnas debet: Et ſi omnibus debitum damnationis ſupplicium redderetur, non iniuſtè proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vaſa meritorum ſuorum, ſed vaſa miſericordiæ nominantur. Cuius miſericordiæ, niſi illius qui Chriſtum Ieſum miſit in hunc mundum peccatores Rom.
ſaluos facere, quos præſciuit & prædeſtinauit, & 8. 29. &
vocauit, & iuſtificauit, & glorificauit? Quis igi- ſeq.
tur vſque adeo dementiſſimè inſaniat, vt non agat ineffabiles gratias miſericordiæ, quos voluit liberantis, qui rectè nullo modo poſſet culpare iuſtitiam, vniuerſos omnino damnantis? » Hinc fit vt Eccleſia, trium inſignium peccatorum ſcripta nobis aſſiduè legenda proponat, vt gloriam miſericordiæ Chriſti Sponſi ſui commendet, quam ex gratia tantis peccatoribus exhibita ſibi conciliat. Alterum ſibi finem proponit, filiorum ſcilicet emendationem, ac ſalutem, ex frequenti Pſalterij, Pauli, & Matthæi lectione, quem hoc medio efficaciter attingit. Salubriter enim tunc pœnitent, cùm veniam, & gratiam fiducialiter expectant: ſperant autem, dum firmam ſpei anchoram in ſinum profundum miſericordiæ diuinæ proiiciunt: Mich.
à quo audiunt, « Proiiciet in profundum maris 7. 19.
omnes iniquitates veſtras: » In qua ſpe firmantur exemplis Dauidis, Pauli, Matthæi, inſignium pec- 1. Io. 2.
catorum. Cùm enim peccata omnia tripartita à 16.

Digitized by Google

Ioanne Apostolo numerentur: « Concupiscentiæ carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. » Primâ lapsus est Dauid, secundâ Matthæus, tertiâ Saulus. Et hi tres de lapsu, & sessione sua per Dei gratiam surrexerunt. Rursum cùm peccata triplicis sint generis; fragilitatis, diuinæ potentiæ Patris; ignorantiæ, Filij sapientiæ aduersantis; malitiæ, Spiritus sancti bonitati repugnantis: Matthæus humanâ fragilitate; lucris temporalibus incubuit: Paulus, ignorantiâ peccauit: Dauid mali-
Ps.50.5. litiâ homicidij præmeditati, adulterium cumulauit. Hic pœnitens ac pectus tundens: « Tibi, inquit, soli peccaui, & malum coram te feci. Ampliùs
1. Tim. 1.13. laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. » Paulus: « Misericordiam, inquit, consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea. » Matthæus tandem humana fragilitate delinquens, Christum inducit medicum dicentem de
Matth. 9.12. se suique similibus: « Non est opus medicus sanis sed malè habentibus, &c. Non veni vocare iustos, sed peccatores. » Pro omnibus tandem peccatoribus ad spem veniæ prouocandis, assumptum thema Dauidis: « Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem
DIVISIO. meam. » Primò de sessione & resurrectione Matthæi dicamus, secundò Reflexiones morales ex dictis colligemus.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Panegyristas inuenias, quos si rectè sapis, oderis: qui Sanctorum gloriæ nimium adfauentes, sanctificatoris honori nescij detrahunt; & eorum primordia nonnunquam praua subticentes, eorum tantummodo posteriora sancta & iusta commendant:
Ps.98.3. « Honor Regis iudicium diligit: » Nec par est, in

præiudicium gloriæ Principis, ſubditos honorare. Nautæ, Duci, Medico, non parum detrahit, qui tempeſtatis, belli, morbi pericula, ſilentio premit ingratus. Non ſic Pſaltes, Paulus & Matthæus; qui primæua ſua iniuſta lubentiſſimè confitentur, qui vno omnes ore Dauidico clamant: « Domine probaſti me, & cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. » Et vt nunc de ſolo Matthæo loquar; ipſum « in principio accuſatorem ſui » gratum Nautæ ſuo, Duci ſuo, Medico ſuo audiamus: « Cùm tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine? » Vidit, inquit, conſonus Pſalti, dicenti, « tu cognouiſti ſeſſionem meam. » Seſſio quæ? Non Regis certè, ſuæ cupiditati imperantis, ſed miſerrimi pecuniæ ſerui, & auaritiæ idololatriæ mancipij. Seſſio quæ? rei ſellæ, non Iudicis tribunalis. Non cathedræ Doctoris, ſed verum ſapientiæ theſaurum ignorantis: « Sedentis in cathedra peſtilentiæ; vel vt tranſtulit Symmachus, « Inſidiatorum, » quales ſunt telonarij, bonis proximi circumquaque, corradendis inſidiantes. De qua ſeſſione & inſidiis telonarij rurſum Pſaltes: « Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur vt rapiat pauperẽ, rapere pauperẽ, dũ attrahit eũ. Vel vt habet Pagninus ex Hebræo: « Cũ traxerit eum in rete ſuum. » Quid ad artẽ telonarij concinnius? τέλος enim Græcis, eſt machina quam gruem, vel ciconiam vocant; qua aqua educitur ex puteis, vel onus quodlibet eruitur ex profundis, quo etiam nomine Græci vectigal appellant, & telonarij aurum & argentum ad ſe ex commeatu pertrahunt. Et telonium locus in quo nautæ, & mer-

Prou. 18.17.
Matth. 9. 9.
Pſ. 1. 1.
Pſ. 9. 31.

catores vectigalia soluunt. Vnde translatio Syriaca: «Vidit virum sedentem in ædibus telonariorũ.» Princeps Publicanorum fortè, sicut & Zachæus, & ipse diues sedebat in telonio, cæterisque Publicanis præsidebat: qui tanto odibiles erant Iudæis, quo se omni tributo, & vectigali persoluendo liberos æstimabant: Nec nisi Ethnico, & Gentili hoc negotium exercere libitum, vt prophanum, iniustumque censebant. « Si quis dubitat Ethnicos fuisse Publicanos apud Iudæam, vsurpatam iam pridem Pompeij manu atque Luculli, legat Deuteronomium: Non erit vectigal pendens ex filiis Israël: nec tam execrabile esset nomen Publicanorum apud Dominum, nisi extraneum, vendentium ipsius cœli, & terræ, & maris transitus. Peccatores autem cùm adiungit Publicanis, (dicens: Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores,) non statim Iudæos ostendit, etsi aliqui esse potuerunt. Sed vnum genus Ethnicorum, alios ex officio peccatores, id est Publicanos; alios ex natura, id est, non Publicanos, pariter ponendo distinxit. Cæterùm, nec denotaretur (Christus scilicet non argueretur à dicentibus; quare cum Publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? Et rursum: Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.) Cum Iudæis communicans victum, sed cum Ethnicis, quorum mensâ Iudaïca disciplina depellit.» Publicanos tanquam grauissimos peccatores notat Augustinus: « Publicani enim sunt, qui sectantur lucra, & exigunt vectigalia per negotiationes, & fraudes, & furta, sceleraque, & periuria.» Vnde & Chrysologus breuiter: « Hoc, inquit, dicebant Pharisæi, scilicet quare cum Publicanis, &c. vt esset magnum malum, quod & malis poterat displicere: Et si erat nefas Publicanos Christo participes

Tertul. de publ. cap. 9.

Luc. 15. 2.

Luc. 5. 30.

Luc. 15. 2.

Aug. ser. 35. de diuersis.

Chrysol. ser. 28.

participes, vel in cibo eſſe: diuinis ſociare quid erat publicanum?» Fuſius autem ſeſſionis eius grauitatem proſequitur: « Matthæum Publicanum diuitiæ ſic cupiditatis publicabant Magiſtrum, fornace auaritiæ ſic coquebant, ſic alligabant vinculis cautionum, ſacculorum ponderibus ſic premebant, vt eleuari ad innocentiam, ad iuſtitiam ſurgere, ad virtutem progredi non valeret. Vnde & ſedere eius, erat iam ſubſidere, non ſedere, &c. ſedebat vtique, quia ſtare non poterat pondere cupiditatis oppreſſus, & ipsâ totius conſcientiâ fraudis incuruus. Aurum naturâ graue; grauius fit auaritiâ nimis: hinc eſt quòd plus habentem deprimit, quàm ferentem; & vehementius aggrauat corda, quam corpora. Naſcitur in terra profunda, ſectatur ipſa montium fundamenta, perque ima venarum cæcis diſcurrit anfractibus; & dum ſuam ſemper repedat ad naturam, cœleſtes animos ad inferna deponit; obſcurat ſenſus ſemper, alta mentium ſemper in terrena demergit, &c. Vidit illum Chriſtus ſedentem, quia preſſus cupiditatis pondere, ſurgere non valebat. Fratres, deterius ſedebat in telonio Publicanus iſte, quàm paralyticus iacebat in lecto. Quia ille carnis patiebatũr paralyſim, iſte mentis: in illo fuerat compago turbata membrorum: in iſto totus ordo fuerat ſenſuum diſſipatus; ille iacebat captus carne; ſedebat corpore & animo iſte captiuus: ille doloribus ſuccumbebat inuitus; iſte vitiis voluntarius ſeruiebat: iſte ſibi innocens auaritiæ videbatur in crimine; ille ſe cognoſcebat inter vulnera peccatorem: iſte lucrorum cumulabat peccata; ille dolorum gemitibus peccata delebat. Meritò igitur Paralytico dicitur; Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua, quia compenſarat delicta doloribus: Publicano autẽ dicitur,

Chryſol. ib.

Et ſer. 29.

Et ſer. 30.

veni ſequere me : hoc eſt , vt ſequendo me, repares , quod conſequendo pecuniam , perdidiſti. »

De terris gemmiferis & auriparis Iob Propheta loquens : « Habet, inquit, argentum , venarum ſuarum principia : & auro locus eſt in quo conflatur. Locus Sapphiri lapides eius , & glebæ illius aurum. Semitā ignorauit auis,nec intuitus eſt eam oculus vulturis. » Vbi notant quòd cū loca gemmifera,& aurifera ſulphurea ſint,vapores exhalāt auibus noxios.Vnde nec illac tranſuolāt.Chriſtū auem ſupra diximus ; vulturem nunc auidam animarum venatricem putemus ; non quidem grifem aurum Scythicum gemmaſque ſeruantem quam Solinus ait : « Viuos diſcerpere , velut genitam ad plectendam auaritiam : » Licet Chriſtus ideo « natus vt teſtimonium perhibeat veritati , conſtitutus à Deo iudex viuorum & mortuorum , rediuiuos ſit iudicaturus auaros , & diabolis inferni gryphibus traditurus diſcerpendos : melius eum accipitri comparabimus , de quo Ælianus : « Os , inquit , tibiæ accipitris , ſi ad aurum admoueatur , illecebra quadam mirabili , ad ſe allicit , vt lapis Heracleotes ferrum. » Quid hocce rerum ? « Semitam , inquit , ignorauit auis. » Ignorauit planè Chriſtus telonij ſemitam , « qui non abiit in conſilio impiorum , & in via peccatorum non ſtetit , & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. » Ignorauit, ſicut per Pſalmiſtam dixit , « Declinantem à me malignum non cognoſcebam. Quid eſt , non cognoſcebam ? quid enim latet Deum fratres ? Numquid nouit iuſtos , & non nouit iniuſtos ? quid cogitas quod ille neſciat ? Non dico quid cogitas , ſed quid cogitaturus es quod ille non viderit ? Et tamen in fine de quibuſdam dicit : Diſcedite à me operari iniquitatis , non noui vos. Quid eſt non noui vos ? in regula mea non vos agnoſco. Noui enim regulam

Iob 28. 1. & 6. Albert. & D. Thom.

Solinus cap. 19. Ioa. 18. 37. Act. 10. 42.

Ælian. de Accipitre in Var. hiſt.

Pſa. 1. 1.

Pſ. 100. 4. Aug. ib.

Matth. 7.

iustitiæ meæ, non illi congruitis; declinatis ab illa, distorti estis, &c. quid est non cognoscebam? Non quia nesciebam, sed quia non approbabam.» Sic semitam ignorauit auis, cui tamen Matthæus dicit: Domine probasti me, & cognouisti me: & auersum reprobasti, & conuersum probasti, & omnes vias meas, & prauas ex me, & rectas ex te præuidisti. Et intuitus est Matthæi sessionem oculus vulturis, & traxit eum post se licet auro grauem tibia accipitris. Nec discerptus à gryphe viuus, sed sedens vel iacens mortuus est à Domino suscitatus: « Quod enim est dare vitam mortuo, hoc largitatem tribuere est auaro.» Chrysol. ser. 28.

Auem recolite vitæ & sanitatis augurem, cernite accipitrem tibia sua prætereunte vi magnetica auarum in telonio sedentem, de sessione sua trahentem. « Cùm transiret, inquit, Iesus: non dixit, cùm staret. Ibi transiuit, & pertransiuit inde Iesus, ne Matthæus remaneret: ibi transiuit inde Iesus, ne Matthæus ibi taliter permaneret. Vidit hominem. Non dixit vidit Matthæum, quia in Matthæo hominem liberabat: hoc est homines, quos pecunia possidebat, &c. Vidit, plus diuinis oculis, quàm humanis. Vidit hominem, vt peccata hominis non videret. Vidit opus suum, vt despiceret opera peccatorum. Vidit illum Deus, vt ille videret Deum. Vidit illum Christus, vt ille pecuniæ latebras amplius non videret &c. Veni sequere me; non dixit, affer ad me; quia Matthæum, non Matthæi sacculos requirebat. Veni sequere me, hoc est, depone pondera, distrumpe vincula, solue laqueos. Me sequere. Quære te, perde vsuras, vt te valeas inuenire, &c. Merito Matthæum Dominus talibus vinculis, absolui cupiens præpeditum, suscitat dicendo: sequere me: hoc est, me sequere, Chrysol. ib. Et ser. 30. Et s. 28. Et s. 29.

de supernis, ad superna tendentem, & non aurum de inferis, ad inferna mergentem. Vbi fuerit thesaurus tuus, illic & cor tuum erit. » Quàm iure ergo cantat cum Psalte Matthæus: « Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam: » Sed ad quantam surrexerit vilis telonarius dignitatem, superest videamus.

Chrysol. ser. 28. « Matthæum de telonio diuitem, de vsuris locupletem, lucris sæculi onustum, quod in Apostolatum Christus elegerit, quid dicemus? &c. Quomodo infirmitas non laboraret humana, quando videbat apud Christum pecuniam sic valere, vt daret fraudulento fidem, venali gratiam, cupiditatis Magistro officium largitatis, Doctori fœnoris magisterium sanctitatis, publicano sæculi, cœleste secretum? vrebat videntes, quod vsura quæ vastat terram, tollebatur ad cœlum: Et hanc quam detestantur homines, deitas aduocabat. » Et quo tandem surrexit? de quo legimus: « Surgens sequutus est eum? Matthæus non subtrahitur operi, sed mutatur; & telonium suscipit magis, quàm relinquit: vt mansura Deo, non homini peritura conquirat. Vt non trigesimum, in quadragesimum, quinquagesimumque nummum tristis redigat supputator: sed trigesimum in sexagesimum, & centesimum gaudij fructum, lætus recondat diuinis commodis profuturum, &c. Misericordiam voluit, vt Matthæus quod tulerat per miseriam, in misericordias prorogaret, & inde redimeret pœnam, vnde comparauerat culpam, &c. Matthæum Publicanum sic in Apostolum commutauit, vt qui erat fraudator pecuniæ, fieret gratiæ distributor; & de impietatis Schola, ad pietatis Magisterium perueniret; fieretque Doctor misericordiæ, qui auaritiæ fuerat institutor. » Cui & accinit Be-

[Marginal notes: Chrysol. ser. 29. (beside "Surgens sequutus est eum"); Et s. 28. (beside "tesimum gaudij fructum"); Et s. 30. (beside "Matthæum Publicanum")]

Digitized by Google

da: « Relinquit, inquit, propria, qui rapere solebat aliena, &c. Propter quod iusta mercede, dum humana sedulus negotia deserit, Dominicorum fidelis dispensator esse meruit talentorum. » Et sacculorum auri argentique incubus, « in obligationes & strangulationes, suffocationesque pauperum, declinans cum operantibus iniquitatem, » audire promeruit à Christo: « Nolite portare sacculum, neque peram. Quid est sacculus? pecunia clausa; i. occulta sapientia. Quid est, nolite portare sacculũ? nolite fieri sapientes penes vosmetipsos. Fons in te debet esse, non sacculus, vnde erogatur, non vbi includatur. » Quid de Matthæo de sua in telonio sessione & suscitatione dixerit Damianus accipite: « De telonio cumulandæ pecuniæ in cathedram transfertur Ecclesiæ, & qui prius exigendi vectigalis fungebatur officio, constitutus est fidei, diuitiarumque cœlestium ministrare thesauros: quique tunc turpis lucri quæstu satagebat implere marsupium, nunc per mundi latitudinem spargit cœlestis eloquij Sacramentum. » Quò de sua sessione surrexit? Ad omnes eminentissimarum dignitatum de infima & odibili Publicani sorte & nomine sublimitates Apostoli, Euangelistæ, Doctoris & Martyris, communicato etiam cum Angelicis spiritibus vocabulo: cui idcirco facies Angeli pro stemmate glorioso tribuitur: « Inter omnes planè sanctos, qui cœlesti gloriæ de triumphato mundo victoriæ titulos intulerunt, beatus Matthæus mihi videtur insignis atque conspicuus, & quendam inter eos dignitatis obtinere primatum: atque vt audenter dicam, nemo post Christum est, cui magis debeat sancta vniuersalis Ecclesia. Nam quod mundus viuit, (vita scilicet fidei de qua scriptum est, vita erat lux hominum: & iustus ex fide viuit:)

Beda ser. in Vigil. S. Matth.

Ps. 124. 5.

Aug. ser. 42. de SS.

Rom. 12. 16.

Dam. ser. 49.

Dam. supra.

Io. 1. 4.

Rom. 1. 17.

hæc est causa, quia lux nobis Euangelica coruscauit. Constat autem, quia primus omnium Matthæus Hebraïco stylo Euangelium scripsit: sicque his qui erant ex circumcisione fidelibus, Neotericæ fidei quoddam quasi speculum procurauit, &c. Scribendi cæteris Euangelistis viam præcessor aperuit, & tanquam Dux vexillum sequentibus prætulit, suoque eos exemplo, vt scriberent incitauit. Illi ergo debemus Euangelium, quem Euangelicæ narrationis constat intulisse principium: & quem cæteris nouimus primum, non ambigimus inter eos cuiusdam priuilegij tenere primatum. » Primum omnium scriptorem Moysem extulit & prætulit omnibus Septimius: quem appellat « Dei de proximo arbitrum: » os ad os locutum Deo, medium & sequestrem inter populum, & Deum Mediatorem constitutum. « Vetus sermo Pythagoricus, vt volunt, quin & diuinus, vt Albinus existimat, aut Mercurij forsitan Ægyptij. Sed nullus sermo diuinus, nisi Dei vnius, quo Prophetæ, quo Apostoli, quo Christus ipse intonuit. Multo antiquior Moyses etiam Saturno, nongentis circiter annis, nedum pro nepotibus eius. Certè diuinior multò qui decursus generis humani ab exordio mundi quoque, per singulas natiuitates nominatim, temporatimque digessit, satis probans diuinitatem operis, ex diuinatione vocis. » Quomodo enim nisi Deo reuelante scripsisset ab initio gesta, nullo præscribente? Quomodo voce toties iterata « fiat » mundum & omnia quæ in eo sunt in principio creata narrasset? Et de Scriptoribus quidem Gentilium, Augustinus: « Philosophi Gentium nondum erant, qui hoc etiam nomine vocarentur, quod cœpit à Samio Pythagora, qui eo tempore quo Iudæorum soluta est captiuitas, cœpit excellere, atque co-

Tertul. de Monog. c. 7 & de anim. c. 28.

Aug. li. 18. de Ciu. ca. 37.

gnosci. Multò ergo magis cæteri Philosophi post Prophetas reperiuntur fuisse. (Subdit de Socrate, eiusque Discipulo Platone, septem sapientibus, Otpheo, Lino, Musæo, Prophetis Hebræis posterioribus.) Sed nec ipsi verum Theologum nostrum Moysem, qui vnum verum Deum veraciter prædicauit, cuius nunc scripta in authoritatis Canone prima sunt, tempore præuenerunt: ac per hoc, quantum ad Græcos attinet, in qua lingua literæ huius sæculi maximè ferbuerunt, nihil habent vnde sapientiam suam iactent, quo religione nostra, vbi vera sapientia est, si non superior, saltem videatur antiquior. » Sed licet præcellat Moyses antiquitate; vincit Matthæus dignitate. « Ille nascentis mundi texit originem; iste tanquam spiritalis cuiusdam mundi orientem describit Ecclesiæ Damia. nouitatem. Vnde Spiritu sancto calamum tempe- ser. 49. rante, prouisum est, vt vterque non diuersum, sed vnum idemque suis libris præmitteret initium, dicens: Liber generationis. Sed illa generatio filios protulit iræ, ista filios parturit gratiæ. Illa generatio sortita est Paradisum terræ fertilium quidem arborum, & herbarum decore vernantem; sed ista cœlestem meruit Paradisum incomparabilium deliciarum copiis affluentem. Ex illo tamen Paradiso primus homo per lignum posteritatem sui generis expulit: secundus homo per Crucem cœlestibus nos pascuis introduxit. Ille dum narrat Deum dixisse, fiat lux, ostendit conditam lucem: iste Christum de Virgine natum perhibens, exortum lucis insinuat conditorem. Moyses itaque veterem Adam atque terrenum, veterem mundum, vetus digerit testamentum; Matthæus autem pro veteribus noua, pro terrenis siue carnalibus spiritalia, pro temporalibus introducit æterna. » Quin

& ipse supra laudator Moysi, eximius extitit Matthæi commendator: «Iste, inquit, in primis Matthæus, fidelissimus Euangelij Commentator vt Comes Domini, non aliam ob causam, quam vt nos originis Christi carnalis compotes faceret, ita exorsus est: Liber genituræ Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. His originis fontibus genere manante, cùm gradatim ordo deducitur ad Christi natiuitatem, quid aliud quàm caro ipsa Abrahæ & Dauid, per singulas traducem sui faciens, in Virginem vsque describitur, inferens Christum?» Et licet Ioannes æternam Verbi generationem sit aggressus, Matthæum tamen habuit in Euangelij scriptione præcessorem. Hinc si quatuor Paradisi flumina quatuor Euangelistis aptantur: «Sicut Phison primus est fluuiorum, de Paradisi fonte præcedentium, ita beatus Matthæus inter reliquos Euangelistas primum obtinet locum. Satis ergo conueniens est, & intimæ rationi aptissimè congruit, vt sicut apud Phison optimum reperitur aurum, sic & apud hunc beatissimum Euangelici ordinis primicerium intelligamus inesse thesauri cœlestis incomprehensibile Sacramentum. Cui profectò conuenienter aptatur, quod per Salomonem dicitur: thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Vbi scilicet non fulua carnalibus oculis vena metalli vibrantis irradiat, sed mysticus intellectus viuifici spiritus splendore coruscat. Nec aurum hoc nutantibus lancibus emptor attrutinat, sed auditor potius in sui pectoris arca reconditum subtiliter librat.» Os porro sapientis huius à quo nouæ legis oracula manant, in Phison fluuio fuit à Spiritu sancto delineatum: «Et benè sibi hæc comparatio congruit, Phison siquidem oris mutatio interpretatur. Os enim suum ipse mutauit; quod vi-

Tertul. de carn. Christi cap. 22.

Damia. ser. 51. Gen. 2. 11.

Prou. 21. 20. ex 70.

Dam. ser. 50.

delicet à ſæcularibus verbis, ad prædicandum Euangelium tranſtulit: & quod ſuum prius carnaliter fuerat, vt Dei eſſet effecit: dicente per Prophetam Domino: Si ſeparaueris pretioſum à vili, Ier. 15.
quaſi os meum eris. » Et ne propriis id feciſſe viri- 19.
bus quis putaret: « Factum eſt, inquit, in beato Rom. 5.
Matthæo, quod ſcriptum eſt: quia vbi abundauit 20.
peccatum, ſuperabundauit & gratia, &c. In hoc igitur egregio viro diuina gratia mirabiliter abundauit, cui ſcilicet gemina prærogatiua ſucceſſit, non modò cum Apoſtolis Euangelium prædicare, ſed cum Euangeliſtis etiam ſcribere: & vt excellentius adhuc emineat, primum in eorum ordine qui inter cæteros Sanctos inſignes ſunt & mirabiles locum obtinere. » Ad hæc primus de Chriſti generatione ſcripſit, in qua, « cùm in forma Dei eſſet, ſerui formam accipiens » nec diuinam amittens, os mutauit. Primus item Matthæus maximum fidei myſterium nos docuit, quo ſecundum Auguſtinum Chriſtus Dauidi ſimilis « vultum mutanti Aug. in
coram Achis: » ſe ſub panis & vini ſpecie ſuis Di- Pſa. 33.
ſcipulis tradidit.

Nec iniuriam credidit Damianus, eum cum Ioanne componere, quem ita ſublimiter à vili telonij ſeſſione ſuſcitatum notat, « vt Apoſtolici Se- Dam.
natus conſcenderet apicem, & inter ſanctos Euan- ſer. 51.
geliſtas, in eo quod primus eſt, priuilegio ſuſciperet dignitatem; quod vtrumque munus nulli prorſus alij collatum eſt, niſi Matthæo tantummodo, & Ioanni. Et quia Ioannes Dei gratia dicitur, Matthæus etiam donatus interpretatur, dum vterque geminæ dignitatis dona promeruit, vtrique profecto gratia doni cœleſtis infulſit. Sed vt impleretur illa ſententia, qua dicitur: Vbi abundauit iniquitas, ſuperabundauit gratia; Matthæus quia ſcri-

bendi in Euangelica veritate fecit originem, Ducis ac Præceptoris inter cæteros Euangelistas possidet claritatem. » Ioannes quidem: « Discipulus ille quem diligebat Iesus, qui & supra pectus eius in cœna recubuit: » Sed in illo conuiuio quod Christo Matthæus exhibuit: « Discumbebat Iesus plus in Matthæi mente, quàm sigmate: (id est thoro & mensa in sigma conformata,) & epulabatur, non cibis, sed reditu peccatoris. » Ioannes sola voluntate Martyrium subiit: Matthæus etiam mirabili & mysterij pleno genere consummauit. Cùm enim iuxta glossam in fundamento Chrysolyti quem Æthyopia gignit, fuerit adumbratus, eum Beda dixit Æthyopiæ conuersorem: « Ablutam, inquit, fonte Baptismatis, de fusca formosam reddidit. » Cum, inquam, in Æthyopia, Regem, vxorem eius, cum vniuersa Prouincia ad Christi fidem conuertisset, & Iphigeniam post mortem patris velatam & sacratam Virginem Hyrtaco successori regni nubere dissuasisset, iussu eius dum sacra mysteria perageret, lancea in latere & corde transfixus occubuit. Ioannes Baptista pro càstitate coniugali truncatus, Matthæus pro nobiliori Virginitate lanceatus. Et quia « exigitur de manducante quod manducat » dum in altari latus Christi sugit, latus suum pro Christo patitur aperiri, & sanguinem & aquam ex eo manasse testatus est: Matthæus & lateris proprij apertione, veritati simul & virginitati testimonium perhibuit. Paulus virginitatem suasit consilio, Matthæus & sanguinis sibi subscripsit Chirographo: « Adimplet Paulus quæ desunt passionum Christi in corpore suo pro corpore eius quòd est Ecclesia: » Matthæus quod viuus Christus non tulit, pro Iphigenia sponsa eius perferens adimpleuit. Christo enim mortuo

Ioa. 21. 20.

Chrysol. ser. 29.

Glossa in Apoc. 21.

Beda ser. de S. Matth.

Aug. in Psa. 48.

Coloss. 1. 24.

lancea latus fodit, Matthæo vitam lancea latus transfigens eripuit. Et quoniam « à muliere initium peccati» quæ de latere Adæ dormientis educta fuerat: ad eius, & viri eius quammaximè in quo omnes peccauerunt, maculas abluendas; de latere Christi in Cruce mortui sanguis & aqua manauit. Cui vt se Matthæus conformaret, & passiones Magistri adimpleret, ad Æthyopissam sponsam eius plenius abluendam, non tantum aquam baptismi impendit, sed & ei de suo latere & corde sanguinem suum Martyr liberalis effudit. Vt cum Paulo Æthyopibus suis diceret: « Libenter impendar, & superimpendar pro vobis: optabamus non solum Euangelium tradere vobis, sed & animas nostras.» Quid plura? « Conscidit saccum lancea persecutor, & fudit pretium nostrum Redemptor:» Matthæus non tantum sacculos telonij reliquit, sed & Christo de cordis sacculo sanguinem suum gloriosè refudit: Dauid coronam auream Idolo Melchon intextam gemmis pondere talenti abstulit, quam suo capiti imposuit: quod quidem Idolum plenum erat peris & sacculis, & colebatur in Rabath, id est grandi, vel iurgio. Quod auaritiæ quadrat telonarij, sacculos veterascentes colligenti, & apertas manus ad munera vsurasque congregandas habenti: grandi superbia, iurgiis & rixis, vti solet exposito, de quibus similibus Psaltes: « Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.» De hoc Melchon hodie Christus triumphauit, & ipsum capiti suo velut gloriæ diadema imponens, ipsius vicissim Matthæi in capite coronam posuit de lapide pretioso, vt non tantum de Publicani sessione Apostolus & Euangelista, sed & Martyr surgeret; & cum Psalmista cantaret: « Domine probasti me, & cognouisti me, tu co-

Eccli. 25. 33. Cyril. Ierosf. Catech. 13.

2. Cor. 12. 15. 1. Thess. 2. 8.

Aug. se. 256. de temp.

1. Paral. 20. 2.

Ps. 48. 7

gnouisti sessionem meam & resurrectionem meam.»

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Cùm ex Damiano supra « nemo post Christum sit, cui magis debeat sancta Vniuersalis Ecclesia » Sanctum Matthæum speciali deuotione prosequamur; & à Christo per ipsum lucem Euangelij, & proinde fidem veram animæ vitam acceptam gratulemur. Hoc sanctus Bartholomæus ad Indos: hoc Barnabas sua manu scriptum, in Cyprum tulit: quod se vidisse Hebraïcè transcriptum, Cæsareæ in Bibliotheca Sancti Pamphyli Martyris, & ex eo descripsisse se refert Hieronymus. Hoc sub Zenone Imperatore ad pectus Barnabæ inuentum, postea interceptum Nicolaus quintus Pontifex Maximus quinque ducatorum millibus redimendum, hebraïcum afferenti promisit: « Sermo Dei pretiosus erat in illis diebus, » qui nunc assiduitate vilescit. Sancta Brigitta, « Cum in vrbe Malphi ad sepulchrum sancti Matthæi orarem; & illud, inquit, Euangelium scriberem; tantus diuinæ inflammationis ardor perseuerabat mecum, quòd si tacere voluissem, nullatenus præ ardore intenso potuissem.» Nos verò & frigidi audimus, legimus, scribimus, « ignitum eloquium vehementer, nec concalescit intra nos cor nostrum, nec in meditatione nostra exardescit ignis.» Nostrum fratres hodie torporem excutiamus, & in deuotam huius Angelici viri imitationem excitemur, « qui simul & in Apostolicum allectus est ordinem, & Angelicam sortitus est dignitatem. Quis enim nesciat Euangelistam ab Angelico vocabulo deriuari? Non solùm itaque Aposto-

Baron. an. Chr. 41. & 485.
Baro. 1 Reg. 3 1.
Libro 1. Reuel. S. Brig. cap. 29.
Ps. 118 14.
Ps. 38. 4
Dam. ser. 50.

Digitized by Google

lus est, sed & Euangelista. Et vt ita fatear, Euangelista Euangelistarum non immeritò dicitur, qui dux, & præcessor, ac primus omnium reperitur. Vnde & illius quadrigæ cœlestis, quam vel Ioannes in Apocalypsi se vidisse perhibuit, vel Ezechiel in prophetica visione conspexit, hic congruè potest non modò pars, sed & auriga vocari qui dum ad scribendum Euangelium primus erupit, quasi quandam lineam præcedendo tetendit, & vnde cæteri currerent, rectitudinis semitam designauit: vt sicut de Elia dicitur, hic etiam currus, & auriga mystici Sacramenti meritò nuncupetur. Nulli planè mortalium hoc Deus omnipotens contulit, vt hæc duo præeminentium dignitatum fastigia in vna simul persona concurrant, scilicet vt Apostolus quisquam sit & Euangelista, nisi Matthæo & Ioanni: quorum scilicet alter Publicanus, alter est Virgo. Et hoc profunda diuini dispensatione consilij. Nimirum, vt & iste ad misericordiæ fontem peccatoribus se exhibeat præuium, & ille custoditis & innocentibus sit exemplum: quatenus & lapsis quibusque peracti sceleris magnitudo non obuiet; & mundos, ac nullis criminibus obrutos, patens ianua gratiæ cœlestis inuitet.»

Apoc. 4. 7. Ezech. 1. 10. & 10. 14.

4. Reg. 2. 11.

Secunda Reflexio. Quod autem spectat ad mores; & verbo & scripto, & facto instruendos, « quis moralius secundum hominem, singula persequutus, quàm sanctus Matthæus, qui edidit nobis præcepta viuendi? &c. Et benè accidit, vt quoniam Euangelij librum secundum Matthæum diximus esse moralem, opinio huiusmodi non prætermitteretur, (ipsum in facie hominis scilicet figurari) mores enim propriè dicuntur humani, &c. ortum hominum descripsit vberius, mores quoque præceptis vberioribus erudiuit.»

Ambr. præf. in Luc.

Digitized by Google

Inter cætera, qui auri & auaritiæ damna nouerat, & verbo & exemplo « theſaurizandos eſſe theſauros in cœlo » nos admonuit. Auri damna de Matthæo ſcribens ita proſequutus eſt Chryſologus: « Aurum, inquit, erogare bonum eſt, reponere malum, contemnere validum, fugere perſecurum: quod ſicut vincere virtutis eſt, ita fœlicitatis eſt euaſiſſe. Auri furor ardentius humano feruet in pectore, quam caminus totus igneſcit incendiis: & acrius homines diſſoluit in terra, quam ſoluitur in calore flammarum, &c. Fidem frangit, violat affectum, vulnerat charitatem, turbat quietem, adimit innocentiam, docet furtum, ſuadet fraudes, imperat latrocinium. Et quid plura? hoc eſt quod Apoſtolus dixit, radix omnium malorum eſt auaritia, &c. Aurum Patriarcharum ſtirpem, progeniem ſanctam, tantam germanitatis ſingularem coronam adeo corrupit, & totius reddidit pietatis extorrem, vt Ioſeph Ægyptiis, fratrem barbaris, innocentem noxiis, ingenuitatem traderent ſeruituti. Sic quod in eis fuerat humani ſenſus, ferinam in rabiem commutauit; vt non offenſam Dei, non ſancti Patris dolorem, non proprij ſanguinis ſenſum meminiſſe permiſerit. Intuere quid auro grauius, quod cum mores hominum perdit, perdit & naturam. Aurum Iudaïcum populum ſic ſuo captiuauit aſpectu, vicit illecebris, ſpecie perdecepit, vt hoc eſſe Deum crederent, & Deum verum, Deum tot beneficiis cognitum denegarent. Sic conuertit homines in iumenta, vt vituli caput, caput ſuum crederent, & omnium rerum capiti, caput pecudis anteferrent, &c. hoc eſt quod Iudam fecit eſſe proditorem, vt hominem cogeret Deum negare, vendere germanum ſui ſanguinis, diſtrahere conditorem, & ipſum ſanguinem taxare pretio, quem ſpon-

Matth. 6. 19.
Chryſol. ſer. 29.
1. Tim. 6. 10.
Pſa. 48. 13.
Exod. 32. 19.

te Dominus erat nostrum largiturus in pretium, » &c. Aut relinquendum est prorsus cum Matthæo iniquum telonij commercium, aut de mammona iniquitatis lucrum cœleste captandum, aut iustè partum non turpiter recondendum, nec prodigè dissipandum, sed liberaliter erogandum: « Matthæus Publicanus generat nobis non paruam suis quæstibus quæstionem: & magnum nobis negotium sua negotiatione proponit. Sed dicit aliquis, quam quæstionem? quod negotium? Deus suscipit pauperes, sed diuites non repellit, habentes suscipit, & ad se attrahit non habentes. Abraham diues, diues Iob, Dauid diues. Et quid Abraham beatius? quid fortius Iob? quid Dauid sanctius? Nam & Abraham post terrenos mœrores pias animas, & reuolantes ad cœlum in gremium suæ consolationis includit. Et Iob in ipsis diuitiarum machinis, diabolum & ipse vicit, & nobis vincendi eum relinquit exemplum. Abraham sic possedit diuitias, vt eas sæpe & oblatas contemneret, & possedit diuitias, vt eas sæpe & oblatas contemneret, & calcaret indultas: & sic diligeret possidere diuitias, non à diuitiis possideri: habere eas ad largitatis materiam, non ad cupiditatis incendium. Sed ad hæc respondetur, fuerunt sanctis innocentes diuitiæ vtpote à Deo datæ, non turpiter acquisitæ: concessæ ad vsum vitæ, non ad mortis vsuram. Matthæum vero Publicanum diuitiæ cupiditatis publicabant Magistrum, &c. Ecce quare ad Matthæum venerat Christus, vt auaritiæ curaret vulnera, vt saniem sanaret vsuræ, &c. Denique Matthæus, mox factus est terræ pauper, vt diues haberetur in cœlo. » Quod si omnia cum Matthæo pro Christo relinquere non potes, nec quadruplum cum Zachæo reddere defraudatis, & bonorum partorum legiti-

Chrysol. ser. 28.

Luc. 16. 23.

Gen. 14. 23.

Luc. 19. 8.

mè, proindéque tuorum dimidium dare pauperibus: « Eſt commutatio ſanè vna (ſuppoſita in integrum reſtitutione ſubrepti aut alieni detenti vel crediti:) ſi homo prudens illud ante mittat ad cœlum, puàm mittatur ab illo vt ſtultus in tartarum. Mittat per manum pauperis, quia quicquid propter Deum pauperi dederit, ad cœlum ſine dilatione tranſmittit. »

Chryſol. ſer. 29.

Tertia Reflexio. Non fruſtra ſupra diximus inter fundamenta cœleſtis Ieruſalem, Chryſolitum ſignificare Matthæum, qui Æthyopem Apoſtolus, à Sponſa Chriſti repulit Æthyopum tenebroſum: ſicut Æthyopia gignit Chryſolytum, qui & contra dæmones valet, Toſtato, referente. Quin & Rueus ſe narrat frequenter expertum, plurimum valere Chryſolitum contra melancholicos motus, & puſillanimitatem. O Matthæe noctu planè igneus vt Chryſolitus, ſpem puſillanimûm erigis peccatorum; quem ideo Chriſtus de ſeſſione telonij, & habitu Publicani, in tantam ſanctitatem eduxit: « Vt nullum enormitas peccatorum, nullum numeroſitas ſcelerum, à ſperanda venia reuocarêt. Cùm hunc tantis mundi nexibus abſolutum, tam cœleſtem factum conſpiceret; vt communicato cum Angelicis ſpiritibus vocabulo, Euangeliſta nominaretur & eſſet. » Bono animo eſtote peccatores: « Si impius conuertatur, omnis impietas illius oblita demitur. Sic Paulus fidelis ex infido factus, &c. Sic ex Publicano venit Euangeliſta Matthæus. Sic Cyprianus ex Mago Sacerdos, & Martyr. Sic & Auguſtinus ardentior carnis amator, fit ex Manichæo, mundi probatus Magiſter, &c. Manaſſes regno reſtitutus, Dauid, Achas, Petrus, Meretrix, Publicanus, Niniuitæ, &c. » Spem accendit exemplo Domini, ſeruum poſt

Gloſſ. in Apoc. 21.

Abul. in cap. 28. Exod.

Rueus de gem.

Beda ſer. de S. Matth.

Iſidor. Hiſpal. in exhort. ad pœnit.

post aliqua damna, multo plura sibi lucrantis: Regis, militem post fugam, prælium instaurantis, hostemque vincentis: agricolæ terram post spinas fructus vberes dantis, aliis præferentis. Æquanimis esto, serue, miles, terra Christi: damna Domini repara, bellum instaura, spinas excute, bonum semen excipe, fœnus multiplica & Domino tuo eris acceptissima. Et quidem, « cùm Matthæum Publicanum Dominus ad Apostolatus fastigium euocat, & extollit, dat manum lapsis, spem restituit desperatis, reddidit vitæ quos sibi mors iam detinebat addictos. » Quid enim aliud exemplo Matthæi nos docet? « O quam dulcis, quam iucunda, quam delectabilis est ista festiuitas fratres mei, in qua scilicet ad amorem Dei peccator accenditur, fides augetur, mens quæ diffidebat erigitur, certæ spei gratia cumulatur. Nam quod alibi verbis instruimur, hîc viuis operibus experimur. Legimus siquidem: Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Inter pœnitentiam scilicet regnumque cœlorum, nihil est medium. Hæc autem præclara festiuitas, non modò dat pœnitentibus spem regni cœlorum, sed & pœnitenti narrat exhibitum cœlestis excellentiæ principatum. » Quanta porro & quàm ineffabilis est benignitas Redemptoris cum Publicano ad conuiuium sedere dignantis. Eum cum Onagro comparat Gregorius, de quo Iob scripsit: « Clamorem exactoris non audiuit; quia videlicet antiqui hostis insidias Dominus in carne manifestatus despexit, (cùm scilicet tentator in deserto dixit: Dic vt lapides isti panes fiant. Et dixit ei qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ; & duriores lapidibus Publicanos cum eis edendo, in se conuertere. Hic & exactoris Publicani clamorem audire se dis-

Chrysol. ser. 29.

Damia. ser. 50.

Matth. 3.2.

Greg. li. 30. mor. c. 18. in cap. 39. Iob.

Matth. 3.9.

ſimulauit, & indignum venia miſericordiam ſacrificio ſuperponens de ſtercore erexit. Subiicit poſt Iob Gregorius:) circumſpicit montes paſcuæ ſuæ. Montes accipimus omnes elatos huius ſæculi, qui in corde ſuo, altitudine terrena tumuerunt: ſed quia etiam tales Dominus Eccleſiæ ſuæ corpori conuerſas inuiſcerat, eoſque à priori elatione commutans, in ſua membra transformat, iſti montes paſcuæ eius ſunt: quia nimirum de conuerſione errantium, & de ſuperborum humilitate ſatiatur, ſi-
Io.4.34 cut ipſe ait: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me: & ſicut Apoſtolis ad prædicatio-
Io.6.27 nem miſſis præcepit dicens: Operamini cibum, non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. De his montibus per Prophetam dici-
Pſa. 93. 14. & 94. 4 tur: Non repellet Dominus plebem ſuam, quoniam in manu eius ſunt omnes fines terræ, (id eſt, extremi & remotiſſimi peccatores:) & altitudines montium ipſe conſpicit. Altitudines enim montium, elationes ſunt vtique ſuperborum. Quas Dominus conſpicere dicitur, id eſt ab iniquitate ſua in melius commutare. Conuertit namque Dominus eum quem conſpicit. Vnde ſcriptum eſt;
Luc.22. 61. Conuerſus Dominus reſpexit Petrum,&c. Et ſicut
Prou. 20. 8. Salomon ait: Rex qui ſedet in ſolio Iudicij,diſſipat omne malum intuitu ſuo. De hoc reſpectu mon-
Pſ.96.5. tium rurſum per Prophetam dicitur: Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini: quia poſt peruerſitatis ſuæ duritiam, diuina formidine liquefacti, ab illo prius rigido tumore ſubtracti ſunt, &c. In his itaque montibus paſcitur, quia bonis operibus conuerſorum, quaſi herbis virentibus ſatiatur,&c. Mons quidam Matthæus fuerat quando in telonij lucris tumebat: de quo & ſcriptum eſt, quia poſtquam credidit, inuitato in domum ſuam Domino conuiuium magnum fecit: Mons itaque iſte, huic

Digitized by Google

Onagro (assueto solitudini, & pernoctare in montibus in oratione Dei,) virentis pascuæ herbas protulit : quia & foris eum conuiuio, & intus epulis virtutum pauit : quod adhuc plenissimè expletur, cùm subditur : virentia quæque perquirit. Arescentia enim deserit corda hominum, quæ in huius sæculi spe peritura plantata, æternitatis fiduciam non habent. Virent autem, quæ illi hæreditati inhærent, de qua Petrus Apostolus dicit : In hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcessibilem. Tantò enim verius quique virentes sunt, quanto in hæreditatis immarcessibilis sorte cogitationis radicem figunt. » Nec minus quàm Isaac Christus libenter hœdis, id est peccatorum conuersione vescitur : « Hœdi nostis, quia peccatores sunt : nam ad sinistram erunt hœdi, & ad dexteram Agni; sed qui perseuerauerint hœdi, ipsi erunt ad sinistram. Nam nisi prius hœdi essent, non diceret Dominus : Non veni vocare iustos, sed peccatores. Quando enim Dominus conuersabatur cum peccatoribus, & manducabat cum Publicanis, Iudæi quasi agni, id est quasi iusti, & per superbiam magis hirci, obiecerunt Domino tanquam crimen, immo Discipulis eius dixerunt : Quare Magister vester, cum Publicanis & peccatoribus manducat? Respondit Dominus : Quomodo se defendit? Non est opus, inquit, sanis Medicus, sed malè habentibus : Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Vocat ergo hœdos, sed non vt perseuerent hœdi. Occidit enim illos Iacob, & præparauit inde epulas patri suo, &c. ad hoc occisi sunt hœdi, & manducati sunt, & traiecti in corpus vnum; sic occiduntur peccata in peccatoribus, & transeunt interfecti in corpus vnum Ecclesiæ; cuius Ecclesiæ figuram gerebat Petrus, quando ei dictum

1.Pet.1.4.

Aug. suppl.p. 1.ca.18. ser. 44.

Matth. 9.13.

Act.10. eſt, macta & manduca.» Hic cibus Chriſti, & ci-
13. bus electus: « Miraris Iudææ, cur miſceatur con-
Chryſol. ſer. uiuio peccatorum, qui propter peccatores & na-
29. ſci voluit, & non recuſauit occidi. Oblatras, cur
Eſa. 16. peccatorum vinum bibat, (quorum inebriatur la-
9. chryma) qui pro peccatoribus ſuum ſanguinem fudit? Et ſi vis poſſe amplius, ſuſcepit ipſe peccatum, (factus peccatum, id eſt hircus anathematis, manus & os ſimilitudinem carnis peccati in pellibus hœdinis indutus, hoſtia pro peccato;) ne perderet peccatores, in ſe ſententiam ſuam iudex retorſit; vt amaſſe ſe peccatores proderet magis, ſoluendo debitum, quàm donando. Non enim, inquit, veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Et quis non erat ægrotus, ipſa generis humani ſic ægrotante natura? Ad omnes ergo venit, qui omnes malè habentes, vt curaret inuenit. Sed planè mori meruit, qui Medicum contempſit, ne ſe accuſaret, vel confiteretur ægrotum.»

QVARTA REFLEXIO. Matthæum imitemur citò ſurgentem, peccata confitentem, nec ad telonium reuertentem. De Apoſtolorum citò obedientium vocatione, & cum Chriſto Collegio Pſaltes: « Principes, inquit, populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. Non vnius populi Principes, ſed Principes populorum omnium con-
Aug. in ueniunt cum Deo Abraham» inquit Auguſtinus.
Pſa. 46. Non vt Phariſæi, « ſuperbientes de nomine paterno, gerentes eius carnem, non tenentes eius fidem; ſemini adhærentes, moribus degenerantes.» Sed promptè ſicut Abraham de terra & cognatione, & naui, & retibus, & maximè vt Matthæus de laqueis auaritiæ & telonio egredientibus, ſubito con-
Victor gregati ſunt cum Deo Abraham: « Et hominum
Antioc. quidem amator ſeruatorque noſter Ieſus, Leui ta-

mersi totus quantus erat, in iniquitatem fæcibus immersus iaceret, non aspernatur, sed clementer inuitat. Ille verò animæ salutem cæteris omnibus potiorem ducens, cunctis desertis, se totum è vestigio vocantis nutui & voluntati mancipat, neque morosa dilatione Christum vocantem contristat. Verùm ob vocationis beneficium gratum se declarat. Nam magno mox conuiuio, in domo sua instructo, cùm Christum ipsum, tum cæteros omnes familiaritate coniunctos benignè ad illud inuitat. Facit id autem ne ipse solus beneficium accipiat, sed reliqui omnes vocati ad epulum venerant.» Aduertit & Victor Antiochenus, & humilem eius confessionem. Cùm enim iuxta D. Thomam & Bedam Binomius esset, Matthæus & Leui, iuxta prouerbium, iustus prior accusator est sui, voluit se vocare illo nomine quo magis erat notus, vt sic magis cognosceretur peccatum eius: « Et quidem Marcus & Lucas nomen quod illi familiare erat primæua appellatione obnubunt. Ipse verò Leui, dum Euangelij historiam contexit, palam quæ ad se pertinebant denuntians, ait, Cùm transiret Iesus, &c. Quo enim Medici artem impensius admireris, suum ipse vulnus aperit.» Dissimilis Pastori Lidio palam annuli ad manum reducenti, vt fieret inuisibilis. Et thesauri Regis Ægypti prædatori, qui reti captus, sibi caput per fratrem abscindi iussit, vt lateret. Quam multi similes peccata tegunt, dissimulant, renuunt confiteri. Tandem, ad pœnitentiæ plenitudinem, nuspiam ad telonium est reuersus. Animalia quippe ante faciem ambulabant, spiritus impetum sequentia, nec reuertebantur cùm ambularent. Nos nec vocantem sequimur, nec peccata plenè fatemur; nec occasiones relinquimus, & ad relicta delicta citò relabimur.

tom. 4. bib.PP. 299. in cap. 2. Marci.

Beda & D. Th. in ser. de S. Matth.

Ambr. Herodot. Greg. ho. 24. in Euãgel.

Ezech. 1.12.

Chryſ. ſer. 30. & ſer. 29. « Et quis eſt peccator, niſi qui ſe peccatorem negat? magis ipſe peccator eſt, & vt verius dicam, ipſe iam non intelligit peccatorem, &c. Vt intelligant ægritudinem, Medicum, vt curentur, admittant. Confiteantur ſe peccatores, vt modò Chriſtus parens & conuiua largiatur veniam; ne poſt Iudex ferat in contumaces debitam ſine fine ſententiam.» Cum Bernardo concludo: « Trahe me poſt te, quia ſatius mihi eſt vt me trahas, vt ſcilicet vim qualemcumque mihi, aut terrendo minis, aut exercendo flagellis, inferas; quàm parcens, in meo me torpore malè ſecuram derelinquas. Trahe quodammodo inuitam, vt facias voluntariam. Trahe torpentem, vt reddas currentem. Erit quando non indigebo tractore, quoniam voluntariè cum omni alacritate curremus, &c. Omnino propter manſuetudinem quæ in te prædicatur, currimus poſt te Domine Ieſu; audientes quòd non ſpernis pauperem, & peccatorem non horreas. Non horruiſti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non ſupplicantem Chananæam, non deprehenſam in adulterio, non ſedentem in telonio, non negantem Diſcipulum, non perſecutorem diſcipulorum, non ipſos crucifixores tuos.» Ne nos exhorreas peccatores: « Coniaces peccatori, eſuris pœnitentiam, ſitis reditum peccatorum, acceptas miſericordiæ fercula; ſumis poculum pietatis, venis ad conuiuium vita vt facias tecum conuiuere mortuos, inclinas paſtor bone humeros tuos, vt ouem perditam ſalutares reportes ad caulas.» Trahe nos, vt ſequamur relictis omnibus, donec ad virentia gloriæ paſcua deducamur. Amen.

Margin notes: Ber. ſer. 21. in Cant. — Chryſ. ſer. 30.

IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI.

Michaël vnus de Principibus primis venit in adiutorium meum. Dan. 10. 13.

ABſit, vt temerè ius diuinum inuadam, cuius ſolius eſt, & ſpiritus Angelicos condere, & ſingulorum merita ponderare: « Spirituum ponderator eſt Dominus; » qui nouit quem quiſque ordinem teneat Angelus; ſed non errabo, ſi cum Archangelo Gabriele, vnum de primis, hoc eſt inter primos Principes primum, Michaëlem dixero: quem, licet à Deo omnium Angelorum Rege, ad hominum Angelorumque Reginam, humanæ ſalutis œconomus miſſus, & tanti connubij Paranymphus, fortis ex nomine; adiutorem ſuum tamen, ac proinde ſuperiorem agnouit. De Angelorum Principe dicturus, & de eius dignitate, & tuo ſuper omnes ſpiritus imperio edoctus; vtpote proxima, & intimè adhærente Spiritui, & ſpirituum Domino, vnus ſpiritus facta cum eo; te prius cum eodem Gabriele Angelorum Reginam ſalutabo. Aue.

Prou. 16. 2.

Luc. 1. 26.

1. Cor. 6. 17.

EXORDIVM.

De Angelorum Primate ſermonem habituro, neceſſaria eſſet, nota Paulo in cœlum rapto, lingua Angelica; de ſubiecto à materia ſeparato, dicturo,

mens sublimis, & ab omni carnali fæce subducta;
Ps. 103. 5 de ministro, flamma omni & igne ardentiore tractaturo, zelus planè Seraphicus exoptandus. Sed
1. Cor. 13. 1. « si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam (Seraphinis propriam) quid factus sum, nisi velut æs sonans, vel cymba-
Esa. 6. 6 lum tinniens? » Vtinam mihi nunc de Altari sumpto ignito carbunculo Seraphim vnus polluta mea labia purificet. Sed vt spero, qui inter eos perstitit primus, tres actus Hierarchicos in me beneuolus exercebit; purgabit, illuminabit, perficiet me; vt
Divisio. primò de summa eius & præcellenti dignitate; secundò de eius honore, & imitatione disseram.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Sed iam audire mihi videor Deum longè meliori ratione, quàm Iob sanctissimo obsistentem; di-
Iob 38. 33. centemque: « Numquid nosti ordinem cœli (Sanctes Pagninus ex Hebræo, statuta cœli) & pones rationem eius in terra? » Oporteret certè cum
2. Cor. 12. 2. Paulo terris erepto, & in tertium vsque cœlum rapto, & in cœlis conuersato, ordinis cœli, eiusque militiæ à Deo mirabiliter constitutæ, fuisse spectatorem, vt in terra rationem eius meo sermone describerem. Sed cùm eodem Apostolo teste,
Ephes. 3. 10. « innotescat Principibus, & Potestatibus, in Cœlestibus (Syriac. qui sunt in cœlis) per Ecclesiam, multiformis Sapientia Dei, » non quòd ex Diuo
D. Th. ibid. Thoma, Ecclesia militans, instruat triumphantem, sed quòd in effectu videat triumphans multiplicem à Deo in militantē in dies effusam gratiam, & arcanorum reuelationem: Cùm ipsa, à Spiritu sancto edocta, Michaëlem primum ac summum omnium Angelorum agnoscat in terra, talem ipsum in

Digitized by Google

cœlo ordinem poſſidere, audentiſſimè cum antiquiſſimo Drepanio, Pantaleone, Sophronio, profitebor.

Et licet videatur Gabriel in noſtro themate, non abſolutè primum, ſed vnum ex primis, dicere; & Iudas Apoſtolus non Seraphim, ſed Archangelum vocet: « Cùm Michaël Archangelus cum Diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore: » nihil tamen excellentiſſimæ eius detrahit dignitati. Iud. 9.
Primò enim iuxta verſionem Septuaginta, ſimpliciter apud Danielem legitur: « Ecce Michaël vnus de Principibus, venit ad auxiliandum mihi. » Deinde quis vel tenuiter in Scripturæ ſacræ idiomate verſatus, vnum, pro primo vſurpari ſolitum neſcit? Dan. 10, 13.
Vt quid enim Moyſes de primo Creationis die luci addicto præfatus eſt: « Factum eſt veſpere & mane dies vnus? Gen. 1. 5
Quid Marcus de Reſurrectionis Dominicæ, die, prima quidem hebdomadis, quo vera lux mundi Chriſtus de ſepulchri tenebris emerſit: Valde mane, inquit, vna Sabbatorum. » Cui ſubſcribit & Lucas: « Vna autem Sabbati valde diluculo, &c. » Simiter & Ioannes: « Vna autem Sabbathi. » Quin & in Actis Apoſtolorum: « Vna autem Sabbati, cùm conueniſſemus ad frangendum panem, Syriac. Euchariſtiam. » Marc. 16. 2. Luc. 24. 1. Ioa. 20. 7. Act. 20. 7.
In quibus omnibus noui Teſtamenti locis vbique conſtanter in tranſlatione Syriaca habetur: « Primo autem die hebdomadis. » Quid ergo prohibet nos vſitato Scripturæ ſenſu, vnum ex primis, id eſt primum omnium, cum Gabriele dicere Michaëlem? Vel vnum dixit ex Principibus primis, collectiuè ſumendo omnem prorſus numerum Angelorum, etiam Apoſtatarum, quorum Princeps Lucifer, « Initium viarum Domini, & ſignaculum ſimilitudinis » appellatur; cuius comparatione, Michaël Iob 40. 14. Ezech. 28. 12.

vnus ex primis potuit nominari. Nec mirandum à Iuda Archangelum dictum; cùm hoc nomen ſit, ſicut & Angeli, non naturæ, ſed officij. Ad hæc, non attenditur in hoc nomine, ordo ille ſummus quem tenet in cœlo, ſed miniſterium quod exercuit in terra, tam circa Synagogam, quàm erga Eccleſiam. Paulus præterea abſque vllo ordinis diſcrimine: « Omnes, inquit, ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. » Quidquod & ipſe Raphaël profeſſus: « Ego, inquit, ſum Raphaël Archangelus, vnus ex ſeptem qui adſtamus ante Dominum: » vel vt legunt Septuaginta: « Ego ſum Raphaël, vnus ex ſeptem ſanctis Angelis qui offerunt Orationes Sanctorum, & ingrediuntur in conſpectu gloriæ Sancti: » Nec Archangelum ſe dictitauit, ſed ſimpliciter Angelum: quaſi non ad principalia, ſed minora miſſum, vt priuatæ domus, & Tobiæ familiæ ſollicitudini incumberet. Vnde ſic vtrumque his verbis compellat Aug. « Quid, inquit, meruiſtis pater Tobias filiuſq; Tobias? Mercenariũ habere cœleſtem, & tanquam operariũlocare terreſtrem. Cælauit vobis Angelus nomen: Azarias ſum, inquit, Ananiæ magni filius: Et non dixit: Ego ſum Raphaël Angelus. Cælauit in primo nomine dignitatem, ne faceret locatori terrorem. Si enim diceret, Ego ſum Angelus; non eſſet Tobiæ mercenarius. Seruata eſt dignitas nominis, vt poſtremò magnitudo clareret dignitatis. Videte, chariſſimi, quantum ſit Eleemoſynæ meritum, Angelum meruit habere operarium. » Quid dicam de illo Cherubim terreſtris Paradiſi cuſtode? « Eiecit Adam: & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendiam viam ligni vitæ. » Vt cùm

Greg. ho. 34. in. Euã.

Hebr. 1. 14.

Tob. 12. 15.

Aug. ſer. 226. de tẽp.

Gen. 3. 24.

Digitized by

plenitudinem ſcientiæ ſignificet hoc nomen, cuius appetitu præpoſtero in eſu prohibito ligni ſcientiæ deliquerat, eiectus Paradiſo, à Cherubim illuc regredi prohibitus, criminis ſui elogium in custodis fronte videret expreſſum. Vbi vides cœleſtis Ieruſalem incolam, Deo ſic volente, « poſitum in pomorum cuſtodiam. » De quo ſic Bernardus: « Quid, inquit, æſtimare vetat, deiecto Lucifero ad peruigiles excubias Seraphim conſtitutos, ſicut eiecto homine, teſte Scriptura, Cherubim ad cuſtodiam poſuit Deus? nec incongruè forſitan Cherubino flammeus traditur gladius; vt à ligno vitæ inciſio pariter & incenſio, quibus nihil carni terribilius, manum prohibeant corporalem. » Et rurſum ſic Luciferum aggreditur: « Vt quid tu, qui mane oriebaris Lucifer, in veritate non ſtetiſti, niſi quia Seraphim non fuiſti. Seraphim quippe ardens vel incendens interpretatur. Tu verò habuiſti miſer lucem, ſed ardorem non habuiſti. Bonum erat tibi ſi ignifer magis eſſes, quàm Lucifer: Nec tam immoderato appetitu lucendi, vt eras frigidus ipſe, frigidam quoque eligeres regionem. » Nec ſoli Paradiſo cuſtodiendo præfectus eſt Cherubim, ſed & animalium forma, geminæ rotæ, & cœleſti, & terræ, & maris orbi regendo, deputatus eſt Cherubim quadriformis, apud Ezechielem. « Vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub vnum: ſpecies autem rotarum erat quaſi viſio lapidis chryſoliti. » Et ne quis ordo, etiam ſupremus, ab infimo miniſterio vacet, vnus de Seraphim, non iam ad purgandam Prophetæ mentem, ſed & labia calculo igneo purificanda miſſus eſt: « Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit

Pſ. 78. 1.

Ber. ſer. 5. de verbis Eſaiæ.

Ber. ſer. 3. de ve. Eſaiæ.

Ezech. 10. 9.

Eſa. 6. 6

os meum, & dixit : Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. » Septuaginta paulò expreſſius : « Miſſus eſt ad me vnus de Seraphim, & in manu habebat carbonem, &c. & peccata tua circumpurgabit. »

Ezech. 1. 5. Apoc. 4. 6. Cùm ergo & Cherub animalia apud Ezechielem, & in Apocalypſi vocitentur, & abactas & percuſſas iaculo boues Michaël in ſua clientela poſitas vltus fuerit; nec Seraphim dedignatus fuerit vnius Eſaiæ labia purgare; quis ex Archangeli nuncupatione, ordinem Seraphicum Michaëli derogare præſumat, cùm maximè ipſe omnium Angelorum Dominus, in viliſſimum hominum miniſterium ſit miſſus à Patre, quem ob nimiam in homines charitatem, non Angelum modo teſtamenti, ſed & Seraphim quoque Bernardus appellauit? « Nec mireris, inquit, hominem Seraphim factum, memento quia Creator & Dominus Seraphim, factus eſt homo. Ad contumeliam tuam, ô ſuperbe, qui creatus inter Angelos ſtare non meruiſti : Ecce Rex noſter nouos in terra Angelos fabricaturus aduenit : atque vt tabeſcas amplius, & liuore proprio torquearis : non qualeſcumque, nec inferioris alicuius Ordinis Angelicos, ſed Seraphim. Audi enim quid ipſe loquatur : Ignem, inquit, veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur? Vult ergo Seraphim fabricari, vt ibi ſtent, vnde tu corruiſti. » Accipe & Damianum. « Quantum putas tumultum in cœleſtibus efferbuiſſe palatiis, cùm mortifer ille vaſtator, irreparabile diſſidium in illa cœleſti curia fabricauit, conuentum proſcidit Angelicum, & agmina ſtellantia, ſecum traxit in montem. Deſæuiit tunc omnipotentis indignatio, totaque diuinitatis dextera percuſſus eſt inimicus, & in perditionis deuolutus eſt abyſſum. »

[Margin notes: Ber. ſer. 3. de ve. Eſa. — Luc. 12. 49. — Damia. ho. 52. de S. Mich.]

Digitized by Google

Quantam putas in Michaële virtutem, in via tam lubrica, tentatione tam vehementi, aduerſario tam forti, vt primo omnium Angelorum Principi, tam ſuadibili ſpiritui, in communi naturæ Angelicæ cauſa, in re poſſibili Spiritui, eidemque naturæ conuenientiſſima reſtitiſſe diabolo, & in veritate ſteciſſe, Dei ordinationi, & voluntati ſubmiſſum, adoraſſe cum ſuis Angelis primogenitum Dei in orbem terrarum introductum, vermem futurum & non hominem? Quale ac quantum proprij ſui Iudicij ſacrificium! Quæ gloria, exemplo ſuo traxiſſe tantam multitudinem Angelorum, & Dei nutui atque obedientiæ cæcæ ſubdidiſſe. Si tantum meruit Ioannes Baptiſta ſe non eſſe Meſſiam conteſtatus, quid meruit Michaël Luciferum honorem vnionis hypoſtaticæ ambientem, eóque conſcendere volentem, zelo ſuo feruentiſſimo coercens, & illud Pſaltis ex proprij nominis emphaſi, Quis vt Deus, præcinens? « Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra. » Applaudit Michaëli Ber. « Scriptum eſt, inquit, quis ſicut Dominus Deus noſter, &c. Vide ne fortè Michaëlis verbum ſit, ſuperbo illi dicenti, ſimilis ero Altiſſimo, in faciem reſtitentis: Michaël quippe interpretatum dicitur, Quis vt Deus. » Inſultat Lucifero Damianus, non aſcendere modo, ſed ſtantibus cæteris ſedere volenti: « Seraphim ſtabant, non ſedebant. Vidi Dominum & vniuerſam militiam cœli aſſiſtentem ei, ait Propheta. Aſſiſtentem dicit, non ſedentem. Omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, ait Euangeliſta. Et alibi; Vidi turbam magnam, &c. ſtantes ante thronum. Sed & Virgo ſingularis aſtat à dextris in veſtitu deaurato. Moyſes vt videat tranſeuntem Dominum, ſtat in petra, & Helias ſtat in conſpe-

Hebr. 1. 6.
Pſ. 21. 6.
Pſ. 112. 5
Ber. ſer. 2. de verb. Eſa.
Eſa. 14. 14.
Damia. ho. 52. de S. Mich.
Dan. 7. 10.
Apoc. 7. 11.
Apoc. 7. 9.
Pſ. 44. 11.
Exod. 33. 21.

3. Reg. 19. 11. Ps. 5. 4. ctu Domini, (& Propheta Regius mane, inquit, astabo tibi,) & omnis creatura Imperatoriæ Maiestati assistit. Solus ille transfuga spiritus, dissensionis principium, Princeps malitiæ, malorum summa voluit consedere. Sedebo, inquit, in monte testamenti: Omnes stant, omnes ministrant, & tu pacis inimice sedere præsumis? Ipse filius, idem quod Pater, sedere nescit, donec dicat ei Pater: Sede à dextris meis.» Æquum erat vt eo deiecto; in eius locum ascenderet, & staret Michaël «: Seraphim stabant, nomen est Ordinis Angelorum summi atque supremi, vt meritò stare super cæteros describantur. Et ipsi tamen quamlibet cæteris præstent, adstant nihilominus Domino præsidenti, deuotum vtique ministerium, & plenum reuerentiæ obsequium exhibentes.» ait Bernardus. Neque verò Ecclesia Spiritus sancti Sponsa, tot annis decepta credi debet, quæ post sanctissimam Trinitatem, & Deiparam, primum omnium in Litaniis inuocat Michaëlem: nec Deus iustus alterum, si quis apud cœlites maior foret, præposito Michaële, debito eum honore fraudaret. Alium porro quempiam Michaële diuini honoris zelo flagrantiorem Scriptura non recolit. Vnde Ioannes in Apocalypsi describens magnum illud certamen Angelorum: « Factum est, inquit, prælium magnum in cœlo: Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo.» Vbi aduertis in primo, Angelos dici Michaëlis, quasi summi ducis. Secundò licet draco tertiam partem stellarum, hoc est Angelorum post se traxerit in suam Apostasiam abductos; maior tamen pars adhæsit Michaëli, nec par fuit credere, non stetisse maiorem Ordinis Seraphici par-

Esa. 14. 13.

Ps. 109. 1.

Ber. ser. 5. de verbis Esa.

Apoc. 12. 7.

Digitized by Google

tem; nec quemquam in tuendo honore Dei, cuius ſimilitudinem Lucifer inuadere præſumebat, primo eiuſdem Ordinis Principe fuiſſe feruentiorem. Hic quippe Michaël in ipſo mundi exordio, contra Luciferum in progreſſu pro Moyſi corpore non reuelando, ne à Iudæis pro Deo coleretur, contra Diabolum; in fine ſæculi, contra Antichriſtum « extollentem ſe ſuper omne quod dicitur Deus & colitur » perſeuerantiſſimè atque inuictiſſimè deprælians, iuxta nominis emphaſim, « Quis vt Deus » inducitur. De quo & Paulus: « Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. » Quem in locum D. Thomas: « Ille, inquit, ſingulariter iniquus reuelabitur, quia manifeſta eius erit culpa. Quem Dominus Ieſus, &c. Spiritus Chriſti eſt amor Chriſti: & hic zelus eſt Spiritus ſancti quem habet ad Eccleſiam. Vel ſpiritu oris ſui, id eſt mandato ſuo. Quia Michaël interfecturus eſt eum in monte Oliueti, vnde Chriſtus aſcendit. » Spiritus item oris Chriſti Michaël non incongruè cenſendus eſt, per quem, quaſi oris ſui ſpiritum ſæpè hominibus locutus eſt Deus. Sub finem item ſæculi Drepanius Florus Poëta Chriſtianus, aduerſus antiquum ſerpentem propugnaturum Eccleſiam cecinit:

Iud. 9.

2. Theſ. 2. 4.

2. Theſ. 2. 8.

D. Th. ib. lect. 2.

Drepanius Flor. to. 5. bibl. PP. 3. in Hymn. ad Mic. Arch.

« Hic ſub fine etiam cùm ſerpens ille vetuſtus
Intulerit Chriſto prælia caſſa Deo:
Cœleſtem cupiens telis exſcindere ſedem,
Et populum ſacrum carpere dente fero:
Conſurget toto cœleſtis turbine pugnæ,
Flammarumque globis caſtra nefanda premet. »

Digitized by Google

Apoc. 22.13. Sap 8.1. Apoc. 7.2. Sic semper pro eius gloria « primus & nouissimus initium & finis, attingit à fine ad finem fortiter, ab ortu solis ad occasum, habens signum Dei viui » vexillifer certauit & vicit. Quod si locum & thronum deuicti Luciferi æquum fuit occupare victorem, quàm sublimem in gloria par est nos honorare Michaëlem?

Matth. 11. 11. Si minor in regno Cœlorum, id est etiam minimus Angelorum, qui semper vident faciem Patris, maior est ipso omnibus hominibus maiore Ioanne Baptista, quantus erit Michaël omnibus Angelis maior? Si iuxta Metaphysicos, essentiæ rerum sunt numeris similes, quorum minores omnes in maiore continentur: quis gradus excellentissimæ naturæ, gratiæ, gloriæ Michaëlis enumeret, qui omnium simul Angelorum perfectiones in se vno collectas possidet. Si primum in vnoquoque est mensura cæterorum, quis huius Principis, primæ rerum omnium mensuræ proximi merita metietur? Quem Sophronius Archiepiscopus Constantinopolitanus: « Vniuersæ creaturæ illustratorem » nuncupauit. Et sanctus Pantaleon primum locum obtinere dixit inter millia millium, qui Deo proximus, citra vllum stuporem trisagion canit. » Quique Deum ipsum in rubo, medias inter spinas zelo ignito populi afflictioni compatientem & in monte Sina legem Moysi dantem cum tubæ sonitu repræsentauit; cuius & tuba mortuos ad Iudicium excitatos congregabit; vnde dum sic præfatus affatur Sophronius: « O ter sanctissimè, summéque amande, & venerande sacræ militiæ Princeps, & administer Michaël, Angelorum Coriphæe, omni cultu, omnique laude celebratione dignissima, &c. qui ingenti illa, horrendaque, ac longè latéque per omnia sonitum spargente tuba olim personiturus es:

Sophr. orat. 6. de Angelorũ excell. Pantaleon apud Simeon. Metaphrast. Sophr. supra.

es: Cuius quidem terribili clangore, qui à sæculo mortui fuerant, ex abditis terræ receptaculis resurgent; & terra veluti funda rotata mouebitur, & elementa dissoluentur, &c. Et magnates, & potentes, & Duces, & terræ Iudices, & reliqui populi humiliabuntur: & quod grauissimorum dolorum & gemituum, stridoremque dentium, ac omne genus suppliciorum tempus iam adesse cernent, præ timore & horrore exanimabuntur.»

Quidquod & in iudicio particulari à Christo delegatum Iudicem multi graues Authores censuerunt. Ethius, Soto. Abulēs. Serrar. Viegas. Quem & Isaïas Angelum faciei Dei post Moysem vocat. « In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & Angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi.» Esa. 63. 9. Quod longè aliter in Hebræo refertur: « In omni angustia eorum, ei fuit angustia, &c. propter dilectionem suam, &c.» Deus quippe ex natura sua immutabilis, affligi non potest: sed propter nimiam dilectionem factus homo, compassus est nobis, « tentatus per omnia in similitudinem absque peccato, vt misericors esset & condolere posset.» Sanct. Pagn. Pagn: Hebr. Hebr. 4. 15. Hebr. 5. 2. Septuaginta verò ab vtroque distant, « non legatus, neque Angelus, sed ipse saluauit eos, quod diligeret eos, & parceret eis.» Heb. 2. 17. Vt autem in Iudicio priuato iustitiam exerceat, id præstat per delegatum Angelum faciei suæ, qualem & eum inducit Moyses immortalem & tribulationis expertem: Esa. 63. 9 « Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.» Exod. 33. 14. Quod autem hîc, non seipsum Deus, sed Angelum se repræsentantem intellexerit, non obscurè innuunt verba Moysi sequētia: « Et ait Moyses: si tu nos ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.» Dicitur autem Michaël

Angelus faciei, quòd Majeſtatem eius præ cunctis creaturis exprimat; vnde & Chaldaïca Paraphraſis ibidem: « Maieſtas mea ibit. » Quidquod & ab Hebræis Mitraton, id eſt Princeps facierum eſt reputatus iuxta Georgium Venetum: « Deus, inquit, dedit Moyſi ducem & virtutem Michaëlem, vt pugnaret contra hoſtes, & Mitraton facierum Principem, qui eum ad faciem Dei cum opus eſſet introduceret. Facie enim ad faciem loquebatur. » Multò melius, quòd animas, & ſingularum facies examinet in iudicio priuato, idem ipſe qui primus & Princeps à Dei facie immediatè illuſtratus « illuſtrator eſt vniuerſæ creaturæ » & rationalis in illa poſt mortem diſcuſſione luſtrator. Cui concinit & Tertullianus de anima proximè excedente corpore ſic factus: « Tunc, inquit, & enuntiat quæ videt, tunc exultat, aut trepidat, prout paraturam deuerſorij ſui ſentit; de ipſius ſtatim Angeli facie, vocatoris animarum, Mercurij Poëtarum. » De quo aliquid & ſubodoratus eſt Plato: « Vnumquemque, inquit, mortuum cuiuſque dæmon qui viuum ſorte obtinuit, ad quemdam locum ducere aggreditur, vbi congregatos iudicare oportet. » Id planè de Michaële ſentit Eccleſia; « Michaël Archangele, conſtitui te Principem, ſuper omnes animas ſuſcipiendas. Et rurſum: « Signifer ſanctus Michaël repræſentet eas in lucem ſanctam. » Nec fruſtra gladium cum libra portat. Gladium quidem ſimilem flammeo & verſatili Cherubim: cum cuſtodiat oſtium Paradiſi; & dicat Paulus: « Vis non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa: Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. (O verſatilem gladium, ex vtraque parte acutum, propugnantẽ te, vel contra te pugnantem!) Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: Vindex

Georg. Venet. tom. 1. ſect. 5. probl. 343.

Tertul. lib. de anima cap. 53.

Plato in Phædone.

Rom. 13. 3.

in iram ei qui malum agit. » Libram autem, non iam Critolai, inter ſydera relatam, quam Aſtrologi mediam ponunt inter remiſſam in ſeueritate, nimiamque in pietate Virginem, & extremum in aſperitate Scorpionem : ſed libram iuſtitiæ, quam exercet in iudicio particulari : « Omnis enim qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu portat » ait Gregorius. Et Sapiens : « Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt. » Georgius autem Venetus expreſſè libram in eius manu ponit : « Ipſe, inquit, Michaël, Sacerdos cœli, coæquat ſumma iuſtitia vniuſcuiuſque merita cum præmio ſibi dando. Omnia namque ſubtiliſſimè diſcutiuntur in tribunali diuinæ iuſtitiæ : Cuius loci, inter Angelos ibi adſtantes, Michaël principatum tenet. » Et alibi, menſuram terræ promiſſionis, iuxta Ezechielem & Apocalypſim exponit de « menſura hominis quæ eſt Angeli » qua ſupremam regionem & ciuitatem metiuntur. « Et hoc, inquit, vt hoſpitium illud quo cum Deo hoſpitantur homines & Angeli, ſit proportionatum ipſis hoſpitibus. Nec dicit, menſura diuina; cum ipſe Deus non menſuretur, ſed omnem menſuram excedat, &c. Nec tantum menſurantur hoſpites & hoſpitia, ſed & decimæ & fructus, id eſt opera, quæ proportionata eſſe debent præmio, in illa ſuprema regione ſuſcipiendo. Deus enim omnia diſpoſuit numero, pondere, & menſura. » Diuus quoque Pantaleo Diac. Magnæ Eccleſiæ Cartophilacis : « Michaël, inquit, qui eſt verus & ſincerus Dei aſſeſſor, & ducit ordinem Virtutum cœleſtium, & eſt ſapiens Gubernator eorum qui in Deum credunt. » Et iterum « à Deo conſtitutus eſt aſſeſſor myſticæ Trinitatis. » In quo quidem examinis libramine, nulla fit authoritati Iudicis ordinarij iniuria per delegatum. Nec fidem dero-

Cicero 4. de fi. & Tuſc. 5.

Greg. Prou. 16. 11. Georg. Venet. tom. 6. ſect. 9. probl. 368.

Tom 2. ſect. 8. probl. 462.

Sap. 11. 21.

Apud Simeon. Metaphraſt.

gat huic ſententiæ, quod Chriſto Pater omne iudicium dederit: per hoc enim vniuerſale iudicium Auguſtinus intelligit, quod Reſurrectionem omnium de qua illic agitur ſubſequi debet. Nec vero ſimile haberi poteſt, Chriſtum toties vel è cœlo deſcendere ad ſingulas animas poſt exceſſum iudicandas, vel tot ſimul in locis reproduci ad Iudicium exercendum, vel tot reproborum animas ſurſum in cœlum aſcendere ad illud ſubeundum. Longè ergo probabilius eſt, ſi « illuſtrator ille vniuerſæ creaturæ, » pro ſpeciei ſuæ, & dignitatis excellentia, maxima actiuitatis Sphera gaudens, & iuriſdictionis extenſione vniuerſali, ſimul totum orbem occupans, vbique, ſiue terra, ſiue mari, omnium morientium animas, ſtatera ſua librare, & iuſta cenſura mulctare, & pro meritis, cœlo, vel inferno, pœna, vel præmio, authoritate ſibi commiſſa donare credatur.

Tract. 21. in c. 5. Ioan.

Sophr. ſupra.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Quantus honor exhibendus eſt Michaëli, gloriæ Dei in omnibus cauſis defenſori, & Synagogæ primum, dehinc Eccleſiæ protectori? « Lectulum Salomonis, Chriſti Eccleſiam ſexaginta fortes ambiant, ex fortibus Iſraël: » Michaëlem omnes vt ducem ſuum præfectumque inuictiſſimum cœleſtis militiæ venerantur, cuius nomini & ipſum Dei nomen inſertum eſt: « In quo, ait Georgius Venetus, fuit nomen Dei: & eſt nomen meum in illo: Michaël enim, Quis vt Deus, interpretatur. Cuius nominis virtute, Moyſes hoſtes omnes colliſit. Ipſum vero Moyſem tanta diuinitate repleuit nomen illud, vt Deo plenus, & Deus Pharaonis dictus ſit. Nam virtutem diuini-

Cant. 3. 7.

Exod. 23. 21. Georg. Venet. tom. 1. ſect. 5. probl. 343.

Digitized by Google

tatis in ipſum Pharaonem exercere debebat. » An Turcis cedemus, qui Michaëlem, Gabrielem, Saraphielem, Archangelos ſecretarios deitatis agnoſcunt? An Paganis? qui Soſtenium templum in eius honorem erexerunt. Cum enim Argonautæ irent in Colchos ab Amico fugati, in Syluam incultam ſe collegerunt. Vbi cum laterent, cœleſtis eis virtus apparuit humana forma alata, eos de victoria ſuper amicum reportanda commonens, cuius ductu ſtrauere hoſtes, partaque victoria, in gratiarum actionem extructo templo imaginem eius dedicarunt, ædemque ſacram Soſtenium inſcripſerunt, quòd ibi reſumpto animo aduerſarios profligaſſent. Qua cum forte iter ageret Conſtantinus Magnus, noctu dormiens eadem viſione potitus vocem audiuit dicentem, ſibi: Ego ſum Michaël Archangelus, Dux exercituum & Virtutum Domini, defenſor Chriſtianæ fidei, qui tibi eius fideli miniſtro, ad eam propugnandam arma miniſtraui, quibus tyrannos debellaſti. Excitatus à ſomno, ibidem verſus Orientem in eodem templo altare imperiali magnificentia dignum extruxit. Baronius quoque iuxta Procopium refert Iuſtinianum: « Militiæ cœleſtis Summo Principi Michaëli pluribus in locis erexiſſe Eccleſias, probè ſcientem, ſi talem tantumque Ducem ſibi conciliaret, qui rebelles Angelos cientes in cœlo prælium ſuperaſſet, certam ſecuramque poſſe de vincendis Vuandalis habere fiduciam. »

Libro inſcripto doctrina Mahometh. pag. 190

Niceph. Calixt. l. 7. hiſt. Eccl. cap. 50.

Baron. an. Chr. 532.

SECVNDA REFLEXIO. Quanto humanæ ſalutis zelo ardeat Michaël, vel ex eo liquet, quod propius amoris fonti proximans, vt Verbi in genus humanum affectum perſpicacius agnoſcens, ſe diuino eius nutui magis conformat, nec dedignatur in omnibus homini miniſtrare, Filium Dei cernens

ab initio decreuiſſe ſe omnium hominum nouiſſi-
mum exhibere miniſtrum. Ille fuit qui referente
Apud Pantaleone Diacono à Deo miſſus eſt ad primum
Lipom. Parentem, vt eum & terram colere, & cæteras
artes doceret exercere. Vt mirum non ſit ſi & ab-
actas in antrum ſibi creditum boues repercuſſo in
vibrantem telo ſit tutatus. Vt libeat cum Paulo
1. Cor. exclamare? « Numquid de bobus cura eſt Mi-
9. 9. chaeli? » Ille qui Iſaac librato iam patris gladio
Gen. 22. eripuit. Ille qui Balaam à maledicendo Dei popu-
10. lo deterruit. Qui Ioſué fortiſſimum bellatorem
Num. 22. 22. animauit. Ille qui Gedeonem contra Madianitas
Ioſué confortauit. Qui centum octoginta quinque mil-
1. 6. lia de exercitu Sennacherib de medio ſuſtulit. Qui
Iudic. tres pueros à fornacis incendio protexit. Qui Da-
6. 12. nielem à Leonibus præſeruauit. Qui eidem per
4. Reg. 9. 35. Habacuc capillis apprehenſum prandium meſſo-
Dan. 3. rum tulit. Qui motâ piſcinâ probaticâ quoſlibet
49. morbos ægritudineſque curauit. Qui tandem &
Dan. 6. in templo Soſtenio quaſi ſalutis loco, à Conſtanti-
22. no Deorum templa, & Æſculapij Deorum Medici
Dan. euertente, conſtructo, Aquilinum aduocatum mor-
14. 35. bo colera laborantem, noctu monitum, melle
Io. 5. 4. cum vino & pipere prorſus contrario, curauit. Pro-
Baron. batianum item Medicum Conſtantini caſtra ſe-
an. 300. iuxta quentem podagra laborantem, inibi ſoluit. Qui
Sozom. cum olim Græca ſuperſtitione imbutus, vix Do-
minicæ crucis vim agnoſceret, à Michaële ſignum
crucis ante altare ſui Templi in viſione monſtrato
didicit, ex quo Chriſtus in eo pependit, nihil ab-
ſque hoc ſigno hominibus à Deo concedi, quem-
cumque tandem Sanctum aut Angelum ſibi auxi-
liarem poſcerent. Vt mirum non ſit ſi credatur ille
fuiſſe Seraphim cruciformis qui beato Franciſco
Domini ſtigmata impreſſit, quique iuxta Ioannis

Apocalypſim poſt ſonitum tubæ mortuis excitatis,
ſignum Dei viui, hoc eſt vexillum crucis in iudicio
præferet: « Quoties enim miræ virtutis aliquid Greg.
agitur, Michaël mitti perhibetur. Vt ex ipſo actu ho.34.
& nomine detur intelligi, quia nullus poteſt face- in E-
re, quod facere præualet Deus. » Sed & ex fre- uangel.
quentibus eiuſdem in humana forma apparitioni-
bus quibus ſuam in homines beneuolentiam ſæpiſ-
ſimè teſtatus eſt, ſui erroris originem ſumpſit Baſi-
lius quidam habitu Monachus, profeſſione Medi- Baron.
cus Bongomilorum Hæreſiarcha, qui inter cætera an.1118.
dogmatica docuit Michaëlem Archangelum fuiſſe
incarnatum: qui poſt ſparſam vbique per quinqua-
ginta duos annos hæreſim, eam tandem Conſtan-
tinopolim aduexit, quemque deprehenſum Alexius
Comnenus Imperator flammis addixit, quod Tri-
nitatem negaret, Deum humana forma præditum,
mundum ab Angelis malis conditum ſuſtineret.
Sed licet inter homines humana ſpecie ſit viſus,
non tamen verè fuit humanatus: ſed ad hominum
ſalutem frequenter miſſus. Vt Angeli ad ſingulo-
rum defenſionem, vt Archangeli ad maiorum re-
uelationem, vt Principatus ad Principum inſtru-
ctionem; vt Poteſtates ad dæmonum repreſſionem,
vt Virtutes ad miraculorum operationem, vt Do-
minationes ad ſenſuum Domino rationis ſubiuga-
tionem, vt Throni ad iudicium informationem, vt
Cherubim ad ſcientiæ eruditionem, vt Seraphim
ad cordium inflammationem. Et quod ſinguli præ-
ſtant, hoc vnus Michaël omni lapide pretioſo or-
natus, & detractis Lucifero ſpoliis amictus exhi-
buit: « En liberalis ac munificentiſſimus Dei ma- Pantal.
gnus ille Dux exercitus, qui fidelium populorum Diac. in
Eccleſias exhilarat, Romanorum cuſtodit Rempu- laud.
blicam, Chriſtianos victores reddit, ab ingentibus Mich.

maris fluctibus, eos qui inuocant eripit; Dæmonis impetus propulsat, vitiorum flammas restinguit, &c. Per te, Michael vniuersa copiosa omnium bonorum suppeditatio datur ab omnipotente Dei prouidentia his qui in te sperant, citra vllam dubitationem. Per te omnis gratia illuminans, sapientia, data est fidelibus. Ac demum per te dantur stipendia iustorum, & fideles assequuntur trophea victoriæ.»

Tertia Reflexio. Sub eius patrocinio nobis est cum diabolo certamen audacter ineundum, cuius vel solius vmbra nominis Iudas Machabæus victor extitit. Hebræi quippe referunt Iudam Machabæum inde vocatum, quod in vexillis suis inscribi curasset « Michabi » quod significat, « Quis vt Deus. » Zelum quippe Michaëlis pro gloria Dei certantis fuerat æmulatus. Iuxta Cabalistas autem, currus Dei quatuor gemmis constat, quarum dextera Michaël appellatur: ex qua læta omnia nobis eueniunt. « Currus Dei decem millibus multiplex:» Et tota cœli militia armis lucis contra tenebrarum principes castra Dei propugnat, pugnatque pro nobis; sed Ducem omnium securi de victoria Michaëlem inuocemus & nominis eius memores fausta & læta omnia expectemus. Qui enim ipsum Gabrielem pro Iudæis certantem contra Persarum Angelum adiuuit, longè propensius nos contra diabolum certantes adiuuabit. Vbi per transennam aduertes sanctorum Angelorum sicut in Sunamite pacificos Choros esse castrorum. Deus enim secundum Iob « facit concordiam in sublimibus suis. » Quo loco Gregorius exponens Danielem: « Is, inquit, Angelus qui Danieli loquebatur, captiuis Israëlitici populi in Perside constitutis Prælatus agnoscitur: Michaël autem eorum

Ioann. Capnio Consil. Maximiliani.
Psa. 67. 18.
Iob 25. 2.
Greg. lib. 17. moral. cap. 8.

qui ex eadem plebe in Iudæa remanſerant, Præpoſitus inuenitur, &c. Cumque vniuſcuiuſque gentis vel culpa, vel iuſtitia ad ſupernæ Curiæ conſilium ducitur eiuſdem gentis præpoſitus vel obtinuiſſe in certamine, vel non obtinuiſſe perhibetur. Quorum tamen omnium vna victoria eſt, ſui ſuper ſe opificis volũtas ſumma: quã dum ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent nunquam volũt. Benè ergo dicitur: qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Sequitur: Numquid eſt numerus militum eius, &c. Supernorum ciuium numerus infinitus, & definitus exprimitur: Vt qui Deo eſt numerabilis, eſſe hominibus innumerabilis demonſtretur, &c. Angelicos verò ſpiritus rectè Dei milites dicimus, quia decertare eos contra poteſtates aëreas, non ignoramus. » Vnum cauendum, ne peccatorum noſtrorum merita tanti ducis, & militum eius victoriam pro nobis certantis aut impediat prorſus, aut ſuſpendat. Et nos ipſi colluctatori manus porrigamus ignauas. Vnde ibidem ſubiecit Gregorius: « Quia verò, inquit, eorumdem militum (agit de fidelibus) virtus, non propriis viribus, ſed ſupernæ gratiæ infuſione roboratur, rectè ſubiungitur: Et ſuper quem non ſurget lumen illius? Lumen quippe Dei eſt gratia præueniens; Quæ ſi in noſtro corde nequaquam gratuita conſurgeret, profectò mens noſtra in peccatorum ſuorum tenebris obſcura remaneret: » Subiecta ſcilicet Principi tenebrarum. Quoties ergo conſerendæ manus ſunt cum tenebricoſis aduerſariis, & vbi de gloria Dei agitur, contra blaſphemos exclamemus: Quis vt Deus? quis conſurget mihi aduerſus malignantes, aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?» Tentat de vanitate & ſuperbia; reſponde: Quis vt Deus? Quis in nubibus æquabitur Domino? Ti-

Greg. ib. c. 9.

Greg. ib.c.9.

Pſa. 93. 16.

Pſ.88.7

tillat & blanditur ſpecioſa corporis forma : Quis
Pſ.44.3 vt Deus ? Quis vt « ſpecioſus forma præ filiis hominum » cui comparata omnis pulchritudo, agri fœnum eſt. Solicitat auaritia, auri argentique ſplendor, aut ambitio ſæculi, & mundi gloria perſtrin-
Pſ.111.3 git oculos : « Quis vt Deus ? Cuius gloria & diuitiæ in domo eius. » Terret Poteſtas, & minis, aut tor-
Exod. 15. 11. mentis inſtat : « Quis vt Deus ? quis ſimilis tui in
Pſ.89.13 frontibus Domine ? Quis nouit poteſtatem iræ tuæ,
Matth. 10. 28. & præ timore tuo iram tuam dinumerare ? Qui potes animam & corpus perdere in gehennam. Quo
Pſa.138. 6. ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. » Quidquid tandem blanditur aut terret : vnicum habes quo telum obtundas, ſcutum Michaëlis : « Quis vt Deus ? » terram promittis, & cœlum expecto : tempus porrigis, & æternitatem ſpero ; corpori minaris, & animæ & corporis ſalutem à Deo iuſto retributore ſuſtineo. Sic omnes tentationes eludo,
Iob 40. 12. & in morte maximè contra « Draconem ſtringentem caudam velut cedrum » ſub Michaëlis auſpiciis victoriam ſpondeo. Hic ille eſt qui Ferdinando agonizanti Regi Luſitaniæ ſibi deuoto, genuflexus orans coram Virgine apparuit : Qui Sancto Vuil-
Beda in hiſtor. Anglic. cap.20. lib. 5. frido Archiepiſcopo Eboracenſi ſanitatem reddidit, ſpondens ſe poſt quatuor annos venturum Ducem ad gloriam. Qui ſancto Arnulpho Sueſſionenſi Epiſcopo morienti adfuit, tremente cubiculo, & eius animam ſtipantibus Angelis ſuis duxit in cœlum.

Sophr. orat. 6. de SS. Angel. tom. 7. Bibl. PP. Concludamus cum Sophronio orante : « O ſanctiſſime Michaël, qui populum Iſraëliticum, Dei mandato, per mare traiectum, in terra promiſſionis conſtituiſti ; & Ieſum Naue contra aduerſarios armaſti ; & Moyſi tabernaculum à ſanguinario hoſte liberaſti ; & multorum aliorum Sanctorum ani-

mas illuminaſti ; meos quoque internos ſenſus illuſtra, internumque animæ meæ oculum illumina, & cor meum vitæ huius fluctibus agitatum confirma ; & mentem meam ad terrena inclinatam, ſurſum ad cœleſtem prudentiam ſubleua ; & remiſſas manus meas contra bello aſſuetos hoſtes corrobora ; & emortuos pedes meos, ne ſemitam quæ ad cœlos ducit, deſerant, conſolida : & ceruicem meam peccatis onuſtam ſubrige, & cicatrices meas quæ graueolentiam exhalant, planéque computreſcunt, ſana: & ardentium libidinum, perturbationumque incendium ſeda ; & cæteras tandem miſeriarum, & laborum meorum moleſtias cura. Iterum, re, & nomine Michaël, te oro, & quanto poſſum ſenſu obteſtor, vt è vitæ huius curriculo exituro lætus pacatuſque appareas, meque ſub honorato alarum tuarum velamine abſcóndas, atque ex anguſtis, obſcuriſque inferorum locis ereptum, in loca tabernaculi admirabilis conſtituas,
deducens vſque ad domum Dei, in voce exultatio- Pſ.41.4
nis & confeſſionis, & ſoni feſtum celebrantium; »
Sub tuis Michaël auſpiciis de vexillo certamus ; tu
non fruſtra gladium portas, & clypeum ; tu prote- Rom.13
ctor Eccleſiæ & maximè Gallicanæ. Sed heu quàm 14.
vereor ne « in ſtatera tua, vt Baltaſſar appenſus, Dan. 5.
minus habens inueniar. » Incorruptum te iudicem 27.
agnoſco : ſed nunc fac tuis ſuffragiis, tui pro gloriâ Dei zeli æmulatores, vt in nobis aliquid virtutis
tuæ recognoſcens, annunties aliqualem Deo obſe- Iob 33.
quij tantuli noſtri æquitatem, vt in nobis quod pro- 23.
pitietur inueniat. Præponderet in trutina tua, Dei gratia, & miſericordia, & meritum tuum, graui licet culparum noſtrarum ponderi. Vt dum corpus terrena grauedine in ſuum diſſoluetur & redi-
bit elementum, « reuertatur quoque ſpiritus in Pſ.145.3

terram suam & ad Deum qui fecit illum. » Donec tuba tua magnifica excitatum exurgat, & immortalitatis stola indutum, & angelificatum, æternam « obuiam Christo in aëra rapiatur » ad gloriam. Amen.

Eccli. 39.6.
1. Thes. 4.17.

IN FESTO S. ANGELI CVSTODIS.

Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Psalm. 90.11.

LIcet hunc Psaltis locum, Ambrosius, Augustinus, & Beda, post Irenæum, Christo Domino ministrantibus Angelis, ad litteram applicent: de omnibus tamen hominibus, Basilius, Theodoretus, Chrysostomus, Hieronymus, Anselmus, Bernardus, & Doctor Angelicus diuinâ prouidentiâ sanctorum Angelorum custodiæ creditis intellexerunt. Cùm & indubia fide, nec hominum minimo, & abiectissimo quoque hæc vspiam custodia defuerit; Christo testante: « Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis: Angeli enim eorum semper vident faciem Patris qui in cœlis est.» Quod & Patrum Græcorum authoritate firmatur. Dionysius enim: « De infima, inquit, Hierarchia, Angeli præsunt hominibus, vt ferantur ad Deum, & conuertantur. » Et Clemens Alexandrinus: « Diuina virtus, inquit, præbet bona per Angelos, siue videantur, siue non videantur. » Tutores eos nostros agnouit Origenes: « Angeli, ait, tenent curam animarum nostrarum, & eis ab in-

Patres Latini in Ps. 90
Matth. 18.10.
Dion. cœlest. Hierar. c.9.
Clem. Alex. 6. Strom. circa fi.
Orig. ho.8. in Genes.

Digitized by Google

ſantia tanquam tutoribus, & curatoribus committitur, » Et Nazianzenus agens de ſubſtantiis ſeparatis: « Pronaque ad obſequium pars altera ſuſtinet orbem, auxilioque ſuo ſeruat. » Baſilius item, Chryſoſtomus & Theodoretus: « Ad tutelam noſtram conſtitutos exercitus Angelorum » vnanimes conſenſerunt. Eademque fide & voce ſubſcripſerunt. Chriſto quidem, homini, à Verbo ſuppoſitato, nullum opus fuit cuſtodia, ſed propter eius excellentiam qua « conſtitutus eſt caput ſuper omnem Eccleſiam » ex Angelis & hominibus in vnam conuenientibus ſocietatem extructam, debitum fuit cum cultu latriæ, miniſterium Angelorum. Vnde anceps adhuc & dubius Sathan, cum præcipitium fruſtra & temerè Domino ſuaſiſſet, & eundem Pſaltis verſiculum ingeſſiſſet; « Mitte te deorſum: Angelis enim ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis; In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum: » Continuò adgratulantes victori: « Ecce Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei. » Tu verò Virgo Angelorum Regina ac Domina, poſt Filium tuum eorum veneratione digniſſima, quorum omnium voce « Gabriel Angelus adueniens, qui eſt vehiculum Verbi » inauditam tibi ſalutationem protulit, qua humilis expauiſti: « Eras cogitans cum verecundia, quia pauebas; cum prudentia, quia benedictionis nouam formulam mirabaris, quæ nuſquam lecta eſt, nuſquam ante comperta. Soli Mariæ hæc ſalutatio ſeruabatur. Benè enim ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiam, quam nulla alia meruerat, conſecuta eſt, vt gratiæ repleretur Authore. » Hanc tibi benedictionem attulit, qui te gratia plenam ſalutauit dicens, Aue.

Naz. Carm. 6. Baſil. in cap. 8. Eſa. Chryſoſt. ſer. de 9. Aſcenſ. Theod. orat. 3. de curat. Græc. Epheſ. 1. 22.

Matth. 4. 6.

Ibid. 11.

Chryſoſt. ho. in Pſ. 9. Ambr. lib. 2. in Luc 1.

Digitized by Google

EXORDIVM.

Et si prouidentia diuina sibi ipsi ad omnia creata, per seipsam administranda sufficiat, sicut & omnipotentia diuina per seipsam, & nullius adminiculo cuncta produxit ex nihilo; sitque illi cura immediata de nummis; noluit tamen Deus immediatè solus prouidentiam suam executioni mandare, sed bonitati suæ congruum iudicauit per aliquas superiores creaturas, alias inferiores gubernare. Quo fit vt cum Angelos cæteris omnibus creaturis excellentioris naturæ produxerit, eorum ministerio cœlos, elementa, reliquasque creaturas propter hominem conditas, & ipsos quammaximè homines assidua custodia curaque gubernet. a Dei enim voluntas qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flagrantem, in spiritibus summa pace atque amicitia copulatis, & in vnam voluntatem quodam spiritali charitatis igne conflatis, tanquam in excelsa, & sancta, & secreta sede præsidens velut in domo sua, & in templo suo: Inde se quibusdam ordinatissimis creaturæ motibus, primò spiritalibus, deinde corparalibus, per cuncta diffundit, & vtitur omnibus ad incommutabile arbitrium sententiæ suæ, siue corporeis rebus, siue rationalibus, siue irrationalibus spiritibus, siue bonis per eius gratiam, siue malis per propriam voluntatem. Sed quemadmodum corpora crassiora, & inferiora, per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora per spiritum vitæ, & spiritus vitæ irrationalis per spiritũ vitæ rationalẽ, & spiritus vitæ rationalis desertor atque peccator, per spiritum vitæ rationalem pium & iustum, & ille per ipsum Deum: ac sic vniuersa creatura per Creatorem suum, ex quo, & per quem, & in quo etiam

Aug. li. 3. de Tr. cap. 4. Psa. 103. 5.

condita atque instituta est; ac per hoc voluntas Dei, est prima & summa causa omnium corporalium specierum atque motionum. Nihil enim fit visibiliter & sensibiliter, quod non de interiore inuisibili, atque intelligibili aula summi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur; secundùm ineffabilem iustitiam præmiorum, atque pœnarum, gratiarum & retributionum, in ista potiùs creaturæ amplissima quadam immensaque republica.» Certum itaque manet sanctorum Patrum, & Augustini præcipuè testimonio, quòd «vnaquæque res visibilis in hoc mundo, habet potestatem Angelicam sibi præpositam, sicut locis Scriptura testatur.» Et quidem nihil ita Dei sapientiæ consonum, Doctoris Angelici ratiocinio: «Quia enim ad prouidentiam diuinam pertinet, vt ordo seruetur in rebus; congruus autem ordo est, vt à supremis ad infima proportionaliter descendatur; oportet quod diuina prouidentia secundum quandam proportionem vsque ad res vltimas perueniat. Hæc autem proportio est, vt sicut supremæ creaturæ sunt sub Deo, & gubernantur ab ipso: ita inferiores creaturæ sint sub superioribus, & regantur ab ipsis. Inter autem omnes creaturas, sunt supremæ intellectuales, exigit igitur diuinæ prouidentiæ ratio, vt cæteræ creaturæ, per creaturas rationales regantur, &c. Præterea in omnibus potentiis ordinatis, vna est directiua alterius quæ magis rationem cognoscit. Vnde videmus in artibus, quòd ars illa ad quã pertinet finis, ex quo sumitur ratio totius artificij, diligit illã, & imperat ei quæ artificium operatur: sicut ars gubernatoria nauifactiuæ. Et illa quæ formam inducit, imperat ei quæ materiam disponit. Instrumenta autem quæ non cognoscunt aliquam rationem, reguntur tantùm. Cum ergo solæ intel-

Aug. li. 83. qq. q. 79. 8. de gen. ad litt. c. 24. 5. de ciuit. cap. 9. Greg. 4. dial. cap. 5. D. Th. lib. 23. contra Gentil. c. 78. & 1. parte summæ q. 110. art. 1.

lectuales creaturæ rationes ordinis rerum creatarum cognoscere possint, earum erit regere & gubernare omnes alias creaturas.» Vnde fit vt cum Angeli incorporei sint spiritus,& purioris lucis propinquiores & participes, homines ex natura partim corporea, partim spiritali compositos, debeant ex diuina dispensatione custodire ac regere, & per media congrua ad finem vltimum quantum in ipsis

Hebr. 1. 14. est, dirigere, Apostolo docente: « Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.» Primò

Divisio. itaque de Angelorum excellentia, secundò de eorum circa nos ministerio, & custodia dicemus & Reflexiones morales ex præmissis colligemus.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Et dari custodes Angelos, & excellentissimæ super omnia creata esse naturæ, Sponsa docuit in Canticis, vbi dum obiret ciuitatem, hinc inde dilectum quærens:

Cant. 3. 3. « Inuenerunt, inquit, me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cùm transissem eos, inueni quem diligit anima mea.» Quo loco per custodes, Sancti Patres Angelos intellexere custodes: « Si bonos custodes accipimus, vtique Ange-

Ambr. octon. 7. in Ps. 118. li sunt; qui verò Angelos transiuit, Verbum inuenit: ideo non multum interualli fuit, cùm transiuit ab his,& inuenit Iesum,» ait Ambrosius. Quia nimirum tam proximi Deo sunt, & naturæ, gratiæ, gloriæ similitudine coniuncti, vt qui omnes Angelorum Choros, mentis cogitatione transcenderit. statim post eos, Deum immortalem & inuisibilem,

Richar. Victor. in Cant. « spirituum omnium ponderatorem, & Dominum» inueniat. Vnde & Richardus Victorinus pertra-

pertractans hunc locum : « In decore, inquit, vniuersi, in homine quidem, sed maximè in Angelo Deus inuenitur, qui signaculum est similitudinis : quoniam adeo vicini sunt Deo, vt nihil sit medium, & post hos non sit inuenire nisi illum. » Vno verbo dignitatem Angeli præcellentem expedit Augustinus : « Angelica, inquit, creatura omnia cætera quæ Deus condidit naturæ dignitate præcedit. » Idcirco & Gregorius Magnus Angelum initium viarum Domini post Prophetam dixit, & homini præcellere sic docuit : « Ipse est, inquit, principium viarum Dei. In natura rerum hunc creando per substantiam conditor primum fecit, &c. signaculum similitudinis. Licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, Angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit, vt quo subtilior est in natura, eo in illo similitudo Dei plenius credatur expressa. De sigillo quippe annuli, talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. » Quo innuit Angelum purè spiritalem, & totius materiæ corruptibilis exortem, naturæ diuinæ purissimè spiritalis & incompositæ repræsentare perfectionem.

Ezech. 28.12. Aug. li. 11. de ciu. ca. 14. Greg. li. 32. mor. cap. 24. Ezech. 28.12.

Imaginem porro totius Angelicæ perfectionis, vnus ex præcipuis cœlitibus, ob oculos posuit Prophetæ Danieli : « Eram, inquit, iuxta fluuium qui est Tygris. Et leuaui oculos meos, & vidi : Et ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo : & corpus eius quasi chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens : & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species aëris candentis : Et vox sermonum eius, vt vox multitudinis. » An-

Dan. 10.5.

gelorum natura vt per se spiritalis est, sic & inuisibilis est, nisi in assumpto corpore pro libito, humanis se oculis spectabilem prębeat. «Seraphim quando voluit apparuit, & vocem eius Esaias solus audiuit. Apparuit Angelus (de Zacharia loquebatur, cui Gabriel vt & Danieli visus est) & nunc præsto est, sed non videtur. Neque enim in potestate nostra est videre, sed in potestate illius, apparere. Tamen etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi, vt videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam.» Idipsum meruit Daniel visionem Angeli gratia Dei consecutus, vt Angelum specie corporea suis oculis intueretur. In qua quidem visione præcipuas intellexit Angelorum qualitates. Virum primo dixit se vidisse quod humana specie magis quam alia qualibet, innatam & congenitam habeant in homines propensionem, quoque humanis se melius ac suauius oculis attemperent. Vir vnus dictus est, quod singuli Angeli sint phœnices, & vnusquisque eorum specialem constituant speciem, pro diuerso gradu intellectualis naturæ diuersam. Quia secundum Philosophum, in his quæ sunt vnius speciei, non est inuenire prius, & posterius. Neque enim Petrus magis est homo quam Paulus, aut in humanitate prior est: Angeli autem etiam vnius ordinis sunt primi, medij & vltimi: ac per consequens non sunt eiusdem speciei. Ad hæc, cùm materia sit principium indiuiduationis, vt sic per multiplicationem indiuiduorum reparet quod corrumpit ex appetitu ad formas; idcircò cùm Angeli materiæ sint expertes, & incorruptibiles; species Angelica sufficienter in singulis absque multiplicatione conseruatur. Vnde & licet Hebræi neutrum non habeant, neutro tamen genere Græci & Latini illud Pauli efferunt,

Amb. li. 1. in Luc. 1.

Lyr. in Dan. 10.

D. Tho. 1. p. qu. 50. ar. 4. 3. Metaphys. Diony. cœlest. Hier. c. 4. & 10.

« Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium. » Vt discas, inquit Genebrardus, quod in Angelis non est sexus, nec masculus nec femella. Et ipsa Ecclesia in præfatione Canonis vocat « beata Seraphim; » quia non propagatione sibi inuicem succedentes multiplicantur, sed ab exordio incorruptibiles numero propemodum immenso sunt creati, vt dixerit Iob : « Non est numerus militum eius. » Heb. 9. 5. Iob 25. 3

Corpus autem eius quasi chrysolitus : « Hinc oritur de Angelis quæstio, vtrum habeant corpora suis officiis & conuersationibus congrua, an tantummodo spiritus sint? Si enim habere dixerimus, occurrit nobis, qui facit Angelos suos spiritus : Si autem non habere dixerimus, plus habet scrupuli, quomodo scriptum sit, eos corporeis hominum sensibus sine corpore præsentatos, hospitio susceptos, pedes eis lotos, edentibus & bibentibus ministratum, &c. Deinde certa quædam in Apocalypsi, Angeli statura definitur, in ea mensura, quæ nisi corporum esse non possit. Vt quod hominibus apparuerit, non ad falsitatem, sed ad illam potestatem ac facilitatem spiritalium corporum referatur. » Quasi diceret, non falsò sed verè Angelos & facilè posse vndecumque corpora pro libito assumere ad tempus, vt ministerio suo circa homines congruentius aptentur, vt patet ex frequentibus apparitionibus Angelorum in Scriptura relatis : « Angeli neque ad moriendum pro nobis dispositi, breuem carnis commeatum, non debuerunt nascendo sumpsisse, quia nec moriendo deposituri eam fuerant. Sed vnde sumptam, & quoquo modo omnino dimissam, mentiti eam tamen non sunt. Si Creator facit Angelos spiritus, & Apparitores suos ignem flagrantem; tam verè

Aug. ep. 248. ad Paulin. & Therasi. 11. de ciu. cap. 23. Enchir. ad Laur. c. 59.

Tertul. 3. cont. Marc. c. 9.

Ps. 103. 5

ſpiritus; quàm & ignem; idem illos verè fecit & carnem. » Intelligit Afer per carnem, corpus verum, & in ſimilitudinem humani verè conformatum: « Angelos Creatoris conuerſos in effigiem humanam, aliquando legiſti, & credidiſti, & tantam corporis geſtaſſe veritatem, vt & pedes eis lauerit Abraham, & manibus ipſorum ereptus ſit Sodomitis Loth; conluctatus quoque homini Angelus toto corporis pondere, dimitti deſiderauerit, adeo detinebatur, &c. » Propriam tamen & ſibi congenitam ſubſtantiam corpoream accepiſſe Angelos, plebs imperita non credat: « Conſtat Angelos carnem non propriam geſtaſſe, vtpote naturas ſubſtantiæ ſpiritalis; & ſi corporis alicuius, ſui tamen generis (id eſt ſpiritale quale noſtrum erit in reſurrectione.) In carnem autem humanam transfigurabiles, ad tempus videri, & congredi cum hominibus poſſe. » Quod autem hîc Daniel corpus Angeli vidit ſimile chryſolito, lapidi videlicet pretioſo punctis aureis intermicanti, textus Hebraïcus & Septuaginta, habent « Tharſis » quod ſignificat mare, quod tranquillum velut ſpeculum cœlum repræſentat. Cuius motui, vt & maris fluxui & refluxui, motrix intelligentia præſidet. Sicut & cæteris elementis, & ſpeciebus animalium perfectis, regnis, vrbibus, Eccleſiis, domibus, ſingulisque vſque ad ipſum Antichriſtum hominibus cuſtodiendis præſunt, iuxta communem Theologorum ſententiam.

Tertul. de carne Chriſti c. 3. Gen. 18. 2. & ſeq. Gen. 19. 1. Gen. 32. 24. Tertul. de carne Chriſti cap. 6.

Veſtitus eſt lineis, propter candorem innocentiæ & iuſtitiæ originalis. Vnde & in albis eos Euangeliſtæ repræſentant. « Priuſquam peccaret Adam: honeſtatis erat colore veſtitus, atque ideo nuditatem inhoneſtam, non natura inſtituit, ſed delicti reatus inuenit. Nam & ſancti Angeli in ſplendidiſſi-

Ambr. ſer. 20. de S. Mich.

Digitized by Google

mo habitu constituti, non quod tunicis operiuntur & palliis, sed cùm sit in illis natiuitatis suæ nuda substantia, vestiti videntur esse, quòd sancti sunt. Sic igitur & Adam custodiens honestatis Angelicæ dignitatem, erat quidem nudus mundanis vestibus, sed immortalitatis erat splendore vestitus.»

Renes accincti auro obrizo, hoc optimo & purissimo, purissimam significant, in Deum & homines, & inuicem charitatem, quæ ab Apostolo « vinculum perfectionis » appellatur. « Hic est, dilectissimi, funiculus triplex, (qui difficile rũpitur,) quo de excelso cœlorũ habitaculo, ad consolandos, ad visitandos nos, ad adiuuandos nos, attrahitur supereminens charitas Angelorum; propter Deum, propter nos, propter seipsos. Propter Deum vtique cuius tanta erga nos misericordiæ viscera, ipsi quoque, vt dignum est, imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem miserantur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis; toto desiderio præstolantur. In ore enim paruulorum, qui lacte modò vescuntur, & nondum solido cibo, perficienda est laus illa maiestatis diuinæ, cuius habentes primitias Angelici spiritus, beata nimirum delectatione fruuntur: sed tanto auidius nos expectant, quanto consummationis eius expectatione, & expetitione sollicitantur.»

Coloss. 3. 14.

Ber. ser. 1. de S. Mich.

Ps. 8. 3.

Brachia & quæ deorsum ad pedes, species aëris candentis, propter viuidam & infatigabilem in motu & operatione Angelica actiuitatem; qua pro nutu, nulla difficultate, sed facilitate maxima quælibet corporea mouent, & subito quocumque volunt, Angeli mouentur.

Oculi quasi lampas ardens: quòd intellectus An-

Digitized by Google

gelicus sua perspicacitate, sine discursu, obscura quæque naturæ secreta, ceu noctem profundam penetret, & arcana quæcumque in intimo naturæ gremio recondita perscrutetur, non per species à rebus acceptas, sed à Deo concreatas, vel infusas. Et superiores quidem Angeli participant scientiam magis in vniuersali, quàm inferiores, id est ad plura se extendunt.

Dion. de diu. Nom. c. 7. Et de cœlest. Hier. cap. 12.

Facies eius vt species fulguris. Talis & visus est mulieribus sanctis circa monumentum Domini suscitati: « Erat enim aspectus eius sicut fulgur. » Quo lumen gloriæ designatur. Faciem enim Dei splendidam semper videns Angelus: « Et reuelata facie gloriam Domini contemplans, in eandem imaginem transformatur, de claritate in claritatem, & in lumine gloriæ videns lumen essentiæ diuinæ, ocyus fulgure, exeunte ab Oriente, & parente vsque ad Occidentem, exitu matutino & vespere delectatur. » Hæc est à Theologis vocata cognitio duplex, matutina & vespertina: in Verbo & extra Verbum: « Sicut autem in die consueto, mane est principium diei, vespere terminus: ita cognitio primordij rerum, dicitur cognitio rerum matutina, prout res sunt in Verbo, vespertina cognitio rerum, vt in propria natura subsistunt. Nam esse rerum fluit à Verbo, vt à primordiali principio; & hic effluxus terminatur ad esse rerum, quod in propria natura habent. » Quæ Theologi ab Augustino deprompserunt: « Angeli, inquit, sancti, non per verba sonantia, Deum discunt, sed per ipsam præsentiam immutabilis veritatis, hoc est Verbum eius Vnigenitum, & ipsum Verbum, & Patrem, & eorum Spiritũ S. &c. ipsam quoque creaturã melius ibi, hoc est, in sapientia Dei, tanquam in arte qua facta est, quàm in ea ipsa sciunt; ac per hoc, & se-

Matth. 28. 3. 2. Cor. 3. 18. Matth. 24. 27. Ps. 64. 9. D. Tho. 1. p. qu. 58. ar. 6. & 7. iuxta Aug. 4. de gen. c. 22. & 31. & 11. de ciu. c. 7. Aug. 11. de ciu. cap. 29.

ipſos ibi melius, quàm in ſeipſis. Verumtamen & in ſeipſis ſciunt (tanquam creaturis nobilioribus, eminenter inferiores ſibi continentibus.) Facti ſunt enim : & aliud ſunt, quàm ille qui fecit. Ibi ergo tanquam in cognitione diurna : in ſeipſis autem, tanquam in veſpertina. Multum autem differt, vtrum in ea ratione cognoſcatur aliquid ſecundùm quam factum eſt, an in ſeipſo. Sicut aliter ſcitur rectitudo linearum, ſeu veritas figurarum, cùm intellectu conſpicitur, aliter cùm in puluere ſcribitur : & aliter iuſtitia deſcribitur in veritate incommutabili, aliter in anima iuſti. »

His poſitis ſuppoſitaque in Angelis tanta ſcientiæ plenitudine, tam clara rerum omnium in verbo & in ſeipſis cognitione, nil mirum ſi ſubiecit Daniel : « Vox illius, tanquam vox multitudinis. » Dan. 10. 6. Tanquam diceret : « Et ſi decem millia pædagogorum habeatis » vnius Angeli vox ad docendum præualet, omni hominum multitudini. Minimus enim etiam poſtremi Chori Angelus ſi Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illũ » quem eius cuſtodiæ deputauit, & vno momento per eius miniſterium plura docebit, quam ſimul poſſint omnes cuiuſcumque diſciplinæ peritiſſimi magiſtri. 1. Cor. 4. 15. Eccli. 39. 8.

Et in his omnibus ad excellentiam Angelicam commendandam, plurimum facit præter naturæ & gratiæ eminentiam, ſtatus beatitudinis eorum, omni bonorum aggregatione perfectus, quem bono vſu ſufficientis gratiæ meruerunt.

« Angeli quidam, quorum Princeps eſt, qui dicitur diabolus, per liberum arbitrium à Domino Deo refugæ facti ſunt, refugientes tamen eius bonitatem quâ beati fuerunt, non potuerunt eius effugere iudicium, per quod miſerrimi effecti ſunt. Aug. de correp. & gr. c. 10.

Digitized by Google

Cæteri autem per ipsum liberum arbitrium in veritatę steterunt, eamque de suo casu nunquam futuro certissimam scire meruerunt » ait Augustinus.
Et cap. 11. Et rursum : « Cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt; Tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certissimum sit, semper se in illa esse mansuros. Si autem adiutorium, vel Angelo, vel homini quamprimùm facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet, non vtique sua culpa cecidissent : adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. » Quis ad hæc largitate diuina beatis Angelis naturæ, gratiæ, gloriæ, collata beneficia, cum Psalte non exclamet? « Be-
Ps. 102. 20. nedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius, (Hebr. exercitus) ministri eius, qui facitis voluntatem eius. »

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Si honor respondere debet excellentiæ creaturæ, cùm natura Angelica gratiæ & gloriæ muneribus exaltata, & Deo immortali & inuisibili proxima sit, post sanctissimam Trinitatem & Christi humanitatem, propter vnionem hypostaticam, & sanctissimam Dei Matrem, constat præ omnibus sanctis beatos Angelos esse colendos. Quod nobis vox Dominica non obscurè persuasit : qui cùm Ioannem super omnes mulierum natos extulisset : « Qui, inquit, minor est in regno cœlorum, maior est illo. » Quo cultu

Digitized by Google

autem venerandi ſint Angeli docuit Auguſtinus : « Ipſos, inquit, optimos Angelos & excellentiſſima Dei miniſteria velle credamus, vt vnum cum ipſis colamus Deum, cuius contemplatione beati ſunt. Neque enim & nos videndo Angelos beati ſumus, ſed videndo veritatem, qua etiam ipſos diligimus Angelos, & his congratulamur. Nec inuidemus quod eo paratiores, vel nullis moleſtiis interpedientibus perfruuntur; ſed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid ſperare à communi Domino iuſſi ſumus (erunt ſicut Angeli Dei in cœlo.) Quare honoramus eos charitate, non ſeruitute. Nec eis templa conſtruimus. Nolunt enim ſe ſic honorari à nobis, quia noſipſos, cùm boni ſumus, templa ſummi Dei eſſe nouerunt. Rectè itaque ſcribitur hominem ab Angelo prohibitum, ne ſe adoraret, ſed vnum Deum, ſub quo ei eſſet & ille conſeruus. » Quem cultum latriæ ſuperſtitioſum prohibet Apoſtolus : « Nemo vos ſeducat, volens in humilitate (id eſt iuxta Auguſtinum, volens & affectans videri humilis) & religione Angelorum quæ non vidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput » id eſt Chriſtum caput Angelorum, vel veram fidem, in capite & ante omnia Idololatriam prohibentem. Carpit igitur Paulus Simonem, Menandrum, Saturninũ, Cerinthum, Baſilidem, Angelos tanquam Deos minores mundi hominiſque docentes opifices, Prophetis locutos. Hos Auguſtinus Angelicos vocat, in Angelorum cultum inclinatos.

Aug. li. de vera religio. cap. 55. Matth. 22. 30. 1. Cor. 3.16. Apoc. 22. 9. Coloſſ. 1. 2. Aug. ep.59. Aug. hæreſi 139.

Et Concilium Laodicenum : « Non oportet, inquit, derelicta Eccleſia abire ad Angelos, » vt legit Theodoretus. Et Doctor Angelicus : Non debemus, inquit, eos reuereri cultu latriæ, vt Authores beneficiorum, ſed vt miniſtros reuerentia Duliæ :

Concil. Laodic. Can.35. D. Th. opuſc. 10.a.10.

Digitized by Google

EXORDIVM.

Et si prouidentia diuina sibi ipsi ad omnia creata, per seipsam administranda sufficiat, sicut & omnipotentia diuina per seipsam, & nullius adminiculo cuncta produxit ex nihilo; sitque illi cura immediata de nummis; noluit tamen Deus immediatè solus prouidentiam suam executioni mandare, sed bonitati suæ congruum iudicauit per aliquas superiores creaturas, alias inferiores gubernare. Quo fit vt cum Angelos cæteris omnibus creaturis excellentioris naturæ produxerit, eorum ministerio cœlos, elementa, reliquasque creaturas propter hominem conditas, & ipsos quammaximè homines assidua custodia curaque gubernet. « Dei enim voluntas qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flagrantem, in spiritibus summa pace atque amicitia copulatis, & in vnam voluntatem quodam spiritali charitatis igne conflatis, tanquam in excelsa, & sancta, & secreta sede præsidens velut in domo sua, & in templo suo: Inde se quibusdam ordinatissimis creaturæ motibus, primò spiritalibus, deinde corparalibus, per cuncta diffundit, & vtitur omnibus ad incommutabile arbitrium sententiæ suæ, siue corporeis rebus, siue rationalibus, siue irrationalibus spiritibus, siue bonis per eius gratiam, siue malis per propriam voluntatem. Sed quemadmodum corpora crassiora, & inferiora, per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora per spiritum vitæ, & spiritus vitæ irrationalis per spiritũ vitæ rationalẽ, & spiritus vitæ rationalis desertor atque peccator, per spiritum vitæ rationalem pium & iustum, & ille per ipsum Deum: ac sic vniuersa creatura per Creatorem suum, ex quo, & per quem, & in quo etiam

Aug. li. 3. de Tr. cap. 4. Psa. 103. 5.

Digitized by Google

condita atque inſtituta eſt ; ac per hoc voluntas Dei, eſt prima & ſumma cauſa omnium corporalium ſpecierum atque motionum. Nihil enim fit viſibiliter & ſenſibiliter, quod non de interiore inuiſibili, atque intelligibili aula ſummi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur; ſecundùm ineffabilem iuſtitiam præmiorum, atque pœnarum, gratiarum & retributionum, in iſta potiùs creaturæ ampliſſima quadam immenſaque republica.» Certum itaque manet ſanctorum Patrum, & Auguſtini præcipuè teſtimonio, quòd « vnaquæque res viſibilis in hoc mundo, habet poteſtatem Angelicam ſibi præpoſitam, ſicut locis Scriptura teſtatur.» Et quidem nihil ita Dei ſapientiæ conſonum, Doctoris Angelici ratiocinio: « Quia enim ad prouidentiam diuinam pertinet, vt ordo ſeruetur in rebus; congruus autem ordo eſt, vt à ſupremis ad infima proportionaliter deſcendatur; oportet quod diuina prouidentia ſecundum quandam proportionem vſque ad res vltimas perueniat. Hæc autem proportio eſt, vt ſicut ſupremæ creaturæ ſunt ſub Deo, & gubernantur ab ipſo: ita inferiores creaturæ ſint ſub ſuperioribus, & regantur ab ipſis. Inter autem omnes creaturas, ſunt ſupremæ intellectuales, exigit igitur diuinæ prouidentiæ ratio, vt cæteræ creaturæ, per creaturas rationales regantur, &c. Præterea in omnibus potentiis ordinatis, vna eſt directiua alterius quæ magis rationem cognoſcit. Vnde videmus in artibus, quòd ars illa ad quā pertinet finis, ex quo ſumitur ratio totius artificij, diligit illā, & imperat ei quæ artificium operatur: ſicut ars gubernatoria nauifactiuæ. Et illa quæ formam inducit, imperat ei quæ materiam diſponit. Inſtrumenta autem quæ non cognoſcunt aliquam rationem, reguntur tantùm. Cum ergo ſolæ intel-

Aug. li. 83. qq. q. 79. 8. de gen. ad litt. c. 24. 5. de ciuit. cap. 9. Greg. 4. dial. cap. 5. D. Th. lib. 23. contra Gentil. c. 78. & 1. parte ſummæ q. 110. art. 1.

lectuales creaturæ rationes ordinis rerum creatarum cognoscere possint, earum erit regere & gubernare omnes alias creaturas.» Vnde fit vt cum Angeli incorporei sint spiritus,& purioris lucis propinquiores & participes, homines ex natura partim corporea, partim spiritali compositos, debeant ex diuina dispensatione custodire ac regere, & per media congrua ad finem vltimum quantum in ipsis est, dirigere, Apostolo docente: « Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.» Primò itaque de Angelorum excellentia, secundò de eorum circa nos ministerio, & custodia dicemus & Reflexiones morales ex præmissis colligemus.

Hebr. 1. 14.

Diuisio.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Et dari custodes Angelos, & excellentissimæ super omnia creata esse naturæ, Sponsa docuit in Canticis, vbi dum obiret ciuitatem, hinc inde dilectum quærens: « Inuenerunt, inquit, me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cùm transissem eos, inueni quem diligit anima mea.» Quo loco per custodes, Sancti Patres Angelos intellexere custodes: « Si bonos custodes accipimus, vtique Angeli sunt; qui verò Angelos transiuit, Verbum inuenit: ideo non multum interualli fuit, cùm transiuit ab his,& inuenit Iesum,» ait Ambrosius. Quia nimirum tam proximi Deo sunt, & naturæ, gratiæ, gloriæ similitudine coniuncti, vt qui omnes Angelorum Choros, mentis cogitatione transcenderit. statim post eos, Deum immortalem & inuisibilem, « spirituum omnium ponderatorem, & Dominum » inueniat. Vnde & Richardus Victorinus pertra-

Cant. 3. 3.

Ambr. octon. 7. in Ps. 118.

Richar. Victor. in Cant.

pertractans hunc locum: « In decore, inquit, vniuerſi, in homine quidem, ſed maximè in Angelo Deus inuenitur, qui ſignaculum eſt ſimilitudinis: quoniam adeo vicini ſunt Deo, vt nihil ſit medium, & poſt hos non ſit inuenire niſi illum. » Vno verbo dignitatem Angeli præcellentem expedit Auguſtinus: « Angelica, inquit, creatura omnia cætera quæ Deus condidit naturæ dignitate præcedit. » Idcirco & Gregorius Magnus Angelum initium viarum Domini poſt Prophetam dixit, & homini præcellere ſic docuit: « Ipſe eſt, inquit, principium viarum Dei. In natura rerum hunc creando per ſubſtantiam conditor primum fecit, &c. ſignaculum ſimilitudinis. Licet homo ad ſimilitudinem Dei creatus ſit, Angelo tamen quaſi maius aliquid tribuens, non eum ad ſimilitudinem Dei conditum, ſed ipſum ſignaculum Dei ſimilitudinis dicit, vt quo ſubtilior eſt in natura, eo in illo ſimilitudo Dei plenius credatur expreſſa. De ſigillo quippe annuli, talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur, qualis in ſigillo eodem eſſentialiter habetur. » Quo innuit Angelum purè ſpiritalem, & totius materiæ corruptibilis exortem, naturæ diuinæ puriſſimè ſpiritalis & incompoſitæ repræſentare perfectionem.

Ezech. 28.12. Aug. li. 11. de ciu. ca. 14. Greg. li. 32. mor. cap. 24. Ezech. 28.12.

Imaginem porro totius Angelicæ perfectionis, vnus ex præcipuis cœlitibus, ob oculos poſuit Prophetæ Danieli: « Eram, inquit, iuxta fluuium qui eſt Tygris. Et leuaui oculos meos, & vidi: Et ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quaſi chryſolitus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies aëris candentis: Et vox ſermonum eius, vt vox multitudinis. » An-

Dan. 10.5.

« Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium. » Vt discas, inquit Genebrardus, quod in Angelis non est sexus, nec masculus nec femella. Et ipsa Ecclesia in præfatione Canonis vocat « beata Seraphim ; » quia non propagatione sibi inuicem succedentes multiplicantur, sed ab exordio incorruptibiles numero propemodum immenso sunt creati, vt dixerit Iob : « Non est numerus militum eius. » Heb. 9. 5. Iob 25. 3

Corpus autem eius quasi chrysolitus : « Hinc oritur de Angelis quæstio, vtrum habeant corpora suis officiis & conuersationibus congrua, an tantummodo spiritus sint ? Si enim habere dixerimus, occurrit nobis, qui facit Angelos suos spiritus : Si autem non habere dixerimus, plus habet scrupuli, quomodo scriptum sit, eos corporeis hominum sensibus sine corpore præsentatos, hospitio susceptos, pedes eis lotos, edentibus & bibentibus ministratum, &c. Deinde certa quædam in Apocalypsi, Angeli statura definitur, in ea mensura, quæ nisi corporum esse non possit. Vt quod hominibus apparuerit, non ad falsitatem, sed ad illam potestatem ac facilitatem spiritalium corporum referatur. » Quasi diceret, non falsò sed verè Angelos & facilè posse vndecumque corpora pro libito assumere ad tempus, vt ministerio suo circa homines congruentius aptentur, vt patet ex frequentibus apparitionibus Angelorum in Scriptura relatis : « Angeli neque ad moriendum pro nobis dispositi, breuem carnis commeatum, non debuerunt nascendo sumpsisse, quia nec moriendo depositu ri eam fuerant. Sed vnde sumptam, & quoquo modo omnino dimissam, mentiti eam tamen non sunt. Si Creator facit Angelos spiritus, & Apparitores suos ignem flagrantem ; tam verè Aug. ep. 248. ad Paulin. & Theras. 15. de ciu. cap. 23. Enchir. ad Laur. c. 59. Tertul. 3. cont. Marc. c. 9. Ps. 103. 5

Digitized by Google

ſpiritus ; quàm & ignem ; idem illos verè fecit & carnem. » Intelligit Afer per carnem, corpus verum, & in ſimilitudinem humani verè conformatum : « Angelos Creatoris conuerſos in effigiem humanam, aliquando legiſti, & credidiſti, & tantam corporis geſtaſſe veritatem, vt & pedes eis lauerit Abraham, & manibus ipſorum ereptus ſit Sodomitis Loth ; conluctatus quoque homini Angelus toto corporis pondere, dimitti deſiderauerit, adeo detinebatur, &c. » Propriam tamen & ſibi congenitam ſubſtantiam corpoream accepiſſe Angelos, plebs imperita non credat : « Conſtat Angelos carnem non propriam geſtaſſe, vtpote naturas ſubſtantiæ ſpiritalis ; & ſi corporis alicuius, ſui tamen generis (id eſt ſpiritale quale noſtrum erit in reſurrectione.) In carnem autem humanam transfigurabiles, ad tempus videri, & congredi cum hominibus poſſe. » Quod autem hîc Daniel corpus Angeli vidit ſimile chryſolito, lapidi videlicet pretioſo punctis aureis intermicanti, textus Hebraïcus & Septuaginta, habent « Tharſis » quod ſignificat mare, quod tranquillum velut ſpeculum cœlum repræſentat. Cuius motui, vt & maris fluxui & refluxui, motrix intelligentia præſidet. Sicut & cæteris elementis, & ſpeciebus animalium perfectis, regnis, vrbibus, Eccleſiis, domibus, ſinguliſque vſque ad ipſum Antichriſtum hominibus cuſtodiendis præſunt, iuxta communem Theologorum ſententiam.

Tertul. de carne Chriſti c. 3. Gen. 18. 2. & ſeq. Gen. 19. 1. Gen. 32. 24. Tertul de carne Chriſti cap. 6.

Veſtitus eſt lineis, propter candorem innocentiæ & iuſtitiæ originalis. Vnde & in albis eos Euangeliſtæ repræſentant. « Priuſquam peccaret Adam : honeſtatis erat colore veſtitus, atque ideo nuditatem inhoneſtam, non natura inſtituit, ſed delicti reatus inuenit. Nam & ſancti Angeli in ſplendidiſſi-

Ambr. ſer. 20. de S. Mich.

mo habitu constituti, non quod tunicis operiuntur & palliis, sed cùm sit in illis natiuitatis suæ nuda substantia, vestiti videntur esse, quòd sancti sunt. Sic igitur & Adam custodiens honestatis Angelicæ dignitatem, erat quidem nudus mundanis vestibus, sed immortalitatis erat splendore vestitus.»

Renes accincti auro obrizo, hoc optimo & purissimo, purissimam significant, in Deum & homines, & inuicem charitatem, quæ ab Apostolo « vinculum perfectionis » appellatur. « Hic est, dilectissimi, funiculus triplex, (qui difficile rūpitur,) quo de excelso cœlorū habitaculo, ad consolandos, ad visitandos nos, ad adiuuandos nos, attrahitur supereminens charitas Angelorum; propter Deum, propter nos, propter seipsos. Propter Deum vtique cuius tanta erga nos misericordiæ viscera, ipsi quoque, vt dignum est, imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem miserantur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis; toto desiderio præstolantur. In ore enim paruulorum, qui lacte modò vescuntur, & nondum solido cibo, perficienda est laus illa maiestatis diuinæ, cuius habentes primitias Angelici spiritus, beata nimirum delectatione fruuntur: sed tanto auidius nos expectant, quanto consummationis eius expectatione, & expetitione sollicitantur.»

Coloss. 3. 14. Ber. ser. 1. de S. Mich.

Ps. 8. 3.

Brachia & quæ deorsum ad pedes, species aëris candentis, propter viuidam & infatigabilem in motu & operatione Angelica actiuitatem; qua pro nutu, nulla difficultate, sed facilitate maxima quælibet corporea mouent, & subito quocumque volunt, Angeli mouentur.

Oculi quasi lampas ardens: quòd intellectus An-

gelicus ſua perſpicacitate, ſine diſcurſu, obſcura
Dion. de diu. Nom. c. 7. Et de cœleſt. Hier. cap. 12. quæque naturæ ſecreta, ceu noctem profundam penetret, & arcana quæcumque in intimo naturæ gremio recondita perſcrutetur, non per ſpecies à rebus acceptas, ſed à Deo concreatas, vel infuſas. Et ſuperiores quidem Angeli participant ſcientiam magis in vniuerſali, quàm inferiores, id eſt ad plura ſe extendunt.

Facies eius vt ſpecies fulguris. Talis & viſus eſt mulieribus ſanctis circa monumentum Domini ſuſcitati: « Erat enim aſpectus eius ſicut fulgur. » Matth. 28. 3. Quo lumen gloriæ deſignatur. Faciem enim Dei 2. Cor. 3. 18. ſplendidam ſemper videns Angelus: « Et reuelata facie gloriam Domini contemplans, in eandem imaginem transformatur, de claritate in claritatem, & in lumine gloriæ videns lumen eſſentiæ diuinæ, Matth. 24. 27. ocyus fulgure, exeunte ab Oriente, & parente vſque ad Occidentem, exitu matutino & veſpere Pſ. 64. 9 delectatur. » Hæc eſt à Theologis vocata cognitio D.Tho. 1. p. qu. 58. ar. 6. & 7. iuxta Aug. 4. de gen. c. 22. & 31. & 11. de ciu. c. 7. duplex, matutina & veſpertina: in Verbo & extra Verbum: « Sicut autem in die conſueto, mane eſt principium diei, veſpere terminus: ita cognitio primordij rerum, dicitur cognitio rerum matutina, prout res ſunt in Verbo, veſpertina cognitio rerum, vt in propria natura ſubſiſtunt. Nam eſſe rerum fluit à Verbo, vt à primordiali principio; & hic effluxus terminatur ad eſſe rerum, quod in propria natura habent. » Quæ Theologi ab Augu- Aug. 11. de ciu. cap 29. ſtino deprompſerunt: « Angeli, inquit, ſancti, non per verba ſonantia, Deum diſcunt, ſed per ipſam præſentiam immutabilis veritatis, hoc eſt Verbum eius Vnigenitum, & ipſum Verbum, & Patrem, & eorum Spiritũ S. &c. ipſam quoque creaturã melius ibi, hoc eſt, in ſapientia Dei, tanquam in arte qua facta eſt, quàm in ea ipſa ſciunt; ac per hoc, & ſe-

by Google

ipſos ibi melius, quàm in ſeipſis. Verumtamen & in ſeipſis ſciunt (tanquam creaturis nobilioribus, eminenter inferiores ſibi continentibus.) Facti ſunt enim: & aliud ſunt, quàm ille qui fecit. Ibi ergo tanquam in cognitione diurna: in ſeipſis autem, tanquam in veſpertina. Multum autem differt, vtrum in ea ratione cognoſcatur aliquid ſecundùm quam factum eſt, an in ſeipſo. Sicut aliter ſcitur rectitudo linearum, ſeu veritas figurarum, cùm intellectu conſpicitur, aliter cùm in puluere ſcribitur: & aliter iuſtitia deſcribitur in veritate incommutabili, aliter in anima iuſti. »

His poſitis ſuppoſitaque in Angelis tanta ſcientiæ plenitudine, tam clara rerum omnium in verbo & in ſeipſis cognitione, nil mirum ſi ſubiecit Daniel: « Vox illius, tanquam vox multitudinis. » Dan. 10. 6.
Tanquam diceret: « Et ſi decem millia pædagogorum habeatis » vnius Angeli vox ad docendum præualet, omni hominum multitudini. Minimus enim etiam poſtremi Chori Angelus ſi Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illũ » quem eius cuſtodiæ deputauit, & vno momento per eius miniſterium plura docebit, quam ſimul poſſint omnes cuiuſcumque diſciplinæ peritiſſimi magiſtri. 1. Cor. 4. 15. Eccli. 39. 8.

Et in his omnibus ad excellentiam Angelicam commendandam, plurimum facit præter naturæ & gratiæ eminentiam, ſtatus beatitudinis eorum, omni bonorum aggregatione perfectus, quem bono vſu ſufficientis gratiæ meruerunt.

« Angeli quidam, quorum Princeps eſt, qui dicitur diabolus, per liberum arbitrium à Domino Deo refugæ facti ſunt, refugientes tamen eius bonitatem quâ beati fuerunt, non potuerunt eius effugere iudicium, per quod miſerrimi effecti ſunt. Aug. de correp. & gr. c. 10.

Digitized by Google

Cæteri autem per ipſum liberum arbitrium in veritatę ſteterunt, eamque de ſuo caſu nunquam futuro certiſſimam ſcire meruerunt » ait Auguſtinus.

Et cap. 11. Et rurſum : « Cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium ſteterunt ipſi, & huius manſionis debitam mercedem recipere meruerunt; Tantam ſcilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certiſſimum ſit, ſemper ſe in illa eſſe manſuros. Si autem adiutorium, vel Angelo, vel homini quamprimùm facti ſunt, defuiſſet, quoniam non talis natura facta erat, vt ſine diuino adiutorio poſſet manere ſi vellet, non vtique ſua culpa cecidiſſent : adiutorium quippe defuiſſet, ſine quo manere non poſſent. » Quis ad hæc largitate diuina beatis Angelis naturæ, gratiæ, gloriæ, collata beneficia, cum Pſalte non exclamet ? « Be-

Pſ. 102. 20. nedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius, (Hebr. exercitus) miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. »

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio. Si honor reſpondere debet excellentiæ creaturæ, cùm natura Angelica gratiæ & gloriæ muneribus exaltata, & Deo immortali & inuiſibili proxima ſit, poſt ſanctiſſimam Trinitatem & Chriſti humanitatem, propter vnionem hypoſtaticam, & ſanctiſſimam Dei Matrem, conſtat præ omnibus ſanctis beatos Angelos eſſe colendos. Quod nobis vox Dominica non obſcurè perſuaſit : qui cùm Ioannem ſuper omnes mulierum natos extuliſſet : « Qui, inquit, minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. » Quo cultu

Digitized by Google

autem venerandi ſint Angeli docuit Auguſtinus : « Ipſos, inquit, optimos Angelos & excellentiſſima Dei miniſteria velle credamus, vt vnum cum ipſis colamus Deum, cuius contemplatione beati ſunt. Neque enim & nos videndo Angelos beati ſumus, ſed videndo veritatem, qua etiam ipſos diligimus Angelos, & his congratulamur. Nec inuidemus quod eo paratiores, vel nullis moleſtiis interpedientibus perfruuntur ; ſed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid ſperare à communi Domino iuſſi ſumus (erunt ſicut Angeli Dei in cœlo.) Quare honoramus eos charitate, non ſeruitute. Nec eis templa conſtruimus. Nolunt enim ſe ſic honorari à nobis, quia noſipſos, cùm boni ſumus, templa ſummi Dei eſſe nouerunt. Rectè itaque ſcribitur hominem ab Angelo prohibitum, ne ſe adoraret, ſed vnum Deum, ſub quo ei eſſet & ille conſeruus. » Quem cultum latriæ ſuperſtitioſum prohibet Apoſtolus : « Nemo vos ſeducat, volens in humilitate (id eſt iuxta Auguſtinum, volens & affectans videri humilis) & religione Angelorum quæ non vidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput » id eſt Chriſtum caput Angelorum, vel veram fidem, in capite & ante omnia Idololatriam prohibentem. Carpit igitur Paulus Simonem, Menandrum, Saturninũ, Cerinthum, Baſilidem, Angelos tanquam Deos minores mundi hominiſque docentes opifices, Prophetis locutos. Hos Auguſtinus Angelicos vocat, in Angelorum cultum inclinatos.

Aug. li. de vera religio. cap. 55. Matth. 22. 30. 1. Cor. 3.16. Apoc. 22. 9. Coloſſ. 1. 2. Aug. ep. 59. Aug. hæreſi 39.

Et Concilium Laodicenum : « Non oportet, inquit, derelicta Eccleſia abire ad Angelos, » vt legit Theodoretus. Et Doctor Angelicus : Non debemus, inquit, eos reuereri cultu latriæ, vt Authores beneficiorum, ſed vt miniſtros reuerentia Duliæ :

Concil. Laodic. Can. 35. D. Th. opuſc. 10. a. 10.

Digitized by Google

quia propter hæc beneficia debemus eos diligere. Dicit enim Augustinus, in præcepto quo debemus diligere proximum, & sancti Angeli continentur, à quibus tanta nobis officia impenduntur misericordiæ. Quod & alibi retexit.

Lib. 1. de Doctr. Christ. cap. 30. in cap. 3. ad Rom.

Honor porro & reuerentia maxima Angelorum præsentiæ exhibenda est sicut faciebat Abbas, qui rogatus de quotidiana exercitatione sua: Ego, inquit, Angelum meum assistentem mihi iuxta me specto, & custodio memetipsum, quod scriptum est reminiscens; prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Timeo ergo eum, vt custodientem vias meas, & quotidie ascendentem ad Deum, & insinuantem actus meos & verba. » Quidquod & Seneca optandum dicit, « vt aliquem, inquit, habeat animus quem vereatur, cuius authoritate etiam secretum suum sanctius faciat, &c. Qui sic aliquem vereri potest, citò verendus erit. » Melius sanctos Doctores audiemus: « Metuamus, inquit Hilarius, assistentes vndique nobis Choros Angelorum, & plenum ministris cœlestibus mundum. » Monet & Bernardus: « In quouis diuersorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe. Cur illo præsente audes, quod vidente me non auderes? » Et Chrysostomus: « Primùm, inquit, iuxta numerum gentium erant Angeli, nunc verò iuxta numerum fidelium. Angeli enim eorum semper vident faciem Patris. Ab initio quisque Angelum habebat, sicut dicit Iacob, Angelus qui pascit me, & qui liberauit me à iuuentute mea (alibi id probauerat in Petro: Angelus illius est. Et hoc, inquit, verum est, quod vnusquisque Angelum habet.) Si ergo Angelos habemus, sobrij simus, tanquam si pædagogi quidam nobis adessent. Adest namque dæmon. » Basilius quoque: « Neque, in-

Lib. 7. in vita PP. cap. 44.
Ps. 15. 8.
Seneca ep. 21.
Hilar. in Psal. 118.
Ber. ser. 12. in Ps. 90.
Chrysost. ho. 3 in c. 1. ad Coloss.
Chrysost. ho. 26. in Act. 12.

Digitized by Google

quit, quæ reueretur cæteros, ſeipſam reuerentia indignam iudicabit: verum ſeipſam primùm conſcientiamque ſuam reuerettur, etiamſi valde ſit ſola: Deinde aſtantem ſibi cuſtodem Angelum aures & oculos magni Regis Angelos appellauit. Et de oculis quidem Zacharias ſeptem oculos dixit ſuper lapidem vnum. Siue iuſtum omni cautela cuſtodiendum, purgandum, illuminandum, perficiendumque; ſiue durum peccatorem ad eum molliendum. Qui & aures Dei ſunt, nimio zelo quidquid contra Deum aut proximum dicimus audientes: « Auris zeli audit omnia. » Et rurſum: « Ne dederis cor tuum, vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram Angelo, non eſt prouidentia: ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos, diſſipet cuncta opera manuum tuarum. » Sunt & eorum lampades ardentes, ſunt ſexaginta fortes cor noſtrum vt lectulum Salomonis, Dei æmulatione cuſtodientes: « Propter te à Deo Patre exiuit, & matrem Synagogam reliquit, vt adhærens ei vnus cum eo ſpiritus efficiaris. Et tu ergo filia audi & vide, obliuiſcere populum tuum, &c. deſere carnales affectus, ſæculares mores dediſce, à prioribus vitiis abſtine. Quid enim putas? Nonne ſtat Angelus Domini qui ſecet te mediam, ſi fortè, quod auertat ipſe, alterum admiſeris amatorem. Iam enim deſponſata es illi, iam nuptiarum prandium celebratur, iam cœna quidem in cœlo, & in aula æterna paratur. » Sed heu « væ nobis ſi quando prouocati peccatis, & negligentiis noſtris, indignos nos iudicauerint præſentia, & viſitatione ſua; vt iam neceſſe habeamus, & nos plangere & dicere cum Propheta: Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam: elonga-

Baſil. de vera Virginitate.

Philo. lib. de ſomniis

Zach. 3. 9.

Sap. 1. 10.

Eccle. 5. 5.

Ber. ſer. 2. Dom. poſt Epiph.

Cant. 3. 7.

Ber. ſer. 1. de S. Mich.

Pſa. 37. 11.

Digitized by Google

tis nimirum eis, quorum præsentia protegere nos & propulsare poterat inimicum. » Ad hæc, « noueris animam nunquam esse sine Angelorum custodia, qui eam æmulantur, in æmulatione soliciti suo viro seruare, & virginem castam exhibere Christo. Et ne dixeris in corde tuo: vbi sunt? quis eos vidit? Vidit eos Propheta Elisæus, insuper & fecit orando, vt videret etiam Giesi. Tu non vides, quia non es Propheta, nec puer Prophetæ. Vidit Patriarcha Iacob, & ait, castra Dei sunt hæc. Vidit & Doctor Gentium, qui dicebat, nonne omnes sunt administratorij spiritus, &c. Ergo Angelicis fulta ministris, & superno stipata agmine Sponsa incedens, similis est equitatui Domini. Illi vtique qui quondam in curribus Pharaonis, tam stupendo diuini adiutorij miraculo triumphauit. » Sed vt sanctam animam pro Sponso pugnantem zelantur & iuuant, sic præuaricantem & infidelem auersantur. « Vnicuique nostrum à die baptismatis vsque ad obitum, delegatus est Angelus, qui & viriliter decertantem à tentatione custodiat & auxilium præbere in bonis operibus non desistat, &c. Deputat Deus virtutes Angelicas humanæ custodiæ, & infelix homo relicta munditia, & puritate virtutum, squaloribus se polluit, ac sordibus vitiorum. Nam cùm in exhalantis ac cœnosæ luxuriæ fœtore prouoluitur, cùm vermescentis auaritiæ sordibus inquinatur, cùm denique ad instar Ægyptiorum fluminum homicidalis anima in odij sanguinem vertitur, postremò cùm velut in cloacam stercorum corruens multiplicis nequitiæ fæcibus inuoluta fœdatur: hunc Angelus fœtorem, & inhonestam purulentiæ nauseam inuitus satis, & grauiter tolerat, etsi cœlestis imperij lege constrictus, obedientiam non omittat. »

Ber. ser. 39. in Cant.

Cant. 1. 8.

Damia. opusc. 23. c. 4.

Exod. 7. 17.

Digitized by Google

Secvnda Reflexio. Præter reuerentiam & honorem excellentiæ & præsentiæ Angeli debitam, singulari eorum custodiæ, assiduisque charitatis officiis, mutuam eis debemus rependere charitatem. Exordia vitæ infantis Gentiles minoribus Diis tribuebant, nos ea omnia cum Tertulliano Angelis custodibus assignamus : « Omnem hominis in vtero serendi, struendi, fingendi paraturam, aliqua vtique potestas diuinæ voluntatis ministra modulatur, quamcumque illa rationem agitare sortita. Hæc æstimando etiam superstitio Romana Deam finxit Alemonam, alendi in vtero fœtus; & Nonam, & Decimam, à sollicitioribus mensibus; & Partulam quæ partum gubernet; & Lucinam quæ producat in lucem. Nos officia diuina Angelos dicimus. » Cui præcisè subscribit Augustinus : « Si vel cui præbendum est, vel à quo nobis præbendum est officium misericordiæ, rectè proximus dicitur; manifestum est, hoc præcepto quo iubemur diligere proximum, etiam sanctos Angelos contineri, à quibus tanta misericordiæ officia impenduntur, quanta multis diuinarum Scripturarum locis animaduertere facilè est. » Quis porro eorum in nos officia valeat recensere? Non frustra manna panis vocatur Angelorum, quod eorum manibus confectus & distributus, ab eis vim acciperet saporis multiformis, vt « in id quod quisque volebat, conuerteretur. » Idcirco varias pro homine se transfigurant in formas, & omnimoda præbent officia. Ideo & ipsa quatuor Cherubim apud Ezechielem, quatuor animalium induunt formas. Et Cherub quidem vocantur à scientia & sapientia qua mundum gubernant. Et sic vocantur ab Hebræo « Cabbir, » id est multiplex. Scientia scilicet, robore, forma, figura. Vnum-

Tertul. de anima cap. 37.

Aug. li. 1. de Doctr. Christ. c. 30.

Sap. 16. 21.

quodque eorum iuxta rotam in medio rotæ, quatuor facies habebat; quod orbibus cœleſtibus elementiſque mutuo ſe circuitu ambientibus præſideant. Nec tantum homini cuſtodiendo inuigilent Angeli, oculis pleni, ſed quaſi paſtores, propter hominem, perfectis animalium ſpeciebus, ſint à diuina Prouidentia præpoſiti. Auibus quidem quarum princeps Aquila, feris quarum rex Leo, domeſticis quorum Bos vtiliſſimus agnoſcitur. Quis non ſtupeat memorans Angelum quadraginta annis columnam nubis & ignis Iſraëlitico populo, præferentem, phoſphorum noctu, diuque vmbraculum? « Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem » donec eos in terram promiſſam introduceret. Quod & ſingulis præſtat quiſque Angelis cuſtos: « Cuſtodiens in omnibus viis, in manibus portans, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. » Baiuli noſtri ſunt, quibus in Hieruſalem tranſuehimur, nec ceſſant donec in paratum locum introduxerint. Nec minori quam Raphaël zelo, pediſſequum agens nos in omni peregrinatione noſtra ſedulus comitatur, à viſibilibus & inuiſibilibus inimicis tuetur, temporalem æternamque ſalutem negotiatur: ſicut Raphaël Tobiam iuniorem à piſcis deuoratione, & Aſmodei incurſu liberauit, pecuniam à Gabelo recepit, vxorem Saram prouidit, ſaluum duxit ac reduxit, Tobiam patrem à cæcitate curauit, & omnem domum benedictione repleuit. Hoc miniſtro vota noſtra preceſque feruntur ad Deum, & petita referuntur: « Angelus qui vnus eſt de ſodalibus Sponſi, in hoc ipſum deputatus miniſter profectò & arbiter ſecretæ mutuæ ſalutationis. Angelus quomodo tripudiat, quomodo collætatur, & condelectatur, & conuerſus ad Dominum dicit:

Pſ.104. 39.

Pſ.90.11

Hiero. in Eſa. 66.

Aug. ſer.228. de tem.

Ber.ſer. 31. in Cant.

Gratias tibi, ago Domine maieſtatis, quia deſide- Pſ.20.2
rium cordis eius tribuiſti ei, &c. ipſe eſt qui omni
loco ſedulus quidem pediſſequus animæ, non ceſ-
ſat ſolicitare eam, & aſſiduis ſuggeſtionibus mo-
nere dicens: Delectare in Domino, &c. ita: De- Pſ.36.4
ſiderat anima iſta ad te Deus. Deſiderauit in no- & 41.1.
cte, &c. tota die expandit ad te manus ſuas: di- Pſ.89.13
mitte illam quia clamat poſt te. Conuertere ali- Pſa.87.
quantulũ, & deprecabilis eſto ſuper eam. Reſpice 10.
de cœlo, & vide, & viſita deſolatam. Fidelis Pa- Matth. 14.21.
ranymphus, qui mutui amoris conſcius, ſed non Pſa.79.
inuidus, non ſuam quærit, ſed Domini gloriam. 15.
Diſcurrit medius inter dilectum & dilectam, vota
offerens, referens dona. Excitat iſtam, placat il-
lum. Interdum quoque, licet rarò, repræſentat
eos pariter ſibi, ſiue hanc rapiens, ſiue illum addu-
cens: ſiquidem domeſticus eſt, & notus in pala-
tio, nec veretur repulſam, & quotidie videt faciem
Patris. » Atque vt ſupra dicta retexam, oculi ſunt
vigiles & duces noſtri, immobiles & fixi ſuper la-
pidem vnum. Siue quod in Chriſto viua petra Pa- Zach.3.
tris imagine cælata, vt primario ſuæ beatitudinis 9.
obiecto, Verbo inceſſanter defixi ſint omnes admi-
niſtratorij ſpiritus: ſiue quod eius intuitu & amo-
re, peccatores & iuſtos, aſſiduò conſiderent tan-
quam lapides præparatos muris Ieruſalem inſtau-
randis, & ruinis deſertorum Angelorum implen-
dis. Vident Angeli pacis, & ſuo modo flent ama- Pſ.109.
rè ſuper vno indurato peccatore, vt eius peccata 7.
purgent, & duritiem emolliant. Et rurſum gau- Eſa.33.
dent ſuper vno peccatore iuſtificato, & pœniten- 7.
tiam agente, tanquam lapide pretioſo, cui illumi- Luc.15.
minando & perficiendo inuigilant, tanquam gem- 10.
mæ coronæ regis æterni deſtinatæ. Et tam iuſto
quam peccatori indefeſſa cuſtodia præeſt, vt in ma-

nibus tollat, ne offendat ad lapidem pedem suum. Multo magis vt à pedis affectu remoueat scandalum. O quam cæci & dormitabundi hactenus, tanta Angelorum beneficia, vel non intelleximus, vel neglexímus. Similes Petro vinculis & carcere soluto, « nescienti verum esse quod fiebat per Angelum. » Dic si potes, quoties cæco materni ventris carcere clausus, natura filius iræ, verna peccati, mancipium diaboli, ab eo præfocatus? Quoties infantulus in ignem, aquam, per scalas præcipitatus, per plateas ambulans, tegula ruente, æquo vel curru contritus, noctu catharro, fluxuque immodico, aut alio repentino morbo præreptus, nisi hæc omnia infortunia custos Angelus præuenisset. Huic certè vni post Deum, Deoque per ipsum prouidenti, tot accepta beneficia debentur. Si oras, si erogas, si quid boni præstas, ad hæc omnia excitat Angelus. Si tentaris, si vndequaque oppugnaris, vim cohibet aduersarij, & robur in certamine subministrat. Laboranti sub iugo Christi, bouem se comparem iungit. Si leo circuit quærens quem deuoret, ipse tanquam leo fortior occurrit. Humanis infirmitatibus hominis faciem induens compatitur, & ad conuersationem cœlestem, sicut Aquila pullum suum prouocat ad volandum: « Horum natura cùm sit conuertibilis, in eas se formas vertunt, quæ prosunt causis ad quas diriguntur necessariæ. Ideo hic ignis est qui & ministri Dei, & ipsius iussione, Eliam leuaturus ad cœlum, currus, & equorum forma executurus iussa suscepit. » Nec frustra dixerim in Annulis aureis arcam vehentibus adumbratos: « Angeli enim sicut quidam annuli sunt, in animos saluandorum immissi, vt ad sublimia eleuentur. » Et quidem vt Magis, iter nobis in Bethlehem domum panis aperiunt:

Act. 12. 9.

Deut. 32. 11.

Chrysost. ho. de ascē-su Eliæ.

Nyss. de vita Moysi.

« Virtus

« Virtus enim ſuperna, nimirum Angelica deducens Magos, aſſumpſit ſtellæ ſpeciem. » Nec ceſſat à cuſtodia Angelus, « nec dimittit, donec introducat in locum quem præparauit. Poſſumus, inquit Bernardus, hunc verſum, in manibus portabunt te, &c. non modò de præſenti conſolatione dictum accipere, ſed etiam de futura. Nempe cuſtodiunt nos in viis noſtris ſancti Angeli, ſed via finita, quod eſt vtique vita finita, in manibus tollunt. Nec enim deſunt nobis teſtes fideles, &c. Vidit ſanctus Benedictus Germani animam Capuani Epiſcopi, in Sphera ignea ab Angelis in cœlum deferri. Sed quid huiuſmodi teſtimonia requirimus? Ipſa in Euangelio veritas, de mendico & vlceroſo ait, quoniam portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ. Neque enim in illa tam noua nobis, tamque incognita regione ambulare ipſi poſſemus, præſertim cùm tantus ſit lapis in via. Qui lapis? qui in lapidibus olim conſueuerat adorari, qui lapides obtulit Domino, dicens: Dic vt lapides iſti panes fiant? Porrò pes tuus, affectio tua: pes animæ quam in manibus Angeli portant, ne offendat ad lapidem pedem ſuum. Quomodo enim non vehementiſſimè turbaretur anima, ſi ſola hinc egrederetur, ſi illas ſine conſolatione ingrederetur vias, ſi inter illos lapides ſuis pedibus graderetur? Etenim verò manifeſtius audi, quàm neceſſe habeas portari in manibus alienis, nec aliis quàm Angelicis tamen. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c. Quid inter hæc faceret pes humanus? Quid humanæ affectionis inter tam terribilia monſtra conſtaret? Nempè nequitiæ ſpirituales ſunt, & quidem non incongruis appellationibus deſignatæ, &c. vt ex diuerſis officiis, quin potius

Theodotus orat. de Chriſti Nat.

Exod. 23. 20.

Ber. ſer. 13. in Pſ. Qui habit.

Luc. 16. 22.

Matth. 4. 3.

Digitized by Google

maleficiis, vocabula quoque diuersa sortiti nominentur? Alius siquidem aspis, alius verò basiliscus, alius autem leo, & alius quidem draco: quod videlicet suo quodam inuisibili modo, variè quoque noceant quasi alius morsu, alius quoque visu, alius autem rugitu vel ictu, alius quidem flatu.» Sed quid timeat timore nocturno, à negotio perambulante in tenebris, cui aderit adiutor in opportunitatibus in tribulatione lucis & diei Angelus? Zelo salutis nostræ ardentior quàm Sathan inuidentior, & gratia & gloria superior. Ad hæc constitutis in extremis Iob spopondit: « Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus, vt annuntiet hominis æquitatem; (Pagninus ex Hebr. vita eius mortificantibus, &c. vt annuntiet homini rectitudinem eius:) miserebitur eius, & dicet: Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo propitier. Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam.» Incipit itaque custodiam ab vtero, & exordio vitæ; iuxta Anselmum: « Vnaquæque anima, dum in corpus mittitur, Angelo committitur.» Nec ab eo dimittitur, donec in locum suum transmittatur: « Magna benignitas Angelorum notatur in eo quod dicuntur nostri. Angeli eorum, &c. Vt benè nostri; quia tam citò quàm anima creatur, datur ei Angelus. Quod sine dubio maximum est, tam nobilem creaturam seruire homini, & peccatori, & ingrato frequenter. Seruire autem dicuntur tripliciter, &c. Purgamur enim ab eis (& in fine quàmmaximè) per remotionem prauitatis, & dissimilitudinis; illumina-

[Marginal notes: Iob 33. 22. — Anselm. in Elucidario — D. Tho. in festo S. Michael. — Matth. 18. 10.]

Digitized by Google

mur per ſuſceptionem diuini luminis, perficimur per inflammationem diuini amoris.» Tandem perfectos inducunt ad videndam in quam deſiderant proſpicere, faciem Patris, « admirabilem propter maieſtatis infinitatem, delectabilem propter gratiarum multiplicitatem; amabilem, propter ineffabilis pulchritudinis claritatem, deſiderabilem, propter gloriæ æternitatem.» Quidquod & manibus ſuis efferunt in requiem, vt animam Lazari: « Magna benignitas eſt, quòd mendicos non dedignatur portare, cùm ſint Principes cœli.» Ad hæc: « Tria bona facit Angelorum benignitas hominibus bonis morientibus. Primò quia à dæmonibus qui ibi adſunt, vel in aëre obuiant, liberant; Immittet Angelus Domini in circuitu timentiũ eum. Secundò celebres exequias celebrant, dicente Auguſtino: « Præclaras exequias purpurato illi diuiti exiguit turba famulorum, ſed multo clariores pauperi vlceroſo miniſterium præbuit Angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, ſed in Abrahæ gremium. Et quod eſt tertium, inducunt eum in cœleſte regnum, donec in die iudicij collectis electorum cineribus à quatuor ventis « vnuſquiſque Angelorum aderit in iudicio, educens eos ſecum, quibus præfuit, quos adiuuit, quos inſtruxit, pro quibus vidit faciem Patris.» Tum enim prophetia Dauidis implebitur iubente Chriſto Angelis; Congregate illi Sanctos eius: « Aduocabit cœlum ſurſum, nihil melius intelligi exiſtimo, quàm homines qui rapientur obuiam Chriſto in aëra. Sed cœlum dictum propter animas, terram propter corpora. Diſcernere porro populum ſuum, quid eſt, niſi per iudicium ſeparare bonos à malis, tanquam oues ab hœdis? Deinde conuerſio ſermonis ad Angelos facta eſt. Congregate illi iuſtos

D. Th. ibidem ſupra.

D. Th. ſer. de mortuis

Iſa. 33. 7

Orig. ho. 11. in Num.

Aug. 20 de ciu. cap. 24.

Pſ. 49. 5

eius. Profectò enim per Angelicum ministerium tanta res peragenda est. Si autem quærimus quos iustos ei congregaturi sint Angeli : qui disponunt, inquit, testamentum eius super sacrificia. Hæc est omnis vita iustorum, disponere testamentum Dei super Sacrificia (id est, misericordiæ opera :) quia propter promissiones quæ nouo Testamento continentur, hæc faciunt. Vnde congregatis sibi iustis suis, & ad dexteram suam constitutis, nouissimo vtique iudicio, dicturus est Christus, Venite benedicti, &c. Esuriui enim, &c. » & per hæc quæ
Tit. 2. 12. suadentibus Angelis « piè, iustè, sobriè in hoc sæculo viuendo » gesserimus, per hæc gratulantibus, & comitantibus Angelis Deo remunerante coronabimur.

TERTIA REFLEXIO. Euigila nunc anima mea, & ex custodis tui excellentia tuam attende dignitatem, quam vt gemmam pretiosam, thesaurum, & sponsam Angelo fidecommisit Aulico, & Principi supernæ ciuitatis : « Vide ne contemnas vnum ex pusillis, cuius Angelus semper videt faciem Patris. Periculosè contemnitur, cu-
Hilar. Can. in Matth. ius preces ad Deum ambitioso Angeli famulatu perferuntur. » Heu quid agis cùm verbo, vel facto proximum lædis ? Non vides, vt Cherubim custodibus introitum Paradisi sui, gladium flammeum & versatilem exerat ; vt vnus ex sexaginta
Cant. 3. 7. fortibus tanquam lectulum Salomonis sui custodiat ? O quoties, si oculos interiores haberemus, cum Stilita cerneremus custodes nostros, dum peccamus, extinctis facibus, neglecta & sparsa cæsarie, humentibus oculis, tristi facie, &c. condolentes. Rursum, dum reuertimur ad cor, faces accendere, vultum hilarem induere, conuersis gratulari, &c. Ad hæc quis tibi pudor Angeli tui

motionibus piis, toties reſtitiſſe, cùm Angelorum nutui, & motricum intelligentiarum cœleſtes orbes abſque vlla reſiſtentia pareant? An de corpore Leuiatham volumus recenſeri, qui nulli vnquam cuſtodis Angeli motui reſpondebit? De quo ſcriptum eſt: « Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquammis ſeſe prementibus, vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum qnidem inſedit per eas, &c. cor eius indurabitur quaſi lapis. Corpus Leuiatham iſtius, omnes iniqui, quia per obſtinationem duri ſunt, ſed per vitam fragiles, ſcutis fuſilibus comparantur, &c. Sanctæ exhortationis ſpiracula ad ſe nullatenus intrare permittunt.» Piis longè ſuauius & tutius aduerſariis dum in via ſumus conſentiamus, & Angelicam puritatem, obedientiam, charitatem, diuinæ faciei præſentiam, in bonis operibus indefeſſam perſeuerantiam imitemur. « Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominũ. Confiteantur & dicant inter gentes, magnificauit Dominus facere cum eis. Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei, aut quid apponis erga eum cor tuum? Ei mittis vnigenitum tuum, immittis Spiritum tuum, promittis etiam vultum tuum. Et ne quid in cœleſtibus vacet ab opere ſolicitudinis noſtræ, beatos illos ſpiritus propter nos mittis in miniſterium, cuſtodiæ noſtræ deputas, noſtros iubes fieri pædagogos. Parum eſt enim quod facis Angelos tuos ſpiritus, facis & Angelos paruulorum. Denique Angeli eorum ſemper vident faciem Patris. Illos itaque tam fœlices, & tuos ad nos, & noſtros ad te Angelos facis. Angelis ſuis mandauit de te. Mira dignatio, & verà magna dilectio charitatis, &c. O triticum inter zizania! ô granum inter paleas! ô lilium in-

Iob 41. 6.

Greg. l. 33. in Iob c. 24.

Matth. 5. 25.

Ber. ſer. 12. in Pſ. Qui habitat.

Pſ. 106. 15.

Pſ.115.3 ter ſpinas ! gratias ei fratres ; gratias ei , pro nobis
Aug. pariter & pro vobis. » Quid retribuam Domino
Solil. c. pro omnibus quæ retribuit mihi ? « Dederas quic-
27. quid cœli ambitu continetur ; & quaſi parua repu-
Eſa. 62. taș hæc quæ ſub cœlo ſunt, niſi adderes etiam ea
6
Pſ. 124. quæ ſunt ſuper cœlos , &c. hi ſunt cuſtodes ſuper
2. muros ciuitatis tuæ nouæ Ieruſalem , & montes in
Luc. 2. 8 circuitu eius , vigilantes , & cuſtodientes vigilias
Iſ. 7. 2. noctis ſuper gregem tuum , nequando rapiat vt leo animas noſtras , dum non eſſet qui eriperet , &c. Adiuuant laborantes , protegunt quieſcentes , hortantur pugnantes, coronant vincentes; congaudent gaudentibus ; de te,inquam, gaudentibus ; compatiuntur patientibus, pro te , inquam,patientibus. »
Dan. 3. Et in purgatorio ardentibus; medium fornacis qua-
50. ſi ventum roris flantem efficiunt ; & inde ex tenebris ad lucem æternam ducunt. Benedicant te Domine Angeli tui pro omnibus naturæ , gratiæ , & gloriæ donis ; pro quibus & vobis Angeli gratulamur , & gratias pro omnibus officiis impenſis referimus ; ſupplices exorantes per ſcalæ Iacob myſterium , vt aſſiduo aſcenſu & deſcenſu ſalutem noſtram negotiantes , faciem Patris vobiſcum videamus. Amen.

Digitized by Google

DE SANCTO RAPHAELE
ARCHANGELO.

Ego sum Raphaël Angelus, vnus ex septem qui astamus ante Dominum.
Tob. 12. 15.

TAnto deuotionis affectu flagrabat piissimus Francisci Gonzagæ Ducis Mantuanæ secundi, & Marchionis Montisferrati, ergá sanctum Raphaëlem animus, vt dum vxorem à Deo posceret, & Elizabetham Austriæ Ferdinandi Imperatoris filiam peteret, pro emblemate voluerit habere sancti Raphaëlis imaginem, manu ducentis Tobiam iuniorem, cuius in manu piscis erat pendulus, cum symbolo de Psalte sumpto: « Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. » In quo quidem emblemate Dux iste ingeniosè delineauit quod omnibus votis exposcebat, prospera omnia in huius vitæ viâ, incolumitatem, ab insidiis inimicorum visibilium, inuisibiliumque sospitatem, & præ cæteris iuxta Sapientem « mulierem bonam, partem bonam, propriè à Domino dari vxorem prudentem; » qualem internuntio & paranympho Raphaële Saram obtinuerat Tobias. Primò itaque quod penicillo pictoris Dux iste gratus Raphaëli suo sacrauit emblemate; hoc ego animi in eundem Archangelum non ingrati monumentum, calamo exarabo; in primâ huius tractatus

Typot. in Hier. Ducum Mant.

Psa. 24. 4.

Eccli. 26. 3. Prou. 19. 14.

Digitized by Google

Divisio. parte, singulares eius virtutes, & merita describens; & in secunda Reflexiones morales, ex monitis eius Angelicis proferens; quibus veluti salutiferis plantis ac remediis, iuxta vim nominis Medici, omnes animi nostri morbos curare nos docuit. Sed dum adgredior itineris nostri Ducis ac Medici encomia recensere; te Sarâ & Elizabethâ pulchriorem, sanctiorem, fœcundiorem, monte Galaad plantis medicis consito salubriorem, cuius capillatura est monti Galaad comparata, in quo & conceptus est omnium Medicus, cum altero ex septem spiritibus Gabriele salutabo, dicens. Aue Maria.

Ierem. 8.22. Cant. 4 1.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Licet sub sui ministerij finem, suum & nomen proprium & dignitatem apertè manifestauerit sanctus Raphaël, initio tamen, vt viatori congrueret, prudenter vtrumque occultauit, vbi dixit: « Ne fortè solicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius » & altero versu: quærenti, « Vnde te habemus bone iuuenis? ille respondit: ex filiis Israël. Et Tobias dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit: noui: & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis. » Et hîc aptè quæritur, an absque mendacio hæc omnia potuerit Angelus recitare, & hominibus dissimulationis exempla præbere? Plerique certè peruersè torquentes eloquia sacra, in vitiorum suorum vmbraculum, & mendacij, æquiuocationis, & similium vitiorum defensionem; hunc locum, & multos alios ex Scripturis adsciscunt; & quod peius est cum hæreticis libertini Scripturam ipsam vt praua docentem, in contemptum adducunt. Sic Cyprianus notat concubinarios ex

Tob. 5. 18. Ibidem versu 7

Digitized by Google

Scripturis ſategiſſe, Clericorum cum mulieribus contubernium defendere. Helias enim manſit apud viduam; Apoſtoli, mulieres ſecum circumducebant; Dominus, cui Martha miniſtrabat ad menſam, cui recumbenti Magdalena lachrymis pedes lauit, capillis exterſit, vnguento perduxit, oſculis adorauit: cui familiare & ſingulare fuit cum Samaritide colloquium: cui de ſuis facultatibus mulieres piæ alimenta præſtabant. Ioannes ex Dominica delegatione Mariam in Matrem ſumpſit contubernalem: « Callidi (inquit) argumentatores, & Iuriſperiti fallaces: qui dum cupiunt præuaricari, controuerſias actioneſque cauſarum, etiam ipſa iura tranſuertunt. Et cùm nolunt competentibus coërceri iuſſionibus legum, ad illudendos iudices, inconuenientibus exemplis, velut ſimiles coniecturas iuris obiiciunt: qui per Salomonem ipſius legis ſagacitate produntur: peccator, inquit, homo euitat correptionem, & ad voluntatem ſuam inuenit comparationem. » Sic mendaces & deceptores pleraque obiiciunt ex ſcripturis in patrocinium ſuum. Velut Abrahæ Saram tacentis vxorem, ſororemque dicentis: Iacob primogenitum ſe Eſaü pellibus pio matris conſilio fingentis: Samuëlis ex Deo iuſſu in Bethlehem ſacrificandi prætextu ad vnctionem Dauid venientis: eiuſdem Dauid ſe mente captum coram Achis Rege, vt euaderet ab eo, ſimulantis: Eliſæi exercitui Siroum dicentis, dum ab eo quæreretur; « Non eſt hæc via veſtra, non ciuitas, ſequimini me, & oſtendam vobis virum quem quæritis: duxitque eos in Samariam. » Ægyptiæ item obſtetrices mentitæ Hebræas ſine adiutorio parere, remuneratæ leguntur: Iudith compoſitis mendaciis, ciuitatem ab excidio liberauit. Chriſtus ipſe vt hor-

Cypr. de ſing. Cleric.

4. Reg. 6. 19.

tulanus Magdalenæ, vt peregrinus Discipulis Emmaüs apparuit, fingens se longius ire. Et vt notat Hieronymus: « Negat fratribus & propinquis ire ad Scenopegiam: & postea scriptum est: vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad solemnitatem, non manifestè, sed quasi in abscondito. Iturum se negauit; & fecit quod priùs negauerat, latrat Porphyrius; inconstantiæ, ac mutationis accusat. » Sed in his omnibus, vt plurimùm « non mendacium fuit, sed mysterium. » Iacob enim sensu mystico & spiritu Prophetico dixit sè esse Esaü: non personâ, sed iure primogenituræ quod offa inruffatâ emerat, & Deo omnium Domino sibi tradente promeritus, & Christum habitu similitudinem carnis peccati habituri repræsentans. Dauid sapientiam occultauit, Christumque se suis portaturum manibus adumbrauit. Samuel iussu Domini, ad vnctionem Dauid se sacrificio præparauit. Abraham verè Saram sororem dixit quia filia erat Patris sui licet non esset filia matris suæ,& de more Iudæorum consanguineam sororem dixit. Ægyptiarum obstetricum « non est remunerata fallacia, sed beneuolentia; non iniquitas mentientis,sed benignitas mentis.» Christus autem talis Discipulis apparuit foris quales intus erant in dispositione cordis: « Quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, ire se longè finxit: (inde se in modum peregrini ipso habitu composuit) nihil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit: sed talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente.» Magdalenæ denique plantator Paradisi cum Patre, rectè velut hortulanus apparuit, virtutis omnis seminator, & rigator, & ipsius maximè incrementi dator. Cæterùm esto, mendacia recitet, quin etiam grauissima sancto-

Hiero. lib. 2. contra Pelag.

Aug. contra mēdac. cap. 10.

Augast. contra mēdac. cap. 15.

Greg. ho. 23. in Eu.

rum, etiam quorumdam peccata Scriptura Canonica, non tamen idcirco ea velut imitanda, ſed fugienda proponit. Ad ſanctos verò quod attinet Angelos, abſit, vt ex quo in gratia confirmati, & veræ ac æternæ lucis participes filij, à principibus tenebrarum magno Chao interpoſito diſcreti ſunt, ab eoque diuiſi: « Qui in veritate non ſtetit » aliquo linguæ Angelicæ lapſu, in mendacium cadere aliquatenus poſſint, « quorum ex ore verbum veritatis vſquequaque non aufertur. »

Io. 8. 44
Pſalm. 118. 43.

Nullus, his poſitis, ſupereſt dubietatis & ſuſpicionis locus, mentitum hoc loco Tobiæ Raphaëlem. Sed vt doctè notauit Magiſter Eſtius: « Sicut actiones Angelorum inter homines, non ſunt accipiendæ vt actiones humanæ, ſed vt actiones humanis quidem ſimiles, ſed aliud vlterius ſignificantes: ſicut videntur comedere, vt oſtendant ſe cibo & potu inuiſibili & immortali apud Deum frui: ſic etiam ſermones eorum accipiendi ſunt potiùs vt ſigna quorumdam myſteriorum, quã ſecundũ proprietatem verborum. » Non mentitos Angelos corpora, ſed vera ſumpſiſſe pluries ſcripſit Tertullianus: pauca de multis recenſebo: « In iſtâ quæſtione (de verâ carne Chriſti Angeli teſtamenti,) qui putaueris opponendos eſſe nobis Angelos Creatoris, quaſi & illi in phantaſmate putatiuæ vtique carnis egerint apud Abraham & Loth, (addam & Tobiam,) & tamen verè ſint & congreſſi, & paſti, & operati quod mandatum eis fuerat. » Intellige per organa verè corporea licet inanima, ad hæc nec comeſtio in digeſtione conſiſtit, ſed in veri cibi per os in ſtomachum corporeum traiectione. Et rurſum: « Cæterùm & aliis hæreticis definientibus carnem illam in Angelis ex carne naſci debuiſſe, ſi verè fuiſſet humana, certâ ratione reſ-

Tertul. 3. cont. Marc. c. 9. in p.
Ib. circa med.

pondemus, quâ & humanâ verè fuerit, & innata humana verè propter Dei veritatem, à mendacio & fallaciâ extranei: & quia non possent humanitùs tractari ab hominibus nisi in substantiâ humanâ, &c. Angeli neque ad moriendum pro nobis dispositi, breuem carnis commeatum non debuerunt nascendo sumpsisse, quia nec moriendo deposituri eam fuerant: sed vnde sumptam, & quoquomodo omnino dimissam, (sicut dimisit Raphaël impleto ministerio reuersus ad Deum à quo missus fuerat,) mentiti tamen non sunt.» Veram confirmat Raphaëlis comestionem Augustinus: «Numquid, inquit, in cœlo talis cibus est? Nam & Angelos officia humana in terrâ legimus executos. Venerunt ad Abraham, & manducauerunt: & cum Tobiâ Angelus fuit, & manducauit. Quid dicimus, quia phantasma erat illa manducatio, & non erat vera? Nonne manifestum est quòd vitulum occidit Abraham, panes fecit, & ad mensam posuit, ministrauit Angelis, & manducauerunt. Omnia ista manifestissimè facta, & manifestissimè expressa sunt. Quid ergo dicit in libro Tobiæ Angelus? Vidistis me manducare, sed visu vestro videbatis. Numquid quia non manducabat, sed manducare videbatur? Immò verò manducabat. Quid est ergo, visu vestro videbatis? Intendat Sanctitas vestra quod dico, &c. Semper de corpore nostro discedit aliquid quasi quodam fluuio discessionis, sed inde non sentimus vires discedentes, quia per refectionem accipimus succedentes, &c. Sicut oleum in lucernâ quod paruo tempore mittitur, diutiùs paulatimque consumitur. Cùm autem propè consummatum fuerit, iam languor flammulæ illius, quasi fames lucernæ admonet nos, & continuò subuenimus, vt instauretur illa species, &

Ibidem circa fi.

Aug. in suppl. p.1. ser. 121. de diuersis à Beda citato in 1. Cor. 15. & Coloss. 3.

Tob. 12. 19.

Digitized by Google

maneat lux in lucernâ cibo suo refectâ, cùm adiicimus oleum. Sic vires nostræ quas accipimus manducando, eunt & deserunt nos perpetuâ discessione, sed paulatim. Non cessat ire quod acceptum est. Et si fuerit omnino consumptum, ita & homo moritur, quomodo lucerna extinguitur, &c. Qui dicit refici quid reficit, si nihil deficit? &c. Lucerna ipsa etiamsi subinde semper mittas oleum, non valet semper ardere: quia vt aliis casibus non extinguatur, ipsa stuppa deficit, & quadam quasi senectute consumitur. Quamdiu ergo talia corpora gerimus, ex defectu indigemus, ex indigentiâ esurimus, ex esurie manducamus. Angelus verò non ex indigentiâ manducat. Aliud est enim ex potestate aliquid facere, aliud ex necessitate. Manducat homo ne moriatur; manducat Angelus, vt mortalibus congruat. Si enim mortem non timet Angelus, non ex defectu reficitur: si non ex defectu reficitur, non ex indigentiâ manducat. Qui autem videbant Angelum manducare tanquam esurientem putabant. Hoc est quod ait: visu vestro videbatis. Non enim dixit, videbatis me manducare, sed non manducaui: Videbatis, inquit, me manducare, sed visu vestro videbatis: id est, ego manducabam, vt vobis congruerem, non quia famem vllam aut indigentiam patiebar, quâ cogente vos manducare consueuistis, & ideo quos manducare videritis, ex indigentiâ id fieri suspicamini, qui ex vestrâ consuetudine metimini quod videtis, hoc est, visu vestro videbatis.» Sic & concludit de Christo manducante post resurrectionem: « In corpore, inquit, non ampliùs morituro, non erat illa indigentia corruptionis, vt esset necessitas refectionis, sed erat potestas edendi: factum est causâ congruendi, non vt subueniretur inopiæ carnis, Aug. ib.

Digitized by Google

ſed vt ſuaderetur veritas corporis. »

In vero itaque corpore, verè & non fictè licet non ex indigentiâ, ſed congruentiâ cum Tobiâ comedit Raphaël. Verùm inuiſibilis eius ſpiritus alio ſibi congruo & ad beatitudinem neceſſario cibo inuiſibili veritatis & æternæ lucis ſapientiæ vtebatur, & in neutro Angelus veritatis mentiebatur. Sicut cũ ſe dixit ex filiis Iſraël verũ dixit, & cibũ ſuum inuiſibilem indicauit. Iſraël enim idem eſt ac Deum videns: « Angeli enim eorum ſemper vident faciem Patris qui in cœlis eſt. » Et hic eſt cibus & panis Angelorum qui de cœlo deſcendit. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant & videant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Nec minus verè Azariam ſe nominauit, hoc eſt Dei auxilium, quod afflictæ & miſeræ familiæ Tobiæ miſſus eſt Raphaël tanquam auxilium miſſum de ſancto, vt egentibus debitam & mutuò præſtitam Gabelo pecuniam, hoc eſt decem talenta argenti olim accepta à Rege Aſſyriorum Salmanaſar in munus honorantium, reciperet, & ereptum oculis lumen reſtitueret, & à piſce vorace iuniorem Tobiam præſeruaret, & vxorem ei quæreret, & à dæmonio liberaret, & eâ ſaluâ & incolumi ducem ac reducem itineris ſe præberet. O verè Azariam, auxilium Dei! Et numquid non Ananiæ magni filius? id eſt « miſericordiæ Dei » qui tot afflictam domum miſeriis ſubleuauit. Licet enim filium ſe dixerit Ananiæ viri, vnde & dixit ei Tobias « Ex magno genere es tu: ſed peto ne iraſcaris quòd voluerim cognoſcere genus tuum: » tamen vt vſu ſcripturæ nomen eius induit, cuius gerebat imaginem, ſicut Geneſ. 30. Angelus Deum repræſentans innixum ſcalæ dixit Iacob: Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem. Et Matthæi 11. Ioannes dicitur Elias à Chri-

Matth. 18. 10.

Tob. 1. 16. 17.

Cap. 6. 19. ibid.

ſto, non perſonâ ſed virtute & ſpiritu. Sic Filius
Dei & miſericordiæ eius dictus eſt Raphaël; ſicut
de Angelis dicitur: « Cùm veniſſent filij Dei vt aſ- Iob 1.6.
ſiſterent coram Domino. » Et rurſum Dominus
ab Iob: « Vbi eras cùm me laudarent ſimul aſtra Iob 38.
matutina, & iubilarent omnes filij Dei? » Quin 7.
& apud Danielem de Angelo tres pueros ſeruante:
« Species quarti ſimilis Filio Dei. Et quidem ſic Dan. 3.
Pſaltes hominibus canit: « Afferte Domino filij 9.
Dei: afferte Domino filios arietum: Quis ſimilis Pſ.28.1. Pſ. 88.7
Deo in filiis Dei? » Si Angelus, ſpiritus immorta- Tob.12.
lis Deo qui ſpiritus eſt, non eſt ſimilis. Neque 15.
vero tantùm vnus ex communi Angelorum plebe Dan. 7.
eſt Raphaël, « ego ſum, inquit, vnus ex ſeptem 10.
qui aſtamus ante Dominum. Millia millium mini- Zach. 4
ſtrant ei, & decies centena millia: » Sed vt habet 10.
Zacharias « ſeptem iſti oculi ſunt Domini qui diſ- Tob.5.5
currunt in vniuerſam terram. » Nec mirum ſi To- & verſ.
bias iunior « inuenit iuuenem ſplendidum, Septua- 7.
ginta (inuenit Raphaël,) ſtantem, præcinctum, Apoc. 4.7.
& quaſi paratum ad ambulandum. Et Tobias dixit Apoc.5.
ei: Noſti viam quæ ducit in regionem Medorum, 6.
cui reſpondit: noui: & omnia itinera eius frequen- Apoc.
ter ambulaui. » Cùm ſit vnus ex diſcurrentibus 1.4.
in vniuerſam terram: & Ioannes vidit « ſeptem lampades ardentes ante thronum Dei. » Item eoſdem vocat « ſeptem cornua Agni. » Item per eos benè adprecatur gratiam & pacem dicens: « Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptẽ ſpiritibus qui in conſpectu Throni eius ſunt. » Oculi ſunt, vt pupilla oculi Deo cæteris chariores, vigiles, prouidentes, celeres vt venti & ſpiritus, ardentes vt lampades, noctis & ignorantiæ noſtræ ſolatia: cornua Agni pro nobis contra dæmones fortiter prælíantia. De

Philo l. de somniis circa med. quibus Philo: « Sunt quædam purissimæ substantiæ, optimæque, quæ altiùs diuiniúsque sapiunt, aspernatæ ista terrestria & humilia, ministræ Omnipotentis, tanquam magni Regis aures, & oculi audientes videntesq; omnia. Has Genios Philosophi, Angelos vocāt sacræ literæ.» Sed ex quo Dei Filius, Philip. 2. 7. « in similitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo, Ier. 14. 8. tanquam peregrinus declinans ad manendum, introductus à Patre in orbem terrarum Hebr. 1. 6. ab Angelis adorandus: » est præsentatus, Hebr. 1. 14. « Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, &c. » Adeo omnes vt nec Michaël, Gabriel & Raphael, tres primi de septem nullum circa homines ministerium dedignentur, contemplantes Dominum suum cui assistunt in cœlo, Matth. 20. 28. « non venisse ministrari, sed ministrare. »

Et quidem notatu dignum, iuxta Prophetas, Deum conformari Regum Persarum & Assyriorum mori, septem præcipuos consiliarios circa se habentium. Sic enim Assuerus præcepit septem Esther. 1. 10. Eunuchis qui in conspectu eius ministrabant, & introduxerunt Reginam Vasthi. Et ibidem cum Ib. v. 14 Rege septem Duces Persarum atque Medorum qui videbant faciem Regis, & primi post eum residere soliti erant, mensæ Regiæ accubuisse narrantur. 1. Esdræ 7. 13. Similiter & apud Esdram, Artaxerxes sic ei loquitur: « A me decretum est, vt cuicumque placuerit in Regno meo de populo Israël, & de Sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat. A facie enim Regis, & septem consiliariorum eius missus es. » In quo quidem iuxta Arist. li. de mūdo ad Alex. Aristotelem: « Maiestas & gubernatio Regum Persarum, fuit imago diuinæ potestatis & Prouidentiæ. » Quid si Philosophus litteras sacras didicisset? Et septem spiritus cæteris nobiliores Angelis Dei consi-

consiliarios & veros prouidentiæ ministros audiuisset. Mira dignatio! Tobiæ & Saræ Raphaël medicus ad salutem est deputatus: « Missus est Angelus Domini S. Raphaël, vt curaret eos ambos (id est curam gereret Tobiæ Senioris ab vxore propriâ obiurgati, & Saræ futuræ vxoris Tobiæ ab ancillâ improperatæ,) quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.» Vbi Septuaginta sic legunt: « Exaudita est deprecatio vtrorumque coram gloriâ magni Raphaël: (Vulgata, in conspectu gloriæ summi Dei) & missus est ad sanandũ ipsius Tobit desquamare albugines, & Sarram filiam Raguel dare Tobiæ filio Tobit vxorem: & ligare Asmodæum malum dæmonium: quoniam ad Tobiam pertinet hæreditare eam. » Quid sublimius ad commendationem Raphaëlis, qui inter filios Dei, inter septem Principes, inter tres Optimates cœlestis aulæ, ad exprimendam gloriam magni Dei, quæ in generis humani salute posita est, ad personam Christi medici, & fortis superuenientis, & fortem religantis exprimendam, præ cæteris omnibus est electus? Quo enim fine Christus de cœlo venit in terras, nisi vt medicus sanaret infirmos? « Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere: Nulla, inquit, causa fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Si venit de cœlo magnus Medicus, magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. Ipse ægrotus genus humanum est, &c. Venit filius hominis quærere, & saluare quod perierat. Totum enim perierat, ex quo peccauit vnus. Vbi erat totum, perierat totum (totum autem in vno Adam erat, vt arbor in semine, & fluuius in fonte;) sed venit

Tob. 3. 25.

Aug. ser. 9. de verb. Apost. 1. Tim. 1. 15.

Luc. 19. 10.

vnus sine peccato, qui saluos faceret à peccato. »
Et rursum pro fideli, humanum ponens: « Humanus, inquit, sermo, &c. Quare humanus, & non diuinus? proculdubio nisi iste humanus sermo etiã diuinus esset, dignus omni acceptione non esset. Sed sic est sermo iste humanus & diuinus, quomodo & ipse Christus, homo & Deus, &c. Quare Apostolus humanum maluit dicere quàm diuinum? Hoc ergo elegit per qñod Christus in mundũ venit. Venit enim per quod homo erat: nã per quod Deus erat semper hîc erat. Vbi enim non est Deus, qui dixit, Cœlum & terram ego impleo? Christus est certè virtus & Sapientia Dei, de qua dicitur: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, &c. Et hîc erat, & venit. Hîc erat per diuinam Majestatem, venit per humanam infirmitatem. Quia ergo venit per infirmitatem humanam, ideo prædicans aduentum eius, dixit, humanus sermo est. Non liberaretur humanum genus, nisi Sermo Dei dignaretur esse humanus. Nam & homo ille dicitur humanus, qui se exhibet hominem, & maximè qui hospitio suscipit hominem. Si ergo hnmanus dicitur qui in domo suâ suscipit hominem, quàm humanus est, qui in seipso suscipit hominem? &c. Venit filius hominis quærere, & saluare quod perierat. Si homo non periisset, filius hominis non venisset. Ergo perierat homo, venit Deus homo, & inuentus est homo. Perierat homo per liberam voluntatem, venit Deus homo per gratiam liberatricem, &c. Ecce perit primus homo, & vbi esset, nisi venisset Deus secundus homo? » Et vbi erat Tobias pater? in egestate & cæcitate. Vbi Tobias filius? In errore viæ, piscis monstruosi expositus gulæ, Asmodæi cum cæteris maritis Saræ tristi fors reponendus funere: « Numquid medici suscitabunt? » sed vt Christus

Aug. se. 8 de verb. Apost.

Ierem. 23. 24.

Sap. 8. 1.

Psa. 87. 11.

Digitized by Google

homo & Deus, in cœlo Deus in terris homo Deus hominum Saluator & Medicus: Sic Raphaël, « medicina Dei » in cœlo vnus de ſeptem ſpiritibus tremendo aſſiſtens Throno; & in terris conuerſatus iuniori Tobiæ comes datus tutor & ſaluator, an non vtrobique in ſuſcepto homine, hominiſque ſimilitudine fidelis & humanus eſt ſermo? ſed ſicut non veniſſet ad hominem Deus homo, niſi periiſſet, ſic ad Tobiam Raphaël, niſi afflictum, non veniſſet: « Quia acceptus eras Deo, ideo neceſſe fuit vt tentatio probaret te. » Tob. 12. 13.

Sed vultis vt breuiter omnia huius hiſtoriæ myſteria Chriſti applicem Incarnationi? Decem talenta, decem legis mandata ſignificant, Gabelo, id eſt humano generi pro ſubleuandâ pauperie mutuata. Gabelus enim idem eſt quod « de genere Patris. » Sara Gentilem populum adumbrat, cuius viros id eſt populos Aſmodæus, id eſt, idololatriæ fornicatio perimebat. Sed Chriſtus vt Raphaël Aſmodæum fortior ſuperueniens religauit, & Sponſam duxit Eccleſiam. Proprio etiam felle, hoc eſt amaritudine Paſſionis, cæcum genus humanum diuinæ luci & gratiæ reſtituit: « Benè nobiſcum nouit ſanctitas veſtra Dominum noſtrum & Saluatorem Ieſum Chriſtum medicum noſtræ ſalutis eſſe, & ſalutis æternæ, & ad hoc eum ſuſcepiſſe infirmitatem naturæ noſtræ, ne ſempiterna eſſet infirmitas noſtra. Aſſumpſit enim corpus mortale in quo occideret mortem, &c. Oculos reddidit cæcis quos erat vtique mors aliquando clauſura. » Sed oculos mentis aperit cum Raphaële & Angelis nunquam claudendos, ſed ſemper viſuros faciem Patris. « Medicina ideo inuenta eſt, vt pellatur vitium, & ſanetur natura. Venit ergo Saluator ad genus humanum, nullum ſanum inuenit, ideo ma-

August. ſer. 18. de verb. Dom.

Aug. ſer. 6. de verb. Apoſt.

Tob. 12. 20. gnus Medicus venit. » Sed sicut Raphaël, impleto medicinæ ministerio dixit: « Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit: » Ita Christus; opere
Io. 16. 5. salutis impleto: « Vado ad eum qui me misit. »
Aug. ser. 8. de verb. Apost. Quid plura? « Cum spe ægrotat qui medicum suscipit, desperatè ægrotat, qui per insaniam Medicum cædit. Qualis ergo eius insania qui medicum occidit? Quanta verò bonitas & potentia medici, qui de sanguine suo, insano interfectori suo medicamentum fecit? Neque enim ille qui venerat quærere & saluare quod perierat, pendens sine causâ dicebat; Pater ignosce illis, &c. Insani sunt, medicus sum, sæuiant, patienter fero; cùm occiderint, tunc sanabo. »

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Sed ne simus ingrati tanto Medico, vt nec ipsi beato Raphaëli & Angelo Custodi, tam iunioris Tobiæ, quàm canis ipsius indiuidui comitis instruamur exemplo:
Ambr. lib. 6. in Hexam. c. 4. inp. « Mutæ specie bestiæ, sanctus Raphaël Angelus Tobiæ iuuenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ erudiebat affectum. Quis enim non erubescat gratiam benè de se merentibus non referre, cùm videat etiam bestias refugere crimen ingrati? Et illæ impertitæ alimoniæ seruant memoriam, tu non seruas salutis acceptæ. » Paulò ante præmiserat Ambrosius: « Quid autem de canibus loquar, quibus insitum est naturâ quadam referre gratiam, & solicitas excubias pro dominorum salute prætendere? Vnde & immemores beneficij, & desides atque ignauos clamat Scriptura: Canes
Esa. 56. 10. muti, nescientes latrare. Sunt enim canes qui nouerint latrare pro dominis, nouerint sua tecta defendere. (Sicut Maclouios muros pro alimenti re-

Digitized by Google

pensâ peruigiles Molossi custodiunt.) Vnde & tu disce vocem tuam exercere pro Christo, quando ouile Ecclesiæ incursant lupi graues (dic cum Psalte, quis consurget mihi aduersus malignantes? &c.) disce in ore tuo verbum tenere, ne quasi mutus canis, commissam tibi fidei custodiam, quodam præuaricationis silentio deseruisse videaris. Talis canis viator & comes Angeli est, quem Raphaël in libro Prophetico non otiosè sibi & Tobiæ filio adiungendum putauit, quando perrexit vt Asmodæum fugaret, firmaret copulam coniugalem. Memoris enim affectus gratiâ, pellitur dæmonium, stabilitur coniugium.» Et rursum ibidem prolixiùs: « Quis tam tenax potest esse beneficij, & memor gratiæ? Quandoquidem pro dominis etiam in latrones insilire nouerunt, & extraneorum accessus prohibere nocturnos, & mori pro dominis, & commori dominis sint parati? Sæpè etiam necis illatæ euidentia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt, vt muto eorum testimonio plerumque sit creditum. Antiochiæ ferunt in remotiori parte vrbis, crepusculo necatum virum, qui canem sibi adiunctum haberet. Miles quidam prædandi studio minister cædis extiterat, tectus idem tenebroso adhuc diei exordio in alias partes concesserat; iacebat inhumatum cadauer, frequens spectantium vulgus adstabat, canis questu lachrymabili domini deflebat ærumnam. Fortè is qui necem intulerat, vt se habet versutia humani ingenij, quò conuersandi in medio, auctoritate præsumptâ fidem adscisceret innocentiæ, ad illam circumspectantis populi accessit coronam, & velut miserans appropinquauit ad funus. Tum canis sequestrato paulisper questu doloris, arma vltionis assumpsit, atque apprehensum tenuit, & velut epi-

Tob. 6. 1.
Tob. 11. 9.
Ambr. ibid. à med.

logo quodam miſerabile carmen immurmurans, vniuerſos conuertit in lachrymas, fidemque probationi detulit, quòd illum tenuit ex plurimis, nec dimiſit. Denique perturbatus ille, quòd tam manifeſtum rei iudicem, neque inimicitiarum, neque inuidiæ aut iniuriæ alicuius poterat obiectione euacuare, crimen diutiùs nequiuit refellere. Itaque quod erat difficilius, vltionem perſecutus eſt, quia defenſionem præſtare non potuit.» Nec reflexionem ab altero mendicabo: ſtatim enim ſubiicit vno contextu: « Quid nos dignum noſtro referimus
Ibidem Amb. Creatori, cuius cibo veſcimur (quid dico, & carne nutrimur, potamur & ſanguine;) & diſſimulamus iniurias, (& rurſum crucifigentes Chriſtum & blaſphemantes abſque vllo latratu toleramus,) & ſæpè inimicis Dei, eius quas à Deo accepimus epulas exhibemus? »

Secvnda Reflexio. Quòd ſi fortè pudet ad canum exempla prouocari, non iam canem Tobiæ, ſed ipſum Tobiam Raphaëli gratum quem putabat eſſe mercenarium, imitemur. Audite quid patri beneficia recenſens, gratitudinis faciendæ commemoret: « Vocauit ad ſe Tobias filium ſuum, dixitque ei: quid poſſumus dare viro
Tob. 12. 1. & ſeq. iſti ſancto, qui venit tecum? Reſpondens Tobias dixit patri ſuo: Pater quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit eſſe beneficiis eius? me duxit, & reduxit ſanum, pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit, & dæmonium ab eâ ipſe compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti ſumus: quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Sed peto te, pater mi, vt roges eum, ſi fortè dignabitur medietatem de omnibus

quæ allata sunt, sibi assumere. Et vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant acceptam habere. » Et quidem omnia gratitudinis officia, à Doctore Angelico requisita impleuit. Primùm est beneficium dignoscere, secundum laudare; tertium loco & tempore pro facultate retribuere. Primò enim se memorem probat, & singula dignoscit; quæ dinumerat. Secundò mirificè laudat, dicens: « Quid ad hæc poterimus dignum dare » Tertiò; quantùm valet, citò, & alacriter omnia & talenta recepta à Gabelo,& vxoris dotem partiri vult cum eo. In quo quidem Senecam non probo dicentem: « Qui festinat reddere, non animum habet grati hominis, sed debitoris. Nam reiiciendi genus est, protinus aliud in vicem mittere, & munus munere expungere, &c. qui nimis citò cupit soluere, inuitus debet: & qui inuitus debet, ingratus est.» Verùm noster Tobias impleto munere mercenarij, quem putabat, sudare noluit in manu suâ mercedem. Imò verò conflatorio similis, pleno floribus statim atque Raphael ignem suæ prouidentiæ & beneficentiæ admouit Tobiæ, continuò sudauit & distillauit gratitudinis imbrem & rorem. Ad hæc cùm ex computo, & compacto Raphaëli non deberet nisi viginti quatuor drachmas, iuxta dierũ numerum itineris peracti; hoc est drachmam vnã, pro singulis diebus; diligentiam & beneficia eius, magnâ summâ voluit repensare. Nos verò quid & Raphaeli, occultè nobis ministranti; quid Angelo custodi rependemus gratiæ? Accipite Georgium Venetum sic de Raphaële quærentem: « Cur venit in Comitatum Tobiæ? An quia Soli præsidens est bonus viæ comes, sicut & Sol præbens lumen ter-

D. Th. q. 107. art. 2.

Tob. 12 3.

Seneca li. 4. de benefic.

Georg. Venet. tom. 7. probl. sect. 5.

ræ; viatoribus commodum iter reddit? An quia cùm Angelus patrem ſecum ſanauit, interpretatur medicina Dei; vt & Poëtæ finxerunt Phœbum vel Solem inuentorem medicinæ? Nec reliquit Solem, vt comitaretur Tobiam, ſed vel per ſe, vel tanquam princeps, per ſubminiſtrum, (id eſt inferiorem Angelum) Solem mouit ex Hebræorum ſapientibus, felle Lucij oculos illuminauit. An à naturæ proprietate, vnde & Lucius fortè denominatus eſt? An quia ſolaris & piſcis, & ſanitati fauens, ſicut ſolaria omnia? An fel illud albuginem corrodens, vel aliud impedimentum oculorum, vt de felle falconis, accipitris & hirundinis dicitur? » Recogita, Chriſtiane, quot & quanta, diu noctuque, in animâ & corpore, bonis, negotiis, periculis debeas accepta beneficia, Angelo tuo Cuſtodi. Hic certè, ſicut nec Deus, bonorum noſtrorum indiget Azarias tuus: « Auxilium Domini, Ananiæ magni filius, id eſt doni & gratiæ filius. » Abundat donis naturæ, gratiæ, gloriæ; ſed exundat erga te charitate, refer « gratiam pro gratiâ, » beneuolentiam pro beneuolentiâ, fiduciam pro cuſtodiâ. » Sed & Tobiam attendamus ſuo duci tanquam mercenario, mercedem magno fœnore perſoluentem, & operariis ac ſeruis iuſta reddere ne tardemus.

Io. 1. 16.

Ambr. lib. de Tobia. cap. 23.

« Tobias mercenario quoque ſciuit ſoluendam eſſe mercedem, dimidium vſque obtulit, meritoque pro mercenario Angelum inuenit. Et tu vnde ſcis ne fortè iuſtum aliquem mercede fraudes, puniſue infirmum? Væ illi qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis. Qui ſcis an in eo Angelus ſit? Neque enim dubitare debes, quòd in mercenario poſſit eſſe Angelus, cùm ipſe Chriſtus eſſe poſſit, qui in minimo quoque eſſe conſueuit. Redde ergo mer-

cenario mercedem suam, nec eum laboris sui mercede fraudes, quia & tu mercenarius Christi es, & te conduxit ad vineam suam, & tibi merces reposita est in cœlis &c. Non despicias inopem qui vitam suo exercet labore, & mercede sustentat: hoc est enim interficere hominem vitæ suæ ei debita negare subsidia.»

Tertia Reflexio. Quid times à vincto & religato per Angelum dæmonio? Quid paues ab eo, quem fumus assi iecoris piscis fugare potest: « Fugiat conspectum vestrum, & in ima sua delitescat contractus, & torpens, tanquam coluber excantatus, aut effumigatus.» Neque verò superstitiosè credendum est vim naturalem inesse musicæ vel cytharæ quâ Dauid spiritum malum abigeret à Saule, sed duo simul remedia miscuit Psaltes, diuinum hymnum quem psallendo canebat inimicum dæmoni, vnâ cum musicâ atram bilem à dæmonio supra naturam agitatam compescendo. Vnde « Pythagoras perturbationes animi lyrâ componebat. Quis autem ignorat lituos, & tubas concitamenta esse; sicut quosdam cantus, blandimenta quibus mens resoluatur. Confusis oculis prosunt virentia, & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorumdam splendore perstringitur: sic mentes ægras studia læta permulcent.» Sic humorem melancholicum tristemque inuidiâ quâ dæmon oblectatur hilaritas musicæ vocis & instrumenti Dauidici dissipabat, & vices dæmonis diminuebat. Multò autem ampliùs spiritum nequam in Saüle, Spiritus sanctus in Dauide torquebat: « Diuini Spiritus gratiam acceperat Dauid: eo ergo operante per Dauidem quiescebat malignus spiritus.» Fiebat agitur iuxta Lyranum, vt melodia alliceret & à tristi cogitatione, quâ eum

Tertul. ad Martyr. c. 1.

1. Reg. 16.

Seneca lib. 3. de Irâ c. 9.

Theod. qu. 39.

Digitized by Google

Lyr. in 1. Reg. 16. dæmon occupabat abduceret:& aliâ ex parte mens Dauidis harmoniâ sublimius eleuabatur in Deum cui gratus attentiùs orans pro salute Saülis exaudiri merebatur, sicut frequenter expulsi sunt dæmones meritis precibusque Sanctorum. Sic & Elisæus feruidiùs exacerbatus in Regem Idololatrem, iussit psaltem adduci ad se, vt composito animo mens in Deum eleuata suauius oraret & futuram pluuiam prophetaret. Nec prætereo quod « cùm aliam opem non inuenirent Medici, quàm si quis peritus excantator adhiberetur, monuerunt vbique inquirendum, qui quoties Rex à dæmone agitaretur, stans ad caput eius, voce ac fidibus sacros hymnos caneret. » Neque verò per se cythara, multò minùs fumus iecoris piscis corporeus spiritum omni corpore superiorem potuit abigere. Et quis fuerit iste piscis Scriptura non dicit, sed simpliciter dicit: Tob. 6. 2. « Exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum » Arabica lectio, « piscis magnus » Syriaca: « Saltauit de flumine Tigri ad deuorandum eum. » Et quanquam ex mari magni pisces & monstra marina possent in Tigrim ascendere, balena non fuit. Tùm quòd ex Rōdel. lib. 10. cap. 13. Rondeletio balena angustiorem gulam habet, quā vt hominem capere possit (sed & cete Ionam vorauit.) Tum quod teste Plinio branchiæ balenæ non Plin. l. 9 cap. 7. sunt: Angelus autem Tobiæ dixit: « Apprehende Tob. 6. 4. branchiam eius, & trahe eum ad te. » Nec fuit, vt voluit Dionysius Carthusianus, crocodilus, tum Dion. Carth. in Tob. 6. 2. v. 4 quòd piscis Tobiæ erat esculentus, cuius salitæ carnes ad esum seruatæ sunt, tum quòd: « attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. » crocodilus iuxta Plinium extra aquam integros dies degit. Nec fuit Lucius vt supra dixit Georg. Venetus, sed potiùs Lycius lupus marinus, nec enim

Lucius immanis est & carniuorus, nec Vranoscopus à Plinio dictus Callionymus, id est pulchrinomius, vt Valesius Serarius aliique volunt, cùm teste Rondeletio & Aldruando, non multùm excrescat vltra longitudinem pedalem. Licet secundùm Galenum & Plinium valeat contra oculorum albugines, & iuxta Aristotelem, sit ἡμεροκοίτης: id est littoralis, & die dormiens, nocte exiens & oberrans, nam & ex Plinio Coracini & Scorpij fel idem præstant, & pariter in littore oberrant. De fumo cordis aut iecoris iuxta Septuaginta enim vtrumque habent sicut & vulgata versu 5. « Exentera hunc piscem & cor eius & fel & iecur repone tibi, sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. » Sed harum partium suffumigatio non vi naturali, sed quasi signo sacramentali posito, per Angelum, Asmodæus fugabatur, vel vt ait Sanctus Prosper signum fuit sacrum Passionis Christi qui ex Sybilla in Acrostico ἰχθὺς, id est piscis dicitur de quo Augustinus: « Est, inquit, Christus piscis ille, qui ad Tobiam ascendit de flumine viuus, cuius iecore per Passionem assato fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis afflatus est cæcus, & illuminatus est mundus. » Licet itaque sciamus, nec vocem, nec cytharam, nec fumum iecoris aut quidlibet aliud corporeum ex naturâ suâ fugare, torquere posse spiritum aut dæmonem, potest autem à Deo eleuatum, & instrumentum assumptum à causâ primâ, sicut vmbra Petri & semicinctia Pauli tanquam causæ instrumentales. Sicut etiam aqua benedicta aliaque Sacramentalia ab Ecclesiâ consecrata. Vt & Tertullianus: « Quis vos ab illis occultis & vsquequaque vastantibus mentes & valetudines vestras hostibus raperet? A dæmoniorum incursibus dico, quæ de vobis sine præmio, sine

Rõdel. supra Aldrou. l.2.c.51. Gal.l. 10 de simp. cap. 11. Plin. li. 2.c.7. Arist. de animal. Tob. 6, 8. S. Prosper de promis. p.1.c.39 Aug. serm.4. de Petro & Paulo. Tertul. Apol.c. 37. Tertul. ad Scap. c.2.

mercede depellimus, &c. dæmones non tantùm reſpuimus, verùm & reuincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, ſicut pluribus notum eſt.» Adeo vt ne vmbras quidem aut veſtes vel reliquias poſſint ferre ſanctorum, ad ſepulchrum Cypriani Martyris expellantur; ad cineres Geruaſij & Prothaſij rugiant. « Cernebat & Paula rugire dæmones cruciatibus, & ante ſepulchra Sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum.» Dum itaque iecur fumaret in igne abactus eſt Aſmodæus, & tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti. Sic Apocal. 9. 13. Sexto Angelo iuſſum eſt: « Solue quatuor Angelos qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate. Et ſoluti ſunt quatuor Angeli qui parati erant in horam & diem, & menſem, vt occiderent tertiam partem hominum.» Et rurſum vidit Ioannes: « Angelum deſcendentem habentem clauem abyſſi & catenam magnam in manu ſuâ, & apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus & Sathanas, & ligauit eos per annos mille, &c.» Quibus funibus? Primò ſubtrahendo concurſum diuinum neceſſarium ad motum, & conſeruando in loco cui placet illum affigere. Secundò per minas vetatur egredi. Tertiò Angelicâ maieſtate ſuperiore coërcetur: « Catenam ad noſtram intelligentiam vocauit operationem quæ Sathanæ malitiam coërcet.» Sed cùm poſſet Angelus vi naturali prædominante vincere ac vincire dæmonium, quid fumum iecoris voluit adhibere? Primò vt diſcamus cum Tobiâ cooperandum Angelis ad ſalutem noſtram. Secundò vt Raphaël lateret; & remedio naturali à Deo eleuato effectum,

Chryſoſt. ho. de nat. Machabæorũ. Gregor Naz. orat. 18. Ambr. ſer. 5. de Sanctis Hiero. ep. 27. ad Euſtoch. Tob. 8. 3. Apoc. 9. 13. Apoc. 20. 1. Andreas Cret. in Apoc.

non virtuti Angelicæ tribueret. Tertiò vt disceremus vtendum oleo, aquâ, campanis, cæterisque rebus benedictis & traditis ab Ecclesiâ ad fugandos dæmones. Vti autem radice Baaras sub signaculo annuli, dictâ à loco vbi nascebatur, superstitiosum foret. Sufficit nobis Angelus Custos, fidesque quâ credimus, quòd « alligatus est tanquam innexus catenis canis, & neminem potest mordere nisi eum qui se mortiferâ securitate illi coniunxerit, &c. non enim cogendo, sed suadendo nocet; nec extorquet à nobis consensum sed petit. » Ioseph. libro 8. Antiq. c.2 & l. 7. de bello.c. 23. Aug.

QVARTA REFLEXIO. Audiamus Raphaëlis & Angeli Custodis consilia medica, contra diaboli venena mortifera, & primò quidem nupturi hoc præceptum obseruent: « Angelus Raphaël dixit ei, audi me, & ostendam tibi qui sunt, quibus præualere potest dæmonium. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à suâ mente excludant: & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab eâ, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cũ eâ. Ipsâ autem nocte incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium. Secundâ verò nocte in copulatione sanctorum Patriarcharum admitteris. Tertiâ autem nocte benedictionem consequeris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Transactâ autem tertiâ nocte, accipies virginem cum timore Domini, filiorum magis quàm libidine ductus, vt in semine Abrahæ benenedictionem in filiis consequaris. » Sed proh pudor quomodo hodie Christiani plurimi « coniugium de suo in omnibus honorabile » per omnia prophanant, nec iam triduo abstinent, sed anticipato concubitu priusquam nupti Tob. 6. 16. & seq. Ps.31.9. Hebr. 13. 4.

Digitized by Google

ſint, fornicariè copulantur, nec virgines cum timore Domini, ſed corruptas accipiunt, nec vt filij ſanctorum, ſed vt progenies equorum & mulorum, nec amore filiorum, ſed aut auaritiâ, aut libidine ducti coniunguntur; hinc nec filij procreantur incolumes, ſed vel abortiui vel morbidi, vel parentibus ſimiles ſcelerati: nec in ſemine Abrahæ benedictionem in filiis conſecuti innumeris cenſentur in ſtellis, ſed in puluere terræ deputati, dæmonij poteſtati Deo deſerente ſubiiciuntur: « Nihil itaque in lecto turpiter agas, nec excedas vltra conceſſam libidinem in lege Dei. Sit caſtus cum coniuge thorus: & ſi eſt cura propagandi liberos, non ſit effrenata luxuries libidinum, defer in lecto coniugi tuæ honorem, quia membra Chriſti eſtis ambo; ambo ab illo conditi, (maſculum enim & fœminam creauit ambos,) ambo ſanguine ipſius reparati. Mater omnium vitiorum incontinentia, &c. Si immoderatius vxore tuâ vſus fueris, tametſi re tuâ vtaris, tamen re tuâ immoderatiùs vtendo corrumpis in te templum Dei. Nam & vinum de apothecâ tuâ bibis, & tamen ſi ſic bibis vt inebrieris, non quia re tuâ vſus es, ideo non peccaſti: donum enim Dei ad corruptionem tuam conuertiſti. » Diſcite ex Hieronymo quod « in alienâ vxore omnis amor turpis eſt, in ſuâ nimius. Sapiens vir debet iudicio amare coniugem, non affectu. Reget impetus voluptatis, non præceps feretur in coïtum. Nihil eſt fœdius quàm vxorem amare, quaſi adulteram. Refert Seneca cognouiſſe ſe ornatum quendam hominem qui exiturus in publicum, faſciâ vxoris pectus colligebat. & ne puncto quidem horæ præſentiâ eius carere poterat, potionemque nullam, niſi alterius tactam labris vir & vxor hauriebant. Origo quidem amoris honeſta erat,

Aug. in Pſ. 146.

Gen. 5. 2

Aug. ſer. 105. de tẽp.

Hiero. lib. 1. in Iouin.

Digitized by Google

ſed magnitudo deformis. Nihil autem intereſt quàm honeſtâ causâ quis inſaniat. Vnde & Xyſtus Pythagoricus; adulter eſt, inquit, in ſuam vxorem amator ardentior. »

QVINTA REFLEXIO. Audiamus & aliud documentum ſalutiferum medici Raphaëlis: « Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere: quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam. Qui autem faciunt iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. » Vbi tria ſimul conſerta erga Deum, ſeipſum, proximum, aduerto contra tria morbi genera remedia. Oratio enim humilis eſt agnitio indigentiæ ſuæ coram ſummo Rege, ſuperbiam humani cordis Dei pedibus ſubſternens: ieiunium carnis gulam & luxuriam frænans; eleemoſyna auaritiam domans & proximi neceſſitati ſuccurrens: « Quod oratio petit, impetrat ieiunium; miſericordia accipit; dant hæc ſibi inuicem vitam. Eſt namque orationis anima ieiunium; ieiunij vita, miſericordia, &c. Iſta qui ſimul non habet, nihil habet. Ergo qui orat, ieiunet, (vt liberior ſit mens epulis non grauata:) Et qui ieiunat, miſereatur, audiat petentem, qui petens optat audiri, &c. Ieiunum ieiunator intelligat, &c. (O beatum qui intelligit ſuper egenum & pauperem.) Improbus petitor eſt, qui quod aliis negat, ſibi poſtulat. Homo, eſto tibi miſericordiæ forma. » Et quid pluribus eloquar neceſſariam orationi, & ieiunio, miſericordiam? « Sciat ille ſuſtinere ſe laborem incaſſum, ſe nihil habiturum, (qui oratione præuiâ opus ſuum Deo commendans,) premens ieiunij aratrum, & abſcindens gulæ gramina, atque eradicans luxuriæ ſentes, miſericordiæ ſemina nul-

Tob. 12. 8.

Chryſol. ſer. 43. in p.

Chryſol. ſer. 7. à m.

Digitized by Google

la iactauerit. » Vultis & aliam similitudinem? « Esurit ieiunium, ieiunium sitit, quod non pietatis cibo pascitur, quod potu misericordiæ non rigatur: Alget ieiunium, ieiunium deficit, quod non eleemosynæ, quod non miserationis operit vestimentum, &c. Quod oleum lucernæ est, hoc ieiunio pietas, &c. Pietas facit splendere ieiunium, ad totam radiare continentiæ claritatem, &c. Ieiunium sine pietate ieiunat. Fames est auaritiæ, ieiunium sine misericordiâ. Vltio non deuotio est, Deo non ieiunare, sed sacculo: atterere se abstinentiâ & hydropi cupiditatis inflari: exonerare ventrem cibis, & mentem pecuniæ pondere prægrauare. » O Raphaël peritissime medice, quantam propinas nobis vnico versiculo medicinam: « Abstinentia est hominis prima medicina, sed ad plenam curam, misericordiæ requirit & pennas. Abstinentia extinguit febrem; sed arefacta membra longæ febris incendio; nisi largo infundantur vnguento, ad integram sanitatem redire non possunt. Sic ieiunium, quamuis excludat vitiorum morbos, carnis amputet passiones, criminum causas propellat, tamen sine misericordiæ vnguento, sine pietatis riuo, sine eleemosynæ sumptu, perfectam salutem mentibus non reponit. » Denique vt paucis absoluam: « Misericordia & pietas (hoc est oratio & misericordia) ieiunij sunt alæ, per quas tollitur & portatur ad cœlum; sine quibus iacet, & volutatur in terrâ, &c. Vna hæc pro nobis oratio sit triformis. Hæc cui in cœlestibus non assistunt, ipse non subsistit in terris. Per hæc in templum Dei humana pectora consurgunt. Hæc hominem præstant Angelum, (Angeli consilia sectantem) homini deitatis deferunt hæc honorem. Hinc est quòd sit horum suffragio, Moyses Deus, & ad triumphos suos militare sibi

Chrysol. ser. 8.

Chrysol. ser. 42. in p.

Chrysol. ser. 41. in m.

Chrysol. s. 8 à p. & ser. 43. in p.

re sibi mandat elementa. Per hæc Elias nescit mortem, relinquit terras, cœlos intrat, commoratur Angelis, conuiuit Deo. Per ista Ioannes fit Angelus in carne, cœlestis in terrâ, & auditu (vocis Patris) visu (Spiritus in columba) tactu (Filij in Iordane) totam solus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Et nos, fratres, si volumus Moysi gloriæ, Eliæ vitæ, Ioannis virtutibus, omnium Sanctorum meritis applicari insistamus orationi, vacemus ieiuniis, misericordiæ seruiamus. »

SEXTA REFLEXIO. Qui volet ad totam sanctitatis plenitudinem peruenire, & perfectam languorum omnium consequi sanitatem, oculorum cum Tobiâ recipere lumen, ab Asmodæo liberari, Angelorum in viâ & patriâ consortio frui, audiat rursum Angeli medici cœleste consultum, & nouerit patientiæ in aduersis necessarium esse electis omnibus opus perfectum: « Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. » O necessitatem, quâ & oportuit Christum vnigenitum pati, & ita intrare in gloriam suam: « Dedit nobis præcepta Medicus sanis (in Adam innocente & oculato) dedit præcepta Medicus, ne medico indigeremus, sani præcepta contempsimus, & experimento sensimus, in quantam perniciem nostram præceptum illud contempserimus, &c. Fecit te Deus ô homo ad imaginem suam: daret-ne tibi vnde videres solem quem fecit, & non tibi daret vnde videres eum qui te fecit; vtrumque dedit tibi, sed multum hos oculos exteriores diligis, multùm illum interiorem negligis, &c. Cùm haberet Adam cor sanum puræ conscientiæ gaudebat ad præsentiam Dei: postquam peccato oculus ille sauciatus est, cœpit lucem formidare diuinam, refugit in tenebras, atque in densa lignorum, verita-

Tob. 12. 13.

Aug. ser. 18. de verb. Dom.

Digitized by Google

tem fugiens, vmbras appetens. Ergo fratres mei, quoniam & nos inde nati ſumus (cæci de cæco) ſi noluimus obtemperare Medico, vt non ægrotaremus, obtemperemus, vt ab ægritudine liberemur, &c. (oculos quos culpa clauſit, pœna aperiat.) Ægrotare iam cœpimus, in lecto infirmitatis ſumus, ſed non deſperemus. Quia enim ad medicum venire non poteramus (vt nec Tobias cæcus ad Raphaelem) ipſe ad nos venire dignatus eſt: non contempſit ſaucium, contemptus à ſano, non deſtitit dare alia præcepto languenti, qui prima cuſtodire noluit, ne langueret: tanquam diceret, certè experimento ſenſiſti verum me dixiſſe quando dixi: noli tangere hoc: ſanare ergo tandem & reuiuiſce. Ecce porto infirmitatem tuam, bibe amarum calicem, tu enim tibi feciſti, &c. Calicem tentationum quibus abundat hæc vita, calicem tribulationum, anguſtiarum, paſſionum, Bibe, inquit, & ne reſponderet ei languidus, non poſſum, non fero, non bibo: prior bibit Medicus ſanus, vt bibere non dubitaret ægrotus. Quid enim amarum eſt in tali poculo quod ille non biberit? Si contumeliæ prior audiuit cùm dæmones expelleret, dæmonium habet, & quod in Beelzebub eiicit dæmonia. Vnde vt ipſe conſolaretur ægros, ait, ſi patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius? Si dolores amari ſunt; ligatus, & flagellatus, & crucifixus eſt. Si mors amara eſt; etiam mortuus eſt. Si genus mortis exhorreſcit infirmitas; nihil illo tempore fuit ignominioſius quam mors Crucis, &c. Ergo Dominus faciens diuina, patiens humana, admonet nos corporalibus miraculis, & patientia corporali, vt credamus (fide enim purificat corda hominum) & ſanemur ad conſpicienda illa inuiſibilia quæ carnis oculus neſcit, &c. Ita-

que aciem mentis adhuc sauciam, & tantam lucem aspicere non valentem, sanandam atque firmandam fidei medicamentis fomentisque suscepit. Sed quia non erat vnde videretur Deus, & erat vnde videretur homo, quia Deus erat, factus est homo, vt per id quod videbatur, sanaret illud vnde non videbatur. Ipse enim alio loco ait: Beati mundo corde, &c. ambula per fidem, vt peruenias ad speciem. Species non lætificabit in patriâ, quem fides non consolatur in viâ. Tota igitur opera nostra fratres, in hac vitâ est, sanare oculum cordis, vnde videtur Deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur, ad hoc sermo Dei prædicatur.» Ad hoc ad patientiam Angelus & prædicator hortatur, vt felle piscis assato in carbonibus amoris, piscis, inquam, cuius non parte, sed quo toto pascimur & sanamur, cuius irâ deuorari merebamur, & meritò verebamur, felle, inquam, eius, id est amaritudine passionis ob oculos positâ, saucium & obscuratum mentis lumen recuperare valeamus: « Oculus cordis perturbatus atque sauciatus auertit se à luce iustitiæ, nec audet eam contemplari nec valet. Quid turbat oculum cordis? Cupiditas, auaritia, iniquitas, concupiscentia sæcularis turbat, claudit, excœcat oculum cordis. Et tamen quoquomodo quæritur medicus cùm oculus carnis turbatus est? quomodo non differtur vt aperiatur, atque purgetur & sanetur, vnde lux ista videatur? Curritur, nemo requiescit, nemo differt, si vel stipula in oculos cadat.» Curramus ergo, fratres, vel saltem Medico vltro venienti occurramus. Sed ne tibi de ipso occursu tuo blandiaris, moneris à Psalte canere, «misericordia eius præuenit me. Time ne cũ tibi arrogas, quia inuenta est à te via iusta, ipsâ arrogantiâ pereas de vitâ iu- Aug. supra.

Aug. ſer. 12. de verb. Apoſt. ſtâ, Ego, inquis, veni, arbitrio meo veni, voluntate mea veni. Quid turgeſcis? Quid tumeſcis? vis noſſe quia & hoc præſtitũ eſt tibi? Ipſum audi vocantem, nemo venit ad me, niſi Pater qui me miſit, traxerit

Tob. 12. 6. eum.» Raphaëlem audi monentem: Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam.» Et cum ſeniore Tobiâ, dic Domino: « Ma-

Tob. 13. 1. gnus es Domine in æternum, &c. quoniam tu flagellas & ſaluas, &c.» Sic oculus cordis ſanetur in via, vt te in æternum cum Angelis videamus in patriâ. Amen.

IN FESTO SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ.

Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo. Pſal. 88. 35.

TAnta ſunt Dionyſij merita, vt nihil eo dignum occurrat ſub cœlo in omnibus terræ diuitiis:

Eccl. 1. 14. « Omnia quippe ſub ſole vana:» Proinde mihi cum Auguſtino vel quærendum aliquid ſupra ſolem, vel in ipſo hærendum ſole, quo nihil in cœlo illuſtrius. Dicam ergo, vel cum Pſalte: « Thronus

1. Machab. 6. 39. eius ſicut ſol» &c. Vel quod in libro Machabæorum legitur, ipſi & ſociis eius applicabo: « Refulſit ſol in clypeos aureos, reſplenduerunt montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis.» Sol

Digitized by Google

Dionysius, clarus genere, ingenio fulgidus, illustris sanctitate. Clypei aurei, Rusticus, & Eleutherius; inde radios huius solis exceptos, in electorum mentes, ceu montes eiaculando; inde vt scuta fidei impenetrabilia, & charitate prorsus aurea, « omnia inimici tela ignea retundentia. » Et quid Ephes.
sequitur, nisi vt « resplenduerint montes ab eis » 6. 16.
vt præter animas in sublime velut montes erectas, eorum exemplis ad fidem conuersas, ipse mons Martyrum sicut lampades ignis resplendeat, tot radiis gloriæ coronatus, quot sanguinis eorum pretiosi guttis est rigatus. O Virgo, Regina Martyrum, « Mons Domini præparatus in vertice mon- Isa. 2. 2.
tium. » Et tibi hic specialiter mons Martyrum sacer. Et tu « electa vt Sol, & mille clypei ex te pen- Cant.
dent. » Ad radios « Deiformis præsentiæ tuæ » ex- 4. 4.
pauisse se refert ipse Dionysius: sed nec ipse Ga- Dion. in Epist.
briel irretorto oculo splendorem tuum ferre potuit, qui te vultu demisso salutauit dicens: Aue Maria.

EXORDIVM.

Quamquam ex Apostolo « Inuisibilia Dei à crea- Rom.
tura mundi » siue vt legit Syriaca, « à iactis mundi 1. 20.
fundamentis » hoc est ab exordio mundi, ab homine præcipua mundi creatura præ cæteris ratione donata: « intellecta conspiciuntur: sempiterna Rom
quoque eius virtus & diuinitas: » Nil tamen in om- 1. 20.
nibus creaturis expressius & clarius sole, Dei nobis ob oculos majestatem ponit; in quo « taberna- Ps. 18. 5.
culum suum posuit » & in eo, secundum Augustinum, Trinitatis mysterium expressit; cum à Patre luminum radius Filius, & ab vtroque Spiritus san-

Digitized by Google

ctus vt calor emanet. Hinc Philolaō de Pythago-
Stob. in Eclog. Physic. cap. 25. ricorum Schola Philosopho: « Sol naturæ vitreæ est, cœlestis ignis radios emittens, & lumen simul cum calore suo ad nos transfundens. »

Tanta porro solis est dignitas, vt zelum Deo mouerit; quod pro Deo habitus à Gentilibus fuerit. Ideo quippe « Deus zelotes » altare templi ad occasum extrui voluit, vt vna ex parte legem in arcæ tabulis reconditam occidere doceret; & ex alia radios Solis orientis per portam Orientalem ad veri Dei adorationem incuruari, & cum suis adoratoribus ab Idololatria auersos, ad latriam conuerti
Ezech. 8. 5. moneret. Et quodnam putas fuisse Idolum zeli, de quo Ezech. « Ecce ab Aquilone portæ altaris, Idolum zeli in ipso introitu? » Censuit hoc loco Cajetanus, equos fuisse cum curribus soli missos, quod putant alij fuisse simulachrum solis equos & currum regentis. Quin etiam per Ieremiam commi-
Ierem. 43. 13. natur; « Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in terra Ægypti. » vel vt habent Septuaginta: « Et conteret titulos Heliopolis. » Quid ergo facio?
Esther. 13. 14. Non « timebo honorem Dei mei transferre ad hominem » quod prius Mardochæus formidabat, zelum Dei prouocare non verebor, si Dionysium Soli comparauero, si thronum eius Soli adæquauero, si dixero cum Ecclesiastico: « Quasi Sol refulgens, sic ille refulsit in templo Dei. » Verùm nihil
Eccli. 50. 7. patri luminum iniuriæ inferam, si Dionysium vt speculum expositum Soli, si paralium à Sole in nube expressum, si participatam à Sole iustitiæ lucem ostendero; quod prima huius homiliæ parte
DIVISIO. conficiam; vt in secunda fructus ex eius imitatione colligam.

Digitized by Google

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Scio Christum « Episcopum animarum nostrarum, veram mundi lucem, in splendoribus Sanctorum ânte Luciferum genitum ex vtero Patris qui retrogressus decem lineis » infra nouem Angelorum Choros, ad hominem venit, « illuminaturus eos qui sedebant in tenebris. » Hic quidem vnicus plenitudinem lucis Paternæ exhauriens, voluit sibi similes participatione Soles assumere; quibus diceret: « Vos estis lux mundi: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati estis. » 1. Pet. 2. 25. Matth. 5. 14. Ps. 109. 1. Esa. 38. 8. Luc. 1. 79. Matth. 5. 14. Io. 1. 13.

Inter cæteros lucis filios, Dionysius illustris; siue genus, siue ingenium, siue iudiciariam potestatem, siue Episcopi vigilantiam, siue Martyrij gloriam in eo spectes, vbique « Thronus eius sicut Sol in conspectu meo. » Ps. 88. 37.

Aptè quidem apud omnes ferè nationes lux habita pro nobilitatis insigni. Si enim ab antiquitate nobilitas generis peti solet, nihil ipsa luce omnium creaturarum primogenita prius, aut antiquius inuenitur. Hinc Hebræi pro suæ nobilitatis Symbolo, stellas sumebant, in quarum numerosa multitudine, innumeram prolem, patri Abrahæ promissam gloriantur: « Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. » Gen. 22. 17. Ægyptij vsque ad tenebras sepulchri radios illustrium familiarum auspices appingebant. De Persis ita Chrysologus: « Persarum Reges, nunc radiato capite, ne sint homines, Solis resident in figura: nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant, effœminantur in Lunam: nunc varias velut syderum sumunt formas, vt hominis perdant figuram, & nihil supernæ clari- Chrysol. ser. 120.

tatis acquirant. » At Dionyſius vtroque clarus genere, tam ex nobiliſſima Athenienſium proſapia ſecundum hominem natus, quàm ſecundum
Iacob. 1. eum in prima naſcentis Eccleſiæ aurora, Paulo
1. 18. cœleſti homine « per Euangelium genitus voluntariè verbo veritatis. »

Nec aliter Sol tenebras noctis fugat, nebulas aëris diſſipat, cœlos, elementa, terræ ipſius viſcera ſubtilitate ſua penetrat, quàm Dionyſius mira ingenij ſui ſubtilitate, obſcura quæque naturæ ſecreta permeabat. Nec contentus Athenis omnium diſciplinarum eruditione florentibus, niſi & Heliopolim, Hebræis Bethſames, hoc eſt domum & ciuitatem Solis, Aſtrologiæ diſcendæ cauſa pergeret: Vbi cùm eſſet viginti quinque annorum, notato Solis deliquio in plenilunio, tribus horis per totum orbem diffuſo tenebris, occaſum Chriſti veri Solis agnouit, exclamans: « Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluitur. » Vel vt alij referunt: « Ignotus Deus in carne patitur; cuius cauſa orbis vniuerſus tenebris offuſus, & turbatione concuſſus eſt. » Cuius & ad Polycarpum ſcribens meminit; rogans vt Apollophani in Aſtrologicis tum Heliopoli cũ diſcipulo exprobret, quòd Solem iuſtitiæ non cognouerit, in hoc defectu Solis, occumbentem: qui ex emphaſi nominis, vt alter Apollo apparebat, vt nomen Apollophanis, etymo denotabat.

Dion. epiſt. ad Polyca.

Regreſſus Athenas, caput Areopagi, Senatus æquiſſimi factus eſt. Atque vt Bythinij in propatulo thronum Soli erigebant, quòd dum Libræ verſatur in ſigno, dies noctibus adæquet; iuxta illud Virgilij: « Libra die ſomnique pares vbi fecerit horas. » Sic Dionyſius æqua lance, ſingulis, inter duodecim iudices, veluti Sol inter duodecim

ſigna Zodiaci, pœnas & præmia diuidebat. Libra penes Aſtrologos, ſignum eſt maſculinum, & « Domus Martis » appellatur. Quid in hanc rem aptius; Areopagus ſiquidem « Collis Martis » exponitur, cui cauſæ capitales addictæ, à Gentilibus credebantur. Huic colli Præfectus, maſculo animo & virili, reos capitis Præſes inflexibilis morti debitæ addicebat. Ac velut Athenis Imago Apollinis « quadriauris » colebatur; ſic Dionyſius ab omnibus Athenienſibus vndique conſulebatur, vt & ibidem templum Solis, Idolis Euphranoris arte expreſſis celebre viſebatur. Huc facit & Friderici Electoris Imperij Comitis Palatini Rheni, Ducis Bauariæ Emblema, libræ è cœlo pendentis ſuper orbem, vna cum Epigraphe: « Qui indicatis terram, diligite iuſtitiam. » Huius amantiſſimus erat Dionyſius; nec, vt « munera excæcant oculos ſapientum » ei, vt cæteris Hebræi populi iudicibus exprobrari poterat, illud Eſa. « Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & cauſa viduę non ingreditur ad eos.» In eo enim erat, abſque acceptione perſonarum, « conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi. »

Pauſan. in Atticis.

Typot. in Hierogra.

Deut. 16. 19.

Eſa. 1. 23

Sed quoniam « iuſtus ex fide viuit » lux Solis huius emortua languebat in tenebris, luce fidei deſtituta; donec cum Paulo dicere potuit: « Qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris. » Eucherio teſte, Sol in aurora ſurgens è tenebris, eſt figura reſipiſcentis hominis. Atque, « vt iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcit & procedit vſque ad perfectam diem. » Quis progreſſus huius Solis, Magiſtro Paulo ad tertium cœlum rapto, breui ſermone comprehendat? Hoc docente, præter graues Epiſtolas, ſcripſit de diuinis Nominibus, déque vtráque, cœleſti nempe &

Habac. 2. 4.

Gal. 3. 11

2. Cor. 4. 6.

Prou. 4. 18.

Digitized by Google

Ecclesiastica Hierarchia, tres vtrimque Ordines in vnaquaque velut Sol medios inter Planetas diuina luce perfusus explanauit.

Ab eodem Paulo, qui prius Iudex, postea Episcopus Atheniensium est ordinatus; vbi quas effugarit Euangelico fidei lumine errorum tenebras, quot virtutum radios, quos bonorum operum fructus produxerit, intelligi magis, quàm explicari potest. Neque verò vnicum Soli hemisphærium sat est. In Hieroglyphicis Ægyptiorum literis, Sol diuisus mediam stellam fouens, symbolum est prægnantis. Tum quòd omnis sit luminis stellaris parens, tum quòd vtrique mundo lucem diuidat. O
Ps. 88. 37. Dionysi! « Thronus tuus sicut Sol in conspectu meo. Græcis ac Barbaris debitor » vt Paulus, à Clemente successore Petri, prius Atheniensium, dehinc Parisiensium institutus Episcopus luce Euangelici verbi fidem in vtrisque producens & fouens, quot « stellas, ad iustitiam erudituras, animas » zelo diuinæ gloriæ grauidus & prægnans peperisti? Anaxagoras Solem dixit « ferrum candefactum omni formæ assumendæ versatile. » Audite verò Discipulum, Magistri vestigia relegentem:
1. Cor. 22. « Omnia, inquit, omnibus factus sum, vt omnes Christo lucrifaciam. Qui infirmatur & ego non
2. Cor 11. 29. infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?» O ferrum constantia, igneum charitate, mira facilitate cuicumque subdito flexibile! vt sciatis
Ephes. 3. 10. quanta fuerit in eo, & quàm « multiformis sapientia, multiformis gratia Dei. Oculus fuit cæco, pes
1. Pet. 4 10. claudo » naufragium portus, « Pater orphanorum, & iudex viduarum. »
Iob. 29. 15. Quid restat huic Soli, post meridiem Episcopalis curæ & vigilantiæ nisi vt eum in occasu; quid di-
Iob 11. 17. co? « In meridiano; » Iuxta Iob, « fulgore ad

Digitized by Google

vesperam » mortis gloriosæ , & « in conspectu Domini pretiosæ » contemplemur? Nonne diceres, de ipso prophetasse Psaltem, ætatis longæuæ prænuntium: « Et permanebit cum Sole? » Cùm annum centesimũ decimũ attigisset, à Fescennino Præfecto, « Principis & Rectoris tenebrarum » ministro, iussus comprehendi, Solis ad instar, facie coruscanti, lictores exterruit, donec Christo conformatus, redacto intrinsecus lumine, primò virgis crudeliter cæsus, deinde feris, naturalis feritatis oblitis, & mitescentibus obiectus; tum in ferream cratem extensus; hinc illæsus pariter missus in clibanum ardentem; tum actus in crucem; gladio tandem, seu potius obtusa ascia truncatus occubuit; & velut Sol in sinum Thetydis, sic Dionysius in Catullæ matronæ, caput gloria Martyrij fulgidum deposuit. O Solem omnium Planetarum & syderum lucem, Martyrum gloriam continentem! O Dionysi, quid Danieli leones, tribus pueris fornacem igneam, Isaïæ serram, Laurentio craticulam, Petro crucem, Paulo flagella & gladium inuideas, vnus omnium palmas referens? vnus omnium tormenta portans? O portentum! agite ministri Inferni; Sol iste nec teritur vergis, nec scinditur gladiis, nec igne consumitur. Sed cernite, vos auditores, Dauidi comparem: « Portabatur ille in manibus suis; » & tum verè cantabat, « Anima mea in manibus meis » dum holocaustum seipsum offerret, « hostiam viuam, sanctam, Deo beneplacentem, rationabile obsequium » ministris Angelis, vt musis circa Apollinem, Alleluya cantantibus.

Ps. 125. Ps. 71. 5. Aug. in tit. Ps. 33. 1. Reg. 21. 13. Psalm. 118. Rom. 12. 1.

Notatu dignum non præteribo; scriptum in Historia prophana: quòd cùm Dux exercitus Mithridatis Delios superasset, miles quidam Solis

Digitized by Google

imaginem in mare demersit; sed ad Peloponenses appulit, cui templum superbum erexerunt. Fescennij satellites, Dionysij corpus, imaginem animæ & viuum virtutum eius simulachrum in mare sanguinis demerserunt: memoriam eius extinguere præsumentes: sed templum augustius ei Gallia extruxit, in Regum sepulturam electum, vt sicut Reges Ægypti in boue, Solis radiis insigni, condebantur; sic inter Dionysij splendores, medias inter mortis tenebras conderentur. O Sol, terram tanta luce indignam desere, cœlum occupa, in Sole
Ps.88,38 pone tabernaculum tuum. Inde « Thronus tuus sicut Sol in conspectu meo: » ibi tantum exaltare in gloria, quantum hîc fuisti illustris in gratia.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio Moralis. O fœlix Gallia, cui te comparem, quam mulieri illi
Apoc. 12.1. spectabili Apocalypseos Ioannis? « Mulier amicta Sole » hoc est à Dionysio protecta, tot stellis coronata, quot Dionysij caput ornauere virtutes; Lunæ cornibus eminens, sæculi vanitati, etiam vt olim spera Lunatum calcare Mahometem, si vestigia Dionysij parentis tui sequeris, si Christum
Ephes. 6.11. Solem, « induta armis lucis, contra rectores & potestates tenebrarum harum contra spiritalia nequitiæ » peccata dico depugnes.

Secvnda Reflexio. Quid etiam in temporalibus boni, sub huius Solis protectione, non speres? De hoc enim spiritu præscio prædixit
Malac. 4.2. Malachias: « Orietur timentibus vobis nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: » Pro-

priè in pennis Dionyſij ſanitas, hoc eſt in libris penna eius doctiſſima conſcriptis. Nocte quippe ſequenti, quâ Michaël Imperator Conſtantinopolitanus miſit libros eius Ludouico Regi Gallorum, nouemdecim miracula facta ſunt, & Stephanus tertius Pontifex Maximus, coram Apoſtolis, Dionyſij contactu graui morbo curatus eſt: vt impleretur illud Prophetæ de noſtro Sole: « Sanitas in pennis eius. » Nec prætereundum, ad euertendum dogma hodiernorum Nouatorum, quòd cùm Themiſtius, Sergius, Cyrus, aliique Sectarij Monotelitarum, vt confirmarent ſuam hæreſim vnius voluntatis & operationis in Chriſto, ſe auctoritate magni Dionyſij Areopagitæ tueri præſumentes, locum eius Epiſtolæ ad Caium falſificatum produxerunt in medium; Sanctus Martinus Pontifex in Concilio Romano centum quinque Epiſcoporum, vel vt vult Theophanes, centum & decem (quod ab ipſo ſancto Papa Martino in Epiſtola ad Amandum, Concilium generale vocatur) iuſſit publicè adferri ſcripta eiuſdem ſancti Dionyſij Areopagitæ, & corruptionem loci publicè aperuit, in quo cùm Cyrus ſcriberet; « vnam in Chriſto operationem; » manifeſtè conuicit Pontifex in authentico non corrupto legi, « nouam Dei hominis operationem. » Quibus verbis intellexit, diuinam & humanam voluntatem & operationem, ab vnâ Verbi perſonâ procedentem. Greg. Turon. de gloria Mar. Malac. 4. 2. Baron. an Chr. 648.

Tertia Reflexio. Qui volet ſub vmbra alarum eius protegi, « manus ſub pennis eius » hoc eſt opera & exempla imitari conetur; Nobilitatem generis, generoſa Chriſti per fidem natiuitate contempſit. Et nos Chriſto geniti, « conſepulti in baptiſmo » omnem ſæculi, & natalium gloriam conculcemus: « Vox Domini confringentis Ezech. 1. 8.

Digitized by Google

Ps.28.5 Cedros, & comminuet eas tanquam vitulum Li-
Aug.ib. bani.» Vel vt legit Augustinus: «Conteret Dominus Cedros Libani. Vox Domini contritione cordis humilians superbos. Conteret per pœnitentiam Dominus elatos; nitore terrenæ nobilitatis, cum ad eos confundendos ignobilia huius mundi elegerit, in quibus ostendat diuinitatem suam. Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & amputata superba celsitudine illorum, deponet eos ad imitationem humilitatis suæ, qui tanquam vitulus, ante ipsam huius mundi nobilitatem, ad victimam ductus est.»

QVARTA REFLEXIO. Fuit olim Sol iste obuolutus tenebris, & cum Paulo dico vobis:
Ephes. 5.8. «Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate: probantes quid sit beneplacitum Deo, & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.» In quem locum sic D.
In ep. ad Ephes 5 lect. 4. Thomas: «Eratis aliquando tenebræ, id est excæcati ignorantiâ & errore, &c. Via impiorum
Prou. 4. tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Sed notandum est, quòd indeterminatè, non dicit tenebrosi, sed tenebræ: quia sicut quilibet videtur iste, id quod principaliter est in eo: ita quando peccatum regnat in homine: sic totus homo, dicitur peccatum & tenebræ.» O quales fuimus, toti in tenebris, per pec-
Esa. 5. 20. catum nati, & maioribus tenebris per actualia in-
Aug. de grat. N. Testamenti. Ep. 120. ad Honoratũ. uoluti, «ponentes bonum malum, lucem tenebras.» Accipite & Augustinum libro de gratia noui Testamenti: «Quemadmodum, inquit, in ipsis corporibus, ea quæ inferiora sunt, sicut terra, & aqua, & ipse aër, meliora fiunt participatione melioris, id est cum luce illuminantur, & feruore

vegetātur: ſic incorporeæ creaturæ rationales, ipſius Creatoris fiūt participatione meliores, cū illi cohærēt puriſſima & ſanctiſſima claritate, qua omnino ſi caruerint, tenebreſcēt, & obdureſcent quodāmodo. Proinde infideles homines tenebræ ſunt; qui per fidem conuerſi ad Deum, quadam præmiſſa illuminatione lux fiunt, in qua proficiendo, ſi ex fide ad ſpeciem peruenerint, vt id quod credunt, etiam conſpicere, ſicut tantum bonum poteſt conſpici, mereantur, perfectam recipient imaginem Dei. Talibus enim dicit Apoſtolus: fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.» Quod & ipſe alibi ponderat. «Cùm diceret tenebræ; non addidit in Domino: cum autem dixit lux, addidit vtique in Domino: quia in ſeipſis lux eſſe non poſſent: vt qui gloriatur, in Domino glorietur.» Lib. de perfect. Iuſtitiæ cap. 12.

QVINTA REFLEXIO. Quid ſequitur, ſi lux in Domino ſumus, niſi idipſum quod concluſit Paulus: «Vt filij lucis ambulate;» Nam ex Diuo Thomâ ibidem, «quia nunc ſunt lux, ideo primo concludit, vt ſe conforment ei quod nunc ſunt, &c. hoc autem exponit, cùm dicit, fructus enim lucis &c.» Ambulare autem ex Auguſtino, eſt proficere: vt «Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcat & procedat vſque ad perfectam diem.» Subiicit Paulus, quid ſit ambulare & proficere; & qui ſint fructus lucis exponit. «Fructus, inquit, lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitiæ, & veritate.» Et primò quidem fructus lucis dicuntur; quia à Deo vera luce oriuntur & à dictamine prudentiæ, & fidei. Secundò quia ex Chryſoſtomo amant lucem & Dei conſpectum, & hominum. Tertiò quia ad lucem gloriæ nos promouent. Aduerte porro ex D. Thoma ibidem; «Ambulare aliquem vt filium lucis dupliciter. Primò quantum

Lect. 4. in 5. cap. ad Ephes.

Prou. 4. 18.

Epheſ. 5. 9.

Lect. 4.

ad ſubſtantiam, vel genus operis. Secundò, quantum ad modum, vel intentionem facientis. Primò ergo ponit opera quæ oportet facere, fructus autem lucis, id eſt opera fructifera & clara, Eccli. 24. Flores mei fructus honoris & honeſtatis. Et hoc in omni bonitate, &c. Vbi aduertendum eſt, quòd omnis actus virtutis ad tria reducitur. Nam opus eſt, quod agens ordinetur in ſe, & ad proximum, & ad Deum. In ſe, vt ſit bonus in ſeipſo, &c. Item ad proximum per iuſtitiam; & ad Deum, per cognitionem & confeſſionem veritatis. Vel aliter, vt bonitas referatur ad cor, iuſtitia ad opus, veritas ad os. Deinde cùm dicit probanter quid ſit beneplacitum Deo; oſtendit qua intentione debeant operari: quia non ex abrupto, ſed probanter, id eſt ratione diſcernentes, &c. Probetis quæ ſit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta.» Cum Auguſtino concludo cætera Pauli verba exponente: «Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum: magis autem redarguite. Hoc eſt, inquit, non communicare, non conſentire. Communicat quippe quando facto eius conſortium voluntatis, vel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos admonens Apoſtolus ait: Nolite communicare, &c. Et quia parum erat non conſentire, ſi ſequeretur negligentia diſciplinæ: magis autem redarguite. Videte quemadmodum vtrumque complexus eſt. Nolite communicare, magis autem redarguite. Quid eſt nolite communicare? Nolite conſentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid eſt, magis autem redarguite? reprehendite, corripite, coërcete.» Sic enim, «mandauit vnicuique Deus de proximo ſuo.» Redarguite verbo, magis autem exemplo. O Dionyſi, audio te multo amplius quàm olim, de cœlo Gallos arguentem,

Aug. ſer. 18. de verb. Euang. ſecund. Matth.

Eccli. 7. 12.

tem, & exprobrantem opera tenebrarum, his qui vt filij lucis ambulare, & fructus lucis producere debuerant. Vbi bonitas omnis? « Totus mundus in maligno positus est» vbi iustitia, cùm « omnis iniustitia dominetur? » Vbi veritas, vbi « omnis homo mendax?» Audio tonantem illud Amos Prophetæ: « Numquid non vt filij Æthyopum vos estis mihi, filij Israël, dicit Dominus? Numquid non Israël ascendere feci de terra Ægypti? » Numquid eduxi Gallos de Idololatriæ tenebris? « Quæ communicatio lucis ad tenebras? » Et rursum ibidem per Amos iustissimè comminatur: « Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans (70. peccatorum) & conteram illud à facie terræ. » O Dionysi ad tantum tonitruum expergiscimur; fatemur iam in Gallia « ignotum Deum» resurrectionem ridiculam, ostentui habitum crucifixum. Quàm longè sumus ab exemplis tuis, quàm à luce remoti, & feruore tuo! Quis nunc crucem, ignem, gladium, pro fide & charitate ferret; qui sine lucta cedimus principi tenebrarum? O Sol de Throno tuo respice nos, illumina tenebras nostras vt sicut in die honestè ambulantes in lumine gratiæ, perueniamus ad lumen gloriæ. Amen.

1. Ioa. 5. 19. Ps. 115. Amos 9. 7. 2. Cor. 6. 14. Ibidem vers. 8.

Digitized by Google

DE SANCTO LVCA.

Sanitas in pennis eius. Malach. 4. 2.

LIcet hic locus possit exponi de Sole visibili, quem plerique, Phœnicem vt auem commentitiam respuentes, auem singularem, pennis velocem in motu, & herbas salutiferas radiorum influxu gignentem, sanitatem in pennis habere intelligant: alij de Christo, Sole iustitiæ, prompto & summo animarum, & corporum Medico: Ego tamen hodie D. Lucæ non incongruè hoc thema applico; cuius pennæ, & scripta, non tantum sanitatẽ ægris ac languidis, sed & vitam mortuis præstare possunt. Hinc quia proprium est medici salutem dare; inde Paulus: « Salutat, inquit, vos Lucas Medicus charissimus. » Sed cùm Christus ipse dicat apud Lucam; « Non egent qui sunt sani Medico, sed qui malè habent. » Quis non egeat post Christum, Luca? O Virgo libenter scribæ tui & pictoris subscribes laudibus. Atque vtinam mihi tuis precibus de cœlo veniat vna lingua, ex his quas Lucas in suo Actorum libro descripsit; vt linguæ penicillo virtutes eius exprimam. Ille pulchritudinem tuam exteriorem expressit, sicut Archangelus Gabriel internam; & quomodo salutanda esses, ab Angelo doctus, nos ipse docuit, dum gratia plenam salutauit, cùm dixit: Aue.

Colos. 4. 14. Luc 5. 31. Act. 2. 3 Luc. 1. 28.

Digitized by Google

EXORDIVM.

Nullum ex ſcriptoribus ſacris & prophanis inuenio, ſic artis Medicæ profeſſioni fauentem; ſicut eam Eccleſiaſticus extulit: « Honora Medicum propter neceſſitatem, etenim illum creauit Altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela, vt à Rege accipiet donationem. Diſciplina Medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. » Sed in materia laudis ſapientiſſimi fuere Ægyptij, qui non à nobilitate generis, non à diuitiarum copia, non ab ipſius corporis robore & forma, ſed à ſola pietate, iuſtitia, religione, quæ propria, & voluntaria hominis bona ſunt, & à viuis ex mortuorum imitatione depromuntur exempla, virorum illuſtrium præconia celebrabant. Parentum quippe meritis adſcribenda nobilitas; commutabilia fortunæ dona, bonis & malis indiſcretè promiſcua; robur, & forma, temporis & ægritudinis ſpolia ac ludibria, in bonis ſolidis fruſtra cenſentur: at virtus & gratia propriè animi bona poſſeſſorem ſuum meliorem faciunt, & verè apud Deum, hominesque commendabilem. Lucam proinde non ab Antiocheno genere, contemptiſque diuitiis, ſed à virtutibus eius, & à laudatiſſima curandi animæ & corporis arte collaudabo, vt de eo referam quod de Metrodoro Carneadis filio narrat hiſtoria. Cùm P. Æmilius, victo Perſeo Rege Macedonum, ab Athenienſibus duos homines expetiſſet, vnum Philoſophum adoleſcentibus inſtruendis, & pictorem alterum, ædificiis exornandis: illi vnicum Metrodorum, in vtroque peritiſſimum obtulerunt. Sic Chriſtus Matri, & Eccleſiæ D. Lucam quaſi Metrodorum, id eſt donum

Eccli. 38. 3.

Fulgoſ. l. 2. c. 1.

Digitized by Google

Matris obtulit, imò & Pandoram, & omnium Sanctorum donis & virtutibus ornatum; non solum sapientem Medicum, sed & eximium pictorem ac sculptorem: quin & insuper Virginem, Euangelistam, ac Doctorem, indiuiduum Pauli comitem, parum dixi, nisi & Martyrem. Alexander Macedo, tria hominum genera præ cæteris extollebat, historicos; vnde dolebat quod non meruisset Homerum habere laudatorem. Hinc cuidam prospera nuntianti; Num, inquit, reuixit Homerus? Deinde magni pictores faciebat; & Apelli soli se suamque Compaspem pingere permisit: Medicos tandem, quorum vni sic fidit, vt etiam de poculo venenato sibi ab eo propinando præmonitus, eius è manu sumptum fidenter hauserit; tum ei consilium sibi reuelatum aperuit. Habemus in vno Luca simul omnes; cuius ex Hieronymo iuxta Paulum « laus est in Euangelio, per omnes Ecclesias. » Vbi notatu dignum quod immediatè præmisit Apostolus, « Misimus cum illo (scilicet Tito) fratrem cuius laus est, &c. » Maiori autem emphasi translat. Syr. « fratrem illum nostrum. » de quo & subiicit: « Non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis, (Syr. vsqueadeo vt deligendo delectus sit) comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis in Domini gloriam. » Vnum dicam iuxta thema: sanitatem in pennis huius Medici, secundò reflexiones morales, siue remedia contra morbos, penna eius præscripta, sumemus.

Hiero. de Scriptor. Eccl. 2. Cor. 8. 18.

Divisio.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Quanquam honorabilem censeam Medicinam, & Medicos iuxta Theophrastum, θεῶ χεῖρας, hoc est Dei manus exosculer: nolo tamen ad Arnoldi à Villanoua blasphemiam deflectere; qui temerè pronuntiauit; « Opus Medicinæ Deo gratius esse ipso etiam altaris sacrificio. » Quæ enim comparatio summi actus Religionis, scilicet Liturgiæ, cum arte, quantumuis laudabili; cæterum quæstuaria, & ad summum, vt eam vocat Tertullianus: « Philosophiæ sorore? » Saltem si de sacrificiis veteris Testamenti loqueretur; certum est quidem Christum secundum Oseam, misericordiam sacrificio præferre, dum ait: « Discite quid est, misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta. » Cùm enim Medicus ex mera charitate, absque pretio, sicut Lucas, & post eum Cosmas & Damianus, inde vocati Anargyri, circa ægrotos, ex motiuo misericordiæ. viscera sua immolant charitati; tunc opus medicinæ nudo ac simplici sacrificio præferendum. Quanquam Liturgia ex natura sua, seposita auaritia Sacerdotum, vt actus est latriæ, quæ Deum respicit, sit actu morali misericordiæ præmittenda. Dignum se laude præstitit Rex Ezechias quod libros Salomonis de medicina conscriptos, ex Rabinorum relatione combusserit, præmonitus & motus auaro Sacerdotum zelo, apud eum conquerentium, quod tot remediis naturalibus à Salomone suggestis, iam templo vacuo, sacrificia cessarent, nec Dei auxilium homines pro valetudine recuperanda reclamarent. Hinc etiam eiusdem Principis iussu factum est, vt conuerso ad Idololatriam populo, serpentem

Prateolus lib. de hæres.

Osee 6. 6. Matth. 9. 13.

4. Reg. 18. 4.

æneum olim in deſerto erectum in ſerpentum ignitorum remedium, contritum ac diſſolutum Scriptura ſacra narrauerit.

Et Plato quidem præfato ſapientior Arnoldo: « Medicos corporum & animarum curatores » dixit: Quia cum morbi ſint effectus & pœnæ peccatorum, à Deo iuſto vindice inflictæ, morbis vt ſtimulis excitati à ſomno peccatores, ad Deum conuerſi pro delictis exorant, & ſublata cauſa, cum ea quoque ceſſat effectus. Quin & ipſe Galenus librum inſcripſit, « quòd animi mores, humores corporis conſequantur. » Tanta eſt vtriuſque partis humani compoſiti connexio, vt in inuicem vtrimque vitia refundantur. Vnde & ipſe ſummus vtriuſque hominis, interni, & externi « factor & refector » vt eum vocat Auguſtinus, Creator & Redemptor, Saluator & Medicus, Paralytico dixit: « Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. » Et rurſum: « Quid eſt facilius dicere, remittuntur peccata tua; an dicere, ſurge, tolle grabatum tuum & ambula? » Quaſi diceret: Confide, ſecurus eſto de ſalute corporis, quem iam ſanaui ab ægritudine mentis. His præmiſſis, inſignem poſt Chriſtum Lucam ſentio Medicum, vtrique enim hominis parti Lucas Medicus ſanitatem præſtitit: « Quot verba Lucæ, tot animæ languentis Medicinæ. Lucam ita diuina ſubſecuta eſt gratia, vt non ſolum corporibus, ſed etiam animabus eius proficeret medicina. » De quo autem Medico ſcriptum legitur quod de ipſo ſpiritu præſcio Malachias, « Sanitas in pennis eius? » Quid hoc? Quid Soli cum pennis? Et quid ei cum gygante? de quo tamen Pſaltes: « Exultauit vt gygas ad currendam viam. » Nulla quidem auis quantumuis pennata Sole velocior. Et quod aliqui de Phœnice initio

Galen. li. quod animi mores, &c.

Matth. 9. 2.

Ibid. 5.

Hieron.

Malac. 4. 2.

diximus haberi pro commento, aliqui de Sole tenent pro certo & vero. Qui quotidie moritur in Occidente, & renaſcitur in Oriente, poſt Deum immortalem rerum omnium parens & genitor & ſalutis in plantis medicinalibus author. Lucas noſter Medicorum Phœnix, & Sol alter vel Apollo ſic dictus à pellendis morbis, de quo Ambroſius: « Erat, inquit, Lucas coniunctus primæ & puriori luci. » Et Lucas à luce nomen hauſit, Chriſto Sol, & Mariæ Virgini « electæ vt Sol, mulieri amictæ Sole » & Paulo lucidiſſimo Apoſtolorum coniunctiſſimus, quibus radiis non effulſit? Quam ſanitatẽ, in pennis, & radiis charitate diffuſis non habuit? Ambr. prolog. in Luc.

Sed quid aſpicio? Quod ſtemma circa eum poſitum cerno? « Facies bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor » vel vt legunt Septuaginta: « Facies vituli. » Quid boui cum alis, & Sole? Quid tardigrado cum volante? Sed reſpondete vos Aſtrologi, quid Soli cum Tauro Zodiaci? Et vos Hiſtorici narrate; Quid Oſiridi, & Serapi Deo Ægyptiorum, per bouem expreſſo? Diſcite primò ex Baronio, lingua veteri Italica, bouem dictum « Lucam. » Secundò in ipſius Euangelio, memoriam fieri meſſis, & diſcipulorum 72. quos miſit binos Dominus, quaſi boues leui ſuo iugo coniunctos. « Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam. » Meſſibus autem præparandis, bos laborat. Inde Sapiens, « Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem plurimæ ſegetes, vbi manifeſta eſt fortitudo bouis. » Et Paulus qui in Domino glorians dicebat, « abundantius omnibus la- Ezech. 1. 10. Anno Chriſti 58. Luc. 10. 1. Prou. 14. 4.

boraui » eidem iugo indefessum bouem collaborantem non prætermisit Lucam: cum iuxta veterem legem præscriberet; « Scriptum est in lege
1. Cor. 9 9. Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Num-
Deut. 25. 4. quid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe qui arat, arare; & qui triturat, in spe fructus percipiendi:» vel vt addit Syriaca « sub spe prouentus, triturare.»

Hieron. Tertiò quia vt bos expers coniugij viuit, sic Lucas cœlibem vitam duxit vsque ad annum ætatis 84. inter eos censendus quos Tertullianus vocitat
Matth. 19. 12. « Spadones voluntarios » qui nẽpe secundũ Christũ, « seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum.»

Quartò bos ei appingitur, quòd sit animal sacrificio destinatum: & quod suum Lucas à Zachariæ sacrificio Euangelium auspicatus, vltimum caput claudat per Christi immolati memoriam, hæc
Luc. 24 26. & 46. Discipulis Emmaüs inculcantis: « Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati.»

To. 4. l. 1. de cõsensu Euang. cap. 6. Pulchrè Augustinus in commendationem Lucæ: « Quod, inquit, per vitulum Lucas significatus sit, propter victimam Sacerdotis, neutri dubitauerunt; Ibi enim à Sacerdote Zacharia incipit sermo narrantis, ibi cognatio Mariæ & Elizabeth commemoratur, ibi Sacramenta primi Sacerdotij in infante Christo impleta narrantur.» Adhuc subtilius idem, supra Matthæum Lucam extollit;
Ib. c. 3. « Non habuit, inquit, tanquam breuiatorem coniunctum Lucas, sicut Marcum Matthæus: & hoc fortasse non sine aliquo Sacramento, quia Regum est, non esse sine comitum obsequio: vnde ille qui Regiam personam Christi narrandam susceperat, habuit sibi tanquam comitem adiunctum, qui sua vestigia quodammodo sequeretur. Sacerdos au-

tem, quoniam in Sancta Sanctorum solus intrabat, propterea Lucas, cuius circa Sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tanquam socium subsequentem, qui suam narrationem quodammodo breuiaret.»

Quintò tandem, cùm bos iste par Paulo, pennato iuxta Gregorium animali, pennato cursu, Dalmatiam, Italiam, Macedoniam, Galliam, prædicando peragrasset, vbique radios diuinæ lucis effundens, vbique pennas sanantes exerens, verus Apollo, παρὰ τὸ ἀπολλεῖν τὰς νόσους, à pellendis morbis sic dictus; omni hecatumbe pretiosior victima, secundum probatissimos Authores bos noster immolatus est.

Baron. an. Chr. 61. Epiphan. hæres. 51. Naz. orat. 1. in dul. Gaudētius in dedic. Basilic. Paulin. epist. 2. Niceph. l. 2. c. 43 Michael Glycas 3. Annal. Prou. 9. 2.

Nec mysterio vacat, quòd aridi ad patibulum ligni defectu, in oliua fructifera suspensus occubuit. Quid agitis impij? Nescitis lege cautam, « bouem aratorem ne mactato? » Ingratum Cereri sacrificium bouis. Et hic quidem penna doctissima frumentum electorum Ecclesiæ descripsit. Verùm non sine diuinæ sapientiæ nutu, quæ secundum Tertullianum, « filios suos iugulat » vbi Vulgata legit, « Immolat victimas suas; » bos noster in oliua mactatus est, non fabulosæ siquidem, sed veræ Palladis in arbore, Virgineus hic fructus pendere debebat: Et qui toties in ore calami pacem habuit, hunc in arbore pacis symbolo obdormire condecuit.

Neque verò immolato boue Medico, vel occumbente: Sole in pennis sanitatis habente, extincta est Medicina, cùm ex membris eius, & ossibus, vnguentum Medicum fluxerit: vt flos oliuæ vulnera curat elephanti. Quin etiam visum est à naturæ geniis, ex cadauere leonis apes mellificas exociri, quæ grauedini capitis Vrsi medeantur, edu-

Georg. Cedren. & Glycas.

Digitized by Google

cto per stimulos sanguine. Ita planè mellitæ simul & acutæ Lucæ pennæ Medicinam ebrietate & crapula grauatis cordibus operantur, dum suauiter æquè atque acutè præmonent: « Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. » O Medicum etiam vltra mortem operantem!

Luc. 21. 34.

SECVNDA PARS MORALIS.

Prima Reflexio Moralis. Ad pennas Solis redeamus. Legimus in porta templi Delphici, omnium remedia morborum in tabella fuisse descripta. Et nos habemus ex Luca tres tabulas siue libros penna eius doctissima conscriptos, in quibus contra omnes animi morbos, clarissima & veluti Solis radiis exarata antidota. Euangelium, Acta Apostolorum, & Epistolam ad Hebræos ex Syro translatam in Græcum. De Euangelio quidem, illud quidam imputant Paulo dicenti; « Secundum Euangelium meum. » Vt & Tertullianus adnotauit: « Lucæ digestum Paulo adscribere solent. (Dici potest) Magistrorum videri, quæ Discipuli promulgarunt. » Sed proprium ipse D. Lucæ opus esse censuit: « Dico apud illas Ecclesias, nec solas iam Apostolicas, sed apud vniuersas, quæ illis de societate Sacramenti confœderantur, id Euangelium Lucæ ab initio editionis suæ stare, quod cummaximè tuemur. »

Clem. Alex. Euseb. l.6.c.11. 4.cont. Marc. cap.5.

Tertul. ibid.

Porro cùm Auicenna tria requirat in Medico; charitatem compassiuam, cui iuxta Hippocratem æger confidens curatur velocius: scientiam corporis eiusque partium, simplicium, compositionum, &c. Tandem exercitam & probatam experientiam,

Digitized by Google

quæ vt plurimum periculosa est morbidis, quorum dispendio exercentur Medici; vt acutè Diaulum mordebat Martialis:

« Qui fuerat Medicus, nunc est Vespillo Diaulus:
Quod Vespillo facit, fecerat hoc Medicus. »

Nihil horum Lucæ defuit; primò enim plenus fuit illo charitatis igne quem de cœlo effusum Apostolis ipse descripsit. Act.2. Scientia præpolluit habuit enim teste Ambrosio plenitudinem, per partes aliis distributam. Rationalem quidem, quæ respicit veritatem in conceptu, naturalem quæ considerat affectiones & qualitates rerum in affectu, moralem quæ agit de bonis operationibus in effectu. Marcus agit de rationali creatura, in Angelo, voce, Ioanne Baptista. Ioannes autem Euangelista de Naturali, tractans de logo Verbo & Filio Dei Vnigenito. Matthæus de Morali cum disserit de Christi Virtutibus. At Lucas noster, bos noster suo mugitu, rugitum Leonis, vocem hominis, Aquilæ clangorem superat, & penna salubri superuolat. An non excelluit naturali scientia de Christo Dei Filio, nascente, viuente, moriente, Sole obscurato pertractans? Morali, ad mutuum dandum gratis, maxillam alteram percutienti præbendam, aliaque moralia Christianæ Disciplinæ præscribens? Rationali, pronuntiando: Luc.16.10. « Fidelem in modico, in magno fore fidelem. » De sola in libro Actorum Medicinali eius scientia contenta, sic fatur Hieronymus: « Actus Apostolorum, nudam videntur sonare historiam: In ep. ad Paulam sed si nouerimus eorum scriptorem esse Lucam Medicum, aduertemus omnia verba eius animæ languentis esse Medicinam. »

Denique experientia præcelluit diu cum Paulo

verſatus. Et quis Medicus ſola penna ſic efficaciter & celeriter operatur? grauis morbus phreneſis, in peccati mortalis ſtatu ridentium: « Qui ducunt
Iob 21. 13. in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. » Tange Lucæ pennam, & citò ſanaberis,
Luc. 6. 25. lege Scripturam: « Væ vobis qui ridetis, quia flebitis. » O cauterium actuale, ſenſum reuocans! Grauis morbus auaritiæ, tange pennam, accipe Medicinam
Ib. 24. «Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationē veſtram. » Vel vt legit Tertullianus, « Aduocationem veſtram. » Quod omnibus cauſis diuitiæ pa-
Luc. 12. 56. trocinentur. Grauis morbus ſuperbia & hypocriſis Phariſaïca; tange pennam & cauebis ſuperbiam quis tam efficaci medela non ſanetur?

Secvnda Reflexio. Vt operatio Medicinæ tribus conſtat: purgat enim humores laxatiuis; ſic Lucas exemplis miſericordiæ Chriſti, peccata relaxantis Publicanis, & peccatoribus; inductione parabolarum, Paſtoris ouem errantem humeris baiulantis; Patris prodigum excipientis lauto conuiuio; mulieris drachmam accenſa lucerna requirentis; Magdalam, Publicanum, Zachæum, ad pœnitentiam admittentis; latronem ipſam pro confeſſione modica in Paradiſum inducentis. Quis deſperatus tam laxa & effuſa miſericordiæ medicina non cu-
Luc. 6. 19. retur? Attendat ſolùm quod ſcribit Lucas: « Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. » Secundò Medicina confortat electuariis, epithematis, opiatis; quod fit applicatione Pharmaci immortalitatis; hoc eſt, carnis & ſanguinis Chriſti; quibus ſumptis ipſe
Luc. 22. 43. confortatus perrexit in montem oliuarum, ad Paſſionem etiam ab Angelo confortandus, vt ipſe ſcribit. Tertiò à relapſu præſeruando per abſtinentiam & bonum quod vocant regimen: Sic in ſua

Epiſtolæ ad Hebræos tranſlatione, Iudæos, per Sacrificium Chriſti reuocat à relapſu iam mortifero, ad victimas antiquæ legis ; & quàm periculoſus ſit recidiuatus in culpam, monet in Euangelio, vbi de eiecto dæmonio immundo, dicente : « Reuertar in domum meam, &c. » Et Chriſto, de homine ab eo poſſeſſo : « Fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. » Vbi aduerte, in Euangelio laxare, miſericordiâ Chriſti propoſitâ, in Actis confortare, Spiritu ſancto, & exemplis Apoſtolorum ; in Epiſt. ad Hebr. à lapſu præſeruare.

Luc. 11. 24.
Luc. 11. 26.

Tertia Refl. Nec prætereundũ, quatuor præcipuos animi morbos ex humorũ intẽperie profluere, qui quatuor conſonant elementis. Auaritia quippe de terra; voluptas cum Venere de ſpuma aquæ; Ambitio de vento & aëre inflante ; ira de igne vrente. Lucas quatuor oppoſitis virtutibus Cardinalibus his medetur. Scribit enim remedium ſuperbis, altè ſapientibus : « Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei. » Auaris præſcribit: « Quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. » Iracundis apponit manſuetudinem agni Chriſti : lubricis, virginis caſtitatem incorruptam. Atque vt hic morbus incipit ab oculis, Baſiliſci inſtar homicidis : « Vt vidi vt perij. » Ex Ambroſio, cùm aliarum mulierum forma velut ſpina pungat, beatæ Virginis pulchritudo velut « lilium inter ſpinas ſic amica inter filias » puriſſimum ſe videntibus caſtitatis amorem inſpirabat. Per Lucam autem Pictorem ſimul, ac Medicum, factum eſt teſte Metaphraſte, vt eius ſpecie ſanctiſſima frueremur : « Primus, inquit, Lucas præſtitit, vt qui vellet, etiam per imaginem verſari cum ea poſſet, quod feruentiſſimi amoris eſt ſignum. » Sancta quoque Hiduuige inuenta cum digitis ma-

Luc. 6. 20.
Luc. 11. 41.
Cant. 2. 1.

Digitized by Google

nus incorrupris imaginem Beatæ Virginis tenentibus, quam dum viueret tractare & deosculari solita erat. Sed morbus hodie inualuit, lepra in pariete, & cubiculis; vbi lasciuæ cernuntur imagines; vbi Dagon Idolum Veneris, cum Arca statuitur; & exemplo Adriani Christus cum Ioue, &, vt carpit Ennodius, in vestibulo prostibuli, Dea Voluptatis cum Pallade apponitur: « Quando, inquit, in luce est facinus, quid spei remanet addicendo? percipite quæso animis, & interna æstimatione tractate, qualis sit qui & virginitatis oculos, & lupanaris secreta violauit: & in vtroque sacrilegus, nec flagitia veneratur, quibus inimicam testem adhibuit; & castitatis profligat ruborem, quam indignis assignat, &c. Dum Dionem & Palladẽ diuersissima Numina peregrinantibus mancipat sententiis, in vnum fabricata deridens arte coniungis; fecisti Religione tua acerbius quod delinquis. Res summo digna piaculo, miscere discordantia, & in vnum colligere, quibus nisi secretum præstiteris, contumelias irrogasti, &c. Si te scelestissime hominum ante Veneris delubra positum stimulasset Mineruæ recordatio, vtramque potestatem malè diligens ingenij tui memoria læsisset; fugisses illius domicilium, cuius aduersariam mente retinebas. Qui honor est, ibi eius statuam collocasse, vbi Dea pudicitiæ potuisset commemoratione violari, &c. Quas tu habitatione miscuisti, nos propriis habemus offensas sacrificiis. Qualia erunt munera quæ gregatim portanda sunt per incestas & virgines? Vna offendenda est hilaritate, & lasciuia placanda altera. Inter verbenas & thura hostiarum, erit causa certaminis, & inde efficienda sunt irata Numina, vnde mulcentur. » Carolum Nauarræ refert historia iam adolescentulam constuprare paratum,

D. Ennodius diction. 20. in cũ qui in Lupan. stat. Mineru. locauit.

ipſa coram Virginis Imagine genuflexa orante, Iconis aſpectu à facinore deterritum Virgini pepercisse: Et D. Gregorium in Proceſſione ſublata ſanctiſſimæ Dei Matris à D. Luca picta Imagine, peſtem grauiſſimam, Vrbem depopulantem ſubito extinxiſſe. Vtinam graſſantem picturam laſciuientium Epidimiam, Medicinales D. Lucæ picturæ diſcutiant.

QVARTA REFL. noſtis curari morbos quatuor modis. Primò Phlebotomia, ſanguinē ſuperfluum edu- Luc. 11. 41.
cendo, vel corruptum; audite Lucam: « Quod ſupereſt, inquit, date eleemoſynam. » Et apud Luc. 19. 8.
ipſum, Zachæum ſantem: « Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. » Ita fiat lata venæ apertio, vt cum corrupto aliqua etiam pars puri ſanguinis exeat: & cum alienis bonis, legitimè parta. Secundò dieta: « Beati, inquit, qui nunc eſuritis. Attendite ne fortè grauentur corda Luc. 6. 21.
veſtra crapula. » Tertiò ſudore; laborando cum boue, & flendo peccata: « Beati qui nunc fletis. » Ibid. 22.
Quartò amara potione: « Beati cum vos oderint homines. »

QVINTA REFL. O quā egemus hoc Medico! Quis non laborat auaritia? &c. non honorabitis Medicum, niſi neceſſitatem ei aperueritis; indicia morbi in vobis aduertite; primò quidem in appetitu deprauato: quo enim ſapore Dei Verbum, libros pios, Miſſarum ſolemnia, colloquia bona, diuina Num. 21. 5.
Sacramenta ſuſcipitis? An non « nauſeat anima veſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo? » Secundò in appetitu ciborum noxiorum quorum plerumque ſunt auidæ mulieres prægnātes, quæ teſte Aug. de diabolo conceperunt dolorem, & parituræ ſunt iniquitatem: Huiuſmodi comœdias, choreas, luſum, lu-

Digitized by Google

nus incorruptis imaginem Beatæ Virginis tenentibus, quam dum viueret tractare & deosculari solita erat. Sed morbus hodie inualuit, lepra in pariete, & cubiculis; vbi lasciuæ cernuntur imagines; vbi Dagon Idolum Veneris, cum Arca statuitur; & exemplo Adriani Christus cum Ioue, &, vt carpit Ennodius, in vestibulo prostibuli, Dea Voluptatis cum Pallade apponitur: « Quando, inquit, in luce est facinus, quid spei remanet addicendo? percipite quæso animis, & interna æstimatione tractate, qualis sit qui & virginitatis oculos, & lupanaris secreta violauit: & in vtroque sacrilegus, nec flagitia veneratur, quibus inimicam testem adhibuit; & castitatis profligat ruborem, quam indignis assignat, &c. Dum Dionem & Palladẽ diuersissima Numina peregrinantibus mancipat sententiis, in vnum fabricata deridens arte coniungis; fecisti Religione tua acerbius quod delinquis. Res summo digna piaculo, miscere discordantia, & in vnum colligere, quibus nisi secretum præstiteris, contumelias irrogasti, &c. Si te scelestissime hominum ante Veneris delubra positum stimulasset Mineruæ recordatio, vtramque potestatem malè diligens ingenij tui memoria læsisset; fugisses illius domicilium, cuius aduersariam mente retinebas. Qui honor est, ibi eius statuam collocasse, vbi Dea pudicitiæ potuisset commemoratione violari, &c. Quas tu habitatione miscuisti, nos propriis habemus offensas sacrificiis. Qualia erunt munera quæ gregatim portanda sunt per incestas & virgines? Vna offendenda est hilaritate, & lasciuia placanda altera. Inter verbenas & thura hostiarum, erit caussa certaminis, & inde efficienda sunt irata Numina, vnde mulcentur. » Carolum Nauarræ refert historia iam adolescentulam constuprare paratum,

D. Ennodius dictiõ. 20. in cũ qui in Lupan. stat. Mineru. locauit.

ipſa coram Virginis Imagine genuflexa orante, Iconis aſpectu à facinore deterritum Virgini pepercisse: Et D. Gregorium in Proceſſione ſublata ſanctiſſimæ Dei Matris à D. Luca picta Imagine, peſtem grauiſſimam, Vrbem depopulantem ſubito extinxiſſe. Vtinam graſſantem picturam laſciuientium Epidimiam, Medicinales D. Lucæ picturæ diſcutiant.

QVARTA REFL. noſtis, curari morbos quatuor modis. Primò Phlebotomia, ſanguinē ſuperfluum educendo, vel corruptum; audite Lucam: « Quod ſupereſt, inquit, date eleemoſynam. » Et apud ipſum, Zachæum ſantem: « Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. » Ita fiat lata venæ apertio, vt cum corrupto aliqua etiam pars puri ſanguinis exeat: & cum alienis bonis, legitimè parta. Secundò dieta: « Beati, inquit, qui nunc eſuritis. Attendite ne fortè grauentur corda veſtra crapula. » Tertiò ſudore; laborando cum boue, & flendo peccata: « Beati qui nunc fletis. » Quartò amara potione: « Beati cum vos oderint homines. »

Luc. 11. 41. Luc. 19. 8. Luc. 6. 21. Ibid. 22.

QVINTA REFL. O quã egemus hoc Medico! Quis non laborat auaritia? &c. non honorabitis Medicum, niſi neceſſitatem ei aperueritis; indicia morbi in vobis aduertite; primò quidem in appetitu deprauato: quo enim ſapore Dei Verbum, libros pios, Miſſarum ſolemnia, colloquia bona, diuina Sacramenta ſuſcipitis? An non « nauſeat anima veſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo? » Secundò in appetitu ciborum noxiorum quorum plerumque ſunt auidæ mulieres prægnãtes, quæ teſte Aug. de diabolo conceperunt dolorem, & parituræ ſunt iniquitatem: Huiuſmodi comœdias, choreas, luſum, lu-

Num. 21. 5.

Digitized by Google

xumque eſuriunt. Tertiò, in ſtomachi debilitate; quâ multi laborant, quia vt animalia immunda
Eſa. 57. 1. non ruminant, « Et non eſt qui recogitet corde. » 4. In inualida facultate retentrice. In quibus im-
Luc. 8. 12. pletur illud Lucæ, « qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. »
Iob 20. 14. Et prophetia ſancti Iob: « Panis eius in vtero illius vertitur in fel aſpidum intrinſecus. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius, extrahet eas Deus. » Vel vt legunt 70. « Extrahet eum Angelus. » Quin & ipſe Chriſtus, « ab eo qui non ha-
Matth. 25. 29. bet (id eſt non vtitur, non proficit) & quod habet auferetur ab eo. »

O Luca morbos agnoſcimus Medico te maximè indigemus. O Sol radios effunde, Medice pennas ad ſanandum exere: applica remedia congrua. Sed tu ô Lutetia Babylon altera, « numquid non eſt reſina in Galaad (id eſt aceruo teſtimonij) aut Medicus non eſt tibi? » tot Lucas & Soles habes qui in lingua & in pennis, verbis & ſcriptis portant ſani-
Ier. 51. 9 tatem: vis tibi exprobrari: « Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam. » Adhuc ſuperbia, auaritia, luxuria, &c. morborum le-
Eſa. 1. 4. thalium genera regnant: « Omne caput languidum, & omne cor mœrens à planta pedis vſque ad verticẽ non eſt in ea ſanitas. » Sed ô Luca ſub pennis tuis ſperamus. O Sapiens doce nos, pictor eximie, deturpatam in nobis reforma Dei imaginem, Medice morbos pelle: vt obtenta per te à ſummo Medico perfecta animæ & corporis ſalute, ad immortalitatem tranſeamus. Amen.

Digitized by Google

IN FESTO SS. APOSTOLORVM SIMONIS ET IVDÆ.

Iudas Machabæus, & Simon frater eius prælia bantur prælium Israël cum letitia.
1. Machab. 3. 1. & 11.

QVidquid in veteri testamento magnum, quidquid gloriosum ac illustre gestum est, id totum in vmbra & nocte transactum dixit Apostolus: « Omnia, inquit, in figuris contingebant illis. Nox præcessit vmbram habens lex futurorum bonorum, » Cætera nunc, vt silentio premam; Apostolos nostros Simonem, & Iudam, in duobus Machabæis, tanquam in vmbra delineatos, sed longè superiores dubitabit nemo, qui abundantiori nouæ legis gratia, & « virtute indutos ex alto » non iam bella carnalia gessisse, nec victorias huius temporis mensura conclusas, sed iuxta Paulum, armis spiritalibus, spiritales, & immortales de hoste inuisibili triumphos reportasse crediderit. His ego Paranymphus accedo, qui « præliati sunt prælium Israël cum lætitia; » Cùm te prius « castrorum aciem ordinatam, » exercitui tenebrarum, eorumque Principi terribilem, mulierem fortem salutauero. Fauebis pro cognatis tuis peroranti; quæ & nuptiis Simonis in Cana Galileæ adfuisti, per An-

1. Cor. 10. 11. Rom. 13. 11. Hebr. 10. 1.

Luc. 1. 78.

1. Cor. 10. 4.

Cant. 6. 9.

Prou. 31. 10.

Baron. iuxta Nicephor. gelum exorata, nuptiarum cum Spiritu sancto contractarum pronubam; cum quo te gratia plenam salutamus dicentes: Aue.

EXORDIVM.

Sapientioribus gratulor Philosophis, qui palmam inter cætera bona, super vtili & delectabili, honesto, & virtuti dederunt. Et quidem vt eorum verbis vtar, si bonum ex integra causa; & bonum honestum siue virtus circa arduum & difficile versatur; iustitia quidem in hoc ardua quod sit constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi: prudentia, quòd præuideat singula media congruentia ad finem; temperantia, quòd appetitus carnis moderetur; fortitudo, quòd animum accendat & firmet, ad difficilia quæque agenda fortiter, patienterque perferenda; ratione causæ materialis, fortitudo cæteris Cardinalibus antistare videtur. In efficiente virilem & constantem animum præsupponit, in finali, quia bonam rationem finis habet, rectitudinem intentionis veræ ac solidæ æternæ gloriæ prærequirit. Atque vt nihil formæ & decoris desit; promptitudinem & alacritatem in executione, à viro forti & magnanimo deposcit. Hoc posito & Machabæi & eorum cognomines Simon & Iudas Apostoli verè boni & fortes milites, & duces habendi sunt, de quibus Apostolus « fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. » Et apertius in themate quicquid ad fortitudinem pertinet continetur. In operantibus quidem virilitas quod & vox ipsa Machabæorum pugnantium & bellatorum sonat. Difficultas in opere. Quid enim re bellica operosius Paulus indixit: « Labora vt bonus miles Christi? » Re-

Hebr. 11.34.

2. Tim. 2.3.

ctitudo in ipsa intentione. Vnde & dictum est, « præliũ Israël. » Quæ vox videntem Deum significat. Cuius gloriæ respectu fortiter Stephanus Martyrum antesignanus dimicabat: « Ecce, inquit, video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. » Promptitudo demum & alacritas in fortium voluntate, extrema notat particula; « cum lætitia. » Primùm commendat causam efficientem: secundum materiam, tertium finem: & quartum formam. Et virilitatem quidem nostrorum Ducum tria probant: audacia confessionis in Iuda confitente; Obedientia executionis in Simone obediente: constantia defensionis causæ iustæ, quod insinuatur in Machabæi nomine, id est scuto & protectione. Sub his scutis, protectoribus & ducibus tuta militat Ecclesia. Cùm itaque de fortissimis Ecclesiæ ducibus eorumque certaminibus sit agendum; Primò in commendationem militiæ omnia sub Domino exercituum in hoc mundo, & nostros quammaximè Apostolos bellasse demonstrabo. Secundò Reflexionibus Moralibus quomodo sit in militia maximè spiritali certandum, docebo.

Act. 7. 55.

Divisio.

PRIMA PARS DOCTRINALIS.

Quidquid dicant, qui militiam infamant, nomen eius à malitia deriuantes: « Plus Rempublicam læsere togæ, quam loricæ. » Et plus interdum luxus & feritatis operuit toga quàm lorica. Nulla professio tam sancta quam non in cõtrarium transferat culpa. Et militaris quidem vocatio sanctissimos habuit professores; præter Machabæos, Centuriones Euangelicos, Georgium, Theodorum, Mauritium, Eustachium, Sebastianum, Martinum, cæterosque quàmplurimos. Quin & Tullius

Tertul. de Pallio.

Digitized by Google

ipſe Togatus, cuius menſæ luxum arguit Tertullianus: « Bellica, inquit, Diſciplina in ampliſſimo dignitatis gradu hominem collocat. » Quidquod « inter Italiæ populos ſoli Peruſini, eo ipſo nobilem admittunt, quo quis militiæ adſcribitur. » Vt vt ſit de militia ſæculari, ſuos Chriſtus nobilitat milites ſpiritali militiæ inſcriptos caſtra modò Chriſti non deſerant: « Si te igitur Tyronem Chriſti profiteris, caſtra ne deſeras, in quibus tibi etiam ædificanda eſt turris illa, de qua in Euangelio Dominus loquitur: in ea quippe ſtantem, & ſub armis verbi Dei militantem, nulla ex parte penetrare vllæ tentationes valent. Inde & iacta in aduerſarium tela graui pondere veniunt, & proſpecta firmo munimine deuitantur. Conſidera etiam Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cùm ſit Rex noſter, tamen à ſocietate qua etiam frater eſſe dignatus eſt, reges appellaſſe milites ſuos, & vnumquemque ad bellandum, cum Rege qui habet viginti millia, inſtructione decem millium idoneum eſſe debere præmonuit. » Nec Lacedæmones tam certi victoriæ, coronati pugnaſſe referuntur; quam fideles ſub exercituum Domino Deo Sabbaoth, quod Hieronymo teſte vnum ex præcipuis Dei nominibus aſſeritur: quem & Pſaltes « Dominum virtutum » ſiue vt Græci legunt: « copiarum bellatricum » vel vt Aquila vertit, « Dominum militarium » ſicut & Eſaïas: « Dominum agminum bellicorum. » Omnia quippe in hoc mundo ſub Deo militant: « Vnum contra vnum, & malum contra bonum. » Elementa pugnant inter ſe qualitatibus contrariis: corpora mixta, vegetantia & ſenſitiua antipathiis. Eſt & ſua cœlo militia. Nam & « ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Sizaram pugnauerunt. » Aliæ ſtant fixæ velut excubias agentes:

Cicero orat. pro Muren. Bartho Cod. de dign. l 12. Aug. ep. 38. Stob. ſer 42. Hiero. ep. ad Marcel. Pſ. 23. 10 Eſa. 3. 15 Eccli. 33 15. Iudic. 5. 20. Baruch. 3. 34.

Digitized by Google

« Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt. » Aliæ vt milites circumcursant; quales planetæ errantes. Hinc & in Genesi: vbi versio communis habet: « Perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. » Pagninus ex Hebræo transfert, sicut & Chaldaïca Paraphrasis, « & omnis militia siue exercitus eorum. » Et quod ab exordio mundi de cœlo & terra sub Deo militante prædictum est, tota sæculorum serie perficitur dum nunc has, nunc illas malignis influentiis cœli, ignis, aquæ, ferarum & pestilentiarum sagittas vibrat, de quibus scriptum est: « Etenim sagittæ tuæ transeunt » donec in fine sæculi, « pugnante pro eo orbe terrarum contra insensatos: » quod per Moysem minitatus est, adimpleat: « Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis, &c. » Gen. 2. 1. Ps. 76. 18. Sap. 5. 21. Deut. 32. 42. & 24.

Quid Angelos memorem? de quibus Iacob Patriarcha dixit: « Castra Dei sunt hæc. » Hi certè milites supra Melophoros Persarum ornati; supra Hylicas Antiochi formosi; super Alexandri Argyraspidas fortes & inuicti, ab exordio mundi. « Facto prœlio magno in cœlo, Michaele cum Angelis suis cum dracone pugnante, Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem, & accusatorem fratrum diabolum foras missum » audiuimus. Hic delectus in terram squamis serpentis vt lorica tectus, hominem aggressus est, & in eo victo, omne genus hominum superauit, & stipendiis mortis contra Deum rebellauit. Inde armis perfidiæ fidem, superbiæ humilitatem, auaritiæ largitatem, luxuriæ castitatem, gulæ temperantiam, cæterisque vitiorum turmis, virtutum acies oppugnauit. Actum erat, nisi Christus Dauidi similis, « fortior super- Gen. 32. 2. Apoc. 12. 7. Luc. 16. 18. Apoc. 12. 10. Luc. 11. 22.

Digitized by Google

1. Reg. ueniens, fortis armati atrium suum custodientis
17.38. arma tulisset » non aureis Saülis armis indutus,
nec in sua maiestate, sed in nostra congressus hu-
Colojs. militate, orbem non edomans ferro, sed ligno,
2.15. « triumphans in semetipsos expoliansque principa-
Ephes. tus & potestates palam confidenter traduceret
4.8. captiuam secum captiuitatem abducens. » Hinc
Orig. benè Origenes Christum vocat: « Principem mili-
ho.9. in tiæ nostræ » vt & Hieronymus ἀρχιστράτηγον, ipsum
Iud. nuncupauit. Et quo nomine Sponsa Domini fortis
Hiero. in cap. & potentis in prælio, nisi « castrorum acies ordina-
1. Abdiæ. ta, murus ædificatus cum propugnaculis argenteis,
Cant. turris Dauid ex qua pendent mille clypei, & omnis
Cyrill. armatura fortium. » Cuius Episcopos Cyrillus di-
in Zach. xit hastam virtutum splendore fulgurantem: &
Paulinus Augustinum « oris Apostolici fulmen »
Cassiodorus. eumdem Cassiodorus, « Bellatorem Hæreticorum,
& famosorum palmam certaminum. »

Sed Apostolos licet imbelles piscatores, velut
duodecim fortissimos duces, virtute induens ex
Ps.144. alto elegit sibi exercituum Dominus, quorum « ma-
1. nus docuit ad prælium, & digitos instruxit ad bel-
lum. » Qui non vt Arabes cymbalo, Ægyptij tym-
pano, Cretenses lyra, Arcades fistula, cornu Thra-
ces, Lacedæmonij tibia, sed velut tubæ argenteæ
Tertul. ductiles Ierico mundi muros quouis « Ariete &
de Pallio c. 1. machina muros frangere militante, & in oscillum
penduli impetus librata » potentius euerterent. Et
Ps. 18. 4. sic in eis impleta est prophetia Dauidis: « In om-
Euseb. lib. 2. nem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis
hist. ca. 15. terræ verba eorum. » Inde Eusebius « Petrum for-
tem & generosum Dei ducem » appellat. Et Nys-
Nyss. orat. de occursu senus: « Paulum telum à Deo fabrefactum: » Ego
verò secundum Habacuc « splendentem & fulgu-
Habac. 3.11. rantem hastam. » Apostolos autem nostros Simo-

Digitized by Google

nem & Iudam, non iniuria Menelao in Conſtantis Imperatoris acie pugnanti comparauero: « Qui tria tela vno ſimul arcu vibrans, tres vnà hoſtes mira arte ſternebat:» Ita planè tres Dei & hominis hoſtes mundum, carnem, dæmonem vno impetu, « ſagittæ Domini electæ, ſagittæ potentis acutæ » proſtrauerunt cum Paulo dicentes: « In carne ambulantes, non ſecundùm carnem militamus. Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed fortia Deo, ad deſtructionem munitionum. Cogitationes deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus cognitionem Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum, ad obedientiam Chriſti: & parati in omnibus vindicare omnem inobedientiam.» Quem locum ſic Ambroſius expoſuit: « In corpore poſiti, ſpiritaliter viuimus. Spiritaliter autem viuit qui facit quod placet Deo. Hic ergo ſecundùm carnem militat, qui deſideriis carnis obtemperat, &c. Chriſto autem ipſe militat, qui obaudit ei in fide & diſciplina. Arma autem ideo fortia, quia incorrupta. Omnia enim carnalia, corrupta ſunt. Arma ergo ideo, quia repugnant vitiis, ſignum habentia Imperatoris ſui Chriſti, qui hoſtis eſt vitiorum. Sicut enim Imperator per milites ſuos vindicat ſuum regnum: ita & Saluator per ſeruos ſuos (maximè per Apoſtolos) defendit vnius Dei profeſſionem & diſciplinam. Arma autem ſpiritalia, fides eſt incorruptæ prædicationis. Per hæc Deus vincit principes & poteſtates, quos conſtat, vt ſibi vſurpent Imperium, extolli contra fidem Chriſti, cogitationibus ſe hominum inſerentes, vt auocent eos à Dei dominio; quas cogitationes deſtruit veritas fidei. Munitiones ergo, principes dicit, & poteſtates, &

Zoſim. lib. 3.
Eſa. 49. 2.
Pſ. 44. 6.
Ambr. in 2. Cor. 10.

ſpiritalia nequitiæ, qui ſe extollunt, & armant infidelium animos ad contradicendum Chriſto; contra quos pugnat Dei lex, diſſipans conſilia eorum. Captiuat intellectum, dum contradicentem rationem vincit, & ad fidem Chriſti, cui prius repugnauerat, humilem & manſuetum inducit. Manifeſtum eſt item quia vindicat inobedientiam, cùm illam condemnat per obedientiam: tunc illam deſtruens, quando eos qui reſiſtunt, perducit ad fidem: vt perfidia, ab iis à quibus defendebatur, damnetur.» Hinc Paulus ſubiecit, vindicandam
2. Cor. 10. 6. inobedientiam: «Cum, inquit, impleta fuerit obauditio veſtra.» Quam vindictam à Pſalte prædictam exercuerunt Apoſtoli. «Gladij ancipites
Pſ. 149. 7. in manibus eorum: Ad faciendam vindictam in na-
Aug. ib. tionibus, increpationes in populis. Acceperunt ſermonē Dei in poteſtate, vt vbi vellēt dicerēt; cui vellent dicerent. Nō timerent poteſtatē, &c. Attendite ſtrages, attendite glorioſa prælia. Si enim Imperator, & miles: ſi miles, & hoſtis: ſi bellum, & victoria. Quid fecerunt iſti habentes in manibus frameas bis acutas (vtrumque teſtamentum.) Videte ſi non eſt facta vindicta in gentibus. Attendite quomodo cæſæ ſunt gentes Babyloniæ. Illi redditur
Pſ. 136. 8 duplum. Sic enim de illa ſcriptum eſt: reddite illi duplū, (& beatus qui retribuet tibi retributionem quam retribuiſti nobis,) &c. quomodo illi duplum redditur? Illa quando poterat perſequi Chriſtianos, carnem occidebat, Deus non confringebat. Modo illi duplum redditur; & Pagani extinguntur, & Idola franguntur. Quomodo, inquies, Pagani occiduntur? Quomodo niſi cùm Chriſtiani fiunt? Quæro Paganum, & non inuenio, Chriſtianus eſt: ergo mortuus eſt Paganus. Nam & ſi non occiduntur, vnde dictum eſt Petro, macta & man-

duca? Vnde ipſe Paulus occiſus eſt perſecutor, & Paulus erectus eſt Prædicator? De framea bis acuta. Sed quia occiſus eſt in ſe, & viuificatus in Chriſto, ideo confitens, & confidens dicit: Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Chriſtus. Quomodo illi fit, ſic per illum.» Sic & impletum eſt per Apoſtolos noſtros. Audite vindictas factas in nationibus ab Apoſtolis noſtris: « Simon enim Alphæi filius Chriſti conſobrinus, appellatus Chananæus, hoc eſt Græcè zelotes, germanus Iacobi Minoris, & Thadæi qui dictus eſt Iudas. Zelo Domini feruens, in ſorte prædicationis Ægypti principatum accepit. Vbi poſtquam circumquaque Chriſti Euangelium prædicaſſet, in Perſidem deinde tranſiit, vbique ſemen fidei infidelium cordibus vehementer diligenter inſtillans. Demum vnà cum fratre ſuo Iuda Apoſtolo quem in Perſide æquè laborantem in Euangelij prædicatione inuenerat, poſtquam innumerabiles Ieſu Chriſto filios peperiſſent, fidemque in vaſtiſſimis illis regionibus, & efferatis gentibus diſſeminaſſent, doctrina, miraculis, atque ad extremum glorioſo Martyrio ſimul Ieſu Chriſti nomen illuſtrarunt, quinto Kalendas Nouembris, anno Chriſti circiter octuageſimo. Cæterùm Iudas poſt Aduentum Spiritus ſancti, in Meſopotamia, & inferiori regione Ponti, Chriſti Euangelium prædicauit, & efferas ac indomitas gentes, quaſi belluarum naturas, ſancto dogmate mitigauit. Hinc ad Abagarum Regem venit in Edeſſam ciuitatem; quem cùm Thadæus ab infirmitate liberaſſet, poſtea cum Simone fratre, in Perſidem conuenit, ac tandem cum eo glorioſum Martyrium compleuit.» Hæc partim ab Iſidoro deprompta tranſcripſit Surius, quæ hîc accuratius referam; « Simon Chananæus, ad diſtinctionem

Act. 10. 13. Gal. 1. 13

Galat. 2. 20.

Surius ex Beda & aliis. 28. Oct.

Iſid. li. 7. Orig. cap. 9.

Luc.6. 15. Simonis Petri, de vico Galileæ Cana, vbi aquas Dominus mutauit in vinum: Ipse est qui in alio Euangelista scribitur Zelotes, Cana quippe zelus interpretatur. Iudas Iacobi, qui alibi vocatur Lebbeus, figuratum nomen habet à corde, quod nos diminutiuè corculum possumus appellare. Ipse in alio Euangelista Thaddæus scribitur, quem Ecclesiastica tradit historia missum Edessam ad Abgarum regem.» Et rursum alibi: «Iudas Iacobi frater, in Mesopotamia atque in interioribus Ponti Euangelizans feras & indomitas gentes, quasi belluarum naturas, sancto dogmate mitigat, & fidei diuinitate subiugat.» De Simone autem: «Simon Zelotes, qui prius dictus Chananæus, zelo Domini feruens, par in cognomento Petri, & similis in honore, accepit Ægypti principatum: Et post Iacobum iustum Cathedram tenuit Hierosolymorum; post annos autem centum viginti meruit sub Trajano, per Crucem sustinere Martyrij passionem. Iacet in Bosphoro.» Verùm quod hîc de Hierosol. Episcopatu, alij non Simoni, sed Simeoni filio Mariæ Cleophæ, cum Breuiario Rom. tribuunt. Quidquid sit: «Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, Iudas & Simon frater eius præliati sunt prælium Israël cum lætitia:» Iudas, hoc est glorificans & confitens, & Simon obediens pro Christi gloria & confessione pugnantes, innumeras reportauere victorias, oportebat enim vt sapientis oraculum implerent: «Vir obediens loquetur victorias.» In mare quidem quod Simon septuaginta mortuos ad littus euomere compulit, & eiectos ad vitam reuocauit: in ignem cœlestem, qui Pontifices Idolorum incendit: in morbos, quos vterque curauit; in duas tygrides omnia circumquaque vastantes; in magos, quorum «sapientiam

Act.1.13

Marc.3. 18.

Isid. de vita & morte Sanct. N.Test. cap.79.

Ib.c.81.

Hebr. 11.34.

Prou.21 28.

omnem deuorauit; & stultam fecit. » In detractorem Diaconi, cuius innocentiam ab infamia vindicauit. In dæmones de corporibus & simulacris eiectos, quorum duos, imposito oraculis silentio, Æthyopũ forma exire coëgit. Quibus portentis sic motus est Princeps, vt stupefactus exclamarit: « Diis nostris potentiores estis vos. » Pergite gloriosi Duces, & post partas fide vestra, obedientia vestra, zelo vestro, de principibus, & potestatibus sæculi victorias, post tot animas & spolia erepta Diabolo, post tot bella fortiter gesta sub exercituum Domino, vsque ad sanguinis effusionem pro ipsius gloria prælantes, « inaccessibilem ab eo gloriæ coronam accipite. »

Ps. 106. 27. 1. Cor. 1. 20. 1. Pet. 5. 4.

SECVNDA PARS MORALIS.

PRIMA REFLEXIO. Hîc primò paucis accinctos militiæ sæculari verbis Augustini compello: « Nonnulli, inquit, fratres, qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu publico sunt constituti, cùm peccant grauiter, hac solent à peccatis suis prima se voce excusare; quòd militant, & ne benè aliquando faciant occupatos se malis actibus conqueruntur. Perinde quasi militia, non voluntas hominum in culpa sit. Ita quod ipsi gerunt, officiis suis adscribunt. Non enim militare, delictum est, sed propter prædam militare, peccatum est. Nec rempublicam gerere, criminosum est; sed ideo agere rempublicam, vt rem familiarem potius augeas, videtur esse damnabile. Propterea enim prouidentia quadam militibus sunt stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur, præda grassetur. Illud autem quale est: cùm ob errorem aliquem à senioribus arguuntur, & imputatur alicui

Aug. ser. 19. de verb. Dom. est & apud Ambr. ser. 66. Do. 22. post Pent.

de illis, cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaserit, cædem cur turbulentus admiserit: statim respondeat; quid habebam facere homo sæcularis, aut miles, numquid Monachum sum professus aut Clericum? Quasi omnis qui Clericus non est, aut Monachus, possit ei licere quod non licet. Cunctis igitur officiis, sacris literis præscribitur norma viuendi. Omnis ad bene viuendum prouocatur sexus, ætas, & dignitas. Igitur nemo se excuset publicis actibus, nemo de occupatione militiæ conqueratur. Apud omnem Christianum, prima honestatis debet esse militia. Nam vt id quod dicimus authoritate Euangelica comprobemus, &c. Venerunt & Publicani ad Ioannem vt baptizarentur ab eo, & dixerunt ad eum: Magister quid faciemus? At ille dixit, nil amplius exigatis, quam quod constitutum est vobis, &c. Moderatè præcepit, vt iniquitas locum non habeat, & constitutũ habeat vectigal effectum, &c. Quòd apud Deum nõ tam exactio quã exactio iniqua damnetur. Dicit enim Dominus: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Igitur quod Cæsar præcipit ferendum est, quod Imperator inducit tolerandum est: sed fit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulat, &c. Interrogauerunt illum & milites, quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes; Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed contenti estote stipendiis vestris, &c. Quicumque stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam calumniator, & concussor, Ioannis sententia condemnatur.» Iustâ porrò causâ militare, & in bello mori gloriosum: « Cùm vterque homo suo quisque gladio potenter accingitur, imo cingulo nobiliter insignitur, quis hoc non æstimet omni admiratione dignissimum, quod adeo liquet esse

Luc. 3. 12.

Math. 22. 21.

Luc. 3. 14.

Ber. ser. ad milites tẽpli c. 1.

insolitum? Impauidus profectò miles, & omni ex parte securus, qui vt corpus ferro, sic animum fidei lorica induitur; vtriusque nimirum munitus armis, nec dæmonem timet, nec hominem. Nec verò mortem formidat qui mori desiderat. Quid enim vel viuens, vel moriens metuat, cui viuere Christus est, & mori lucrum, &c. O verè sancta & tuta militia, atque à duplici illo periculo prorsus libera, quo id hominum genus solet frequenter periclitari, vbi dumtaxat Christus non est causa militandi, &c. Ex cordis nempe affectu non belli euentu pensatur, vel periculum, vel victoria Christiani, &c. Quis igitur finis fructusve sæcularis huius non dico militiæ, sed malitiæ, si & occisor lethaliter peccat (ira, superbia, auaritia,) & occisus æternaliter perit? &c. talibus certè ex causis neque occidere, neque occumbere iustum est, &c. Ibidem c. 2.
At verò Christi milites securi (cum Machabæis) præliantur prælia Domini sui, nequaquam metuentes, aut de hostium cæde peccatum, aut de sua nece periculum: quandoquidem mors pro Christo vel ferenda, vel inferenda, nihil habeat criminis, & plurimùm gloriæ mereatur. Hinc quippe Christo, inde Christus acquiritur: qui nimirum & libenter accipit hostis mortem pro vltione & libentius præbet seipsum militi pro consolatione. Ibidem cap. 3.
Miles, inquam, Christi securus interimit, interit securior. Sibi præstat cùm interit, Christo cùm interimit. Non enim sine causa gladium portat, Dei etenim minister est, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, &c. Cùm autem occiditur ipse, non periisse, sed perueniſſe cognoscitur. Mors ergo quam irrogat, Christi est lucrum, quam excipit suum. In morte Pagani Christianus gloriatur, quia Christus glorificatur: in morte Christia- Rom. 13

ni, regis liberalitas aperitur, cùm miles remunerandus educitur.»

Aug. vel Ambr. ybi ſupra. SECVNDA REFLEXIO. «Hæc diuina ſententia quæ ad milites loquitur, poteſt etiam ad Clericos retorqueri: quia etiamſi non videamur militare ſæculo, tamen Deo & Domino militamus, 2. Tim. 2. ſicut ait Apoſtolus: Nemo militans Deo obligat ſe negotiis ſæcularibus. Videmur, inquam, non militare, remiſſis ac fluentibus tunicis, ſed habemus militiæ noſtræ cingulum, quo caſtimoniæ interiora conſtringimus. De quo cingulo Dominus ait, ad Luc.12. Apoſtolos ſuos; Sint lumbi veſtri præcincti, &c. Milites igitur Chriſti ſumus, & ſtipendium ab ipſo, donatiuumque percipimus, ſicut dicit beatus Apoſtolus: qui dedit nobis pignus Spiritus, hoc eſt, qui Spiritus ſancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergo Chriſtianorum, hoc donatiuo contentus fortè non fuerit, & quærit amplius, incipit hoc ipſo carere quod meruit, &c. Si enim non contentus ſtipendiis fuerit, quæ de altario, Domino iubente conſequitur, ſed exercet mercimonia, interceſſiones vendit, viduarum munera libenter amplectitur: hic negotiator magis poteſt videri, quàm Clericus. Nec dicere poſſumus, nemo nos inuaſionis arguit, violentiæ nullus accuſat: quaſi non interdum maiorem prædam à vidua, blandimenta eliciant, quam tormenta. Nec intereſt apud Deum, vtrum vi, an circumuentione quis res alienas oc- 2 Cor.1 cupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.»

Iob 14. 14. TERTIA REFLEXIO. Si rectè cum ſacris prophaniſque ſentimus, quotquot hic viuimus, Seneca epiſt.51 quotidie militamus. Sic Iob: « Cunctis diebus Vlpian. quibus nunc milito.» Et Seneca togatus licet: ff.de feriis.l.9. « Nobis quoque, inquit, militandum eſt, & quidem genere militiæ, quo numquam quies, num-

quam otium datur, &c. Debellandæ sunt in primis voluptates. » Et Vlpianus : « Militia nullas ferias & vacationes admittit. Vnde fit iuxta Chrysostomum : « Vt hoc genus belli non patiatur, vt miles sine armis videatur. » Nec opus est vt pyrphorus, aut fæcialis, iaculum, vel ignem proiiciat & vibret, vt bellum indictum intelligamus; cùm dies singuli sint pugnæ decretorij, quibus de vita & salute æterna sit nobis cum hoste peruigili & forti dimicandum. Quid de assidua cum carne domestica inimica militia disseram? « Hoc est opus nostrum in hac vita; actiones carnis spiritu mortificare quotidie, affligere, minuere, frænare, interimere. Quàm multa enim proficientes iam non delectant, quæ antea delectabant? Quando ergo delectabat, & ei non consentiebatur, mortificabatur; (pugnabatur.) Quia iam non delectat, mortificatum est. Calca mortuum, transi ad viuum : Calca iacentem, confligе cum resistente. Mortua est enim vna delectatio, sed viuit altera. Et illam dum non consentis, mortificas : cùm cœperit omnino non delectare, mortificasti. Hæc est actio nostra, hæc est militia nostra. » Nullas nobis in hac militia inducias, experimento suo docuit Augustinus : « Quamdiu, inquit, hîc viuimus, fratres; sic est. Sic & nos qui senuimus in ista militia, minores quidem hostes habemus. Fatigati sunt quodammodo hostes nostri iam etiam per ætatem: sed tamen etiam fatigati, non cessant qualiscumque motibus infestare senectutis quietem. Acrior pugna iuuenum est, nouimus eam, transiuimus per eam. Caro ergo concupiscit aduersus spiritum, &c. Vt non ea quæ vultis, faciatis. Quid enim vultis ô Sancti, ô boni præliatores, ô fortes milites Christi? Quid vultis? Vt non sint omnino concupiscen-

Chrysost. in Psal. 6.

Aug. ser. 13. de verb. Dom. Rom. 8. 13.

Aug. ser. 43. de verb. Do. c. 8.

Gal. 5. 17.

Digitized by Google

tiæ malæ, ſed non poteſtis. Exercete bellum, ſpe-
Rom. 6. 13. rate triumphum, &c. Sed facite quod poteſtis, &c. Ne exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, &c. Surgit libido; tene tu membra, noli exhibere, noli armare aduerſarium tuum contra te. Tene pedes, ne eant ad illicita, &c. tene manus ab omni ſcelere, tene oculos ne malè attendant. Tene aures ne verba libidinis libenter audiant, tene latera, tene ſumma, tene ima. Quid facit libido? Surgere nouit, vincere non nouit. Surgendo aſſiduè ſine cauſa, diſcit & non ſurgere.»

Qvarta Reflexio. Præter pugnam cum noſtra concupiſcentia, aliud eſt inteſtinum cum paſſionibus noſtris bellum, cuius campum Martium & ſpectaculum ſeipſum Auguſtinus exhibuit: « Contendunt, inquit, lætitiæ meæ flendæ
Aug. 10 Confeſ. cap. 28. cum lætandis mœroribus, & ex qua parte ſtet victoria neſcio. Hei mihi Domine, miſerere mei
Rom. 7. 22. contendunt mœrores mei mali, cum gaudiis bonis; (condelector enim legi Dei ſecundùm interiorem hominem,) & ex qua parte ſtet victoria neſcio. Hei mihi Domine, &c. Medicus es, æger ſum.
Iob 7. 1. Miſericors es, miſer ſum. Numquid non tentatio eſt vita hominis ſuper terram? Proſpera in aduerſis deſidero, aduerſa in proſperis timeo. Quis inter hæc medius locus, vbi non ſit humanus vitæ tentatio? Væ proſperitatibus huius ſæculi. Væ ſemel & iterum à timore aduerſitatis, & à corruptione lætitiæ. Væ aduerſitatibus ſæculi, ſemel, & iterum, & tertiò à deſiderio proſperitatis. Et quia ipſa aduerſitas dura eſt, & naufragat tolerantia.» Inter hæc tamen magna Dei miſericordia quod ſine paſſione non ſimus, cuius cauſa humiles ſimus, & à peccatis eis repugnantes immunes. Hanc miſericordiam

Digitized by Google

cordiam Psaltes orabat, & ex se exhortante & consolante pugnabat interprete Ambrosio, cùm diceret: « Fiat nunc misericordia tua vt exhortetur me, (alij Codices habent, vt consoletur me.) Magna est ergo misericordia Dei, quæ non solùm remissionem tribuit peccatorum, sed etiam certantibus adhibet exhortationis calcaria, ne suscepti certaminis passiones imbelli formidine derelinquat. Non ergo misericordiam, quasi is qui victus cedat, aut vt veniæ precator implorat; sed vt Dei miseratione succinctus, maiora viribus tanto munere fultus expediat. Egregiam & singularem Prophetæ spectato virtutem. Alius enim humiliatus ærumnis posceret, vt circa eum tentamenta desinerent, &c. Iste autem tanquam Athleta fortis & patiens, qui exerceri, & angi animam suam tribulationibus nosset, non tristia dimouere, non impugnantia declinare desiderat, &c. Sed magis in tempore laboris sui, aduersus tentationum procellas, dari sibi verbum consolationis exposcit, &c. Obsecrat misericordiam, ne auxilio destitutus, cœptam militiam derelinquat, &c. & verè misericordia est Dei, nostrarum militia passionum, &c. Et tamen non omnis passio digna consolatione est, sed quæ passio pro Christo est, hæc consolationem Christi meretur. Instigantis autem aliquem blanda quædam est exhortatio; quæ certantem studio laudis accendat, & velut quadam consolatione demulceat, ne laborum asperitate reuocetur. »

Ambr. Octon. 10. in Psa. 118.

QVINTA REFLEXIO. Quis porro fortis armati contra nos bellantis machinamenta aperiat, quibus equum bellatorem hoc est Deum exercituum portantem animam fidelem impetere solet, nisi « procul odoretur bellum, & nasus eius sit sicut turris Libani, quæ respicit contra Damas-

Iob 39. 35. Cant. 7. 4.

Digitized by Google

cum? » Hoc est nisi sagaciter latentes inimici dolos prudenter caueat. De quibus ita Gregorius in verba Iob præmissa: « Bellum, inquit, procul odorari est, sicut flatu narium, sic prouisione cogitationum nequitias latentes indagare. De quo odoratu Dominus rectè in Ecclesiæ suæ laudibus dicit: Nasus tuus sicut turris quæ est in Libano. Per nasum quippe odores fœtoresque discernimus, & quid per nasum nisi Sanctorum prouida discretio designatur? Turris verò speculationis in altum ponitur, vt hostis veniens longè videatur, &c. Sic Sanctorum prouida discretio, dum solicitè circumquaque conspicit in altum posita, priusquam veniat culpa deprehendit; eamque quò vigilanter prænotat, eò fortiter declinat. » Præmiserat de hoste antiquo verba Iob: « Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta. » Quæ sic exponit: « Hostis, inquit, callidus contra cœlestem militem diuersa percussionum vulnera exquirens, modò ex pharetra per insidias eum sagitta vulnerat, modò ante eius faciem hastam vibrat. Quia videlicet vitia, & alia sub virtutum specie contegit, & alia vt sunt aperta eius oculis opponit, &c. Cùm infirmum quempiam in carnis illecebra videt, apertè speciem corporis quæ concupisci valeat, eius obtutibus obiicit. Si autem fortasse validum contra auaritiam cernit, importunè eius cogitationibus domesticorum suorum inopiam suggerit, vt dum mens ad prouisionis curam quasi piè flectitur, seducta furtim in rerum ambitu iniquè rapiatur. Equum ergo Dei sagitta per insidias impetit, quando ei hostis callidus sub virtute vitium abscondit. Hasta autem cominus vulnerat, cùm manifesta nequitia etiam scientem tentat, &c. sæpè tentationem proponit de libidine: & subitò fraudulentius

Greg. l. 31. mor. c. 17. in Iob 39.

Cant. 7. 4.

Iob 39. 21.

Greg. ibid.

ceſſans, elationem ſuggerit de ſeruata caſtitate, &c. Sed equus Dei & ante faciem haſtam ſuperat, cùm libidinem calcat: & à latere ſagittam circumſpicit, cùm in caſtitatis munditia ſe ab elatione cuſtodit, &c. Cui fraudulentus hoſtis inuidens, quia per pharetram & haſtam nequaquam ſe præualere conſpicit, clypeum opponit: vt ſi reſiſtentis pectus feriendo non perforat, ſaltem quibuſdam obiectionibus proficientis intercludat. Quaſdam namque difficultates ipſis eius conatibus obiicit, & cùm ſuperare non valet, vel reſiſtit.» Nec prætereundum fidei ſcutum. Notatu digniſſimum quòd magnis terræ motibus concuſſæ vrbes & pagi plurimi, & ipſum etiam Romæ Diui Pauli templum; cui inter cætera magna pluribus orbis Eccleſiis donaria Leonis tertij Pontificis Maximi largitate conceſſa, clypeus argenteus oblatus eſt, in quo Symbolum Apoſtolorum cælatum legebatur. Dignum Pontificis munus & Apoſtolo ſacrũ quo fideles armari voluit aduersùs omnia inimici tela: « In omnibus, inquit, ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela inimici ignea extinguere.» Baron. an. Chr. 801. Epheſ. 6.16.

Sexta Reflexio. Debent Chriſti milites Deo & Domino lucis militantes, « Arma lucis induere, & ſicut in die honeſtè ambulare.» Liberum enim eſſe, atque honeſtiſſimæ conditionis eſſe oportet, qui ſtipendia in bello confecturus ſit.» Hinc caſtra, velut caſta dicta ſunt: Et velut leproſi à caſtris Hebræorum, ſic impuri & molles à Christiana militia excludendi ſunt. Quomodo enim impuros admittat dux ille, quem Auguſtinus vocat Magiſtrum, Cyrillus Deum, Gregorius parentem caſtitatis? Cùm autem ſecundum abſtruſos Hebræorum Theologos, duæ ſint aduerſæ legiones in mundo perpetuò confligentes, boni ſcilicet, Rom. 13. 12. Chryſoſt. ho. 21. ad pop. Aug. ſe. 17 de temp. Cyrill. Ieroſol. Catech. 12. Greg. Thaumat.

Digitized by Google

ser. de Ascens. Georg. Venet. in harmon. & mali cohortes: quidquid ex parte Dei belligerat, puritatis armis insignitur, & vocant « theorach: » Et hæc vexilla sequentes, Angelos lucis, & spiritus mundos appellant. Quidquid ex aduerso pugnat « thumeah » nuncupant, id est impuritatem, quam Cant. 3. immundi spiritus sequuntur. Nec decet mollibus Cyrill. in Esa. 47. indui militem Christi, sicut Cyrillus notat Chaldæos, & Babylonios in ipsis præliis, auro gemmisque gloriantes: Ambr. in Ps. 38 & in Ps. 41. « Nihil laxum, nihil molle verum Christi militem decet. » Sed decet quammaximè eum sui Imperatoris signa sequi. « Vnusquisque ductor signa constituit, & sequenda præscribit. Sed sunt etiam alia signa quæ victor hostis imponit, & tanquam captiuis obseruanda decernit. Sed qui fidelis est miles, propria signa sequitur, non agnoscit aliena, &c. signum suum posuit Deus in frontibus singulorum: ibi quoque Antichristus sua signa ponet, vt proprios recognoscat, &c. Verus Con-Ps. 73. 4 fessor dicit: Posuerunt signa sua, signa, & non cognoui. Posuerunt diabolus, & ministri eius, sed ego nesciui illa, quia non consensi artibus eius, non acquieui imperiis eius. » Est & præterea, iuxta morem militum Romanorum, manè salutandus Im-Ioseph. 3. de bello ca. 3. perator noster, & signum ab eo sumendum. Quod & Dauid exemplo suo docet: Psal. 5. « Mane astabo tibi. Hebr. militabo, Chald. ordinabo coram te. » Vn-Seneca ep. 12. de & Seneca: « Sic, inquit, ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, & consummet atque expleat vitam. » Ordo autem hic est, vt ducem suum miles adoret, ab eo vires petat, fortiter pro eo pugnare proponat, eum in conflictu præsen-Aug. ser. 13. de verb. Apost. tem habeat: « In hoc agone cum confligimus, Deum habemus spectatorem; in hoc agone cum laboramus, Deum poscimus adiutorem. » Sic Martyres hortabatur Septimius: « Bonum agonem su-

bituri estis, in quo Agonothetes Deus viuus est, Xystarches Spiritus sanctus, corona æternitatis, brabium Angelicæ substantiæ, politia in cœlis, gloria in sæcula sæculorum. » Nec de mercede dubites: « Certissimum enim militiæ nostræ stipendium est incorrupta æternitas: non ad pœnæ perseuerantiam manens, sed ad perpetuæ gloriæ fructum, iucunditatemque non desinens. » Tertul. ad Martyras c. 3. Hilar. l. 11. de Trinit.

SEPTIMA REFLEXIO. Victoria autem pòst pugnam, non nobis sed Duci nostro & Regi nostro, vires, arma, victoriam ipsam tribuenti, retribuenda est: qui si desereret pugnantem, non coronaret victorem: « In illa tentatione qua quisque decipitur & seducitur, neminem tentat Deus; sed planè iudicio suo alto & occulto quosdam deserit. Cum ille deseruerit, inuenit quid faciat tentator. Non enim inuenit aduersus luctatorem, sed continuò illi se exhibet professorem, si deserat Deus. Ne deserat ergo nos, ideò dicimus, Ne nos inferas in tentationem. (Et Psaltes: ne tradas me à desiderio meo peccatori, quoniam cogitauerunt contra me: ne derelinquas me ne fortè exaltentur:) Quid nos docuit? Vt pugnemus contra concupiscentias nostras. Etenim in Baptismo sancto peccata dimissuri estis, concupiscentiæ remanebunt, cum quibus regenerati pugnetis. Restat enim conflictus in vobisipsis. Quid tibi facturus est tentator extrinsecus? te vince, & mundus est victus, &c. Quicumque proponit lucrum vt seducat, auaritiam in te non inueniat. Quid facit propositor lucri? Si autem auaritia in te inuenta fuerit, viso lucro inardescis, vitiosæ escæ caperis laqueo. Si autem non in te inuenta fuerit auaritia, remansit frustra extenta muscipula. Proponit tibi tentator pulcherrimam fœminam, adsit intus castitas, Aug. in suppl. p. 1. ser. 9. de orat. Do. Iac. 1. 13 Ps. 139. 9

victa est foris iniquitas. Vt ergo non te capiat proposita pulchritudine mulieris alienæ, cum tua libidine intus pugna, &c. Diabolum non vides, sed quid te delectet vides. Vince intus quod tu sentis. Pugna, pugna: quia qui te regenerauit iudex est: proposuit luctam, parat coronam. (Hoc est præliari prælium Israël, id est videntis Deum iudicem & arbitrum pugnæ & coronæ.) Sed quia sine dubio vinceris, si illum adiutorem non habueris, si te deseruerit; ideo ponis in oratione, ne nos inferas in tentationem. Ira iudicis donauit quosdam concupiscentiis suis: & dicit illud Apostolus, tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis illorum. Quomodo tradidit? non cogendo, sed deserendo, &c. Atque vt ostenderet hoc totum ad vnam sententiam pertinere, sed libera, inquit, nos à malo. Liberando nos à malo, non nos infert in tentationem, liberat nos à malo. » Cui ergo de victoria gloriam referemus, nisi ei qui non tradit nos peccatori, qui nos adiuuat pugnantes, & coronat vincentes? « Volo legis seruare mandatum, sed virtute concupiscentiæ meæ vincor. Et cùm voluntas eius conuenitur, & dicitur; noli vinci à malo, quid ei prodest, nisi gratia succurrente fiat? quod ipse Apostolus sequutus adiunxit. Nam & cum dixisset, virtus peccati lex, continuò subiecit, gratias autem Deo qui dat nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. Ergo & victoria qua peccatum vincitur, nihil est aliud quam Dei donum in isto certamine adiuuantis. » Et rursum in verba Apostoli: « Bonum est, inquit, tibi vt Spiritus te viuificet, ne littera occidat. Volo vt velis: sed non sufficit vt velis: adiuuandus es vt plenè velis, vel vt impleas quod velis. Nam vis videre quid valeat sine Spiritu adiuuante litera iubens? virtus peccati

Rom. 1. 26.

Aug de gratia & lib. arbitr.

Rom. 12.

1. Cor. 15.57.

Aug. de verb. Apost.

lex. Non mala iubendo, vel bona prohibendo: immo verò mala prohibendo, & bona iubendo. (Iubet enim vince in bono malum: prohibet, noli vinci à malo. Docet manus ad prælium Iſrael) Rom. 12. 21. virtus tamen peccati eſt lex; quia ſubintrauit lex, vt abundaret delictum. Quid eſt, vt abundaret delictum? quia vbi gratia non erat, auxit prohibitio deſiderium. Et cùm quaſi de proprio præſumitur virtus, factum eſt grande vitium. Sed quid fecit gratia? vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia. Rom. 5. 20. Venit Dominus: totum quod de Adam traxiſti, totum quod tuis prauis moribus addidiſti, totum dimiſit, totum deleuit: 1. Cor. 15. 56. orationem docuit, (Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.) Matth. 6. 13. Gratiam promiſit: certamen indixit; laboranti ſubuenit: victorem coronauit.» Gratias ergo ei cum Apoſtolo referamus, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum. Et cum Machabæis & Apoſtolis Simone & Iuda, Duci noſtro & militiæ Principi, Domino, inquam, Sabbaoth, in humili obedientia & confeſſione prælium Iſraël præliemur, ipſi Deo & Angelis, & mundo ſpectaculum facti, cum Dauide victore Goliath Domino decantemus: « Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Pſ. 143. 1. & ſeq. Aug. ib. Habes contra quod pugnes in te, habes quod expugnes in te: ſed habes quem inuoces, vt pugnantem adiuuet te, & vincentem coronet te, qui non exiſtentem fecit te, &c. Et quia cum præliaris, periclitaris, dic quæ ſequuntur in prælij periculo conſtitutus: miſericordia mea. Non vincar, miſericordia mea. Quid eſt hoc, miſericordia mea? Ibid. 2. Præbes miſericordia mihi miſericordiam, & in me extitiſti miſericors; an donaſti mihi, vt & ipſe ſim

misericors? De nulla enim re sic vincitur inimicus, quàm cùm misericordes sumus, &c. Et quæ dimittit, & quæ dat, nonne charitas? Et vnde charitas nisi per Spiritum sanctum qui datus est nobis? Si ergo per opera misericordiæ noster vincitur inimicus (& vbi fortè aliquibus eius fraudibus succumbit humana fragilitas, sequatur in confessione opus humilitatis, exerceatur in operibus misericordiæ & pietatis.) Et opera misericordiæ habere non possemus, nisi charitatem haberemus; charitas autem nobis nulla esset, nisi per Spiritum sanctum acciperemus, ille docet manus nostras in prælium, & digitos nostros ad bellum: illi rectè dicimus, misericordia mea, à quo habemus etiam vt misericordes simus, &c. Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus & erutor meus. Susceptor meus ne cadam, erutor ne hæream & peream. Protector, ne feriar. Protector meus & in ipso speraui. In his omnibus, in toto labore meo, in omnibus prælijs meis, in omnibus difficultatibus meis, in ipso speraui, qui subdit populum meum sub me. (Sensus meos, appetitus meos, passiones meas, &c. subdit ipse, sine quo subderer ipse populo meo rebellanti.) Domine quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis quoniam æstimas eum? Æstimas eum, tanti facis, tanti pendis. Ordinas; nosti sub quo ponas, supra quid ponas, &c. Quanti æstimauit hominẽ qui pro eo vnici sanguinẽ fudit? &c. Quanti te æstimet vide, vt possis dicere: si Deus pro nobis, quis contra nos? Et quanti te æstimauit, qui Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & cum illo omnia nobis donauit? qui hanc annonam dedit pugnanti, quid seruat vincenti? Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœlo descendi. Hæc est

Aug. ib. supra.

Rom. 8. 3. 32.

Io. 6. 51.

annona præliantium, de horreis iniecta Dominicis, Pſ. 77. 25.
vnde paſcuntur Angeli; quia panem Angelorum
manducauit homo. Poſt prælia verò, & hanc an- Pſ. 26.
nonam, quid ſeruat? quid dabit victoribus, niſi 7. 8.
quod in alio Pſalmo dicitur: Vnam petij à Domi-
no, hanc requiram vt inhabitem in domo Domini,
omnibus diebus vitæ meæ, vt contempler delecta-
tionem Domini, & protegat me templum eius.» Apoc.
Quid ſeruat victori, niſi quod Ioanni promiſit: 2. 17.
« Vincenti dabo manna abſconditum.. Vincenti Pſ. 19. 5.
dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in medio Para- Eſa. 9. 3.
diſi Dei mei?» Tum verò: «Exultabimus cũ ſan- Eſa. 25. 6.
ctis in gloria, ſicut exultant victores captâ prædâ Pſ. 102.
quando diuidunt ſpolia: In illa die militibus ſuis 4.
faciet conuiuium pinguium, conuiuium medulla-
torum, vindemiæ defæcatæ. Tunc coronabit in
miſericordia & miſerationibus,» quos pro ſe cum
Machabæis & Simone, & Iuda Apoſtolis, prælium Eſa. 35.
Iſraël cum lætitia præliaſſe cognouerit, & viſionem 10.
ſuæ faciei, præſtabit; ac « lætitiâ ſempiternâ ſuper
capita eorum» congeſtâ, ad dexteram vocatos mu- Pſ. 15.
nerabit; qui in ſpe certantes, cum forti bellatore 12.
Dauid, & Goliath debellatore cantauerint: « Ad-
implebis me lætitiâ cum vultu tuo, delectationes
in dextera tua vſque in finem.» Cui ſit honor, &
gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

LOCORVM SELECTIORVM Scripturæ S. qui in hac ſecunda Parte explicantur.

Aduertat Lector, me hic locos ſolos expoſitos & illuſtratos ſubtexere. Si enim citatos in rem, ad probationem & confirmationem, in Indicem redigere voluiſſem, volumen impendiſſem. Prior numerus caput, ſecundus verſum, tertius paginam notat.

Ex Veteri Teſtamento.

GEneſ. cap. 1. 10. Congregationem aquarum, 361
Cap. 2. 1. Perfecti ſunt cœli, 863
2. Requieuit ab omni opere, 366. 384
8. Plantauerat Paradiſum, 574
10. Quatuor flumina Paradiſi, 649
18. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, 412. & ſeq. 414
Cap. 3. 1. & 5. Cur præcepit, eritis ſicut Dij, 138
19. Terra es, 429
Cap. 5. 29. Conſolabitur nos, 367
Cap. 8. 4. Arca menſe 7. requieuit, 551
Cap. 9. 16. Erit arcus in nubibus, 324
Cap. 24. 2. Pone manum ſuper femur, 331
Cap. 27. 16. Pelles hœdinæ Iacob, 598
22. Vox Iacob, manus autem, 17
Cap. 28. 12. Vidit ſchalam, 344
17. Non eſt hic aliud, 344
18. Erexit lapidem, 345. & ſeq.

Digitized by Google

Cap. 29. 26. Non eſt conſuetudinis vt minores ante nubant, 353
Cap. 30. 1. Da mihi liberos, 364
Cap. 32. 24. Vir luctabatur cum eo, 245. & 333
32. Neruus femoris emarcuit, 334
Cap. 37. 23. Talaris tunica, 141
Cap. 39. 12. Relicto pallio fugit, 462
Cap. 49. 27. Benjamin Lupus rapax, 216
Exod. cap. 9. 3. Peſtis pecorum, 459
Cap. 12. 9. Caput cum inteſtinis, 43
Ibid. Aſſum igni, 70
22. Agni ſanguine poſtes, 55
Cap. 13. 13. Primogenitum aſini mutabis, 88
Cap. 15. 8. Stetit vnda fluens, 181
25. Lignum in aquam amaram, 623
Cap. 21. 6. Perforabis aurem, 132
Cap. 25. 24. Menſæ labium aureum tortile, iuxta 70. 141
Cap. 29. 26. Pectuſculum & armum, 54
Cap. 30. 25. Facies oleum vnctionis, 402
Cap. 32. 4. Hi ſunt Dij tui, 176
Cap. 39. 33. Pelles arietum rubricatæ, 464
Leuitic. cap. 10. 14. Pectuſculum, & armum, 44. & ſeq.
Cap. 14. 51. Sanguis paſſeris cum Cedro, 623
Cap. 16. 17. Nullus homo ſit in tabernaculo. 89
27. Pellis & fimus hoſtiæ, 76
Cap. 22. 3. Qui acceſſerint ad ſacra, 188
Num. cap. 10. 11. *&* 12. Eleuata eſt nubes, 425
Cap. 11. 7. Manna ſimile coriandro, 185
Cap. 17. 8. Virga Aaron floruit, 345
Cap. 21. 8. Serpens exaltatus, 618
Deut. cap. 4. 24. Deus noſter, ignis, 434
Ioſué cap. 6. 5. Tubâ muri Iericho, 693
Iudic. cap. 7. 6. Trecenti aquā lambentes, 185
Cap. 9. 14. Rhamnus rex arborum, 442
Ruth. cap. 2. 10. Vnde hoc mihi, vt gratiam, 272
1. *Reg. cap.* 2. 5. Sterilis peperit plurimos, 342
Cap. 7. 1. Intulerunt arcam in domum Abinadab, 304
Cap. 21. 4. Si mundi ſunt pueri, 105
13. impingebat, & tympanizabat, 470
Cap. 26. 1. *&* *ſeq.* Dauid latet inter Ziphæos, 24
2. *Reg. cap* 5. 6. Niſi abſtuleris cæcos & claudos, 599
Cap. 9. 7. Miphiboſeth, comedes panem, 121
Cap. 10. 18. Fecit thronum de ebore, 503. 508
3. *Reg. cap.* 3. 26. Nec mihi, nec

tibi sit, 509
Cap. 10. 10. Non sunt allata aromata, 299
18. Duæ manus in throno, 506
Cap. 17. 12. Vt comedamus, & moriamur, 58
Cap. 18. 44. Ecce nubecula parua, 564
4. *Reg*. *cap*. 20. 11. Retrocessit Sol, 376
1. *Paralip*. *cap*. 11. 6. Qui percusserit Iebusæum, 599
Cap. 20. 2. Tulit Dauid coronam Melchon, 731
Tob. *cap*. 3. 25. Missus Raphaël vt curaret ambos, 811
Cap. 6. 2. Ecce piscis immanis, 820
16. Ostendam quibus præualeat dæmonium, 823
Cap. 12. 7. Sacramentum Regis, 13. & seq.
8. Bona est oratio cum ieiunio, 825
15. Ego sum Raphaël, 809
19. Videbar vobis manducare, 807
Esther cap. 1. 3. Assueri conuiuium, 92
Iob. *cap*. 2. 3. Retinens innocentiam, 581
Cap. 7. Militia, tentatio est vita hominis, 873. & seq.
Cap. 12. 4. Deridetur iusti simplicitas, 459
Cap. 20. 22. Cum satiatus fuerit arctabitur, 377
Cap. 25. 2. Facit concordiam in sublimibus, 760
Numerus militum eius, 761
Super quem non surget lumen, ibid.
Cap 28 1. & 6. & 7. Auro locus est, semitam ignorauit auis, 722
Cap. 29. 15. Oculus fui cæco, 261
37. Numquid eleuabitur Aquila, 517. & 627
Cap. 33. 23. Si fuerit pro eo Angelus, 796
Cap. 38. 24. Per quam viam lux, 340
25. Quis dedit imbri, & viam sonantis tonitrui, 337. 341
Cap. 39. 7. Clamorem exactoris non exaudit, 737
23. Super ipsum sonabit pharetra, 876
25. Procul odoratur bellum, 875
Cap. 40. 14. Principium viarum, 769
Cap. 41. 6. Corpus eius quasi scuta, 799
Psal. 1. 1. Beatus vir qui non abiit, 439 446
Ibid. In cathedra pestilentiæ, 451. & seq. 719
2. Sed in lege Domini voluntas, 453
Psal. 2. 10. Et nunc reges intelligite, 502
Psal. 3. 8. Dentes peccatorum contriuisti, 476
Psal. 4. 3. Filij hominum vsquequo, 545
6. Quis ostendet nobis bona? 545
9. In pace in idipsum, 546
Psal. 5. 5. Mane adstabo, 878
Psal. 8. *tit*. Pro torcularibus, 643

Digitized by Google

Psal. 9. *Titulus* Pro occultis, 12
Psal. 10. 3. Vt sagittent in obscuro, 30. & seq. & 400
4 Iustus quid fecit ? 31. & seq. 516
Psal. 14. 5. Qui iurat proximo, 296
Psal. 15 2. Bonorum meorum non eges, 489
10. Non dabis sanctum tuũ, 417
Psalm. 16. 3. Probasti cor meum, 388
14. De absconditis adimpletus, 100
Psal. 18. 1. Cœli enarrant, 469
5. In omnem terram exiuit sonus eorum, 864
7. Exultauit vt gygas, 198
Psal. 21. 16. Aruit tanquam testa. 70
17. Circumd. me canes, 185
21. De manu canis, 553
Psal. 22. 3 Deduxit me super semitas, 707
5. Parasti mensam, 116
Psal. 23. 10. Dominus virtutum ipse, 862
Psal. 24. 4. Vias tuas Domine, 801
21 Innocentes, & recti, 580
Psal. 25. 4. Non sedi cum concilio vanit. 461
6. Lauabo inter innocentes, 580. & seq.
7. Circumdabo altare, 63
Psal. 28. 5. Vox Domini confringentis Cedros, 840
Psal. 30. 20. Quàm magna multitudo, 23. & seq.
Psalm. 32. 5. Misericordia Domini plena est terra, 471
6. Verbo Domini cœli, 469. 471
7. Congregans sicut in vtre, 473
Psal. 33. *titulus*, Mutauit vultum coram Achis, 78
Ibid. Ferebatur in manibus, 115
Psal. 36. 27. Declina à malo, 446
37. Custodi innocentiam, 573. 576. 589. & seq.
Ibid. Reliquiæ homini, 587
38. Iniusti disperibunt, 59
Psal 38. 10. Obmutui, & non aperui os, 505
Psal. 39. 7. Aures, corpus aptasti, 35
9. In capite libri, 130
Psal. 40. 1. Beatus qui intelligit, 457
13. Me propter innocentiam suscepit, 428
Psal. 43. *titulus*, Filiis Chore, 463
22. Propter te mortificamur, 464. 489
Psal. 44. *titulus*, In finem pro Liliis, 94
4. Accingere gladio, 331
8 Vnxit te Deus, 289. 493
9. Myrrha & gutta, 514
10. Circumdata varietate, 333. 435
Ibid. Astitit regina à dextris, 424
Psal. 46. 10. Dij fortes terræ, 196. 203
Psal. 48. 13. Comparatus iumentis, 113. 521

Psal. 49. 4. Aduocabit cœlum, 797
Psal. 50. 10. Auditui meo dabis gaudium, 240
Psal. 53. *titulus*, Dauid inter Ziph. 196
Psal. 54. 7. Quis dabit mihi pennas? 480. 546
22. Contaminauerunt testamentum, 90
Psal. 58. 12. Deus ostendet mihi, 516
Psal. 59. *titulus*, Pro his qui commutabuntur, 85. 334
Psal. 62. 3. Sic in sancto apparui, 108
Psal. 64. 10. Visitasti terram, 297
Psal. 65. 14. Reddam tibi vota, 531
Psal. 67. 15. Discernit cœlestis reges, 496
23. Ex Basan conuertam, 168
24. Lingua canum, 186
31. Increpa feras arundinis, 450
Psal. 68. 8 Propter te sustinui opprpbrium, 600
Psal. 71. *tit.* In Salomonem, 494
8. Dominabitur à mari, 495
16. Erit firmamentum in terra, 65. & 195
Ibid. Superextolletur super Libanum, 306. & 537
Psal. 72. *tit.* Defecerunt hymni, 557
7. Prodiit quasi ex adipe, 458
20. *& seq.* Ad nihilum redactus, 120
Psal. 73. 5. Posuerunt signa sua, 878
15. Tu dirupisti fontes, 498
Psal. 74. 9. Calix vini meri, 153
Psal. 76. 2. Deum exquisiui manibus, 6
11. Dixi nunc cœpi, 66
Psal. 77. 25. Panem Angelorum, 13
Psal. 80. 4. *& seq.* Buccinate in Neomenia, 167. 547. 563
Psal. 81. 1. Deus stetit, 202
Psal. 83. 4. Passer inuenit domum, 403
Psal. 86. 5. Numquid Sion dicet, 92
Psal. 90. 11. Angelis suis mãdauit, 12. in manibus, 795
14. Super aspidem, &c. 708. 796
15. Cum ipso sum in tribulatione, 623
Psal. 92. 1. Induit fortitudinem, 654
Psal. 93. 20. Fingis laborem in præcepto, 505
Psal. 97. 6. In tubis ductilibus, 505. 582
Psal. 100. 4. Declinantem à me malignum, 722
5. Superbo oculo, 123
Psal. 103. 3 Extendens cœlos, 482
15. Educas panem de terra, 24
19. Sol cognouit occasum, 468
32. Terram facit tremere, 294
Psal. 105. 4. Visita nos in salutari, 298
Psal. 109. 4. Tu es Sacerdos,

Digitized by Google

36.433
Psal. 110. 1. Misericordiam & iudicium cantabo, 434
Psal. 111. 3. Dispersit dedit, 705
Psal. 115. 1. Credidi, propter quod, 273
2. Dixi in excessu meo, 108
3. Quid retribuam, 356
Psal. 118. 76. Fiat misericordia tua vt consoletur me, 875
128. Omnis consummationis vidi finem, ad omnia, 139. 621
Psal 121. 1. Leuaui oculos, 411
Psal. 126. 2. Vanum est vobis, 329
Psal. 130. 2. Sicut ablactatus, 125
Psal. 131. 8. Surge in requiem, 367. 412
17. Illuc producam cornu, 225
Psal. 132. 2. Sicut vnguentum in capite, 253
Psal. 134. 6. Magnus præ omnibus Diis, 202
Ibid. Omnia quæcumque voluit, 203. & 363
Psal. 136. 8. Beatus qui retribuet tibi, 866
Psal 138. 1. Cognouisti sessionem, 28. 709
Psal. 143. 1. 2. 3. Benedictus Dominus, &c. misericordia mea, &c. 881. & seq.
5. Inclina cœlos tuos, 469
15. Beatum dixerunt populum, 381
Psal. 147. 6. Mittit Chrystallum, 85. 158
Psal. 149. 7 Gladij ancipites in manibus, 866
Prouerb. cap. 9. 2. Immolauit victimas, 39
4. Insipientibus dixit, venite, 3
Cap. 11. 30. Fructus iusti lignum vitæ, 91
Cap. 18. 22. Qui inuenit mulierem bonam, 370
Cap. 21. 24. Superbus indoctus, 452
Cap. 23. 1. Quando sederis, 1. & seq. fusè, 3. 28. 49. 55. 408
Ibid. Panis mendacii, 49
Ibid. Iuxta 70. talia præpara, 58
Ibid. Statue cultrum, 188
Cap. 24. 35. Implet quasi Phison, 496
Cap. 30 2. Stultissimus sum virorum, 500
18. Tria mihi diffic. 517
Cap. 31. 14. Nauis institoris, 373
29. Multæ filiæ congreg. 369
31. Laudent eam in portis, 375
Eccle. cap. 4. 12. Funiculus triplex, 783
Cap. 5. 12. Saturitas diuitis, 455
Cap. 10. 1. Muscæ morientes, 263
Cant. cap. 1. 4. Sicut pelles Salomonis, 464
6. Indica mihi vbi pascas, 152
10. Murenulas aureas, 143
11. Nardus mea, 109. 122
13. Botrus Cypri, 153. 593

Digitized by Google

Cap. 2. 1. Lilium conuallium, 111
2. Sicut lilium inter spinas, 855
4. Ordinauit in me chatitatem, 536
9. Similis capreæ, 131
11. Iam hyems transiit, 4 2
16. Dilectus mihi, & ego illi, 94. & 107. 112
Ibid. Qui pascitur inter lilia, 104
Cap. 3. 3. Inuenerunt me vigiles, 768
6. Sicut virgula fumi, 427
7. Lectulum Salomonis, 330
9. Ferculum Salomonis, 152. & 330. 451. 460
Cap 4. 1. Capilli tui sicut greges, 571
Oculi columbarum, 479
2. Dentes tui, tonsarum, 476
6. Donec aspiret dies, 112. 770
9. Vulnerasti cor meum, 307
Cap. 5. 6. Anima mea liquefacta, 159
8. Amore langueo, 155
12. Oculi columbarum, lacte, 4
13. Labia sicut lilia, 97
15. Species eius vt Libani, 419
Cap. 6. 9. Terribilis vt castrorum acies, 566
11. Propter quadrigas Aminadab, 645
Cap. 7. 2. Venter tuus aceruus tritici, 91. & 567
4. Nasus tuus sicut turris Libani, 876
5. Comæ iunctæ, vinctæ canalibus, 180. 332
6. Charitas in deliciis, 314
Cap. 8. 5. Quæ est ista dealbata, 317
6. Fortis vt mors dilectio, 311. 322
Ibid. Lampades eius, 305
7. Si dederit homo, 205
Eccli. cap. 18. 5. Non est minuere, neque adiicere, 307
Cap. 24. 11. In omnibus requiem, 366. & seq.
14. Ante sæcula creata, 548
17. Quasi Cedrus exaltata, 418. 595
19. Oliua speciosa, 435
21. Libanus non incisus, balsamum non mixtum, 453. 461
Cap. 26. 3. Mulier bona pars bona, 370
18. Non est immutatio eruditæ, 274
Cap. 33. 15. Est malum contra bonum, 862
Cap. 36. 23. Omnem masculum excipiet mulier, 372
Isa. cap. 1. 5. Omne caput languidum, 455
Cap. 2. 4. Conflabunt gladios in vomeres, 256
17. Idola conterentur, 597
Cap. 7. 9. Nisi credideritis non intellig. 4
11. Pete tibi signum, 586
Cap. 9. 6. Principatus super humerum, 442
8. Misit verbum in Iacob, 170
Cap. 11. 1. Egredietur virga, 559
Cap. 25. 6. Vindemia defæcata, 4.

Cap. 30. 6.

Cap. 30. 20. Panem arctum 117
Cap 37.29. Ponam circulum 128
Cap.38. 11. Non videbo Dominum, 376
Cap.40.4. Omnis mons humiliabitur, 243
6. Omnis caro fœnũ, 25.243
Verbum autem Domini, 113
Cap.41.19. Ponam in deserto vlmum, 416
Cap. 45. 16. Verè abſconditus, 12.13
Cap.46.11. Vocans ab Oriente auem, 713
Cap.56.10. Canes muti, 814
Cap. 63. 3. Torcular calcaui ſolus, 48
Cap 64. 6. Quaſi folium cecidimus, 85
Cap.66.19. Ponam in eis ſignum, 339
Ierem. cap. 11, 19. Mittamus lignum, 46. 603. & ſeq.
Cap. 16. 16. Mittam venatores, piſcatores, 167
Cap. 43. 13. Conteret ſtatuas domus ſolis, 832
Ezech. cap. 1. 5. Quatuor animalia, 523
10. Facies Aquilæ deſuper, 526
Ibid. Facies Leonis, 647
15. Rota vna, 648
Facies bouis, 849
20. Spiritus vitæ in rotis, 319
24. Audiebam ſonum alarum, 315
Cap. 8. 5. Idolum zeli in introitu, 832
4. Mulieres plangentes Adonidem, 458
Cap. 9. 2. Sex viri cum vaſis mortis, 187
Cap. 10. 9. Iuxta rotam in medio rotæ Cherub, 791
Cap. 17. 2. Aquila grandis, 519
24. Exaltaui lignum hũmile, 596
Cap. 28.12. Tu ſignaculum, 392. 769
Cap.31.3. Extraham te in hamo, vel ſagena, 610. & ſeq.
Dan. cap. 2.34. Lapis de monte, 502
Cap. 3. 92. 4. Similis Filio Dei, 623
Cap. 10. 5. Ecce vir vnus, 769
Oſee cap. 2.14. Ducam in ſolitudinem, 4
Cap. 11. 3. Ego nutritius Ephraim, 115
Cap.13.14. O mors ero mors tua, 619
Cap. 14. 6. Germinabit ſicut Lilium, 120
Habac. cap. 3. 5. Ante faciem eius ibit mors, 170
11. Sol & Luna ſtet, 63.127
Zachar. cap. 3.9. Septem oculi ſuper lapidem, 789. 793
Cap. 4. 14. Duo filij olei, 247
Cap. 9.16. Lapides eleuabuntur, 143
17. Frumentum electorum, 99
Cap.10.8. Sibilabo eis, 144
Malach. cap. 1. 11. In omni loco ſacrificatur, 35. & ſeq.
Cap. 4. 2. Sanitas in pennis eius, 844
1. *Machab.* 6. 39. Refulſit Sol

in clypeos aureos, 830

Matth. cap. 3. 7. Progenies Viperarum, 216
9. De lapidibus filios, 216
Cap. 6. 13. Ne nos inducas in tentationem, 879. & seq.
Cap. 8. 11. Multi ab Oriente, 217
Cap. 9. 9. Vidit Matthæum 723
Cap. 10. 16. Ecce ego mitto vos sicut oues, 463. & 470
Ibid. Estote ergo prudentes, 478. 485. 487
20. Spiritus loquitur in vobis, 693
Cap. 11. 11. Qui minor est in regno, 786
12. Regnum cœlorum vim patitur, 244. & seq.
Cap. 13. 27. Nonne bonum semen seminasti? 266
31. Granum sinapi, 109
Cap. 18. 10. Videte ne contemnatis, 818
Ibid. Angeli eorum semper vident faciem, 797
Cap. 20. 27. Nescitis quid petatis, 351
Ibid. Dicunt ei, possumus, 331. & seq.
Cap. 21. 19. Venit ad ficum, 608
Cap. 22. 43. Quomodo Dominum vocat? 288
Cap. 24. 28. Ibi congregabuntur Aquilæ, 54
Cap. 28. 2. Terræ motus magnus, 195
18. Data est mihi omnis potestas, 609
Luc cap. 1. 30. Inuenisti gratiam, 276
35. Spiritus sanctus superueniet, 276
43. Vnde hoc mihi, vt veniat, 271. 294
46. Magnificat anima mea, 368
48. Respexit humilitatem. 436
66. Quis putas puer? 236
Cap. 5. 19. Per tegulas summiserunt, 709
Cap. 7. 38. Lachrymis cœpit rigare, 306
47. Cui minus dimittitur, 302
Cap. 9. 33. Nesciens quid diceret, 638
Cap. 10. 4. Nolite portare sacculum, 725
Cap. 11. 31. Ecce plusquam Salomon, 491
Cap. 12. 16. Diues habebat fructus, 377
20. Stulte, hac nocte, 380. & seq.
27. Nec Salomon induitur, 504
33. Vendite quæ possidetis, 217
49. Ignem veni mittere, 335
Cap. 16. 9. Facite vobis amicos, 456
Cap. 17. 37 Vbi fuerit corpus, 542
Cap 19. 5. Zacchæe festinans, 142
10. Venit saluum facere quod perierat, 811
Cap. 22. 19. Hoc est corpus

Digitized by Google

meum, 32
Cap. 24. 35. Cognouerunt in fractione panis, 115
Ioan. cap. 1. 7. Hic venit in testimonium, 229. 231
Cap. 3. 6. Quod natum est ex Spiritu, 149. & seq.
14. Sicut exaltauit serpentem, 487
29. Stat, & audit eum, 240
30. Illum oportet crescere, 230. 242
Cap 6. 26. Sicut Pater habet vitam, 423
53. Quomodo potest hic, 79
58. Viuet propter me, 142
61. Durus sermo, 154
Cap. 12. 26. Vbi ego, & minister meus, 408
31. Nunc iudicium mundi, 613. 615
32. Si exaltatus fuero, 612
Cap. 13. 1. In finem d lexit, 149
6. Tu mihi lauas pedes? 637
26. Cui intinctam buccellã, 174
27. Fac citiùs, 174
Cap. 19. 17. Baiulans crucem Iesus, 607
34. Vnus militum latus, 46
Cap. 20. 11. Stabat ad monumentum, 309
15. Si tu sustulisti, 311. 313
Act. cap. 10. 13. Occide, & manduca, 476
Cap. 15. 26. Tradiderunt animas, 208
Cap. 20. 35. Beatius est dare, 332
Rom. cap. 1. 4. Prædestinatus Filius, 288
20. Inuisibilia Dei. 831
Cap. 3. 23. Egent gloriâ Dei, 716
Cap. 5. 15. Non sicut delictum, ita & domum, 414
20. Subintrauit lex, &c. 881
Cap. 6. 13. Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis, 874
Cap. 7. 13. Peccatum per bonum, 170
Cap 12. 16. Non alta sapientes, 534
1. Cor. cap. 1. 26. Non multi potẽntes, 467
29. Vt non glorietur omnis caro, 467. & 485.
30. Factus nobis iustitia, 704
Cap 2. 8. Si cognouissent, non crucifixissent, 12
Cap. 6 18. Fugite fornicationem, 461
Cap. 7. 33. Diuisus est, 550
Cap. 11. 10. Velum proprer Angelos, 27
28. Probet seipsum homo, 188
Cap. 13. 4. Charitas patiens est, 324
Cap. 15. 10. Gratia vacua non fuit, 384
22. Sicut in Adam omnes morimur, 423
23. Vnusquisque in Ordine suo primitiæ Christus, 422
56. Virtus peccati lex, 880. & seq.
57. Gratias Deo qui dedit victoriam, 880
Cap. 16. 22. Anathema Maran Atha. 163
2. Cor. cap. 3. 13. Velamen

KKk ij

Moysi, 139
Cap. 4. 6. De tenebris lumen, 465
7. Vt sublimitas sit, 465. & s.
Cap. 10. 3. Non secundum carnem militamus, 865

Galat. cap. 5. 17. Caro concupiscit, vt non ea quæ vultis, faciatis, 873
Cap. 6. 14. Absit mihi gloriari, 242. & 601. 606. 607

Ephes. cap. 2. 3. Naturâ filij iræ, 319
10. Ipsius factura sumus, 316
Cap. 3. 18. Quæ sit longitudo, & latitudo, 609. & 624
Cap. 4. 2. Cum omni humilitate, 121
Cap. 5. 8. Eratis aliquando tenebræ, 840
27. Non habentem maculam, 253
Cap. 6. 16. Sumentes scutum fidei, 877

Philipp. cap. 4 13. Omnia possum in eo, 352

Coloss. cap. 2. 18. Nemo vos seducat religione Angelorum, 787
Cap 3. 9. Expoliantes veterem, 487

1. Tim. cap. 1. 15. Fidelis, aut humanus sermo, 812
Cap. 2. 9. Non in tortis crinibus, 263

2. Tim. cap. 2 4. Nemo militans Deo, 872

Hebr. cap. 4. 12. Sermo Dei viuus, 47. & seq.
Cap. 7. 4. & seq. & 9. Leui in Abraham benedictus, & decimatus, 134
Cap. 9. Vrna habens manna, 137
Cap. 10. 5. Corpus aptasti, 132
14. Vna oblatione, 40
27. Ignis æmulatio, 394
Cap. 11. 1. Fides substantia, 9
3. Aptata sæcula verbo Dei, 549

Iacob. cap. 1. 13. Deus neminem tentat, 879
18. Vt simus initium aliquod, 391
Cap. 2. 10. Offendat in vno, 176
Cap. 4. 1. Vnde bella? 505

1. Petri cap. 1. 22 castigantes corda, 140
Cap. 2. 2. Lac rationale, 5
Cap. 5. 5. Humilitatem insinuate, 263

2. Pet. cap. 1. 4. Diuinæ consortes naturæ, 222

1. Ioan. cap. 2. 15. Si quis diligit mundum, 318
16. Quidquid est in mundo, 643
Cap. 3. 1. Filij Dei nominemur, 215

Digitized by Google

2. Nondum apparuit quid erimus, 215

Iudæ, *vnico*, 12. Arbores Autumnales, 593

Apoc. cap. 5. 6. Vidi Agnum stantem tanquam occisum, 47

Cap. 6. 10. Vindica sanguinem nostrum, 425

Cap. 12. 1. Signum magnum, 428

Ibidem. Luna sub pedibus, 431. 570

14. Duæ alæ datæ mulieri, 428

Cap. 13. 8. Agnus occisus ab origine, 29

Cap. 20. 1. Angelus catena draconum ligauit, 822

Cap. 21. 21. Duodecim portæ duodecim margaritæ, 573

Cap. 22. 17. Si quis sitit veniat, 384

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM SECVNDI TOMI.

A

ABra nominis additum *be* magno mysterio, 565
Adam Deus terræ voluit fieri eleuatus superbiâ, 214. 215
Non egebat gratia Christi in statu innocentiæ, 578
Adæ lapsum præsciens Deus cur permisit, 578
Adam nudus ante peccatum, 782
in Adamo totum genus erat, & in eo periit, & in Christo saluatus est, 811. 812
Aduersitas & prosperitas æqualiter habenda sub iniquitatis pœna, 408. & seq.
Adultera via difficilè cognoscitur, 518
Adultera omnis anima peccatrix, 518
Ægypti Reges cineres in boue sole insigni condebant, 838
Ætates sæculi sex, respondentes sex diebus creationis, 549
Æthytis duæ species rara & spuria, solida & bona quæ iuuat partum mulierum, & Aquila firmat nidum abigitque serpentes, 533
Agnus castus planta eiusque proprietates, 100
Alæ spirituales quibus anima supra mundum eleuatur & passiones edomantur, non sunt Icari pennæ, sed solidæ virtutes, 646 & seq.
Alexander Seuerus coronæ suæ in aquam laxæ Mergulum capite mulctauit, 187
Alexandro 7. Pontif. Max. multum debet Eremitanus Ordo, 631. 687
Amor ab obiecto bonus vel malus: & amor mundi viscus alarum animæ, 546
Amor antiquissimus & nouissimus Deorum: sed amor Dei principio & fine caret, 148
Amoris circulus, principiū & causa omnium, 148
Amoris effectus, 153. & seq. fusè.
Amor in sagittam conuersus, 157
Amor velut Echo reciprocum petit, 158
Amor filiæ Tancredi sūmus in Amasium, 161
Amans Deum omnem odit iniquitatem, 140
Angeli Custodes, singulis hominibus dantur, Christo autem absque necessitate

Digitized by Google

omnes famulantur, 764. 765
De infima Hierarchia & ordine Angeli mittuntur tutores animarum, 764
Per Angelos incorporeos & superiores, res corporeas, & mixtas spiritu & corpore Deus gubernat, 766. & seq.
Angeli Deo proximi, custodes & vigiles, 768.769
Angeli natura & proprietates in visione viri apparentis Danieli descriptæ, 769. & seq.
Angelus inuisibilis naturâ, fit visibilis in assumpto corpore, 780. 781. & seq.
Angeli singuli differunt specie, 780
in Angelis sexus non est, ideo neutro genere feruntur, 781
Angelorum numerus finitus & infinitus, 761. 781
Angeli cœlis, elementis, speciebus singulis præsunt, 782
Albis induti ob iustitiam originalem, 782
Ob tria nos diligunt, 783
Motus eorum fortis & velox, 783
Intellectus acutissimus sine discursu, 781
Vnus plus docere potest quã omnes homines, 785
Gloriæ lumen, cognitio vespertina & matutina, quam meruerunt bono vsu liberi arbitrij gratia sufficiensiente adiuti, 784.785.786
Angeli reprobi, sponte suâ facti sunt miseri, 785
Angelorum bonorum discordia concors in fine gloriæ Dei, 761
Reflexiones morales de honore, amore & fiducia erga Angelos eorumque imitatione, 686. ad fin.
Angelos plus omnibus sanctis amare debemus, 786
Non eis tamen cultum latriæ debemus, 787.788
Angeli præsentia quæ singulis adest nos cohibet, 788. 790
Oculi sunt & aures Dei, eius gloriam zelantes & grauiter ferunt peccatorum sordes, 789. 790
Eorum obsequiis assiduis, quæ Gentiles variis numinibus tribuunt, debemus amorem: varias enim pro nobis induunt formas, & tuentur, eruunt periculis, ad bonum excitant, portant, vt annuli aurei arcæ, vsque ad terminum viæ vbi contra dæmones iuuant à conceptu ad obitum, 791. ad 796
Purgant, illuminant, perficiunt nos, & tria morientibus præstant, 796.797
Proximi reuerendi quibus Angelus commissus est, 798
Angeli tristantur aut gaudẽt pro statu nostro quorum motibus non resistendum ne simus Antichisto similes, sed eorum virtu-

tes imitandæ, 798. 799
Oratio gratulatoria ad Deũ pro Angelorum custodia sũmatim recolens eorum officia, 799. & seq.
Angeli dicti filij Dei cuius personam induunt, 808. 809
Angeli septem præcipui, oculi & aures Dei, Philosophis Genij, vt Regibus Persarum septem Principes assistentes, imago diuinæ potestatis & prouidentiæ, post Incarnationem homini non dedignantur assistere, 808. ad 811
Angelis cooperandum ad salutem, 822
Anna abyssus gratiæ eius mate concepit in Maria, cuius tota dignitas est quod sit eius Mater, 361. 362
Anna sterilis Rachele patientior, gratiam & gratiæ respondentem significans, Mariam triennem templo obtulit, 364. 365
Anna sicut Noë significans requiem, Dei requies est, ad quam surrexit iuxta Psaltis vota, & in qua grãdescit ob Mariam eum magnificantem, & velut terminus est exhauriens vim diuinam, & quies operum gratiæ, 366. ad 369
Anna causa exemplaris virtutum Mariæ cui emblema Isabellæ conuenit, Ioachimum beatificauit omnes charites & gratias habens, 370
Anna Iunoni Zeuxis similis Spiritu S. ex quinque Annarum conflata ideis, 371. & seq.
Caput eius & manus mirabiles, vt opera Zeuxis, 374
Anna prius sterilis à Sacerdote spreta, Mater Samuelis: sed Anna nostra beatior filiæ, quã filio, cui Angelus conceptum Mariæ nuntiauit, cuius festum Hispania celebrat, 372. 373
Annæ virtutes cæteræ patent, sed dignitas Matris Virginis, vt fons latet, 374
Tantæ gratiæ succumbere debuit, cuius causa Dauid & Ezechias suspirabant, 375. 376
Reflexiones morales habes de honore, imitatione, & suffragiis eius, 375. ad finem.
Annus Hebræorum Lunis supputatur, 511
Apes medentur vrso suo stimulo, 851
Apollo à perdendo dictus, 447
Apollinis statua quadriauris consulta Athenis, 839
Apostoli Duces exercitus & tubæ Euangelicæ, 864
Apostoli præ cæteris Dij terræ, 199. 203. 204
Apostolatus maxima dignitas, 336

Digitized by Google

Cœli inclinati, & firmamentum, missi vt Christus ad gloriam Dei, 468. 469
Aqua fontis Argiui virginitatem reparans, 100
Aquila oua dura difficile excludit, 518
Aquilam dictam quod acutè videat, Phidias Iouis cuncta videntis capiti imposuit, 525
Aquilæ pennæ cæteras deuorant. Vnde emblema Gonzagæ, 525
Aquila Æthite lapide nidum firmat & iuuat partum, 533
Aquila cur insignis, 534
Cum ceruo & dracone pugnat, 535
In igne elementari post decennium se renouat, & Aquila in rogum dominæ suæ se misit, 539
Aquila agricolam à serpente seruat, 544
Aquilæ signum à Thebanis adoratum, & à Mario festis diebus vnguento perfusum, 544
Arbores variæ diuersos Sanctorum ordines significant, 252
Arbor vitæ immortalitatis cibus, 129
Arbor scientiæ bona erat, & commendabat obedientiam, 129
Auari inquietudo & securitas liberalis, 407. 455
Auari conuersio est mortui suscitatio, 723
Auaritia omnibus dominatur, 454
Auaritia omnia sustinet, 489
Auaritiæ pondus mergit diuites, 721
Eius damna, contra Deum & naturam est, 734
Augustini via & vita vt colubri, nauis, viri & Aquilæ, 518
Oua Aquilæ durissima, difficillimè exluduntur: & cadaueribus inhiat Aquila: sic Augustini conuersio difficilis, 518
Augustinus in Aquilam proprietatibus, non Metempsychosi Pythagorica transformatus, 519. 521. 522
Augustinus seipsum arguit de doctrina Pythagoræ laudata, 520
est Aquila grandis ab Ezechiele descripta, & inter quatuor animalia, id est, Doctores cæteris præuolans, varia plumis multimodæ scientiæ & ordinum sub eo militantium, cuius penna alios scriptores & hæreticos deuorat, sibi ipsi superuolans in causa gratiæ, vt Ioannes in Verbo, 522. ad 527
Dens est Gigantis quo plures exciduntur Doctores mandentes cibum Ecclesiæ corpori, 526
Eius oculus & alæ vsque ad visionem beatificam in

hac vita peruenerunt, 528

Eximium eius elogium à Claudio Altissiodorensi, 528

Augustinus in sua sublimitate humillimus & mortuus vanitati, similis aquilæ minimè nigricanti, fugit Presbyteratum & Episcopatum, peccata scripsit, scripta retractauit: vt Aquila pullos, id est, opera probauit ad solem veritatis, omnia bona Deo tribuit, incongruè locutus se crassioribus aptauit, Æthite lapide nidum firmauit suum & partum iuuit, 529. ad 533

Sub eius vt Aquilæ signis Ecclesia pugnat contra draconē diabolum, & Titanas superbos maximè Pelagianos, 534. 535

Aquilæ huius cor ardentissimum amore quo ponderari debet eius meritum, quo transformatus in Deum, omnes charitatis perfectiones cōtinet, generosus affectu multo Martyrij, non vt Aquila post decennium quodque sed quotidie renouans se in igne elemēto suo amoris similis Aquilæ in rogum Dominæ suæ mittenti se vsque ad destructionem sui. Francisco non impar in stigmatibus, cuius cor adhuc viuit & palpitat, 536. ad 541

Ad cor Augustini oratio, 542

Augustini gloria quanta futura in resurrectione, 543

Reflexiones congruas honoris, deuotionis & imitationis habes, 544

in honorem Augustini cerei accensi non minuuntur, 544

Augustino imponitur falsò quod mala culpæ imputet voluntati Dei, 74

Augustini elogium à Ruperto, 74

Eum Rupertus extollit in expositione Ioannis, 73

Augustino magna cura pauperum, 405

Augustinus oris Apostolici fulmen, 864

V. tom. 2. V. Augustinus.

Aurum in terræ gremio. Aurifera terra sterilis aues nō admittit. Aurum gryphes seruant, & thybiæ vulturis aurum trahit, 721 722

B

BAptismus est illuminatio, 255

Baptisterium mater est adoptionis in cuius aqua seu matre, verbo velut patre regeneramur, 392

Barnabas quomodo inter Apostolos Deos, segregatus ad opus Pauli collega, frater & comes eiusque Apostolatus eximius,

204.205
Missus vir bonus, ad Concilium Hierosol. pro causa Gentium, per quem Antiocheni primo dicti Christiani, omnibus in honore habitus, 206
Vir diues, à matre laudatus, cuius in domo prima Eucharistia consecrata, plus Petro dimisit, 207
Discipulus Gamalielis, valde doctus, filius Prophetæ ex nomine, Martyrium graue subiit, 208
Viuente Christo, Romæ prædicauit, & Clementem adduxit ad Iesum, 209
Eius elogia, 209
Epistolæ ad Hebræos putatus author, 210
Dissentio eorum ex ordinatione diuina, 210
Ad Dei nomen cum Paulo eleuatus & pro Ioue habitus & cur, 211
Nomen eius sonat filium consolationis, 212
Cum Ioanne Messiæ dignitatem recusante conferédus, 213
Et cum Elizæi corpore prophetante post mortem, corpore eius inuento cum Euangelio Matthæi, 209
Barnabas Virgo, Apostolus & Martyr, 214. Noë similis, ad eum recurrendum est. Encomia eius, 214
Reflexiones Morales habes, 214. ad fin.
Bartholomæus verè filius Choræ decaluatus & excoriatus, 464
Eius pellis facta tympanum excitans ad prælium, ibidem,
Firmamentum stellis illustre pellis eius, 465
Eius pelle detracta Christus diabolum spoliauit, & suæ ouis pellem, sicut Agnus in cruce extendit, 468. 470
Eius sanguine multiplicata Ecclesia, 472
Indos conuertit, Armænum Regem spoliatus pelle & capite truncatus, 473
Eius in pelle velut vtre conclusum mare tyrannorum fremens, 474
Deus est ouis Ecclesiæ corio carens, 476
Velut alter Marsyas excoriatus: sed vt Dauid Deum laudat in cythara & tympano, 477
In Lycaoniam, id est luporum plagam missus, vt ouis diabolo vt lupo silentium imposuit & ab ipso laudatus, 477
Vt agnus excoriatus animas velut hyacinthos traxit ad Christum, ibid.
Pellis eius vt veri holocausti oblata Christo Sacerdoti, 478
Vt serpens pellem exposuit, vt ficus excoriata maturuit, vt pellis arietis arcam Ecclesiæ tegit, 478, 479

Vt Ionathas expoliauit se tunica solis, id est amoris ardore, 480
Serpens simul & columba, 479. 481
Non vt barbari hostium pelles Diis, sed vero Deo suam obtulit & nobis in tectum expandit, 481
Vt Zisca Dux Boæmorum de pelle sua fecit tympanum ad vitia dæmonesque terrendos, 488
Vindictam petit non bouis pelli sed propriæ incumbens, 488
Bartholomæo cōtrarii peccatores in omnibus, 490
Reflexiones, 483. ad finem,
Bartholomæus idē est quod filius suspendentis aquas, iræ Dei scilicet quas mutat in rorem gratiæ, 482
Boi olim Italis Lucas dictus, 849
Bouis sacrificium ingratum Cereri, 851

C

Canes boni, 186
Canis exemplo gratitudo suadetur, & zelus gloriæ Dei, 814. & seq.
Canis Domini occisi fidelis index, ingratitudinem nostram arguit, 815. & seq.
Canis sydus infaustum in iactu aleæ, 553
Caprea auribus spirat, 131
Caradrio auis aspectu suo vel auersione mortem ægri aut sanitatem ominatur, 714
Castitas porta cœli ex oliua sine qua nullus ingreditur, 262. Plena debet esse intus & foris, ibidem.
Castitas sine humilitate, lampas sine oleo, 264
Castitas virtus Angelica, & cor castum ferculum Salomonis, 460. 664
Castitas eburnea est domus, 514
Cedrus procerissima ardor de qua Æthyopes naues fabricant, 596
Cedrus odore serpentes fugat, etiam puluis eius, 599. 620
ex Cedro remedia multa, ibid.
Cedrus duplex, florifera & fructifera, 622. eius proprietates, 623. 624
Cedrus incorrupta & à corruptione seruanda, 603
Charitas oleo similis, 267
An plus charitatis habere debeat qui plus aut minus peccauit, 302 303. & iustus quàm peccator, 226
Charitas forma nobilissima tollit omnem peccati deformitatem, 304
Charitas amabilis & mirabilis, 315
Non ex nobis sed ex Deo est, 315. 319. 320
Incompatibilis cum amore sæculi, 318
Omnia debita soluit, 321
De omnibus vitiis, & dia-

Digitized by Google

bolo triumphat, & mors est peccati, 322. 323
Virtutum omnium forma & vestis, sine qua nudæ sunt, Custos est sanctitatis, 323. 325
Charitatis excellentiâ quisque pensatur, 536. & seq.
Charitas est omnis virtus Cardinalis, 709
Cherub, id est multiplex*.
Christus specialissimè & absolutè Deus, & multis modis: non vt Moyses prodigiis solis, vel, vt alij, nuncupatione, 200. 201
Christi generatio vtraque collata, 292
Christus verus Deus & Homo, 282. & seq. 287
Nullo suo merito prædestinatus Dei Filius, 288. eius gratia maxima, 383
Christus vt Adam natus de terra Virgine, 274
conceptio Christi opus mirabile Spiritus sancti: in quo omnes natiuitatis humanæ contumelias subiit, vt nos exaltaret, 280. 281
Non prius homo quã Deus in quo vna est persona, & fœtus vno momento formatus, 289. 290
Et Dominus & filius Dauid est, 287
Christi incatnatio multo credibilior fabulis Mineruæ, Liberi, Veneris, Pollucis & Castoris, & Phœnicis sine coniuge, Apumque Virginum, 283. 284
Christus in lumbis Abrahæ secundum carnem ex Virgine, an fuerit decimatus, 135
Christus obediens natus, 138
Christus humilis imitandus, 840
Christus Sacerdos seipsum obtulit, & vnguentum oleumque ab eius capite in Apostolos fluxit, 252. 253
Christi sitis & fames est cõuersio peccatorum, 302
Christus Medicus ad nos venit & prior calicem aduersitatis bibit, 808
Iesu Christi nomen necessarium, orationis vehiculũ, 565
Christus Sol vnicus essentiâ, multos soles participatione fecit, 833
Christus Verbum virginale, passer humilis, turtur casta, 403
Chtistus maluit debita nostra soluere, quàm donare, 740
Christus compassus est nobis, 753
Christus tonitru, 337
Christus Neptuno iustior, & melior Pallade, oleo sui nominis Christianos imbuit, 251
Christianus omne meritum suum Christo imputet, 56
Filius Dei adoptione & gratia, & participatione Deus

Digitized by Google

dici poteſt, 198. 214. 215
Hæreditas eorum non minuitur numero cohæredum, 215
primi Chriſtiani virtute maiores, 198
Deum imitetur ſi Dei filius eſt, 215
Cibus eſt corpori quod oleum lampadi ſine quo lux vitæ deficit, 806. & ſeq.
Conuerſio peccatorum cibus Chriſti, 638. non differenda & alij ad Chriſtum trahendi, ibid. & 740. Ad Chriſtum oratio vt conuertat nos, 742
Corrigendus proximus peccans nec ei conſentiendũ, 842
Crucis Chriſti titulus, 86
in Cruce vera arbore vitæ tribunal & poteſtas Chriſti, quam prius vilem poſtea gloriâ exaltandam præuidit Ezechiel, 595. 596
Altitudo, incorruptio & immenſitas Cedri cruci aptata, cui ſua Chriſtus attributa communicauit, 596
Altitudo cultus latriæ Cedro par & arcæ Noë, cuius figuram in euerſionem Idololatriæ. Moyſes in ſerpente crucifixo præmiſit, vt & Ioab in Cedro ligatus, 596. & ſeq. ad 600
nunc Cruci thus offertur oblatum idolis, cuius fide pelluntur dæmones, & ſanctâ impudentiâ ſatisfit Deo pro impudentia Idololatriæ, 599. ad 601
Crucem Gentiles etiã ignorantes colunt, & vexillis & trophæis ornant quæ de Idolis & Imperatorib. triumphat, 602. 603
in Cruce tota Pauli gloria, 601. 606. 607
Crucis incorruptio & immortalitas Cedro par de qua Idola feretra facta, cuius ſucco Numæ libri vncti, 603. 604
Diuiſa tot templis & priuatis perſonis non minuitur vi ſanguinis Chriſti, ibidem.
Crux virga Aaron cœlum terræ pacificans, in qua mors conſumpta, ad Iudicium vſque perſeuerat cœli luminaria obſcuratura, candelabrum veri luminis, 605. 606
per Crucem erimus immortales, 608
Crucis immenſitas vbique regnat & imperat vt Chriſtus, & cur mortem Crucis elegerit vt omnia regna ſubigeret, & velut hamo piſcaretur, & Archimædis machina & fulcrum mundi omnia ad ſe traheret, 609. ad 613
Traxit Chriſtus ſolos electos deſcendens ad inferos, 613
Reflexiones Morales, 615. ad fin.
ſub Crucis Therebinto Ido-

Digitized by Google

la mundi sepelienda, 615
Crucis cithara vt Dauid dæmones pellendi qua vt Orpheus peccatores trahit, 616. 617
Christus vt serpens æneus curata vitiis & mortem extinguit, 618. 619. & seq.
Crucis medicinæ in Cedro expressæ, 620
Crucis dimensiones imitandæ, 621. 625
Crux & tribulatio ad omnia ferenda extenditur, ideo de qua materia præcisè nescitur. Ligno sciētiæ similis bonum à malo latrone discernit, 622
Cruci Cedri proprietates aptantur, qua omnis amaritudo dulcescit, Deo adstante tribulatis, 620. 623
Crucis Cedrus contra venena valet clauis terebrata, 624
Crux virga Christi in schalam cœli erecta.
Crucis Christi meditatio lenit omnem dolorem, 409

D

Dionysius cum Sole comparatus, 830. & seq. fusè.
Genus eius, ingenium, iudiciaria potestas, Episcopatus & Martyrium in Sole expressa, 833. & seq.
Astrologiæ peritus tria portenta in Ecclypsi solis aduertit, & inde Christi mortem sensit, 834
Caput Areopagi, libram tenens signum masculum & domum Martis, 834
Alter Apollo quadriauris consultus Athenis cui Friderici emblema quadrat, 835
Eius fidei crepusculum Sol in aurora, progressus, doctrinæ cœlestis, Magistro Paulo, 835
Primo Athenis deinde Parisiis Episcopus Sol diuisus stellam, id est Ecclesiam fouens, 836
Solis instar annosus, & velut immortalis carceri, flagellis, bestiis, crati, clybano, cruci, assiæ, addictus, omnium martyrum lucem continens caput Catullæ sinui tradidit. Ferrum candefactum vt Sol Anaxagoræ omniformis charitate, 836. 837
Cum Dauide fertur in manibus, 837
Templo donatus vt olim statua Solis, in quo Galliæ Reges sepulti, sicut Ægyptij cineres suos condebant in boue radiis solis insigni, 838
Reflexiones Morales, 838. ad finem.
Dionysio velut Sole amicta mulier Ecclesia Gallicana, 838
Dionysij libri missi Ludouico multa miracula, & Stephanus Pontifex sanatus, 839

Dionysij imitatio, manus sub pennis, 839
Dionysij in Gallos inuectiua, & ad eumdem oratio, 843
Diuites bonos Deus non repellit, 755
Dij Gentilium Amarantho coronati, 196
de Deo difficillimum & facillimum dicere, quia Deus omnia est, 146
Deus & Sancti melius negatiuè quàm affirmatiuè cognoscuntur, 445
Deus solus est, non solitarius, societate gaudet, 415
Deus absconditus, Aleph Tenebrosum, 2
Deus ad maiorem gloriam vilibus vtitur instrumentis, & Moysi manum & linguam infirmatam impendit, 466.467
Dei voluntas omnium causa quæ liberè facit, nos autem in nobis ipsis non facimus quod volumus, 363.364
Dei misericordiâ plena terra, 471
Dei prouidentia causa omnium motuum corporea per spiritualia regit, 766.767
Deus omnis boni nostri fons est, 501
Dei pœnitentia operis mutatio est, 37
Diabolus iuxta Platonē animas ad iudicium ducit, 754
Diabolus quàm non timendus qui vel fumo, vel cythara abigatur, ligatus à Raphaële & vinctus à Christo, & quomodo, 819.821.822
Dæmones à Gentilibus gratis pellebant Christiani, maximè ad sepulchra & reliquias Sanctorum, 821. & seq.
Diaboli non cogunt, sed suadent tentando, 823
Doctor inconstans nunc benè, nunc malè viuens, 499

E

EBur symbolum sapientiæ, 500
In ebore scriptæ Iudicum sententiæ, 508
Ex ebore Deorum imagines, oculi & manus Mineruæ, 515
Eboris limatura maculas abstergit, 515
Ebur temperantiæ symbolum, 511
Ecclesia, Luna obscura in persecutione hæreticorū, 31
Ciuitas Suzan & lilium inter spinas, 93
Ecclesia vestis Christi lota sanguine & expansa cruce, 253
Ecclesia non diuidit vnitatem Patris & Filij vt crudelis hæresis, 509.510

Digitized by Google

Ecclesia prius sterilis fœcundata est, 34
Eleemosyna spe regni facienda, 218
In ea Christus pascitur in paupere, qui thesaurus est Ecclesiæ, & quod pauperi datur à Deo seruatur, nec vacuat, sed implet dantem, 406. 407. 705. 706
Hominem ad Dei nomen eleuat, 218
Eleemosynam erogans pauperibus, maximè Sanctis eorum virtutibus ornatur, 416
Eleemosyna pestilentiam curat & liberat à malis, 456. 457
Eleemosyna commendatur, 736
Elephas fortis, bellicus, castus, 503. 508
Elizabeth quanta, significat Deum iuramenti, similis Ruth, id est, saturatæ, 271
Prophetis omnibus maior, 278. 279
Prima præuenit concilia in fide maternitatis Virginis, 282. Fides eius cum admiratione coniuncta, 284. & seq.
Matrem Domini vocat, 287. 288
Ioannis in ea cōceptus prę luxit Virgini conceptuiæ, 217
Nestoris errorem damnauit, 290
Ad eam Gabriel non ad Zachariam, prius venit, ad Mariam autem quam ad Ioseph, 286
Ioannes in salutatione Mariæ beatior Matre, 278
Engaddi, id est, oculus hœdi pœnitentiam significat, 593
Episcopi Dii terræ, & bonorū officium, 204
Episcopo indignum subtrahere pauperi quod dat epulis, 700
Episc. hasta virtutum, 864
Euangelia quatuor flumina Paradisi, 729
Euangelia quatuor circa diuersa obiecta versantur. 853
Eucharistia carne Christi, nos pascit vt de eius diuinitate pinguescat anima, 112
Eucharistia mysterium fidei, 1
Dulcedo, & fortitudo abscondita, 1
In eo sunt Mariæ reliquiæ, 574
Sola fide capitur hoc mysterium, vt docuit Theobaldus, 2
Insipientes illam sapiunt, 3
Eucharistia, sola fide, sapientes decipit, & inebriat, 4. sensus omnes in ea decepti præter auditum, sicut Isaac in Iacob, 17. & vt æger à medico testudinem horrens, 16
Eucharistia omnium mysteriorum fidei summa, 79 & seq. magis.

Abſcondita, & independens à ſenſibus, 10.11
Cur illud Deus ſic abſcondit,14. & ſeq. fusè.
Mirum velle comedi Deum, cùm vitulum aureum vòluerit ſorberi, ne Deus crederetur, 11
ad Euchariſtiam myſterium fidei, cum fide accedendum, 18. Emblema in hanc rem, ibidem.
Ad primum articulum ſymboli redigitur, 19
Omnibus argumentis confirmatur, 20
De ea quaſi Chriſti ſimbria ſalutem rapimus, 21
Fidei oculo latentem Chriſtum videmus, 22
Chriſtus hic abſcōditus tria nos docet abſcondere, 24. & ſeq.
Chriſtus hic profunde adorandus, 26
Euchariſticum ſacrificium omnium perfectiſſimum probatur, 29. & ſeq. fuſiſſimè.
Eius figura in ara Cœli ab origine mundi, 29. Item in cratere cœleſti aſtro, vbi Leo oritur aſcendente ara, & Sagittarius aſcendit, 30
In primo eius ſacrificio, Chriſtus Iudæ ſuum corpus dedit, 31.39
Sacrificium probatur ex Scripturis & Patribus, 33. & ſeq.
Chriſtus Sacerdos factus à Patre, fecit Apoſtolos Sacerdotes, 33.35
Chriſtus Sacerdos ſecudum ord. Melchiſedech, 36.37
Catholicus Sacerdos, 38.40. & ſeq. æternus, 433
Sacrificium Miſſæ ratione probatur, & quid ſit ſacrificare, 38.41.46.47
Chriſtus cruentam & incruentam victimam ſe obtulit omnes continentem, 39.40
In ea quatuor mira ſimul continentur, 42
In tribus præcellit omnibus 42. & ſeq & ipſi ſacrificio Crucis, 45. 46. & ſeq.
Cur non omnibus eius efficacia applicatur, 41
Agnus Paſchalis eius figura, 43
In eo aqua miſcenda calici, 46
Euchariſtia cur adoranda, 43
Animas ſubleuat, 44
Hoc ſacrificio carentes hæretici, nudum ſumunt panem mendacij, 49
Quomodo paratus eſt nobis panis ille, 49
Hoç ſacrificium celebrantes quantæ ſint dignitatis, 50 & ſeq. fusè.
Similes ſint Chriſto ſacrificium mortem & ſepulturam eius repræſentantes, 52. Vbi & Chriſtus botrus eſt in torculari crucis, ibid.
Indignè celebrantes peiores

Digitized by Google

Idololatris & ipso Iuda,& historia, 53
Ad sacrificantes exhortatio 54
Sacrificio assistentes quod reuerentur Angeli qua assistendum reuerentia, & participantes agno Paschali, se ipsos immolent, & vitam mutent, nec sint ingrati Christo, quibus Paradisus aperitur prius clausus, 54. 55. 56. 57. 58. 59
Eucharistiæ sumptio immutans hominem, longè dispar ligno scientiæ, 60. In quo Christus vult credi licet non videatur, 73
Christus vt Princeps multiformis varios mutatur in modos vt aptetur subditis, similis Alexandro & Ioseph, 61
Eucharistica mutatio omnium maxima probatur, aliaque mirabilia hoc vno minora sunt, 62. & seq. fusissimè ad 66.
Eucharistica transsubstantiatio fusè probatur à Patribus & Conciliis, 66. & seq. fusè ad 83
Cur post consecrationem dicatur adhuc panis. Vbi Rupertus malè censura mulctatus defenditur, 69. ad 77
in Eucharistiæ sacrificio Christus est tripliciter nomine, re, effectu, 72. 75
Transsubstâtiationi nõ credens nomen Dei sumit in vanum, 75
Hic non quærendum quomodo fiat istud, 78
Verbo Christi conficitur, cuius potentia tota est ratio facti, 82
in Eucharistia Christus vt Dauid vultum immutat, 78
Mutationum exempla in figuram transsubstâtiationis, 81
Duæ historiæ probât transsubstantiationem, 82
Eucharistiæ sacrificium licet finis omnium sacramentorum, medium est nostræ mutationis, 83. & seq.
Probatur verbo Christi ad Augustinum: cibus sum grandium,&c. ibid.
Pudeat eponticolas edi velle à filiis, vt in eos mutentur, Apuleium rosarum esca ex asino mutatum in hominem, folia arborum petrescere, arenam in vitrum mutari, aquam in vinum, cibum in nostram carnem; & conuersatione Saülem in Prophetam, & Moysem in Deum, & nos in Christum non mutari, 84. 88 89
Immutatio in finem, id est, Christum& virtutes eius, 335
Multi mutantur in peius vt Arcadum fluuio in lupos, & vt Demenætus comesto puero. 89. & seq.
Eucharistiæ cibus non la-

sciuiam vt lignum scientiæ prouocat sed generat castitatem 91. 99. Vriæ cibo dissimilis, ibid.
Assueri conuiuium in Susan ciuitate liliorum, 92
Cibus hic, castitatis esca probatur, ex figuris, materia, forma, intentione ministri, vasis & instrumentis & effectu eius, 94. & seq. ad 99
Ei participans reddit exemplo Christi imitationem, & rosa & lilio pastus totus spirat chastatem, 96
ucharistia cœna lucis, 96
Fœnæ vltimæ discus agni C ex smaragdo fuit & calix Achates, quarum gemmarum proprietas conuenit castitati, 98
Eucharistia germinat Virgines, qua & castificatus est Augustinus, 99
Similis est Argiuorum fonti, qua Iuno redibat in virginem, item plantæ dictæ agnus castus, 100
Communicans similis Phœnici penè immortali quòd rore radiisque solis pascatur. Vbi & historia pueri in fornace ardenti illæsi ob sumptas Eucharistiæ reliquias, 100
Sacerdos quàm mundus esse debeat exemplo Sacerdotum Gentilium, 101
Christus non tantum à matre, sed & nutritio Virgine voluit tractari, 102
Similis sit communicans aquæ Virgini Romæ, quæ nullis sordibus polluitur, ibidem.
Sit per omnia lilium candidum qui liliis pascitur, & recipiens apem Christum, mundum sit alueare, ibid.
Historia mirabilis Apum, 104
Vt panis Propositionis, exigit parem Sacerdotis communicantis castitatem, 105
Henricus Imperator Virgo, iubente Virgine, in missa osculum accipit ab Angelo, 105
Mundanda conscientia si manus lauatur, & mulieres chyrotheca linea excipiebant hostiam. Aliter separet se ab altari, 105. 106
Libido vt Dagon Idolum Veneris ruat coram arca, & omnis amor cum Rachele moriatur iuxta Bethleem domum panis, 107
Christus vbique humilis etiam in parabola sinapis, sed nullibi humilior quam in Eucharistia, 109. & seq. 116. 117
Hic flos campi incorruptus & lilium conuallium, id est humilium, 112
Fit fœnum pabulum iumentorum, 113
Humilitas maxima est, cibum fieri, 114
Hic stultus habetur cum Dauid, 115

Digitized by Google

ad Eucharistiam cum humilitate accedendum, quę via est breuissima ad terminum, 119.& seq. humiles vocat, 108

Patrum veteris & noui Testamenti humilitas hìc imitanda, & Nardi proprietates, 121 & seq.

An ex humilitate abstinendum hac mensa, vel accedendum, vbi Zachæus & Centurio vtrinque laudantur, 123.124

Eucharistia cibus est ligno vitæ contrarius cibus enim est obedientiæ, 126. 127. 130

Hìc Christus obedit Sacerdoti vt Sol & Luna Iosué voci, 127

Christus vbique, sed hic maximè semper & in æternum obediens, 127, 128. & seq. fusè 130.

Tota respiratio Christi similis capreæ auribus spirantis obedientia, cuius perforata Seruis symbolum est, 131. 132. 133

Eucharistia cibus obedientiæ probatur ex figuris, forma consecrationis, Sacerdotis intentione ministri, frequenti benedictione hostiæ. 133. & seq. fusè.

Decimas cibi debitas Christus Sacerdotibus cessit, 135

Christi obedientia in Sacramento cœca est & indifferens in omnibus, 135. lata, 136. longa & perseuerans, ibid. etiam in cœlo probabiliter cum cruce seruabitur hostia. Prompta denique obedientia est eius plusquam Abrahæ, 136. 137

Quàm malè respondemus obedientiæ Christi tali cibo viuentes, 138. ligno scientiæ vtimur in discretione obedientiæ, ibid.

Sit obedientia nostra ex amore lata, & velata, 139. 140. 141.

sit longa & perseuerans ad mortem, 141. sumitur enim vita ab Eucharistia, ibid. & 142. sit velox vt militum Valentis & Muræenæ, 142. 145

Euchristia Sacramentum amoris est, de quo dictu ro optanda esset columba quæ sancto Edmundo suggessit dictanda de ea, 145 146

Hìc Deus charitas est, 147

Amoris Christi pignus duplex Crux & Eucharistia, & vtriusq; emblema, 147

Hìc Christi amor maior paret quam in cruce, & amor iuuenis antiquissimus & nouissimus Deorum cedit amori Christi principio & fine carenti, 148

Eucharistia probatur esse Sacramentum amoris tam ex parte causæ quam effectus. Spiritus enim sanctus eius causa est, qui in

omnibus liturgiis inuocatur, 149. & ſeq. fusè & 70

Euchariſtiæ celebrandæ ritum ſpiritus Apoſtolos docuit die Pentecoſtes, quæ & in thecis ſpecie columbæ ſeruabatur & hiſtoriæ circa hæc, 152

Effectus probat eſſe hîc amoris liquefactiui, languorem, extaſim intellectus & voluntatis producentis Sacramentum, 152. vſque ad 158

Hic Chriſtus mutuum repoſcit feruorem, liquorem, languorẽ & extaſim participantium, vbi & agitur contra indeuotos, 158. & ſeq.

Euchariſtia poculum amatorium eſt, & crater aſtrũ cœli, Crater item Æthnæ & de hoc hiſtoria filiæ Tancredi, 161. 162

Hic qui non amat Ieſum, Pyrrhi anathemate dignus, ſcripto ſanguine Chriſti, 163

Euchariſtia Sacramentum eſt timoris, quod Chriſtus inſtituens infremuit, 164. inde & à timentibus inſtar columbæ timidæ debet recipi, 165

Emblema circa timorem quo canes vocantur venatorio cornu cum terriculo noxæ, 166. 168

Mors eſt malis vita bonis, quod multis probatur argumentis, 169. 170. 171

Quanta culpa ſit indignè ſumentis, homicidio peior Iudæ ſimilis, ingratitudo maxima, totius Decalogi transgreſſio, quod Adã in vna eſca violauit. Sacrilegium grauiſſimum, 169. & ſeq. vſque ad 184

Hiſtoria puri in hoſtia auerſi ab indignè ſumentibus, 184

Quanta pœna dignus ſit indignè communicans probatur figuris & hiſtoriis, 184. 185. & ſeq. vſque 188

Hic probatus eſt cibus, ſed probandus eſt ſumens. Hæretici non ſe probant, 189

Probatio caſtitatis maximè neceſſaria præcipuè Sacerdotis vſque ad intentionis puritatem, 189. 190. 191

Accedens ſit ſimilis tribus pueris fornacis, 191

Peccata ſua immolet, & Dei hoſtes occidat aliàs non admittendus ad cœnam, 191

Toto mari rubro ſe lauet antequam manna ſumat, 192

Virtutibus neceſſariis ornetur, quas Pater & Dominus pius vt prodigo, & ſeruo manumiſſo dabit, 193

Albam veſtem conuiua, & Cereris Sacerdos induat, & ad Periclem pulchrum, pulcher accedat, 194

Digitized by Google

Idcirco & Agnus Paschalis Lunâ plenâ edebatur, & terra prius est ornata, quam cœlum, 194. 195.
Cœna lucis, 96
Tantum depositum viuum reddat terra nostra cum tremore sicut Christi corpus reddidit terra, 195
Eudoxia vxoris Heraclij feretro casu de fenestra sputato, incensa puella, 187
Exempla magnorum excitant subditos ad imitationem, 193
Malum eorum exemplum perniciosum. 458

F

Fides non est discutienda, 2
Supra sensus est, 2
Fidei mysteria præcipua circa Christum descripta in tribus difficilibus, & quarto penitus ignorato Salomoni, 517
Fœtus ex viro sumit robur, decorem ex fœmina, 420
Fortitudo in Leone descripta, 647. eiusque definitio & proprietates, 659. cæteris Cardinalibus præstat, 860

G

GAllia Reges præ participibus vncti, 492
Gentiles ridiculi in Neptuni & Palladis pugna pro nomine Athenis imponendo, 248. & seq.
Gloria omnis & lux Christo refereenda, 241.483
Alteri non danda vt nec oleum vnctionis, 492
In nullo gloriandum, 243
Omne opus bonum adscribendum Deo, 266
Gloria soli Deo danda de conuersione peccatorum quos gratis saluat, 716. 717
ad Gloriam cœli media laboris & crucis sequenda, & prius ducenda Lia, id est laborans filia Laban, id est dealbationis, quam Rachel, id est visio ouis, vel visum principium vbi & de vita actiua & contemplatiua, præsenti & futura in vtraque delineata, 353.354.356
Multi vitam æternam sine medio & via habere præsumunt, cum ante calicem gloriæ sit præsumendus patientiæ, 356.357
Gloria cœli per tormenta præparatur, 395
Gratia minima omnem naturam & fortunam superat: noua est creatura & nitor animæ cui dat esse supernaturale, 381. 382
Gratia Dei dat velle & perficere, 484
sine Gratia Dei non vincimus, 761
Gratia nos præuenit nec præuentio nobis arroganda est, 820. & seq.
Gratiæ respondendum &

Digitized by Google

omnia Deo referenda, 383
Gratitudo discenda à canibus, & vtroque Tobia erga Deum & Angelos custodes, 814. ad 817
Gigantis dens visus in portu Vticæ tam magnus vt centum molares nostri ex eo possent excidi, 516

H

Homerus in Pauum migrauit ob versicolores fabulas, 520
Homo si non peccasset, mortuus non esset, egebat tamen alimento, 128
Homo sicut Deus esse voluit, cui nil imperat, 129
Humilis omnia Deo refert, 295. silet à bonis, 437
Humilis non sibi, sed Deo flores suos & virtutes imputat, 111. & hominem exaltat in Deum, maximè si possit carere laudibus, 218. 220
solâ Humilitate diabolo maiores sumus, 220
Humiles parum de se sentiunt, 529
Humilitas via compendiosa 121
Humilitas bonum facit, superbia malum, 581
Humilitas vera iustitia Deo reddit quod suum est, 701
Humilitas reproba na di spurij species, 125

I

Iacobus Maior, veteri Patriarchæ similis, 328. 333 & seq. fusè.
Mater eius Maria Salome similis Rebeccæ in lucta filiorum, cuius nomen idem sonat quod multum accepit, 328
Iacobi & Ioannis vanitas & stultitia, volentium ante Christum ascendere gradus sanguinis ad ferculum gloriæ, 329. 330. 333 334. 351
Iacobus vt Iacob iuit in Mesopotamiam Syriæ & Sobar, id est eleuationem vocationis sublimis à vana vetustate, 336
Nomen eius & fratris, filij tonitrui, id est Christi, 336. 337. 343
Iacobus dæmonum victor & Maurorum fulmen belli, 337. 339
Eius Ecclesiæ tributaria Hispania cui ordo Equitum sacer, 339
in Hispaniam missus paucos conuertit Hispanos, licet electa Christi sagitta fuerit, 340
Septem conuertit Hispanos factos Episcopos, sed multos postea per suos discipulos, 341
Iacobo in columna beata Virgo apparuit, vt scala Iacob, cui ibidem primum templum adhuc vi-

Digitized by Google

uenti erexit, 343. 344. 345
Mariæ cum Ioanne comes itineris Ephesum profectus, 348
Maria teste, Petro, aliisque Apostolis, Martyriũ subiit in prima Ecclesiæ persecutione & multiplex, eadem hora & causa qua Christus, 347. 348
Iacobus alter Gedeon, Ioab, Eleazar, 349
Iacobus & Ioannes in gloria prælati cæteris, sedes habent Ioãnnes quidem in Asia dextera, Iacobus in Hispania sinistra, 350
Iacobi descriptio & animæ & corporis eius Elogia, 359
via Iacobæa & lactea innocentiæ & castitatis tenẽda, 357. 359
Iacobum Patronum in bellis Carolus Magnus habuit, nos habeamus contra vitia pugnantes, 350
Reflexiones habes, 350. ad finem.
ad sanctum Iacobum oratio omnia complectens, 360
Idololatria summum omniũ crimen, 513
Ignis pœna grauissima, & inferni maximè, cuius meditatione peccata vincuntur, 393. 409
Imagines Sanctorum exornant templa, & magis protegunt fideles, quàm Rhodon Protogenis Ialysus, 389.
Imagines eorum melius in moribus exprimimus, quàm Gentiles Imperatorum in vestibus, sed multi diaboli & peccati imaginem portant, 444
Imagine Virginis diu tractata incorrupti Eduuigis digiti, 856
Imagine Virginis inspecta continuit à stupro puellæ Carolus Rex Nauarræ, 856. & seq.
Imagines castæ cum Idolis & lasciuis stultè à plerisque ponuntur in cubiculis, 856
Innocentia status quàm fœlix, quo tamen est melior status naturæ reparatæ per Christum, 574. 577
Innocentiæ status suauior & beatior, reparatæ autem fortior, 577. & seq. 580
Nemo nisi Innocens cœlum ingreditur, 575
Innocentia cautè custodienda, 590. & seq.
Innocentes diabolus multimodè oppugnat, 591
Innocentiam qui perdidit agat pœnitentiam, quæ eam reparat & Paradisum reddit, 591. 593
Ioannis Baptistæ encomia, qui præcessit omnibus Sanctis, quem tota Trinitas operata est. Cuius vnius natiuitas colitur, de quo rogant Astrologi, quis putas puer iste erit, cuius natali Sol & Luna præfuit, 223. 224

Peccatū originale Christus præsens vt vnicornis abstulit, 225
Lucerna præuia soli propter lippos oculos, 226. 227
Cuius lux Christus, 228
Vox silentio nata, Verbum nuntiat, silentium imponit Prophetis, silentibus aperto verbo, vox omnium vocum, 229. 230. 231
Flos sanctitatis, 228
Magnus coram Deo, cuius in elogiis sudant Patres vt statua Orphei coram Alexandro, 225. 231. & seq.
Vnus testis Ioannes creditus est in re maxima, 229. 231
Eius elogia, 232
Soli Deo à teneris intentus, & Religiosorum caput, 234
Luciferi victor, Ieremia & Apostolis, & in aliquo per Dei sic volentis gratiam Christo maior, 232. 233. 237
Pro Christo habitus, 236. 237
Baptista Christi, 234
Discipulus non fuit, sed discipulos cum Domino habuit, 237
Inconcussus, maior omnibus etiam Paulo, 235
Eius elogia conglobata, 236. 238. 239
Solo Deo minor, quem Deus homo super homines laudat, 236
Homo & Angelus taceat eum quem Deus laudat & cui totum contulit, 237
Ioannes Martyrū forma, 239
Ioānes limes medius vtriusque legis, 227
Reflexiones morales habes, 237. ad fin.
post Christum & Mariam honorandus, cui prima & Cathedralis Ecclesia extructa Romæ, 238. 239
si laus Ioannis difficilis, difficilior imitatio, 239
Ibidem, Mulier ex imaginis eius inspectu concepit filium similem,
Ioannes exemplum omnium virtutum maximè humilitatis & pœnitentiæ, quæ occisa est in eo ab Herode, 240. 241. & seq.
Abstinuit se & à visu Christi optatissimo, 245
Vox est contra peccatores clamans, 246
Prophanatio festi eius, 239
Oratio ad Ioannem, 246
Iris cœleste pratum est, 197
Iris symbolum iudicij per aquam & ignem, significat iudicium pœnitentiæ & charitatis, 326
Iudas indignè cōmunicans, 171. 173
cui hipocrytæ similes, 174
Iudas iam Eucharistiam acceperat, cum Christus dedit buccellam intinctam, 174
Iudas vim Sacramenti non sustinuit, 186
Iudas Apostolus, v. Simon & Iudas.
Iudices mali taxantur, 509
Iudicij tremor, 753
Iudicium generale Christo,

Digitized by Google

particulare Michaëli tribuitur, 755.756
Iurare super femur, hoc est super Euangelia generationis Christi filij Abrahæ, 331
Iustitia in Aquila & fluuio Euphrate descripta eiusque definitio, 668. 669
in Iustitia à Deo accepta vera vita est, 704
Iustitia est summus amor Dei, 705
Iustitia est via arcta pœnitentiæ, 706. & seq.
Iustitia in vera humilitate, 708

L

Laurentius Aurentio patre & matre Patientia natus Martyrium subiit eloquentissimum, 386
Laurentius & Stephanus similes in multis; ad cuius corpus Romam translatum est corpus Stephani sede Petri translata Romam, 387.388. & in dilectione inimicorum, 407
Laurentius cum Ialyso Protogenis compositus, 389
Quatuor eius virtutes Cardinales, 390
Laurentius imminenter omnium Martyrum cruciatus continet probatus per ignem vt omnis creatura per ignem iudicij, 393
In tormentis refrigeria cœli possides, craticula hortus & lectus eius in quo melior tribus pueris in fornace, 395.396.397.402
Amoris igne flagrans, victor ignis, vt Phœnix in eo quiescit, & cur igne succensus, 397.398.399.410
ædificium Laurentij aureum & imago in igne, Tunica Amyanthina, Larix, & pons ex larice procerissima, turres ex ea ignibus innocuæ, & laurus incorrupta, quam prophanis vsibus nefas impendere, 399.400.401
Laurus nostra non crepitans in igne malè ominatur Idololatriæ, 401
Laurentij cor crati impositum, & victima oleo superfusa, 401
Inimicum diligit quem propria carne vult cibare, 401
Auis est species quæ sponte in veru voluitur. Apyros piscis in igne viuens, in aquas supercœlestes mittendus. Cicada feruore cantans, denique vir continens omnem creaturam, lapides, ligna, pisces, aues, homines, igne probatus, 401.402
Virgo charitate plenus Leuitarum exemplum, 403
Reflexiones morales habes, 405. ad fin.
Laurentius prudenter thesauros dedit pauperibus, candidus mente, carne, & prudentia, 404.406

Laurus in igne non crepitans malum omen, 401
Laurus sub capite dormientis posita, vera somnia causat, 410
sub Lauro odiosa diabolo tutus Augustus à fulmine 411
Laudes Ægyptij à sola virtute sumunt, cum cætera non solida nec propria hominem commendent, 845
Lac nullã reflectit speciem, sicut alij liquores, 5
Lex prima ab Adamo violata, reum eum fecit totius Decalogi quod in ea continebatur, 175. 176
Lex sine sacrificio non est, 57
Libra Critolai inter sydera relata & posita inter Virginem & Scorpium, 755
Libra signum masculinum & domus Martis, 834
De ea Friderici emblema Iudicibus aptum, 835
Lucas Medicus vt Sol & Phœnix Malachiæ sanitatem habet in pennis suis, 844.849
Lucas pictor & scriba Mariæ, 844
Metrodoro Architecto & Pictore melior varia Spiritus sancti dona possidet, 845
Lucas Historiographus laudatissimus, Pictor & Medicus, 846
Lucas animæ & corpori medetur Sol, Phœnix, Apollo, 848. 849
Lucæ data bouis facies & cor, 849.850
Lucas supra Matthæum in aliquo, 851
Bos alatus, Apollo, sacrificatus, Martyr suspensus in oliua vt fructus Palladis & Pacis, licet victima bouis sit ingrata Cereri, 851
ex Lucæ membris oleum medicum fluit, 851
Lucæ scripta medentur crapulis vt apes vrso, 851. & seq.
Tabellæ Delphicæ similia continent remedia animarum, 852
Lucas transtulit Epistolam ad Hebræos, 852
Omnium Euangelistarum obiecta diuersa continet, 853
Vnus inter omnes Medicos solâ pennâ curat morbos & triplicem operationem capit medicinæ, laxat, confortat, dat regimen, à relapsu seruat, 854
Medetur quatuor animi morbis ex quatuor humorum intemperie causatis, 854.855
Curat morbos quatuor modis phlebotomiâ, dietâ, sudore, amarâ potione, 857.& seq.
Pictor Virginis cuius Imago pestem abegit, 857
Lucifer sine ardore, 747
Lucifer solus vult sedere

Digitized by Google

stantibus omnibus coram Deo, 749
Ludouicus Mariæ precibus obtentus, 492
Ludouicus post Christum plusquam Salomon est, vnctus præ participibus, Christi imago, alter Valentinianus, 491. 492. 493
Vbique colitur, 495
Virtutes eius Cardinales, 496. 497
Omnis virtutis Magister & sibi semper æqualis, 498
Salomonis sapientia siccata Ludouici gratia & virtus constans, 499.500.501
Salomon per mulieres deprauatus, Ludouicus peccati vt mortis osor, 501
Salomonis thronus ex ebore symbolo sapientiæ & fortitudinis bellicæ Ludouico debitus bellicoso, sapientissimo, futura præuidenti Hebræorum Nansi, id est baiulo populi, 500.502.503
Salomon similis Sardanapalo & Achilli inter fœminas colum tenens, Ludouicus castus & fortis, 504
Ludouicus Dei prouidentiæ patienter subditus, 505
Salomon vnicum templum, Ludouicus plurima extruxit, 506
Salomon auarus thesauros in sepulchro condidit, Ludouicus in pauperes effudit, 506.507
Ludouici vt Christi thronus ex ebore symbolo iustitiæ, in qua plusquam Salomon est iubens diuidi infantem, 508.509.510
Pietate & iustitia stat, 506
Salomonis intemperantia cedit temperantiæ & castitati Ludouici, 511
Eiusdem Idololatria ob fœminas huius fidei. Ille enim multos Reges reliquit Idololatras successores, Ludouicus omnes Christianissimos, 513. 514
Salomonis pœnitentia minor Ludouici austerissimâ innocentiâ: illius salus dubia, huius Sancti certa, 514.515
Ludouicus virtutis Doctor verbo & facto, & maximè in testamento suo, 515
Prælegit lepram peccato, oculis suis nihil dedit, 515
Zelus in eo animarum magnus, 516
Inimicos dilexit, ibid.
Emblema eius concordiam docet & vtriusque regni reconciliationem, 516
Luna primò creata plena, 557
Lunâ nouâ mare crescit in Oriente & decrescit in Occidente, 548
Lux omnibus gentibus nobilitatis insigne, 833
Lucis spiritalis fructus qui, 841

Digitized by Google

Lux sicut tenebræ Dei gratiæ participant, 841
Luxuria meretricum periculum pestilens, 458
Pestis est pecorum Ægypti, 459
Fœtor eius & remediũ, 460. 461
Luxuriâ peius quàm tormẽto Deus negatur, 513

M

Magdalena Reginæ Austri similis, & verè de Saba propter multiplicem significationem, 299
Aliàs Babylon. 300. sus in luto, 321
Magdalenæ amor quantus & eius ad Christi pedes descriptio, 300.301
Ad sanctitatis verticem pro- uecta: Aminadab, id est, spontaneo similis ascendit in Gabaa, id est, sublimitatem charitatis, 304. 305
Eius lampas ignea & impetus omnia foras misit plena amore & pœnitentia, vno oculo excordiauit Christum, seipsam cæterosque sanctos ab initio conuersionis transcendit, 305.306.307
Discipulis fugientibus astitit Cruci nec à monumẽto recessit, 308
Angelorum consolationem tenuit, 310
Amor eius extaticus, ebrius, impauidus, fortis, 311.312. 313.314
Triginta annis in solitudine vixit: mortua charitate, 314
Duo amores in eius corde certauerunt, 317
Iris est varietate colorum, grata mirabilis, imitabilis, 324. & seq. 327
Imitandus amor eius cum odio peccati, 310
Reflexiones morales habes, 315. & seq. ad finem.
Mandatum datum Adæ facillimum erat, 129
Manna esca spiritalis, 96
Manna simile Coriandro albo hominis cerebrum cõfortanti & canes agenti in rabiem, Eucharistiæ figura qua canes rabidi Vandalos dominos discerpserunt, 184.185
Maria Visitatio Elizabeth impleuit gratia, 272
Similis Ruth, 273
Melior Elizabeth conceptu & partu, & Euæ contraria, 273.274
Aquæductus authoris gratiæ, 275
Ascensus eius in montana perfectionis, mansio triũ mensium apud Elizabeth, & eius salutatio, 277. lucernam oleo implet, 278
Maria præ omnibus mater quia sola genuit, 286. Ancilla & Mater Domini, 288
Non tantum materialiter, sed & effectiuè concurrit ad generationem Christi,

185
Imprecatio in negantes Dei Matrem, 282
Maternitatis dignitas quanta, 290. eius eminentia super omnia, quæ eumdem cum Patre Filiũ habet quæ est infinita quodammodo dignitas & incomprehensibilis, 292. 293
Eius cónsortio indignum se Ioseph sentiens voluit eã dimittere, 294
Maria humilitate concepit, 437
Maria eumdem cum Patre æterno filium habet, 571
Mariæ & Elizabeth humilitas imitanda, 293
Visitationis tota historia moraliter exposita, 295. & seq.
Christus fructuosè nos visitauit, & quatuor modis à Deo visitamur, 297
Mariæ Assumptio, Arcæ fœderis similis Filio in templum gloriæ ascendit, 413
Mariæ & Christi vna caro, vnus spiritus, charitas & gloria, 412 417. 418
Vt primo Adamo, sic secundo bonum non fuit solum esse in Paradiso, 414. 415. 416
nec bonum Mariæ fuit quæ Christi species est humillima, vt corpus eius maneret in terra quæ præ cæteris Mater est Christi, 418. 419. 420
Mariæ carnem vt Christi speciem mors extimuit & vt cetus Ionam post triduum euomuit, 419. 420
Maria sine peccato mortua debuit statim resurgere, cui in gratia & gloria simili Filio mors transitus ad vitam, cuius resurrectio ex iusto ordine debuit iudicium præcurrere, vt cum Filio esset primitia vitæ immortalis, 421. 422
Mariæ anima appetens vniri corpori non debuit differri, 425. & seq.
Mariæ Virginitas & humilitas sydus Virginis alatum eam assumunt ad cœlum, quam stupent Angeli, 427. 428. 429. 430
Super Angelos debuit humilitate & puritate ascẽdere superbiam Luciferi calcans, 430. 431
Nec nobis bonum erat tanta in cœlo Mediatrice priuari vt inter leonem & libram astrum Virginis medium, quæ & Redemptrix dici potest, Aduocata apud Iudicem misericors, 432. 433. 434
Mariæ imago picta carnem induit balsamum sudans & morbos curans, 435
Nec bonum nobis nisi media salutis humilitatem & puritatem teneamus, 435. 436. 437
Oratio ad Mariam de mise-

ricordiæ eius dimensionibus, 438

Maria Natiuitas.

Primogenita omnium simul cum Filio prædestinata & electa sine suo merito, cui in Neomenia, Euangelica tuba omnia noua canenda sunt, 547.548

De ortu eius sæcula coram Deo contenderũt, & propriè sextum ei obtigit, & septimus mensis, qui numerus est Virgo & quietis, 549.550

Maria arca Noë & complementum Trinitatis, 550. 551

Numerus septimus in iactu aleæ numerus est Veneris. Fœlix qui Mariæ contigit, canis autem infestum sydus alienum ab ea, 552.553

Maria noua Virgo & Mater, 553

Maria nata subrisit, paritura gaudium vniuersi & multa noua exhibuit, 554. 555

Maria correctrix Euæ, eique contraria Virginitatis vexillum erexit, 556.562

Neomenia quasi nouus defectus Lunæ; sed deficit à laude Mariæ, qui eam non dicit Dei Matrem. Vt Luna creata est plena luce, sic Maria gratia quam à sole trahit, vt Christo vicissim soli dedit lumen vitæ, 557.558

Nomen fœminis quo die datum & Mariæ, 558

Cum nomine tota gratia collata, & nomen Mariæ præ aliis multis accepit significans, Deus ex genere meo. Maria Domini 559

Maria Diana multimamma, ab ortu imo ab æterno Mater Dei & omnium Fidelium, 560. 561. & seq.

in Maria sorore Moysi figurata omnium Mariarum continet sanctitatem, 561

Maria & sponsa & Mater nata, 562

Mensis septimi festa omnia & mysteria conclusa sunt in natiuitate Mariæ, quæ terminus est perfectionis, ante quam nihil erat in mundo perfectum, 563. 564

Mariæ nomen post Deum omnipotens, 565

Mariam inuocans citius exauditur, 565

Reflexiones morales habes, 565. ad fin.

Maria ab omnibus inuocanda, à militibus quidem quia est arca fortitudinis, & vallum fidelium, quæ triumphant etiam de diabolo, & imago eius Nicopæa triumpho vecta 565. 566

Mercatores Theotocon, id est vsuram Dei, negotiũ sæculorum, mensam Trapezitæ imitandam in fœ-

nore

nore spiritali, 567
Negotiantes in mari, do-ctricem & magistram maris, & stellam, cui ordo equitum stellæ sacer est, 568
Peregrini, dictam hospitalitalilatis virtutem, 569
Litigantes, maximè cum Deo, ius dirimens lites, & signum inter leonem & libram, 569.770
Ægroti tempore autumnali, valetudinarium publicũ, 570
Peccatores pœnitentes natam mense Ethanim, id est austeritatum & fortitudinum, pœnitentiæ magistram & arcam pellibus cilicinis tectam, 570
Vt quercus insita oleæ, sic durus peccator in corde Mariæ mollescit, 570
Mariæ templũ magnificum, 571
Oratio ad Mariam, 572

Mariæ Elogia.

Almah, id est abscondita, 1
Vrna habens Manna, 1
Altare est & mater Melchisedech, 29
Frequenter communicans mẽsa fuit panum propositionis, & ciuitas Susan, 92
Nardus est humilitat e, 109
Obedientior Euâ, 117
Maria Regina Austri, & Mater pulchræ dilectionis, 145
Mater etiam timoris turbata est in sermone Angeli, 165
Arca fœderis, coram quâ saltauit Dauid, 225
Ostium tabernaculi ex oliuâ, 247
Maria Rebecca, id est, multũ accepit, Eliezer iusto, & camelis, id est, peccatoribus fundit aquã gratiæ, 328.329
Virga Aaron, 345
Maria rubus, & laurus intacta fulmine, 386
Maria quo sensu peccata deleuit, 419
Maria pellis Salomonis, & tympanistria mare transeuntibus applaudens, 465
Maria thronus Salomonis, 492
Mariæ mysteria præcipua signata in tribus difficilibus & quarto penitus ignorato Salomoni, 519
Cedrus exaltata in sanctitate, per quam Crux colitur, 595
Mariæ aspectus vel auersio signum electionis aut reprobationis, 715
Maria turbata nouâ salutatione, 765
Maria est Galaad mons medicus, 802
Maria Deiformis præsentia à Dionysio dicta, 831
Mariæ pulchritudo castificat videntes, 855
Mariæ non sacrificandum,

hanc Collyridiani nimio cultu Antidicomariani contra persequuntur, 346
Martyres vitam Christo pro vita reddunt, 29
Martyrum festa, ad Martyrium hortamenta, 286
Martyres Ecclesiam vt arcam tegunt, 464
Eorum sanguine multiplicatur Ecclesia, 472
Spoliant se carne, 488
Martyres causa facit, 464
Martyrium spiritale acquiritur sine effusione sanguinis, 358
Matthæus Christi, vt auis Caradrionis aspectu conuersus, 714
Cur eius, Pauli, & Psaltis scripta, frequentius in Ecclesia leguntur, 715. & seq.
Matthæus humilis suam auaritiam publicat & pestilentiæ cathedram, 719
Pondere auaritiæ grauis & paralyticus, 721
Eum Christus vt vultur prædæ auidus ad se trahit, 722
Matthæi resurrectio mirabilis ad Euãgelicum munus & fœnus cœleste, 724. & Martyrium, 725
Matthæo post Christum debitor mundus, 725
qui Moyse antiquissimo scriptore superior, & prior scripsit Euangelium, in aliquo supra Ioannem, 726. ad 730
In fluuio Phison, id est oris mutatione cur expressus, 729
Donum Dei dicitur ex nomine, ibid.
In Chrysolito gemma Æthiopiæ expressus, quam conuertit, Petro & Paulo collatus, Martyr Virginitatis, in latere lanceà percussus abluendæ Spõsæ Christi sanguinem fudit, & refudit Christo, 730. 731. similis Dauid coronam Melcon imposuit Christo, 731
Auriga currus Dei Publicanos Christo subiugauit, 733
Mores instruxit in facie hominis expressus, 734
Item in Chrysolito fundamento Hierusalem, pellente dæmones, melancoliam & pusillanimitatem, spem acuens peccatorum, 736
Binomius Leui & Matthæus accusat se, & gloriam dat Deo, contrarius Lydio Pastori & Prædatori, 741.
Post Christum debitores sumus Matthæo, & eius Euangelio, quod Barnabas secum tulit, & Brigitta describens ardebat amore, 732
Reflexiones habes, 732. ad finem.
Medicina cur instituta, 815
Medicina soror Philosophię 847

Digitized by Google

Medicina quatuor modis morbos curat & morbos indicat, 857. & seq.
Medicinæ operatio tribus constat, 854
Medicinæ libros Salomonis combussit Ezechias, quòd sacrificia cessarent pro ægrotis, 847. Idem & serpentem æneum eâdem causâ abstulit & propter Idololatriam populi, 847
Medicos & pictores Reipublicæ optabat Homerus, Alexander historicos, 846
Medici dicti Dei manus, 847
Etsi gratior sit Medici in pauperes charitas & misericordia sacrificio, blasphemum tamen est simpliciter dicere Deo gratius opus, 847
Medici per corpora sunt animarum curatores, cum passiones & peccata sint causæ morborum, 848. In medico tria requirit Auicenna, 852. & seq.
Medicus Diaulus factus Vespillo, 853
Metempsychosis. V. Pythagoras.
Michaëlem primum Angelorum Gabriel docuit quem ipsemet habuit adiutorẽ, cui laudãdo linguâ, Seraphi â opus esset, 743
Eum primum omnium Ecclesia agnoscit, 744. 750
Obiectiones contra solutæ, 745. & seq.
Vnus dicitur vsu Scripturæ, id est primus, & licet Lucifer primus esset, ex quo cecidit, Michaël primus est, licet dicatur Archangelus & missus frequenter, cum & Raphaël vnus ex septem, & Cherubim Paradisi custos, & quatuor animalia Ezechielis & Seraphim gladiis Isaiæ purgandis, & Christus ipse sit missus, 745. ad 749
Michaël contra Luciferum pugnans quantam virtutem habuerit. Omnia sub se habet. In principio, medio & fine sæculi pro Deo pugnat & Antichristum occidet, 749. ad 752
Thronum Luciferi tenet & maior in regno Cœlorum probatur rationibus. 752
Est vniuersæ creaturæ illustrator, primus & Deo proximus, cum repræsentans in tubo; lege data, tubâ in iudicio tremendo canet: & in iudicio particulari præsidebit delegatus vt Angelus faciei Dei, Mitraton Princeps facierum omnium examinans facies, ideo gladium & libram portat; assessor Dei totâ terrâ marique diffusa sphæra actiuitatis eius, 752. ad 757

Reflexiones morales, 756. ad 762
Quantus honor debitus defensori Dei, cuius nomen in illo est, synagogæ & Ecclesiæ est custos, quo Moyses victor, Deus factus est Pharaonis, 756
Turcis & Paganis eum colentibus, Constantino & Iustiniano altaria & templa ei vouentibus non cedendum, 757
Amori & ministeriis eius in homines respondendum, 757. 758
Stigmata impressit Francisco, signum crucis feret in iudicio; docuit nihil sine signo Crucis à Deo cōcedi. Frequētes eius apparitiones humanâ facie testantur amorem in hominem, adeò vt putatus sit à quodam Basilio incarnatus, 757. ad 760
Omnium ordinum ministeria circa homines exercuit, 759
Sub eo Luciferi deuicti gēmis & spoliis claro pugnandum cum Iuda Machabæo portante in signis scriptum Machabi, qui in curru Dei quatuor constante gemmis dextram tenet, 759. 760
Zelus eius imitandus contra peccata & tentationes, 761
In agonia succurrit deuotis vt probatur exemplis, 762
Oratio Sophronij ad Michaëlem, 762
Militia minus damni infert quàm professio togata, 861
Sanctos habuit & nobiles viros, 862
Milites Lacædemonij coronati pugnabant, 862
Militia vbique regnat In Deo quidem Domino Sabbaoth sub quo omnia militant, 862. Angeli eius milites, 863. dæmones ab initio pugnant. Christus bellator fortis Ecclesia castrorum acies ordinata, 862. ad 864
Militare iustâ causâ gloriosum modò caueat ab ira miles in bello, 871
Milites non habent excusationem de peccatis ratione professionis bellicæ, modo præscripta à Ioanne seruent, 869. 870
Militat Deo & Christo omnis fidelis, 872
Pro Christo, fide, cœli gloria militanti certa victoria, 871. 872
Militiæ nostræ clericalis cingulum dedecet lucrosa negotiatio, 872
Militandum semper contra vitia & passiones, 872. & seq.
Arma spiritalia quæ, 865
Mirabiliora quæ sunt minima, 110
Mors ex gula prima, 425
Mors consumpta est inter

Digitized by Google

verbum & carnem Christi intercepta, 605
Mulier eiecit hominem Paradiso, Maria reduxit, 414
Mulieres formosæ similes Idolis Ægypti, 27
Mulieres voce priuatæ in Senatu Atheniensi pro Pallade Neptuno prælata 248
Mulieres vanæ & fucatæ arguuntur, 263
Mulieri secretum non reuelandum, 174
Mundus à mundo differt, 614
Musica componendo animos spiritum malum abigit, & sanctum inuitat, 819 & seq.
Musici primi Idololatræ, 615
Mysterium noctu celebratur, 6
Solis amicis creditur, 6
Mysteria quatuor præcipua. V. Fides.

N

Ardi species duplex vt & humilitas, 122. 123
Natura corruptio quanta in concupiscentia. 370
Neomenia est nouus Lunæ defectus, 557
In ea Iudæi tubâ canebant, 547
Neomenia in coniunctione Solis & Lunæ Christi & Mariæ celebranda, 570
Nicolaus de Tolentino Ord. Erem. S. Aug.
Nicolaus innocentiæ custos 577. 580
Nicolaus maximam Christi gratiam accepit, nomine ipso laudem & victoriam gratiæ sonans, 578. 579
Puer altari ministrans audiuit à Christo vocatus ex nomine: Innocentes & recti adhæserunt mihi, 580
Nicolai imago qualis iussu Eugenij Papæ, verus humilitatis filius Augustini, 581
Melior Adamo innocente & Iob permanente in innocentia, 581. 583
Luctæ eius cum diabolo meruerunt vt omnia sicut Iob duplicia reciperet, 583. & seq.
Nicolai innocentia cum maxima pœnitentia Dauide melior pœnitente, 584
Nicolaus vbique pacificus schismata sustulit, cùm Adam pacem [illegible] Deo soluens omnia rebellarit, 585
Nicolai miracula, & elogium ab Eugenio Pontifice, 585. 586
Nicolai reliquiæ manna cœlesti operta, & corpus eius ac baculus Elizæo comparantur & Arcæ fœderis, 587. 588

Panis sancti Nicolai velut Manna, eiusque miracula, 588
Reflexiones, 590. ad finem.
Oratio ad S. Nicolaum pro pace, 594
Nomen fœminis quo die impositum, 558
Nomen Sanctis magno mysterio datum, 558
Nuptiæ cum hæretico vel infideli non contrahendæ, 514
Nupturi quomodo resistant aut subiiciãtur Asmodæo, 823

O

OBedientia quanta virtus, 130
Eius symbolum auris perforata. 131.132
Obedientia supra victimas est, 135.
Obedientia militaris prompta, 143
Item vxoris erga virum, cuius symbolum est Muræna & Inauris, ibid.
Oculorum albuginis remedia, 821
Oculi mentis meliores & magis curandi qui turbantur vitiis & concupiscentiis, 827. 829
Hos sanat fel Passionis Christi, ibid.
Olea Palladis sacra, 249
Oleum lambens capra fit sterilis, 261
Oliuæ Virginum manibus collectæ vberius oleum fundunt, 261
Oleæ flos vulnera Elephanti curat, 851
Opprobrium, confusio, irreuerentia quid differant, 600. & seq.
Orationis eleemosynæ & ieiunij coniunctio vtilis, 825. & seq.
Orphei statua coram Alexandro sudauit, 225

P

PAradisi terrestris amœnitas, 574.578
Paradiso corporali & spirituali fruebatur Adam, 576
Paradisi auis quomodo gignitur, 591
Patienti Christus compatitur, 397
Patientia in aduersis, 827. 828
Patientia in duris potentior est acceptione donorum, 332
Filij Ecclesiæ Christo passo conformantur, 333
In nullo quam in patientia Crucis gloriantur, 334
Patientia in aduersis Dei donum est, 410
Patientia in malis & morbis delicta compensat, 741
Paulus terra promissa, 268
Paulus paruus, 211. 256
Paulus similis Petro excepto primatu, 258
Paulum Christus per se ipsum vocauit, 254

Digitized by Google

Paulus Coreb similis armis positis, arma spiritalia produxit, 256
Paulus Cherubim Paradisi custos, 259
Noui Testamenti Ionas, 260
Vide infra. Petrus & tom. 1. V. Pauli conuersio.
Pauperis manus est Abrahæ sinus, 517
Peccata tripartita, fragilitatis, ignorantiæ, malitiæ. In concupiscentia carnis, oculorum & superbia vitæ, 717.718
Persecutionem multi pro vanitate sustinent, 87
Pestiferis seruientes Parabolani dicti tanquam Martyres habiti. Apollonius Thyanæus Deus habitus quod præuiderit pestem, 446
Æsculapius mulierum pesti mederi non potuit, 449
Pestiferi dæmones, 448
Pestis definitio, 447
Pestis generalis morbus, 451
Pestilens est mundus & triplex eius pestis superbia, luxuria, auaritia, & quæ harum pestium indicia & remedia, 449. & seq. ad 462. fusè.
Petrus fortis Dei Dux: Paulus telum à Deo fabrefactum, 864
Petrus & Paulus duo filij olei, 247.251
Petrus primus & solus baptizatus a Christo alios Apostolos baptizauit, 253
Petri & Pauli collatio. Vnus piscator alter auceps hominum, 254.255
Petrus Sol Iudæis, Paulus Luna Gentibus. Duo oculi, tubæ, vbera, columnæ, Duces exercitus, negotiatores, duo Cherubim Tabernaculi, 257.258.259
Duo clauigeri potentiæ & scientiæ, 260
Petrus vertex Theologiæ, Paulus oraculum Sanctuarij, 259
Vterq; aquis enatat. Vtriusque miracula, 260
Vterque, non vt Minerua oleæ, sed castitatis plantator, 261
Vtriusque humilitas, 264. 265
Vtriusque charitas, & ex ea Martyrium, 267
Vterque Ecclesiæ cum sanguine lac dedit, 268
Vterque patientiam docuit verbo & exemplo, 269
Quam dissimiles Apostolis sumus, 269
Spes salutis ex eorum vocatione & patrocinio, ad eosdem oratio, 267
Phœnix vnde rediuiuus & penè incorruptus, 100
Piscis Tobiæ quis & qualis fuerit & quid fel eius repræsentet, 818.820 821
Pænitentia velum ciliciorum, misericordia hyantinum, 483

Pœnitentia proxima regno, 737

Ponticolæ ſenes in conuiuio eduntur à filiis, aliàs ſe miſeros putant, 84

Poſſumus in Deo omnia & miſerum eſt pro mundo & rebus vanis nos poſſe omnia, & nihil pro Deo, 351. 352

Prædicator fruſtra loquitur auribus niſi intus corda tangat Deus, 340. & ſeq.

Prædicatores dentes ſunt Eccleſiæ, 476

Prophetia lumen diuerſum, 279

Prudentia quid Græcis, 6

Serpentis more cæteris expoſitis caput Chriſtum ſeruat, 478

Prudentiæ definitio & partes eius, 653

In Leone & Tigri fluuio expreſſa, 654. Eius definitio, 659

Pythagoras hecatomben obtulit pro inuenta Mathematicæ regula, 40

Pythagoras vt ſuam Metẽpſycoſim fingeret, magnam in Deo iniuſtitiam arguẽtem, ſeptennio mortem finxit, 520

R

R*Aphaelis* Ducis & Cuſtodis Tobiæ emblema Gonzagæ, 801

Raphaël an mentitus ſit dicens ſe Aſariam filium magni Ananiæ, &c. 802. & ſeq.

An verè comederit vel phãtaſticè, 805. & ſeq. fusè.

An fuerit ex filiis Iſraël, 808

Vnus ex maioribus cœleſtis curiæ, oculis & auribus Dei, ſicut ſeptem Principes Perſarum ſummo aſſiſtens Regi, 809

Raphaëlis magna gloria quod Chriſtum magnum Medicum & eius officia repræſentet in tota Tobiæ hiſtoria, 811. & ſeq. fusè ad 814

Raphaël Soli præſidet, & quomodo ſimul adſtiterit Tobiæ, 817. & ſeq.

Tria remedia contra tres morbos ſuggerit, 825. & ſeq.

Reflexiones morales, 814 ad fin.

Requiem agens habet adepto termino, 365

Omnia in motu requiem quærunt, 577

Requiem ſine laſſitudine ex opere, Deus quærit in omnibus operibus, etiam gratiæ, 336

Extra Deum & gratiam eius nulla quies in diuitiis & temporalibus, 377. 381

Requies diuitis quàm diſtet à paupere, 379

Requies in ſolo Deo ponenda poſt bona opera quæ illo dante facimus, 385

Digitized by Google

Requieuit Deus post hominem conditum, docens eum non venturum ad requiem nisi post laborem, 384

Resurrectio mortuorum fiet in instanti, nec erit ordo temporis sed dignitatis, 424

Resurrectio fructus est Eucharistiæ, 67.68.76

Resurrectio ibi futura maximè, eòque cineres cæteri portandi vbi fuerit cor principium vitæ naturalis 542

Rex debet aptari subditis, 60

Rhododaphne planta mortifera brutis, homini Pharmacum, 169

Rochus Christo in primo Psalmo repræsentato cōformis, solus Montispessuli sanctus vt Iob in terra Hus. In aliquo supra Paulum & Ieremiam, & variæ eius cum Christo similitudines, 439. ad 443

Rochus vnus multorum Sanctorum merita possidet, 443

Rocho dignius quàm Hippocrati pestem medicanti statua erigenda, cuius inspectu vt Christi serpentis, pestis sanatur, & sepulchrum gloriosum, 445

Rochi imago decreto Concilij lata contra pestem, 462

Rochus potentior Diis pestem curat, 448.449.457

Rochi exemplum tres pestes curat in mundo regnantes, 445.449. & seq. ad finem.

Reflexiones morales mixtas habes corpori tractatus,

Rupertus non credit Iudam suscepisse Eucharistiam, 73

Purgatur maculâ impanationis Lutherianæ fusè, 69. & seq. 75.76

S

Sacerdotum dignitas quāta, 50.51.52

Ad eos exhortatio, 54

Quo vocati, 51.52

Sacerdoti cur harmus & pectus victimæ datus, 54

Sacerdotium Melchisedech supra Aaronicum, 134

Sacerdotes impuri arguuntur: Hieronymus nec post phantasma nocturnum templum ingredi volebat, 404

Et auari culpantur, 405. & seq.

Sacramenta ab hæreticis bona sunt, nec pendent à ministris, 31.103

Sacramentalia quomodo operentur, 821.822

Sacrificare est facere, 33

Salomoni non conuenit titulus Psalmi 71. sed Christo pacifico, 494

Salomonis vitia verbo Ludouicus fusissimè,
Sanctorum festa similia portubus, 221
Sancti laudandi & imitandi 315
Patienter expectant resurrectionem & gaudent impleri fratrum numerum, 426
Sanctorum canonizatio cœpit à sancto Suitberto, 628
In Sanctis Dei sanctitas laudatur, quorum exempla sectanda proponit Ecclesia, 60
Sanctorum vitia tacentes arguuntur, 718
Satisfactio per eadem fiat, 341
Saturnus ærarij præfectus primus Deorum, tempus edax rerum, 22
Scriptura prato similis, 197
Scriptura Euangelica thesaurus est, 466
Scripturâ abutuntur libertini ad eius contemptum, mendacij, concubinatus, aliorumque criminũ prætextum, 863
Securitas nulla in hac vita, 499
Serpentis prudentia, vide supra, 478
Quid in eo cauendum & columba, quid habendum, 485 486 487
Seruorum & mercenariorum soluendâ merces, 818
Simon & Iudas Simoni & Iudæ Machabæo pares & eis maiores vera fortitudine, licet Machabæus sit idem quod scutum & protectio, 859. & seq.
Simon & Iudas mundi, carnis & dæmonis victores similes Menelao tres sagittas vno ictu vibranti, 864. & seq.
Simon putatus sponsus nuptiarum Cana, 859. dictus Zelotes, Petro & nomine & zelo compar, Iacobi Minoris & Iudæ frater, primus post maiorem Episcopus Hierusalem: licet alii malint Simeonem Cleophæ filium. Ægypti & Persidis Apostolus, 867. 868
Septuaginta mortuos in mari suscitauit, ignium, morborum, Tigridum, Magorum, Dæmonum victor, 868
Frater eius Iudas Mesopotamiæ & inferioris Ponti Apostolus, dictus Lebbæus, id est corculũ: Abagarum Regem Edessæ sanauit; significat glorificantem & confitentem; vt Simon obedientem; & vterque pro Christo fortiter pugnauit, 867. 868
Reflexiones morales, 861. ad fin.
Sol exprimit Trinitatem, 831

Digitized by Google

Sol naturæ vitreæ & ferri candefacti omni formæ apti, 832. 836
Solem zelatus est Deus, cuius radios voluit templo suo inclinari, vbi erat Idolon zeli, 832
Soli thronum Bithynij statuerunt, 834
Solis statua in mare mersa templo donata, 838
Sol habens stellam in centro symbolum prægnantis, 836
Soli cur pennæ datæ gressusque Gigantis, & cur sanitatem habet in pennis, 844. 848
Spiritus Sanctus vltimus terminus ad intra & ad extra, 149
Multa habes tomo 1. v. Spir.
Stella Veneris, Lucifer, siue Vesperugo cursum coloremque mutauit. Faustum sydus in iactu aleæ, 552
Stephanus prima ouis inter lupos, lupum conuertit Paulum, 475
In Baptismo sanguinis cœlum aperuit, 475
Superbia oleo similis omnibus vult supernatare, 266
Superbia nimia est hîc extolli vbi Dei Filius humiliatus est, 351
Superbus ad siccitatem redigitur, 499
Synagoga in ficu arefacta figurata, 608

T

Telonium quid & vnde dictum. Cathedra pestilentiæ & insidiatorum & cur odiosi telonarij Iudæis, 720
Temperantia in boue & fluuio Geon expressæ definitio & partes eius, 663. 664
Tempus omni rei præfixum, 548
Tentationes Christi tres quibus Sathan impetit homines, 645
Testamentum vtrumque gladius biceps quo Sancti prædicatores vindictam innocentẽ sumunt de gentibus & peccatoribus eos conuertendo, 865
Thomas à Villanoua Archiep. Valent. Ord. Erem. S. Aug. decus, gloriæ contemptor humanę, gloriâ & honore coronatus; cui conuenit emblema Sfortię, 625
Beatę Virgini deuotissimus, 626
Eius Canonizatio prę omnibus celebris, 627. 628. ad 633. fusissimè.
Elogium eius ore Alexandri septimi, Augustini & Ordinis eius amantissimi, 630. 631. quem prętulit multis aliis quorum Canonizatio poscebatur, ibidem.

Digitized by Google

Pro eius Canonizatione Cardinalis Columna supplicauit ex parte Philippi 4. Catholici Regis. Sententia Canonizationis eius & super ea Breue Apostolicum, 632. 633

Thomę præcox austeritas & misericordia Magistros superauit. Patrimonium virginibus dedit. Augustinianus factus est, Concionibus, orationi, omnibusque virtutibus operam dedit. Prouincialis factus, &c. 633

Omnia subiecit Deus sub pedibus eius. Dęmones quidem, 635. Sanctos innocentes, carnales, superbos, curiosos, 642. & seq.

Morbos & mortem. Vndecim enim mortuos suscitauit, 639. ad 641. & corruptionem, corpore eius inuento incorrupto & suaueolenti, 640. superbiam, fugiendo dignitates Ordinis, 636. & 655 657. Inde orans coram Crucifixo audiuit se breui exonerandum magno miraculo, ibid. Et omnes appetitus sub quatuor virtutibus Cardinalibus eius, 647

Omnium qui Thomæ dicti sunt perfectiones continet, 663

Eius extases, 636. 637

Prophetię, 638. & seq.

Virtutes Heroicę, maximè quatuor Cardinales in emblemate, laudatę à Cardinalibus. Cuius currum triumphalem Eliæ parem verbum Dei rexit. Et non Icari pennis sed solidis virtutibus est eleuatus, cuius passiones virtus regebat cursu ęquali vitæ in curru Ezechielis simili vitam electrinum, 645. ad 649

Thomas similis Paradiso terrestri de quo fons virtutis exibat in quatuor flumina Cardinalium diuisus, 648. 650

Prudentia eius & sapientia in Phison, id est oris mutatione figurata & discretio spirituum, 650. 652. 653. Consultus ab omnibus vt oraculum, ibid.

Fortitudo eius in Leone & Tigri fluuio figurata, cõtempsit dignitates, fortiter humilis laudatus à Paulo tertio subit Archiepiscopatum, affectum maternum domat, fortiter gerit Episcopatum independenter à Curia, cui definitio & proprietates quadrant fortitudinis à Cardinalibus laudatę, superbię edomitor, 654. ad 662

D. Thomę conuenit definitio temperantiæ & eius partes: quæ in Ezechielis boue & fluuio Geon de-

picta est Cuius castitas Angelica & Virginitas, & modestia a Cardinalibus laudata, 663. ad 667
Iustitiæ symbolum Aquila & Euphrates, id est fructificans, nullos habens limites, perfecta in Thoma cui conuenit eius definitio, 667. ad 670. Siue iustitia iuxta scripturam sit eleemosyna, 669. & seq ad 678. Siue charitas & amor Dei & proximi, quod vtrumqne pariter Cardinales prædicauerũt, 6-8. dicentes eum amoris diuini cereum, lampadem & thronum charitatis, eleemosynarium, cum Deo de liberalitate certantem, 678. ad 685
Summa virtutum eius & vitæ compendium, & maximè charitatis, 679. & seq.
Charitas eius in Iudæum conuersum visione Hostiæ & Calicis in aëre, 670
Thomæ sigillum cor sagittatum, 670
Iob melior in eleemosynis & post mortem vltor pauperum, 678
Virtus eius similis circulo tota vita æqualis, 685
Audito mortis nuntio cecinit, Lætatus sum in his, &c. eius dispositio ad mortem, nec obolum in domo passus, in lecto dato & mutuato mortuus, Non in Ecclesia Cathedrali, sed cum fratribus voluit sepeliri. Obitur eius fœlicis emblema, fere cum 8000. pauperibus stipatum patris obitum lugentibus & Epitaphium eius, 676. ad 679
Apparitiones eius gloriosi statim post mortem, 640. & seq.
A Paulo 5. Beatificatus, 640
Visione beatifica in vita donatus, 693
Alter Elias dictus: Omnia Spiritus sancti dona in eo. Prędicator excellentissimus pacificus sermonibus, Gemma Sacerdotum, imago charitatis, fulcrum Ecclesię, lucerna ardens & lucens. Alter Baptista discipulos ex ordine illustres immisit in Indiam, pacificus & conuersor animarum Tridentini Concilij decreta præuenit. Mediator pacis Nicolao similis eam in sua Canonizatione obtinuit, 690. & seq. fusissimè.
Reflexiones de honore ei debito cui omnia subiecta sunt, & imitatio virtutum eius, 685. & seq. ad finem. Maximè 688
Indulgentia data in articulo mortis eius nomen inuocantibus quod nulli sancto adhuc concessum fuit & prædicatoribus misericordiam eius prædicantibus & auditoribus, quod nulli adhuc sancto datum

est, 687
Exemplum eius propositum Clero, Prælatis omnibus Christianismi ordinibus, & mater eius fœminis, prædicator excellentissimus & instructor prædicatorum, 689. 690. & seq. 696. 701
Torrens quid, 498
Tribulatio Dei & Angelorũ visitationem promeretur, 813
Tributa iusta soluenda, 870

V

VErbum prius est voce in loquente, vox prior verbo in audiente, 230
Veritas latebras fugit vt columba, 487
Vestem muliebrem sumere pudendum viro, 504
Vestem pomposam dedecet ferre cum Cruce & habitu pœnitentiæ, 623
Vidua ad primum sonitum tubæ surgent, 429
Virginitatis decus lilium, 94
Virginitatis patria cœlum 430
Virginis signum facie ad Aquilonem versa spicam manu ad Austrum porrigit, 158
Virginis signum alatum, 428
Virgines sunt altaria & Sacerdotes Dei, 403. 404
Virginum numerus proprius septenarius indiuisus & Sabbatum sine vespere & fine, 550
Virtus tria exigit à studioso, 296
Virtus similis circulo, 685
Virtutes quatuor Cardinales quatuor irrigant appetitus hominis, 500
In quatuor animalibus mysticis designantur, & quatuor animæ affectus domant, 647. 648
In quatuor angulis lintei paralytici oblati Christo figuratæ, 710
In vna charitate implentur, 709
Virtutes Cardinales quæ obiecta habeant, 860
Vltionem petentium mos, 488
Vltio impatientis periculosa 639
Vxor qualiter amanda, ea vtendum moderatè & cuiusdam viri immoderatus affectus, 824

Z

ZAcharia incredulitas mulctata silentio, 273
Zisca Dux Boæmorum iussit de sua pelle fieri tympanum terrendis hostibus 488
Zoroastes magiæ inuentor natus risit cum cæteri plorent præsagio malorum, 554

FINIS.

Absoluta hæc Editio fuit in Typographiâ ANTONII CHRESTIEN, in vico septem viarum, Ann. Domini 1661. Septembris 22.

Digitized by Google

Errata secundæ Partis.

Supposita prælectione præmissa in calce Tomi primi, circa errata; præmonitoque Lectore, vt si quæ offenderit circa diphthongos, & mutationes vocalium, & numeri singularis ac pluralis, quæ solæcismos, aut consonantium, quæ barbarismos pariunt, sic ea quæ turbant sensum, corrigat, & legat.

Pag. 3. ipse Deus. 11. etiam 13. abscondere:opera autem. 17. eorum vanè delectati. 22. lucidum. dele, in. 24. Alchile. 30. videa. 53. omissum. comperit. tum de peccatis. 58. membrum 84. illuc. 105. corporis. 133. dele hominis. 134. & in lege eius. 142. vt gygas. 143 vipera. 146. cæco lux. 149. & causa, impellente. 160 rigescunt. 161. obtutu. 162. fui. 174. damnandus affectus. 183. vi Sacramenti. 185. reprehenderentur. per crucis litteram. 190. non licebat. 193. libertus. 202. præfertur. 203. quo minus. ad suæ. 219. nonne. 224. ortum eius, exitumque. 225. Alexandro transeunte. 242. dele, nunquam. 244. artus. 247. obtinere-possimus. Enoch & Eliæ. 253. in ligno. dele, en. 259. cibisque. 261 intrandum. 265. cupiebat. 271. dignitatis. 285. concursum necessarium. 290. numen. 291. Hesychius Hierosol. 293. quâ maiorem. 295. pertumescit. amoris gressu. 303. Hic. 310. præ dilectionis abundantia, in vnum. 335. à priore ignorantia. 336. omnis claritas. 355. statim. 363. salutauit. 367. Propheticè. 368. pro vteri. 370. pingite. 383. nihil sibi. 400. Pammachia. 407. nudare. 435. studeat, media salutis assumendo, vtriusque vestigia, innocentiæ, castitatis, & humilitatis. 449. triplici gutture. 450 dicentem, ad faciendam. Iudiciis. 462. fugæ. 480. columbæ donum. 494. superiorem. 512. nec deficiet. 519. institoris. 520. pauus pauum. 526. alarum grandium. 528. erigentes. 534 consentientes. 538. fluuius igneus. 568. super. 577. de terra. 579. caümeniis. 585. pomo discordiæ olea gerula. 591. quid stulta loqueris? 606. obscuraris. 608. tegeret pio. 617. contriuit. 620. incorruptionem. 636. conuocauit. aduersator 642 malim locum 644. pecora. 647. appetibilis, 648. electrini. 649. in marg. Manich. 666. nec capellam. 669. parcebat. 673. indigentia.

677. nigris. 684. in horreo. 689. nosque. 691. id muneris. 704. dele ; qui 727. religio nostra. 752. vnde eum. 754 sic fatus. 762. in fortibus. 766. de nobis. 783. æris. 794. præfocatus esses ? 806 innata : humana verè. 821. suffumigatione. 832. parelium. 834. condiscipulo. 836. naufragantium. 842. probantes. 845. & à rege. 851. sanitatem. 874. humanæ vitæ.

Memento, Lector, istius Martialis,

Aliter non fit, Auite, Liber.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-3

3

Digitized by Google

Digitized by Google